Canon exhortatorius, ad SS. Deiparam. 771
De communicatione naturali libri sex : Latine ex editione Basileensi, Græce ex cod. mss. Gr. Paris. 1259

METHODIUS MONACHUS.

De schismate vitando. Præmittitur Editoris Romani Monitum. 779

NICEPHORUS CPOLITANUS PATRIARCHA.

Contra eos qui dicunt mortuos sacro oleo ungendos esse. 805

CONSTANTINUS ACROPOLITA.

Sermo in S. Joannem Damascenum. 811
Sermo in sanctam Theodosiam. 887

ARSENIUS AUTORIANUS CPOLITANUS PATRIARCHA.

Anacreonticon in Dominicam Resurrectionis. 935
Privilegium pro monasterio SS. Deiparæ Macrinitissæ. 939
Testamentum. 941

GEORGIUS ACROPOLITA.

Annales, a capta anno 1201 a Latinis Cpoli usque ad eamdem anno 1261 a Michaele Palæologo recuperatam. 969

NICEPHORUS CHUMNUS. CANICLEO PRÆFECTUS,

Post assumptum monachalem habitum, NATHANAEL MONACHUS

Notitia ex Bibliotheca Fabricii ed. Harles. 1397

Antitheticus adversus Plotinum De anima ex Fred. Creuzeri editione post Plotinum De pulchritudine. 1399

Sermo consolatorius ad filiam suam imperatricem ob viduitatis ejus mœrorem cum decimum sextum ætatis annum ageret. 1437
De miraculo in Cana facto. 1451
De petitione Elisæi ad Eliam. 1455
Testamentum. 1465
De festo Dormitionis S. Mariæ. 1498

(Omnia ex interpretatione nostra.)

ALEXANDER PAPA IV.

Constitutio Cypria, qua ecclesiasticæ hierarchiæ historia medio ævo in Orientis partibus obtinentis mire illustratur. 1541

NICETÆ CHONIATÆ

EX LIBRO VI

THESAURI ORTHODOXÆ FIDEI

(Græce apud Maium, *Spicil Rom.* t. IV.)

—

Περὶ Μακεδονίου.

α'. Ἐντεῦθεν δὲ τὴν περὶ τὸν πνευματομάχον Μακεδόνιον τῷ λόγῳ δοῦναι προθέμενος ἀρχὴν, ἀναγκαῖον καὶ ταῦτα, προδιηγήσασθαι οἶομαι, ὡς ἄξια τοῦ ἐπίστασθαι τοῖς φιλίστορσι, μηδὲ τοῖς ῥηθησομένοις ἐπίπαν ἀσυναφῆ. Ὁ γάρ τοι πολλὰ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν δηλωθεὶς λόγοις Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας, πάντα τρόπον τοῖς ὀρθοδόξοις ἀντιτιθέμενος, πρῶτον μὲν ἐπεβούλευσεν, ὡς εἰρήκαμεν, Εὐσταθίῳ τῷ Ἀντιοχείας, καὶ καθεῖλε τοῦτον ἐκ διαβολῆς· Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας μετὰ μῆνας πέντε τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου πρὸς Θεὸν ἐκδημήσαντος, διεδέξατο τὰ προεδρικὰ Ἀθανάσιος. Ἐπειράθησαν οὖν ὁ τοῦ Εὐσεβίου χορὸς δι' ἐπιστολῶν κεῖθεν αὐτὸν ἵν' ἐς κοινωνίαν δέξηται τὸν Ἄρειον· ὡς δ' οὐκ εἶξε ταῖς παρακλήσεσι, τοιόνδε τι μηχανῶνται. Μελίτιος ὁ τῆς Λύκων ἐπίσκοπος, ὃν ἐν Νικαίᾳ κατέκρινε σύνοδος, ἐκλείπων τὸν βίον, Ἰωάννην τινὰ τῶν αὐτῷ συνήθων ἀνθ' ἑαυτοῦ κατέστησεν ἐπίσκοπον παρὰ τὸ δόγμα τῶν ἐν Νικαίᾳ. Τοὺς τοίνυν τὰ Ἰωάννου φρονοῦντας ὑπελθόντες οἱ περὶ Εὐσέβιον, ἔπεισαν Ἀθανασίου κατηγορῆσαι· καὶ κατηγόρησαν ὡς οὐ κανονικῶς ἐχειροτονήθη, καὶ ὡς χιτωνίων λινῶν φόρον Αἰγυπτίοις ἐπέβαλε, καὶ γύναιον ἔφθειρε, καὶ τῷ κρατοῦντι ἐπιβουλεύων, Φιλουμένῳ τινὶ τῶν βασιλικῶν θεραπόντων ἔπεμψε λάρνακα χρυσίου, καὶ τὴν ἐξ Αἰγύπτου σιτοπομπίαν ἐκώλυσε, καὶ Ἀρσενίου τινὸς ἐκτεμὼν τὴν χεῖρα γοητείας ἕνεκεν εἶχεν.

β'. Διὰ ταῦτα τοίνυν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης σύνοδον ὁ βασιλεὺς ἀθροισθῆναι προσέταξεν. Ἀθανασίου δὲ ἀναβαλλομένου, διὰ τὸν Εὐσέβιον τὸν Παμφίλου τῆδε ἐπισκοποῦντα φίλον εἶναι καὶ συνεργὸν Εὐσεβίῳ τῷ Νικομηδείας, πάλιν οἱ Μελιτιανοὶ κατηγόρησαν αὐτοῦ ὡς μυστικὸν ποτήριον ἐν τῷ Μαρεώτῃ συνέτριψε, καὶ ἐπισκοπικὸν καθεῖλε θρόνον, καὶ ἑτερά τινα εἰργάσατο τῶν ἀπειρημένων. Ἐπέτρεψε τοίνυν ὁ βασιλεὺς ἐν Τύρῳ γενέσθαι σύνοδον, καὶ γενομένης αὐτῆς, Ἀθανάσιος ἐνίκησε κατα κράτος. Οἱ δὲ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ ἐπίσκοποι μᾶλλον αὐτοῦ κατεψηφίσαντο· εἶτα καὶ εἰς τὸν Μαρεώτην ἔπεμψαν, χώραν τινὰ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπώνυμον Μαρείας τῆς λίμνης· ἦσαν δὲ οἱ πεμφθέντες Θεόγνις ὁ Νικαίας, καὶ Μάρις ὁ Χαλκηδόνος, Θεόδωρος Περίνθου ἤτοι Ἡρακλείας Νάρκισσος Νερωνιάδος, Οὐάλης Μούρσης, Οὐρσάκιος Σιγγηδό-

De Macedonio.

1. Jam de Macedonio, Spiritus sancti impugnatore, sermonem incipere statuens, necessarium puto hæc prius edisserere, tanquam digna quæ ab historicis cognoscantur, neque omnino ab iis quæ dicentur abhorrentia. Qui enim in prioribus sæpius exhibitus est Eusebius Nicomediæ episcopus, omni modo orthodoxis oppositus primo quidem insidiatus est, ut diximus, Eustathio Antiocheno, et eum calumniis depressit; Alexandro autem Alexandriæ episcopo quinto post Nicænam synodum mense ad Deum profecto, primam sedem accepit Athanasius. Tentaverunt autem Eusebii asseclæ illi persuadere ut Arium in communionem acciperet; cum autem illorum precibus non annuisset, aliquid tale machinati sunt. Melitius Lyciorum urbis episcopus, quem Nicæna synodus damnavit vitam relinquens, Joannem quemdam ex suis familiaribus pro se episcopum constituit contra Nicænæ synodi decretum. Eos igitur qui pro Joanne stabant, circumvenientes Eusebiani, iis persuaserunt ut accusarent Athanasium, et revera eum accusaverunt quod non canonice ordinatus esset, quod Ægyptiis linearum tunicarum tributum imposuisset, quod mulierculam corrupisset, quod ad Philomenum quemdam ex regiis servis, imperatori insidiaturus, arcam auro refertam misisset, quod frumenti ex Ægypto transmissionem impedivisset, et Arsenii cujusdam manum magicis artibus resecuisset.

2. Quamobrem Cæsaream Palæstinæ convenire concilium jussit imperator. Cum autem renuisset Athanius eo quod Eusebius Pamphili hujus urbis episcopus amicus et adjutor esset Eusebii Nicomediæ, rursus Meletiani eum accusaverunt quod mysticum calicem Mareotæ contrivisset sedemque episcopalem evertisset et nonnullula alia facinora admisisset. Concessit igitur imperator synodum in urbe Tyro fieri, et ea congregata, victoriam præstantissimam retulit Athanasius; inimiciautem veritatis episcopi eo magis eum damnavere; ac deinde Mareotam miserunt, in quamdam Alexandriæ regionem quæ suum nomen a Marea palude duxit. Erant autem qui missi sunt Theognis Nicææ, Maris Chalcedonis, Theodorus Perinthi seu Heracleæ, Narcissus Neroniadis, Vales Mursæ, Ursacius Singedonis, Macedonius Mopsuestæ; qui postquam de

1407

sacro calice inquisierunt et de episcopalis sedis eversione, vera quidem prætermiserunt, falsa autem ipsi imaginati sunt, deposueruntque, ut credebant, Athanasium, ejus loco ipsum Arsenium accipientes. cujus manum amputatam esse dicebant; qui prius Meletianorum superstitionis episcopus tunc apud ipsos ut Hypseletorum urbis episcopus contra Athanasium subscripsit.

νος, Μακεδόνιος Μοψουεστίας, οἱ καὶ ζητήσαντες τὰ περὶ τῆς τοῦ μυστικοῦ ποτηρίου συντριβῆς, καὶ τῆς καθαιρέσεως τοῦ ἐπίσκοπικοῦ θρόνου, τὰ μὲν ἀληθῆ παρῆλθον, ἐπλάσαντο δὲ καὶ αὐτοὶ τὰ ψευδῆ, καὶ καθήρησαν, ὡς ἐνόμισαν, Ἀθάνασιον, δεξάμενοι καὶ αὐτὸν Ἀρσένιον, οὗ ἔλεγον ἐκκεκόφθαι τὴν χεῖρα· ὃς, πρότερον τῆς Μελιτιανῶν θρησκείας ἐπίσκοπος ὤν, τηνικαῦτα παρ' αὐτοῖς ὡς τῆς Ὑψηλιτητῶν ἐπίσκοπος πόλεως ὑπέγραψε κατὰ Ἀθανασίου.

3. Interea vero perfecto Hierosolymis templo prope eum calvarii locum qui magnum testimonium vocatur, jussit imperator episcopos qui Tyri aderant Hierosolymam venire et hoc templum consecrare. Tunc autem occasionem invenientes Arianorum fautores tentaverunt ut Hierosolymis synodus fieret et communio Ario et Euzoio concederetur. Imperatori igitur illud per ipsius sororem Constantiam quemdamque hujus mulieris familiarem presbyterum arianum persuasere et curavere ut Arium Euzoiumque videret, quos postquam vidit censuitque fere ut Nicænos Patres credere, eos ad episcopos Hierosolymis congregatos misit, scribens ut de illis benignum ferretur suffragium, si recte credere viderentur. Occasionem igitur arripientes Ariani eos exceperunt, imperatorique et universis episcopis scripsere eos orthodoxos esse.

γ'. Ἐν τούτῳ δ' ἐξεργασθέντος τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ περὶ τὸν τοῦ κρανίου χῶρον ὃς μέγα προσαγορεύεται μαρτύριον, ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς τοὺς ἐν Τύρῳ συνειλεγμένους ἐπισκόπους καταλαβεῖν τὴ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν τοιοῦτον καθιερῶσαι ναόν. Τηνικαῦτα δὲ καιρὸν εὑρόντες οἱ ἀρειανόφρονες ἐσπούδασαν ἐν Ἱεροσολύμοις γενέσθαι σύνοδον, καὶ κοινωνίας μεταδοῦναι Ἀρείῳ καὶ Εὐζωΐῳ πείσαντες τοίνυν τὸν βασιλέα διὰ τῆς ἑαυτοῦ ἀδελφῆς Κωνσταντίας καὶ τοῦ προσφκειωμένου ταύτῃ πρεσβυτέρου ἀρειανοῦ, παρεσκεύασαν αὐτὸν θεάσασθαι Ἄρειον καὶ Εὐζώϊον, οὓς ἰδὼν καὶ ὑπολαβὼν παραπλησίως τοῖς ἐν Νικαίᾳ δοξάζειν, ἔπεμψε πρὸς τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις συνελθόντας, γράψας φιλάνθρωπον ἐπ' αὐτοῖς ἐνεχθῆναι ψῆφον, εἰ ὀρθῶς φανεῖεν δοξάζοντες· καιροῦ τοίνυν δραξάμενοι οἱ Ἀρειανοὶ ἐδέξαντο τούτους, καὶ αὐτῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς ἁπανταχοῦ ἐπισκόποις ἔγραψαν ὀρθοδόξους ὑπάρχειν αὐτούς.

4. His ita actis, Athanasius Tyro fugiens Constantinopolim venit; cujus precibus annuens imperator dicentis se non juste damnatum esse, scripsit episcopis tunc Tyri congregatis ut ad ipsum descenderent, ut coram ipso Anathasii causa examinaretur. Postquam igitur advenerunt, Eusebius Nicomediæ contendebat justam in Athanasium latam esse sententiam; testes præstitit Theognim et Marium et Theodorum et Valentem et Ursacium. Imperator autem sive crederet vera quæ dicebantur, sive consentire suspicaretur episcopos ut e medio tolleretur Athanasius, mandavit ut is Treverim abduceretur, quæ est urbs occidentalium Gallorum; abductusque est Athanasius ibique mansit usque ad mortem Constantini.

δ'. Τούτων οὕτω πραττομένων, Ἀθανασιος ἐκ Τύρου φυγὼν εἰς Κωνσταντινούπολιν ἦλθεν· οὗ τῆς δεήσεως ἀκούσας ὁ βασιλεὺς μὴ δικαίως κριθῆναι λέγοντος, ἔγραψε τοῖς ἐν Τύρῳ συναθροισθεῖσι τηνικαῦτα καταλαβεῖν πρὸς αὐτὸν, ὡς ἂν ἐπ ὄψεσιν αὐτοῦ δοκιμασθείη τὰ κατὰ Ἀθανασίου. Καταλαβόντων οὖν αὐτῶν, Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας ἰσχυρίζετο δικαίαν τὴν ἐπὶ Ἀθανάσιον γενέσθαι ψῆφον, μάρτυρας παρῆγε Θέογνιν καὶ Μάριν καὶ Θεόδωρον καὶ Οὐάλεντα καὶ Οὐρσάκιον. Ὁ δὲ βασιλεὺς εἴτε ἀληθῆ πιστεύσας εἶναι τὰ λεγομενα, εἴτε ὁμονοήσειν ὑπονοήσας τοὺς ἐπισκόπους, ἵν' ἐκποδὼν γένοιτο Ἀθανάσιος, προσέταττε ἀπηνεχθῆναι τοῦτον εἰς Τρίβεριν τῶν πρὸς δύσιν Γαλατῶν, καὶ ὁ μὲν ἀπήχθη, καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς Κωνσταντίνου τελευτῆς.

5. Arius autem post habitam Hierosolymis synodum in Ægyptum venit. Cum illo autem non communicante Alexandrinorum Ecclesia, rursum Constantinopolim rediit. Atque ita adimpletæ sunt sancti Alexandri preces. Post hæc autem manifeste cœperunt innovare Eusebiani circa episcoporum Nicææ congregatorum expositionem et scripto consubstantiale rejicere. Synodum igitur Constantinopolim convenire curarunt, deposueruntque etin exilium mitti studuerunt consubstantialis præcones, Asclepium Gazæ episcopum, Climatium Antaradi, alterum Climatium Palti, Ephrationem Balani Cyrum Berrœæ, Domnionem Sirmii, Ellaneum Tripolis, Arium Petrarum Paleonæ, et Asterium Petrarum Arabiæ, Olympium Æni, Theodulum Trajanopolis, Vincentium Capuæ, Ephratam Agrippinæ, Entropium Adrianopolis, cui successit Lucius,

ε'. Ὁ δὲ Ἄρειος μετὰ τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις σύνοδον, ἦκεν εἰς Αἴγυπτον· μὴ κοινωνούσης δὲ αὐτῷ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας, πάλιν ἀνῆλθεν εἰς Κωνσταντινούπολιν· καὶ οὕτως ἔργον ἐγένετο τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ ἱεροῦ προσευχῆς. Μετὰ δὲ ταυτα νεωτερίζειν φανερῶς οἱ περὶ Εὐσέβιον ἤρξαντο περὶ τὴν ἔκθεσιν τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελκυθότων, καὶ ἐκβάλλειν ἐγγράφως τὸ ὁμοούσιον· σύνοδον οὖν ἀθροισθῆναι παρασκευάσαντες ἐν Κωνσταντινουπόλει καθεῖλον καὶ πεμφθῆναι πρὸς ὑπερορίαν ἔσπευσαν τοὺς τοῦ ὁμοουσίου κήρυκας, Ἀσκληπᾶν ἐπίσκοπον Γάζης, καὶ Κλιμάτιον Ἀνταράδου, ἕτερον Κλιμάτιον Πολτου, Ἐφρατίωνα Βαλανέων, Κῦρον Βερροίας, Δομνίωνα Σίρμίου, Ἑλλάνεον Τριπόλεως, Ἄρειον Πετρῶν τῆς Παλαιόνης, καὶ Ἀστέριον Πετρῶν τῆς Ἀραβίας, Ὀλύμπιον Αἴνου, Θεόδουλον Τραϊανουπόλεως, Βικέντιον Καπύης, Ἔφρατην Ἀγριππίνης, Εὐ-

τρόπιον Ἀδριανουπόλεως, οὗ διάδοχος, Λουκιος, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸν εἰρημένον Μάρκελλον τῆς Ἀγκύρας καθῆρησαν· ὑπερφυῶς γὰρ ἐχαλέπαινον αὐτῷ, οἷα μήτε ἐν τῇ κατὰ Φοινίκην συνόδῳ τοῖς ὑπ' αὐτῶν ὁρισθεῖσι κατὰ Ἀθανασίου συνθεμένῳ, μήτε τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπὶ Ἀρείῳ, μήτε τῇ καθιερώσει τοῦ μεγάλου μαρτυρίου μετασχόντι δι' ἀποφυγὴν τῆς πρὸς αὐτοὺς κοινωνίας· καὶ ταῦτα μὲν ἔτι τοῦ μεγάλου περιόντος Κωνσταντίνου.

A et imprimis Marcellum Ancyræ deposuerunt. Valde enim illi indignabantur, utpote qui neque in synodo apud Phœnices habita iis quæ contra Athanasium decretæ sunt adhæserit, neque iis quæ Hierosolymis de Ario, neque magni testimonii consecrationi se admoverit, propter eorum communionis detestationem. Et hæc quidem vivente adhuc Constantino Magno.

ς'. Τελευτήσαντος δὲ ἐκείνου, καὶ τῆς ἀνὰ τὴν ὦν βασιλείας εἰς Κωνστάντιον περιστάσης, ἴσχε μᾶλλον ἐπίδοσιν τὰ τῶν Ἀρειανῶν· ὁ γάρ τοι πρεσβύτερος ἐκεῖνος ὃν ἀρειανόφρονα ὄντα Κωνσταντῖνος συνέστησεν ἡ αὐτοῦ ἀδελφὴ, γέγονε καὶ Κωνσταντίῳ κεχαρισμένος οἷα τὰς τοῦ Κωνσταντίνου διαθήκας ἀποδώσας αὐτῷ· συνήθης οὖν ἐντεῦθεν καὶ τῇ βασιλίδι γενόμενος καὶ τοῖς ἐν δυνάμει θαλαμηπόλοις εὐνούχοις, ὧν Εὐσέβιος ὁ ἐπαινέτης Ἀρείου προειστήκει, σφόδρα συνεκρότει τοὺς Ἀρειανούς. Ἐν τούτῳ δὲ Ἀθανάσιος ἐκ τῶν Γαλλιῶν ἐπανῆλθεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ἐπιτρέψαντος αὐτῷ τὴν κάθοδον, καὶ γράμματα δόντος πρὸς τοὺς Ἀλεξανδρεῖς Κωνσταντίνου τοῦ ὁμωνύμου τῷ μεγάλῳ Κωνσταντίνῳ παιδὸς αὐτοῦ, ὃς ἦρχε τῶν πρὸς ἑσπέραν Γαλατῶν.

6. Illo autem mortuo, et Orienti imperio ad Constantium deveniente, res Arianorum incrementum accepere. Ille enim presbyter quem Arii partes tenentem Constantino ipsius soror conciliaverat, fuit et Constantio charus, utpote qui illi Constantini testamentum detulerit. Inde igitur B imperatrici familiaris factus et eunuchis regii cubiculi potentissimis, quibus præerat Eusebius, Arii fautor, Arianos fovebat. Interea vero Athanasius ex Galliis Alexandriam redierat, reditum illi permittente litterasque ad Alexandrinos dante Constantino Constantini Magni filio, qui ad occidentem Galliæ imperabat.

ζ. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου τὸν βίον λιπόντος, διεδέξατο τὴν ἐν τῇ Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐπισκοπὴν Ἀκάκιος· οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς, πόλεμον ἐπαγαγὼν τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ Κώνσταντι, κτείνεται παρὰ τῶν ἐκείνου στρατηγῶν ἐν Ἀκυλίᾳ. Τότε δὲ καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως τελευτήσαντος, προεβλήθησαν παρὰ μὲν τῶν Ἀρειανῶν Μακεδόνιος, παρὰ δὲ τῶν ὀρθοδόξων Παῦλος, παρὰ γνώμην τοῦ Νικομηδείας ἐπισκόπου Εὐσεβίου, καὶ Θεοδώρου τοῦ τὴν ἐν Θρᾴκῃ Ἡρακλείας, οἷς ὡς γείτοσιν ἡ χειροτονία διέφερεν. Ἐπὶ τούτοις οὖν ὀργισθεὶς Κωνστάντιος, παραγέγονεν εἰς Βυζάντιον, ἔν γὰρ ἀπόδημος τηνικάδε, καὶ σύνοδον καθίσας, παρέδωκεν Εὐσεβίῳ τῷ Νικομηδείας τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον, δευτέραν ταύτην μετατεθέντι μετάθεσιν· ἐπὶ τούτου συνηθροίσθησαν εἰς Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην ἐνενήκοντα καὶ ἑπτὰ ἐπίσκοποι, ὧν εἰσι καὶ οἱ φερόμενοι κανόνες· ἠθροίσθησαν δὲ προφάσει μὲν ἐπὶ καθιερώσει τῆς ἐκεῖ νεουργηθείσης ἐκκλησίας ἣν ἤρξατο μὲν οἰκοδομεῖν Κωνσταντῖνος, ἐξεργάσατο δὲ Κωνστάντιος· ὡς δὲ τὸ ἀποδὰν ἔδειξεν ἐπὶ μεταποιήσει τῶν ἐν Νικαίᾳ δοξάντων.

7. Hoc autem tempore Eusebio Pamphili e vita profecto, Cæsareæ in Palæstina episcopatum suscepit Acacius. Nec longo post tempore Constantinus imperator qui proprio fratri Constanti bellum in- C dixerat, Aquileiæ ab ejus ducibus interficitur. Tunc autem et Alexandro Constantinopolitano mortuo, electi sunt ab Arianis Macedonius, ab orthodoxis vero Paulus, contra mentem Nicomediæ episcopi Eusebii, et Theodori Heracleæ in Thracia episcopi, ad quos ut vicinos pertinebat ordinatio. Ideo iratus Constantius Byzantium venit (tunc enim aberat); et synodo convocata Eusebio Nicomedensi Constantinopolitanum thronum tradidit qui hanc secundam translationem accepit. Interea Antiochiam magnam convenere nonaginta septem episcopi, convenerunt autem ut recenter ædificatam ecclesiam consecraturi, quam ædificare inceperat Constantinus; reipsa vero, ut eventus pro- D bavit, Nicæna decreta mutaturi.

η'. Ἤγουντο δὲ τῆς συνόδου ταύτης Εὐσέβιος Κωνσταντινουπόλεως ὁ ἀπὸ Νικομηδείας μετατεθείς, Ἀκακιος Καισαρείας τῆς κατὰ Παλαιστίνην, Πατρόφιλος Σκυθοπόλεως, Θεόδωρος Περινθου, Εὐδόξιος Γερμανικείας, Διαύσιος Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ Γεώργιος Λαοδικείας τῆς παρὰ Σύρους· Μάξιμος δὲ ὁ μετὰ Μακάριον Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος γεγονὼς ἐπίτηδες ἀποφυγε ταύτην τὴν σύνοδον, μεταμελόμενος καθότι ἀπατηθεὶς ἐγένετο σύμψηφος τοῖς Ἀθανάσιον καθελοῦσιν ἐν Τύρῳ. Ὑπὸ τούτων οὖν τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντων πρὸς τῇ διαστροφῇ τοῦ δόγματος Ἀθανασίου καταψηφισαμένων, προεβλήθη Ἀλεξανδρειας ἐπίσκοπος Εὐσέβιος ὁ ἐξ

8. Ducebant autem hanc synodum Eusebius Constantinopolitanus qui Nicomedia translatus fuerat, Acacius Cæsareæ in Palestina, Patrophilus Scythopolis, Theodorus Perinthi, Eudoxius Germaniciæ, Diausius Cæsareæ in Cappadocia, et Georgius Laodiceæ apud Syros. Maximus qui post Macarium Hierosolymæ episcopus factus erat, de industria synodum vitaverat; eum enim pœnitebat quod deceptus suffragium tulisset cum iis qui Tyri Anathasium deposuerant. Ab iis qui igitur Antiochiæ conversabantur et præter dogmatis perversionem Athanasium condemnaverant, electus est Alexandriæ episcopus Eusebius, Edessa,

Osroenorum urbe oriundus, factus vero deinceps Emesæ episcopus, qui partem astronomiæ auguralem dictam exercuisse arguebatur. Recusante vero Alexandriam Eusebio, suffectus est Gregorius Tarbæ episcopus, qua de re indignantes Alexandrini, ecclesiam Dionysii hujus urbis episcopi nomine dictam incenderunt; et Athanasius quidem fugiens Romam venit.

A Ἐδέσσης μὲν τῆς Ὀσροηνῶν ὑπάρχων, γενόμενος δὲ ὕστερον Ἐμέσης ἐπίσκοπος, ὃς καὶ διεβάλλετο ἀσκεῖσθαι τῆς ἀστρονομίας τὸ ἀποτελεσματικὸν καλούμενον μέρος· παραιτησαμένου δὲ τοῦ Εὐσεβίου τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἐπετράπη ὁ Γρηγόριος τῶν Ταρβασθηνῶν, ἐφ' ᾧ χαλεπήναντες οἱ Ἀλεξανδρεῖς, τὴν ὁμώνυμον Διονυσίου τοῦ τῇδε ἐπισκοπήσαντο, ἐκκλησίαν ἐνέπρησαν· καὶ Ἀθανάσιος μὲν φυγὼν εἰς Ῥώμην ἀφίκετο.

9. Paulo post mortuo Eusebio, contenderunt rursum de Constantinopoli Paulus et Macedonius. Quod ubi cognovit Constantius Antiochiæ, Hermogeni exercitus duci qui in Thraciam missus erat, mandavit, ut iter pergeret ad expellendum Paulum ex ecclesia. Cum illuc advenisset, militarique manu uteretur, insurrexit populus, eumque raptatum interfecerunt. De eo certior factus Constantius, Constantinopolim venit, et Paulum quidem expulit, urbem vero punivit, frumenti eam quod pater præstabat, quadraginta mensurarum millibus et ultra eam privavit. Octoginta enim millia prius dabantur civibus singulis annis ex tributis Ægyptiaco populo impositis. Macedonium autem non statim urbis episcopum fecit; sed sivit illum adversus Paulum in prædicta ecclesia concilium facere in qua et ordinatus est; atque ita ipse Antiochiam reversus est; Paulus vero Romam descendit.

Β'. Μετ' οὐ πολὺ δὲ τελευτήσαντος Εὐσεβίου, ἀντεποιήσαντο πάλιν τῆν Κωνσταντινουπόλεως Παῦλος καὶ Μακεδόνιος. Κωνστάντιος δὲ, τοῦτο μαθὼν ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐπέτρεψεν Ἑρμογένει τῷ στρατηλάτῃ πρὸς τὰ Θρᾴκια πεμπομένῳ μέρη, ὁδοῦ πάρεργον ποιῆσαι τὸ ἐξωθῆσαι Παυλον τῆς ἐκκλησίας· οὗ παραγενομένου καὶ στρατιωτικῇ χειρὶ χρησαμένου, ἐστασίασε τὸ πλῆθος, καὶ αὐτὸν σύραντες ἀπέκτειναν. Πυθόμενος δὲ τὸ γεγονὸς Κωνστάντιος, κατέλαβε τὴν Κωνσταντινούπολιν καὶ τὸν μὲν Παῦλον ἐξήλασε, τὴν δὲ πόλιν ἐζημίωσεν, ἀφελὼν τοῦ σιτηρεσίου τοῦ παρασχεθέντος ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ὑπὲρ τὰς τέσσαρας μυριάδας· ὀκτὼ γὰρ ἐγγὺς μυριάδες ἐχορηγοῦντο πρότερον σίτου τοῖς πολίταις ἑκάστου ἔτους ἐκ τῶν κομιζομένων ἀπ' Αἰγύπτου τῷ δήμῳ φόρων. Μακεδόνιον δὲ τῆς πόλεως τέως ἐπίσκοπον οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' εἴασεν αὐτὸν ἐν τῇ λεγομένῃ ἐπὶ Παύλου ἐκκλησίᾳ συνάγειν, ἐν ᾗ καὶ ἐχειροτονήθη· καὶ οὕτως αὐτὸς μὲν ἀνέζευξεν εἰς Αντιόχειαν· Παῦλος δὲ τὴν Ῥώμην κατέλαβεν.

10. Ea vero quæ Alexandriæ facta sunt aliter narrat Theodoretus. Dicit enim Gregorium post Athanasii fugam episcopatum gessisse usque ad Sardicæ habitam synodum. Post hanc autem synodum Gregorium ab Alexandrinis depositum esse, rediisse tunc Athanasium in propriam sedem per Constantis litteras, qui tunc Romæ regnabat. Postquam autem Constans mortuus fuit, rursum fugisse Athanasium, et electum esse ab Arianis Georgium Cappadocem, eumque sexcenta mala Athanasii fautoribus machinatum esse, in exsiliumque misisse nonnullos Ægypti Lybiæque episcopos, Caium Parætonii, Agathum Phragonis et partis Eleurchiæ Ægypti, Ammonium Pachnemunis et reliquæ Eleurchiæ partis, Agathodæmonem Schedeæ et Menelaiti, Dracontium Hermopolis minoris, Adelphium Onuphis, Paphnutium Sais, cujus meminit magnus Athanasius in sua de ipsius fuga Apologia; et præter illos alterum Ammonium, Moium, Philonem, Hermem, Plinium, Psenesirim, Agamphum, Marcum, Nilammonem, Marcum alterum, Athenodorum, et presbyteros Hieracem et Dioscorum. Atque ita quidem Theodoretus. Socrates autem et Sozomenus narrant Arianos statim post Pauli expulsionem et reditum imperatoris Antiochiam, deposuisse Gregorium tanquam Alexandrinis non gratum et negligentem proprii dogmatis propugnationem; cujus in locum Georgium misere qui ex Cappadocia oriundus, sibi famam in Ariana superstitione acquisiverat.

Ι'. Περὶ δὲ τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν συμβεβηκότων Θεοδώριτος μὲν ἄλλως ἱστορεῖ. Φησὶ γὰρ μετὰ τὴν Ἀθανασίου φυγὴν ἐπισκοπῆσαι Γρηγόριον ἄχρι τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου, μετὰ δὲ τὴν σύνοδον ταύτην, τὸν μὲν Γρηγόριον ἀναιρεθῆναι παρὰ τῶν Ἀλεξανδρίων, ἐπανελθεῖν δὲ πάλιν τὸν Ἀθανάσιον εἰς τὸν οἰκεῖον θρόνον διαγραμμάτων Κώνσταντος τοῦ ἐν Ῥώμῃ βασιλεύοντος. Ἐπεὶ δὲ Κώνστας ἐτελεύτησεν, αὖθις φυγεῖν Ἀθανάσιον, καὶ προβεβλῆσθαι παρὰ τῶν Ἀρειανῶν Γεώργιον τὸν Καππαδόκην, μυρία κακὰ τοῖς τὰ Ἀθανασίου φρονοῦσιν ἐνδείξασθαι, καί τινας τῶν ἀπ' Αἰγύπτου καὶ Λιβύης ἐπισκόπων ἐξορίσαι, Γάϊον Παραιτονίου, Ἄγαθον Φραγώνεως καὶ μέρους Ἐλεαρχίας τῆς Αἰγύπτου, Ἀμμώνιον Παχνεμούνεως καὶ τοῦ λοιποῦ μέρους τῆς Ἐλεαρχίας, Ἀγαθοδαίμονα Σχεδίας καὶ Μενελαίτου, Δρακόντιον Ἑρμουπόλεως μικρᾶς, Ἀδέλφιον Ὀνούφεως, Παφνούτιον Σάεως, ὧν καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ ὑπὲρ τῆς φυγῆς αὐτοῦ ἀπολογίᾳ μέμνηται· καὶ πρὸς τούτοις Ἀμμώνιον ἕτερον, Μώϊον, Φίλωνα, Ἑρμῆν, Πλήνιον, Ψενίσιριν, Ἄγαμφον, Μάρκον, Νειλάμμωνα, Μάρκον ἕτερον, Ἀθηνόδωρον, καὶ πρεσβυτέρους Ἱέρακα καὶ Διόσκορον. Οὕτως μὲν οὖν Θεοδώριτος· Σωκράτης δὲ καὶ Σωζόμενός φασιν ὅτι εὐθὺς μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι Παῦλον, καὶ ἀναζεῦξαι Κωνστάντιον εἰς Ἀντιόχειαν, οἱ ἀρειανίζοντες μετέστησαν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρειας Γρηγόριον, ὡς οὔτε Ἀλεξανδρεῦσι καταθύμιον, καὶ ὡς ἀμελῆ πρὸς σύστασιν τοῦ οἰκείου δόγματος· ἀντὶ δὲ τούτου, Γεώργιον ἔπεμψαν, ὃς ἐκ Καππαδοκίας μὲν ὥρμᾶτο, δόξαν δὲ περὶ τὴν ἀρειανὴν θρησκείαν ἐκέκτητο.

ια'. Ἐν τούτῳ δὲ τὴν Ῥώμην, ὡς ἔφαμεν, κατέλαβον Ἀθανάσιος καὶ Παῦλος, ἀλλὰ καὶ Μάρκελλος ὁ Ἀγκύρας, καὶ Ἀσκληπᾶς ὁ Γάζης, ὃν οἱ Ἀρειανοὶ, διαβαλόντες ὡς θυσιαστήριον καταστρέψαντα, καθεῖλον, καὶ ἀντ' αὐτοῦ Κεντιανὸν ἐχειροτόνησαν· πρὸς δὲ καὶ Λεύκιος ὁ Ἀδριανουπόλεως ἐπ' ἄλλῳ τινὶ κατηγορηθείς. Ὁ δὲ Ῥώμης ἐπίσκοπος Ἰούλιος, ὁμονοοῦντας τούτους εὑρὼν τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ, εἰς κοινωνίαν προσήκατο, καὶ τοῖς ἀνὰ τὴν Ἑῴαν πᾶσιν ἐπισκόποις ἔγραψεν ἀποδοῦναι μὲν αὐτοῖς τοὺς ἰδίους θρόνους, πέμψαι δέ τινας εἰς ῥητὴν ἡμέραν τοὺς ἐλέγξοντας αὐτοὺς δικαίως ἐκβεβλημένους. Τούτοις θαῤῥήσαντες τοῖς γράμμασιν οἱ ἀμφὶ τὸν Ἀθανάσιον, ἕκαστος τὸν ἑαυτοῦ κατέλαβε θρόνον. Οἱ δὲ τὰς ἐπιστολὰς δεξάμενοι, χαλεπῶς ἤνεγκαν· καὶ συλλεγέντες, εἰς Ἀντιόχειαν, Ἰουλίῳ μὲν ἀντέγραψαν ὡς οὐ δεῖ κανονίζεσθαι παρ' αὐτοῦ τοὺς τῆς Ἀνατολῆς ἐπισκόπους, εἰ βούλοιντό τινας ἐξελαύνειν τῶν ἐκκλησιῶν, ὅτι μηδὲ οἱ τῆς Ἀνατολῆς ἀντεῖπον, ὅτε Ναυάτου ἐξήλασαν οἱ τῆς Δύσεως. Κωνστάντιον δὲ παρώτρυναν κατὰ Ἀθανασίου καὶ Παύλου· καὶ ὃς ἔγραψεν ἀπ' Ἀντιοχείας τῷ ἐπάρχῳ Κωνσταντινουπόλεως Φιλίππῳ Παῦλον μὲν ἐξελάσαι τῆς πόλεως Μακεδονίῳ δὲ παραδοῦναι τὴν ἐκκλησίαν· ὁ μὲν οὖν Παῦλος εὐθὺς ἐξελάθη· Φίλιππος δ' ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἠπείγετο, σύνθρονον ἐπὶ τοῦ ὀχήματος ἔχων τὸν Μακεδόνιον· παρείπετο δὲ τούτοις καὶ χεὶρ στρατιωτικὴ ξιφήρης· πλήθους δὲ πολλοῦ παρόντος, καὶ τῷ ἐπάρχῳ καὶ τῷ Μακεδονίῳ παρόδου μὴ γινομένης, ὑπέλαβον οἱ στρατιῶται τοὺς ὄχλους ἀνθίστασθαι· καὶ λοιπὸν πολλοὺς μὲν αὐτοὶ τοῖς ξίφεσιν ἀνεῖλον, πολλοὶ δὲ καὶ ὑπ' ἀλλήλων συνεπατήθησαν· καὶ ἀπέθανον, ὡς λέγεται, περὶ τοὺς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα καὶ τρισχιλίους. Ἐπὶ τοιούτοις μὲν οὖν κατορθώμασι Μακεδόνιος παρὰ τοῦ ἐπάρχου ἐνεθρονίσθη.

A 11. Interea autem Romam, ut diximus, venerant Athanasius et Paulus, sed et Marcellus Ancyræ, et Asclepius Gazæ quem Ariani deposuerant, falso eum criminantes quod aram evertisset, et cujus loco Centianum ordinaverant; ac præter illos Lucius Adrianopolis alio crimine accusatus. Romæ vero episcopus Julius cos fidei Nicænæ consentientes inveniens in suam communionem admisit, atque omnibus Orientis episcopis scripsit ut iis proprias sedes redderent, mitterentque dicta die qui eos probarent juste depositos esse. His litteris confidentes Athanasii fautores receperunt singuli proprias sedes. Qui autem has litteras accepere, ægre tulerunt; convenientesque Antiochiam, Julio responderunt non oportere ab illo regi Orientis B episcopos, si quos ex ecclesiis vellent expellere; quia neque Orientis episcopi restiterint, quando Novatum expulere Occidentis episcopi. Constantium autem excitaverunt in Athanasium et Paulum; isque Antiochia scripsit ad Constantinopolis præfectum Philippum, ut Paulum quidem ex urbe pelleret, Macedonio autem traderet ecclesiam. Paulus igitur statim expulsus est. Philippus vero ad ecclesiam evectus est, consedentem in curru Macedonium habens; quos sequebatur militaris manus gladiis armata. Cum autem ingens adesset multitudo neque præfecto et Macedonio iter præberent, crediderunt milites velle turbam resistere; multosque gladiis interfecerunt, multi autem alii ab aliis conculcati sunt. Mortui sunt, ut dicitur, quasi tria millia centum et quinquaginta. Tali C igitur successu Macedonius a præfecto in episcopali sede constitutus est.

ιβ'. Ἀθανάσιος δὲ τὴν ἐπιβουλὴν Κωνσταντίου δείσας, θανάτῳ γὰρ ζημιοῦν αὐτὸν ἠπείλησεν, εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο· καὶ Παῦλος εἰς τὴν Θεσσαλονίκην ἀπενεχθείς, ὅθεν καὶ τοὺς προγόνους ἔχειν ἐλέγετο, καὶ τὴν μὲν Ἑῴαν φεύγειν ἐπιτραπείς, Ἰλλυρικῆς δὲ καὶ τῆς ἐπέκεινα γῆς ἐπιβαίνειν οὐ κωλυθείς, ἀπαίρειν εἰς Κόρινθον προεφασίσατο, καὶ τὴν Ῥώμην κατείληφε καὶ αὐτός. Ἀναδιδάξαντος οὖν Ἰουλίου τὸν βασιλέα Κώνσταντα τὰ περὶ αὐτῶν, ἔγραψεν ἐκεῖνος τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίῳ πέμψαι τινὰς τῶν ἐπισκόπων ἀπολογησομένους περὶ τῆς τούτων καθαιρέσεως. Ἐπέμφθησαν οὖν Νάρκισσος Εἰρηνουπόλεως, Θεόδωρος ὁ Ἡρακλείας, Μάρις ὁ Χαλκηδόνος, καὶ Μάρκος ὁ Ἀρεθούσης· οἳ τὴν μὲν ἐν Ἀντιοχείᾳ παρ' αὐτῶν ἐκτεθεῖσαν ἀπέκρυψαν πίστιν, ἑτέραν δ' ἐκάτυσαν ἀπάδουσαν ὅλως τῇ ἐν Νικαίᾳ· καὶ ταύτην τῷ βασιλεῖ Κώσταντι δεδωκότες, καὶ περὶ ὧν ἐβούλοντο μηδὲν ἀνύσαντες, ὑπέστρεψαν ἄπρακτοι. Μετὰ δὲ τριετῆ χρόνον ἑτέραν οἱ τῆς Ἑῴας συντάξαντες πίστιν, ἣν καὶ μακρόστιχον ἔκθεσιν ὠνόμασαν, ἔπεμψαν τοῖς ἀνὰ τὴν Δύσιν δι' Εὐδοξίου τοῦ Γερμανικείας καὶ Μακεδονίου τοῦ Μοψουεστίας, ἐν ᾗ μνήμην μὲν οὐσίας οὐκ ἐποιήσαντο Θεοῦ, ἀπεκήρυξαν δὲ τοὺς ἐξ οὐκ ὄντων λέ-

12. Athanasius autem Constantii insidias formidans (ei enim mortem minatus erat) Romam abiit. Et Paulus Thessalonicam delatus, unde proavi orti dicebantur, cum Orientem relinquendi permissionem accepisset, neque Illyricum et quæ ultra est regionem petere prohiberetur, Corinthum se proficisci prætexuit, Romamque et ipse venit. Cum autem Julius monuisset imperatorem Constantem de eorum conditione, scripsit ille ad imperatorem Constantium ut episcopos mitteret qui eorum de- D positionem defenderent. Missi sunt igitur Narcissus Irenopolis, Theodorus Heracleæ, Maris Chalcedonis et Marcus Arethusæ; qui quidem a seipsis Antiochiæ expositam fidem celavere, alteram autem struxerunt omnino Nicænæ repugnantem. Eamque postquam imperatori Constanti tradidere neque quidquam eorum quæ volebant perfecissent, reversi sunt nihil operati. Post autem tres annos, Orientis episcopi alteram composuerunt fidem quam μακρόστιχον ἔκθεσιν (longi ordinis expositionem) nominavere, eamque ad Occidentis episcopos misere per Eudoxium Germaniciæ et Macedonium Mopsuestiæ; in qua quidem nullam de Dei essentia mentionem faciebant, excommunicabant autem eos

qui dicebant Filium Dei esse de nihilo, ac fuisse tempus quando non erat; præterea et Sabellianos, quos nominant Romani Patropassimos, utpote Patrem cum Filio et Spiritu sancto confundentes, et nunc quidem eum Patrem, nunc Filium, nunc Spiritum sanctum appellantes. Promiscue enim et indiscrete Romana lingua dicitur passim. Cum autem hanc fidem non recepissent Occidentales, sed dicerent sibi sufficere Nicæna dogmata, scripsit ad fratrem Constans sibi justum videri ut Athanasii fautoribus propriæ sedes restituerentur.

13. Quoniam autem nihil perfectum fuerat, duobus imperatoribus placuit concilium Sardicam convocari. Et convenerunt ex Theodoreto ducenti et quinquaginta episcopi; ex Socrate autem et Sozomeno, ex occidentalibus partibus fere trecenti, ex orientalibus autem sex et septuaginta; quorum in numero erant Sabinus, Heracleæ in Thracia Macedonianorum episcopus, et Ischyras qui Mareotiæ episcopatum ab Athanasii adversariis acceperat. Occidentales quidem Sardicam convenerunt, orientales vero, cum Philippopolim pervenissent, iis notum fecerunt se cum iis non velle colloqui, nisi a sessione et communione expulerint Athanasii fautores ut depositos. Illis autem id non ferentibus, ii concilium habuere in ipsa urbe Philippopoli, et deposuerunt, pro libito, Julium Romanum, eo quod primus cum Athanasio et ejus fautoribus communicasset, Hosium Cordubensem propter eamdem causam, et quia amicus fuerat Paulini et Eustathii qui Antiochiam rexerant, Maximinum Trevirensem, utpote qui primus cum Paulo communicasset, Protogenem Sardicæ eo quod Marcellum defenderet quem prius condemnaverat, Gaudentium ut aliter agentem ac Cyriacus cui successerat, et ut plurimi facientem eos quos deposuerant.

14. Hosii autem fautores postquam convenerant, innocentes declaraverunt Athanasium quidem ut injuste ab iis qui Tyrum congressi erant vexatum, Marcellum vero ut minime annuentem se cogitare quæ falso arguebantur. Manifestæ enim erant, inquit Theodoretus, malæ Eusebianorum artes. Quæ emim Marcellus ut quæsita dixerat, ea ut ab ipso extra controversiam posita calumniabantur. Cum autem ea in synodo Sardicæ habita lecta essent, recta inventa est hujus hominis fides. Socrates autem dicit Marcellum ut condemnationem repelleret, persuasisse episcopis Sardicæ congregatis eos qui ipsum deposuerant non intelligere quæ scripserat, atque ideo se Samosatensis episcopi suspiciones incurrisse. Patriarcha vero Photius narrationes conferens Socratis ac Theodoreti, dicit Sardicenses episcopos vere deceptos esse; cumque non bene intellexissent Marcelli scripta, male eum justificasse; inde neminem accepisse eorum

A γοντας τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι ἦν ὅτε οὐκ ἦν· πρὸς δὲ καὶ τοὺς Σαβελλιανοὺς, οὓς ὀνομάζουσι Ῥωμαῖοι πατροπασσίμους, ὡς τὸν Πατέρα συγχέοντας εἰς Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα, καὶ ποτὲ μὲν αὐτὸν Πατέρα, ποτὲ δὲ Υἱὸν, ποτὲ δὲ Πνεῦμα ὀνομαζοντας· τὸ γὰρ χύδην καὶ ἀδιακρίτως πάσσιμον ἡ Ῥωμαϊκὴ λέγει φωνή. Ταύτην δὲ τὴν πίστιν μὴ παραδεξαμένων τῶν Δυτικῶν, ἀλλ' εἰπόντων ἀρκεῖσθαι τοῖς ἐν Νικαίᾳ δόξασιν, ἔγραψε πρὸς τὸν ἀδελφὸν ὁ Κώνστας ἀξιῶν ἀποδοθῆναι τοῖς περὶ Ἀθανάσιον τοὺς οἰκείους θρόνους.

ιγ'. Ὡς δὲ οὐδὲν ἤνυετο πλέον, ἔδοξε γνώμῃ τῶν δύο βασιλέων ἀθροισθῆναι σύνοδον ἐν Σαρδικῇ τῇ πόλει· καὶ ἠθροίσθησαν κατὰ μὲν Θεοδώρητον πεντήκοντα καὶ διακόσιοι ἐπίσκοποι, κατὰ δὲ Σωκράτην B καὶ Σωζόμενον ἐκ μὲν τῶν ἑσπερίων μερῶν περὶ τοὺς τριακοσίους, ἐκ δὲ τῶν ἑῴων ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα· οἷς συνηριθμεῖτο καὶ Σαβῖνος ὁ τῶν ἐν Ἡρακλείᾳ τῆς Θρᾴκης Μακεδονιανῶν ἐπίσκοπος, καὶ Ἰσχύρας ἐπιτραπεὶς τὴν τοῦ Μαρεώτου ἐπισκοπὴν παρὰ τῶν ἀπεχθανομένων τῷ Ἀθανασίῳ. Καὶ οἱ μὲν Δυτικοὶ κατ' αὐτὴν τὴν Σαρδικὴν συνῆλθον· οἱ δὲ Ἀνατολικοὶ, καταλαβόντες τὴν Φιλιππούπολιν, ἐδήλωσαν αὐτοῖς ὡς οὐκ ἄλλως εἰς λόγους ἐλθεῖν αὐτοῖς ἐθέλουσιν, εἰ μὴ τοὺς περὶ Ἀθανάσιον ἀπελάσουσι τοῦ συνεδρίου καὶ τῆς κοινωνίας ὡς καθηρημένους. Τῶν δὲ μὴ ἀνεχομένων, ἐκεῖνοι συνήδρευσαν ἀλλήλοις ἐν αὐτῇ τῇ Φιλιππουπόλει, καὶ καθεῖλον, ὡς ἐνόμισαν, Ἰούλιον μὲν τῆς Ῥώμης, ὡς C ἄρξαντα τῆς πρὸς Ἀθανάσιον καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν κοινωνίας, Ὅσιον δὲ τὸν Κορδούβης διά τε τὴν αὐτὴν αἰτίαν, καὶ ὅτι φίλος ἐγένετο Παυλίνῳ καὶ Εὐσταθίῳ τοῖς ἡγησαμένοις τῆς Ἀντιοχείας, Μαξιμῖνον δὲ Τριβέρεως ὡς πρῶτον Παύλῳ κοινωνήσαντα, Πρωτογένην δὲ τῆς Σαρδικῆς ὡς ὑπερμαχοῦντα Μαρκέλλου τοῦ πρότερον ὑπ' αὐτοῦ καταψηφισθέντος, Γαυδέντιον δὲ ὡς ὑπεναντία σπουδάζοντα Κυριακῷ ὃν διεδέξατο, καὶ τοὺς παρ' αὐτῶν καθῃρημένους περὶ πολλοῦ ποιούμενον.

ιδ'. Οἱ δέ γε ἀμφὶ τὸν Ὅσιον, συνελθόντες, ἀθώους ἀπέφηναν Ἀθανάσιον μὲν ὡς ἀδίκως ἐπιβουλευθέντα παρὰ τῶν ἐν Τύρῳ συνελθόντων, Μάρκελλον δὲ οἷα μὴ οὕτω λέγοντα φρονεῖν ὡς διεβάλλετο· ἐφωράθη γὰρ, φησὶν ὁ Θεοδώρητος, τῶν περὶ τὸν D Εὐσέβιον ἡ κακοτεχνία· ὅτι ἃ ζητῶν ὁ Μάρκελλος εἴρηκε, ταῦτα ὡς ὡμολογημένα διαβεβλήκασι. Τούτων δ' ἐπὶ τῆς συνόδου τῆς κατὰ Σαρδικὴν ἀναγνωσθέντων, ὀρθὴ τοῦ ἀνδρὸς ἡ πίστις εὑρέθη. Σωκρατης δέ φησιν ὅτι ἀναπαλαίων ὁ Μάρκελλος τὴν καταδίκην ἔπεισε τοὺς ἐν Σαρδικῇ μὴ νοῆσαι τοὺς καθελόντας αὐτὸν, ἃ γέγραφε· καὶ διὰ τοῦτο τὴν ὑπόνοιαν τοῦ Σαμοσατέως λαβεῖν. Ὁ δὲ πατριάρχης Φώτιος, σχόλια παραθεὶς τοῦ τε Σωκράτους καὶ τοῦ Θεοδωρήτου, φησὶν ὅτι ἐν Σαρδικῇ μᾶλλον ἠπατήθησαν· καὶ μὴ νοήσαντες ἀκριβῶς τὸ Μαρκέλλου σύγγραμμα, κακῶς αὐτὸν ἐδικαίωσαν· ὅθεν οὐδεὶς παρεδέξατο τὴν περὶ τούτου κρίσιν αὐτῶν· ἀλλ' ἔστιν ἔξω τῆς Ἐκκλησίας ὁ Μάρκελλος. Ἠθώω-

σαν δὲ οἱ ἐν Σαρδικῇ καὶ Ἀσκληπᾶν τὸν Γάζης, ὡς Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου καὶ πολλῶν ἄλλων ὑπομνώματα ἐπιφερόμενον δικαιοῦντα αὐτόν· ἔτι δὲ καὶ Λούκιον τὸν Ἀδριανουπόλεως, ὡς τῶν κατηγόρων αὐτοῦ φυγῇ χρησαμένων· καθεῖλον δὲ Γεώργιον τὸν Ἀλεξανδρείας, Βασίλειον Ἀγκύρας τὸν ἀντὶ Μαρκέλλου, Κεντιανὸν Γάζης τὸν ἀντὶ Ἀσκληπᾶ, Θεόδωρον Ἡρακλείας, Νάρκισσον Εἰρηνουπόλεως, Ἀκάκιον Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, Μηνόφαντον Ἐφέσου, Οὐρσάκιον Σιγγηδόνος, Οὐάλεντα Μούρσης, Γεώργιον Λαοδικείας, καίτοι μὴ παρόντα ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ· καὶ οὗτος κατὰ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον καὶ τοῦ πρεσβυτερίου καθαιρεθεὶς ὑπὸ τοῦ μακαρίου Ἀλεξάνδρου δι' ἀσωτίαν. Καὶ ταῦτα μὲν τοιοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

A de illo sententiam; sed extra Ecclesiam esse Marcellum. Innocentes autèm declaravère Sardicenses episcopi Asclepium Gazæ, ut ab Eusebio Pamphili multisque aliis testimonia afferèntem quæ eum defendebant; adhuc et Lucium Adrianopolis, cujus accusatores aufugerant; deposuerunt autem Gorgium Alexandriæ, Basilium Ancyræ, Marcelli adversarium, Centianum Gazæ qui Asclepium urgebat, Theodorum Heracleæ, Narcissum Irenopolis, Acacium Cæsareæ in Palæstina, Menophantum Ephesi, Ursacium Singidonis, Valentem Mursæ, Georgium Laodiceæ, quanquam ipse ab hac synodo aberat; et is, juxta magnum Athanasium, ex sacerdotio propter luxuriam a beato Alexandro depositus fuerat. Et hæc quidem hoc modo se habuere.

B

ιε'. Οἱ δὲ περὶ Ἀθανάσιον πάλιν τὴν Ῥώμην κατέσχον· καὶ ὁ τῶν ἑσπερίων βασιλεὺς Κώνστας, τὰ ἐν Σαρδικῇ γενόμενα μαθὼν, ἔγραψε τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίῳ τοῖς περὶ Ἀθανάσιον ἀποδοῦναι τὰς ἰδίας ἐκκλησίας. Ὡς δ' ἀνεβάλλετο, πάλιν ἔγραψεν ἢ δέχεσθαι τούτους, ἢ πρὸς πόλεμον παρασκευάσασθαι. Τοῖς ἀνὰ τὴν ἕω τοίνυν ἐπισκόποις τοῦτο Κωνστάντιος κοινωσάμενος, καὶ νομίσας εὔηθες εἶναι διὰ ταύτην αἰτίαν ἐμφύλιον αἱρεῖσθαι μάχην, τρισὶ γράμμασιν Ἀθανάσιον μετεκαλέσατο καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ· κατέλαβον οὖν τοὺς ἑαυτῶν θρόνους Παῦλος ὁ Κωνσταντινουπόλεως, Μάρκελλος ὁ Ἀγκύρας, Ἀσκληπᾶς ὁ Γάζης, καὶ Λούκιος ὁ Ἀδριανουπόλεως· Ἀθανάσιος δ' εἰς Ἀντιόχειαν τὴν Συρίας ἀφικόμενος, ἔνθα διέτριβε Κωνστάντιος, εὔνου δῆθεν αὐτοῦ ἐπειράθη· τῶν Ἀρειανῶν δὲ ὑποθεμένων, ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ Κωνστάντιος· Ἀξιῶ ἐκ πολλῶν τῶν ὑπὸ σὲ Ἐκκλησιῶν μίαν ἔχειν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοὺς κοινωνεῖν σοι παραιτουμένους. Ὁ δὲ, ὑπολαβών, Παρακλησίαν, ἔφη, χάριν αἰτῶ κἀγὼ, βασιλεῦ, ὥστε μίαν ἔχειν ἐκκλησίαν ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς τῶν ἑτεροδοξούντων τὴν κοινωνίαν φεύγοντας· ὅπερ ἀκούσαντες οἱ Ἀρειανοὶ παρὰ τοῦ βασιλέως, ἐζήτησαν πλέον οὐδέν. Ἐκεῖθεν τοίνυν Ἀθανάσιος ἐξορμήσας, τὰ Ἱεροσόλυμα κατέλαβεν· ὧν ὁ ἐπίσκοπος Μάξιμος, σύνοδον τοπικὴν ἐπιτελέσας, ἐκοινώνησεν αὐτῷ· καὶ οὕτως εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀφικόμενος Ἀθανάσιος, τοὺς τὰ Ἀρείου φρονοῦντας ἅπαντας καθεῖλεν.

15. Athanasii autem fautores Romæ aderant, et Occidentis imperator Constans, cum ea quæ Sardicæ facta fuerant didicisset, ad imperatorem Constantium scripsit ut Athanasii fautoribus suas ecclesias redderet. Cum autem hic procrastinaret, rursum ei scripsit ut aut illos restitueretaut ad bellum se appararet. Quod orientalibus episcopis notum faciens Constantius credensque stultum esse ob hanc causam fraternum bellum suscitare, tribus litteris Athanasium ejusque amicos revocavit. Receperunt igitur suas sedes Paulus Constantinopolis, Marcellus Ancyræ, Asclepas Gazæ, et Lucius Adrianopolis. Cum autem Athanasius Antiochiam Syriæ rediisset ubi versabatur Constantius, benevolum eum expertus est: ex Arianorum autem consilio, illi subjecit Constantius: Justum censeo ex multis quæ sub te sunt ecclesiis ut unam habeant Alexandriæ qui tecum communicare nolunt. E contra autem ille: Similem, inquit, a te, imperator, efflagito gratiam, nempe ut unam Antiochiæ habeant ecclesiam qui heterodoxorum communionem fugiunt. Quod audientes Ariani, nihil amplius quæsierunt. Inde igitur profectus Athanasius Hierolosymam pervenit; cujus urbis episcopus Maximus, locali synodo convocata, cum illo communicavit. Atque ita cum Alexandriam rediisset Athanasius, omnes eos qui Ariana dogmata profitebantur, deposuit.

C

ις'. Ἐν τούτῳ δὲ Κώνστας ὁ τῆς Ἑσπέρας βασιλεύων ὑπὸ Μαγεντίου κατὰ συσκευὴν ἀνῃρέθη, καὶ Κωνστάντιος αὐτοκράτωρ γέγονε τῆς ἀρχῆς ἁπάσης· ὃς καὶ, τοῖς Ἀρειανοῖς πειθόμενος, τὰ προδιδογμένα πάντα μετέστρεψεν εἰς τὸ ἐναντίον. Παῦλος τοίνυν ὁ Κωνσταντινουπόλεως εἰς Κουκουσὸν τῆς Ἀρμενίας ἐξορισθεὶς ἀνῃρέθη βρόχῳ, καὶ πάλιν τὴν ἐκκλησίαν κατέσχε Μακεδόνιος· Μαρκέλλου δ' ἐκβληθέντος, ἐγκρατὴς αὖθις ἐγένετο τῆς ἐπισκοπῆς Βασίλειος· Λούκιος δὲ σιδήρῳ δέσμιος ἐν τῇ εἱρκτῇ διεφθάρη· Ἀθανάσιος δὲ κελευσθεὶς ἀναιρεθῆναι, μόλις διέφυγεν. Ἐκστρατεύσας δὲ ἐπὶ τὴν Ἰλλυρίδα Κωνστάντιος κατὰ Βρεττανίωνος τυραννήσαντος, ἦκεν εἰς τὸ Σίρμιον, ἔνθα δὴ τῆς κατὰ

16. Interea vero Constans qui in Occidente regnabat, a Magnentio per insidias interfectus est, et factus est Constantius orbis universi imperator. Qui ab Arianis seductus quæcumque ante decreta crant in contrarium mutavit. Paulus igitur Constantinopolis in urbem Armeniæ Cucusum exsulatus laqueo interfectus est, et rursus hanc ecclesiam habuit Macedonius, Marcello autem expulso, episcopatu rursum potius est Basilius. Lucius ferro vinctus in carcere periit. Athanasius autem, quem interfici jusserat, vix aufugit. Profectus vero in Illyriam Constantius contra Brettanionem regnum affectantem, Sirmium venit ubi habita est contra Photinum synodus. Interea a suis legatis

D

interfectus est qui Romæ imperaverat Magnentius, et tyrannus alter, Silvanus nomine. Magna igitur securitate in veterem Romam profectus est Constantius jussitque synodum Mediolani fieri.

Φωτεινοῦ συνόδου γεγενυίας, ἐν τῷ μεταξὺ καθῃρέθη παρὰ τῶν αὐτοῦ στρατηγῶν ὁ τυραννήσας Ῥώμης Μαγνέντιος, καὶ ἕτερος τύραννος ᾧ Σιλβανὸς ὄνομα· κατὰ πολλὴν τοίνυν ἀδειαν ἐπὶ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην ὁ Κωνστάντιος ὁρμήσας, ἐκέλευσεν ἐν Μεδιολάνῳ γενέσθαι σύνοδον.

17. Interea, ut narrat Sozomenus, cum Antiochiam convenissent Narcissus Irenopolis, et Theodorus Heraclææ, et Eugenius qui Theognidi Nicæno successerat et Petrophilus Scythopolis, et Menophantus Ephesi et alii prope triginta, universis episcopis contra Athanasium scripsere. Convenerunt autem Mediolanum pauci quidem ex Oriente, aliis prætexentibus, ut verisimile est, senectutem aut morbum aut itineris difficultatem; ex Occidente autem congregati sunt ultra trecentos. Orientalibus igitur dignum existimantibus communem ferri contra Athanasium sententiam, restiterunt quidam ex occidentalibus qui et in exsilium missi sunt, ut Liberius Romæ, Paulinus Treveris in Galliis, Dionysius Albæ in Italia, Eusebius Vercellensis in Liguria, Lucifer Carallarum in Sardinia, et Hilarius Pictaviensis in sècunda Aquitania.

ιζ'. Ἐν τούτῳ, καθά φησιν Σωζόμενος, εἰς Ἀντιόχειαν συνελθόντες Νάρκισσος ὁ Εἰρηνουπόλεως, καὶ Θεόδωρος Ἡρακλείας, καὶ Εὐγένιος ὁ διάδοχος Θεόγνιδος τοῦ Νικαίας, καὶ Πατρόφιλος Σκυθοπόλεως, καὶ Μηνόφαντος ὁ Ἐφέσου, καὶ ἄλλοι ἀμφὶ τριάκοντα, ἔγραψαν τοῖς πανταχοῦ ἐπισκόποις κατὰ Ἀθανασίου· συνῆλθον δὲ εἰς τὸ Μεδιόλανον ὀλίγοι μὲν ἐκ τῆς Ἑω, τῶν ἄλλων, ὡς εἰκός, προφασισαμένων γῆρας ἢ νόσον ἢ ὁδοιπορίαν μακράν· ἐκ δὲ τῶν Ἑσπερίων ὑπὲρ τοὺς τριακοσίους. Ἀξιούντων οὖν τῶν ἀνατολικῶν κοινὴν ἐκφέρεσθαι κατὰ Ἀθανασίου ψῆφον, ἀντέστησάν τινες τῶν ἑσπερίων οἳ καὶ πρὸς ὑπερορίαν ἐπέμφθησαν, οἷον Λιβέριος ὁ Ῥώμης, Παυλῖνος ὁ Τριβέρεως τῆς ἐν Γαλλίαις, Διονύσιος ὁ Ἄλβης τῆς ἐν Ἰταλίᾳ, Εὐσέβιος ὁ Βερκέλλων τῆς Λιγουρίας, Λουκίφερ ὁ Καράλλων τῆς Σαρδανίας, καὶ Ἱλάριος ὁ Πικταύων ἢ Ποτάμων τῆς δευτέρας Ἀκυϊτανίας.

18. Soluta autem infecta re synodo, Eudoxius Germaniciæ cum didicisset mortuum esse Leontium Antiochiæ in Syria, postulavit ab imperatore ut redire posset Roma Germaniciam, quæ ipsius reditum cupiebat. Quod cum obtinuisset, sortitus est Antiochiam, et Arianorum favore, præsertim vero regiorum eunuchorum, sibi hujus urbis episcopatum assecutus est. Cæterum rediit ad Aetii doctrinam dissimilem Patri Filium docentem, una cum Acacii Cæsareæ, et Uranii Cyri episcopi fautoribus. Georgius autem Laodiceæ de hac Eudoxii innovatione monuit Basilium Ancyræ, Macedonium Mopsuestiæ, et Necropœum Nicomediæ; qui, Eustathio Sebastæ, et Eleusio Cyzici juncti imperatori quod accidisset indicavere; rogantes ut ea fides prævaleret quæ dicit Filium non consubstantialem, sed similem natura Patri, sive non consubstantialem; et ut ii qui consubstantialem dicerent, deponerentur. His precibus annuens imperator, quas cæteroqui ab aliis episcopis laudatas reperiebat, nempe a Valente Mursæ, Ursacio Sigidonis, Germano Sirmii, Auxentio Mediolani, Demophilo Berrœæ in Thracia, decrevit celebrandam esse Nicææ synodum. Recusantibus autem iis qui imperatorem circumdabant, eo quod olim in eadem urbe de doctrina quæstiones agitatæ fuissent, placuit illam Nicomediæ fieri. Cum autem terræ motus eam vastavisset, rursum decretum est ut Nicææ fieret synodus. Imperator autem mutavit sententiam, et Seleuciæ in Isauria eam voluit congregari.

ιη'. Ἀπράκτου δὲ τῆς συνόδου ταύτης διαλυθείσης, Εὐδόξιος ὁ Γερμανικείας τελευτῆσαι μαθὼν Λεόντιον τὸν Ἀντιοχείας τῆς κατὰ Συρίαν, ἐδεήθη τοῦ βασιλέως ἐπανελθεῖν ἀπὸ Ῥώμης εἰς Γερμανικείαν, ὡς χρῃζούσης αὐτοῦ τῆς τοιαύτης πόλεως· ἐπιτραπεὶς οὖν τοῦτο, κατέλαχε τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ σπουδῇ τῶν Ἀρειανῶν, μάλιστα δὲ τῶν βασιλικῶν εὐνούχων, περιεποίησεν ἑαυτῷ τὴν ἐνθάδε ἐπισκοπήν· καὶ λοιπὸν ἐπανῄει τὸ Ἀετίου δόγμα τὸν Υἱὸν ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ δοξάζον, ἅμα τοῖς ὁμόφροσιν Ἀκακίῳ τῷ Καισαρείας καὶ Οὐρανίῳ τῷ Τύρου. Γεώργιος δὲ ὁ Λαοδικείας ἐπίστειλε περὶ τῆς τοιαύτης Εὐδοξίου νεωτεροποιίας Βασιλείῳ τῷ Ἀγκύρας, καὶ Μακεδονίῳ τῷ Μοψουεστίας, καὶ Νεκροποίῳ τῷ Νικομηδείας· οἵ, προσλαβόντες Εὐστάθιον τὸν Σεβαστείας καὶ Ἐλεύσιον τὸν Κυζίκου, τῷ βασιλεῖ τὸ γεγονὸς ἐδήλωσαν, αἰτοῦντες ἐκείνην κρατεῖν τὴν πίστιν ἣ λέγει τὸν Υἱὸν οὐχ ὁμοούσιον, ἀλλ' ὅμοιον τῷ Πατρὶ κατ' οὐσίαν εἴτε ἀνομοιούσιον· τοὺς δὲ λέγοντας ὁμοούσιον καθαιρεῖσθαι. Δεξάμενος δὲ τὴν αἴτησιν τούτων ὁ βασιλεύς, καὶ εὑρὼν ταύτην συνεπαινουμένην καὶ παρ' ἑτέρων ἐπισκόπων, οἷον Οὐάλεντος Μούρσης, Οὐρσακίου Σιγηδόνος, Γερμινίου Σιρμίου, Αὐξεντίου Μεδιολάνων, Δημοφίλου Βερροίας τῆς Θρᾴκης, ἔκρινεν ἐπιτελέσαι σύνοδον ἐν Νικαίᾳ. Παραιτησαμένων δὲ τῶν ἀμφὶ τὸν βασιλέα διὰ τὸ καὶ πάλαι ἐνθάδε τὴν περὶ τοῦ δόγματος σύμβηναι ζήτησιν, ἔδοξε ταύτην ἐν Νικομηδείᾳ γενέσθαι· σεισμοῦ δὲ αὐτῇ ἐνσκήψαντος, πάλιν ἐκρίθη γενέσθαι τὴν σύνοδον ἐν Νικαίᾳ· μεταβουλευσάμενος δ' ὁ βασιλεὺς, ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας αὐτὴν ἠθέλησεν ἀθροισθῆναι.

19. Considerantes autem ii qui Eudoxii partes tenebant fore ut non possent omnibus episcopis una congregatis persuadere ut dissimile acciperent, sy-

ιθ'. Λογισάμενοι δὲ οἱ περὶ Εὐδόξιον ὡς, ἁπάντων ὁμοῦ τῶν ἐπισκόπων ἀθροιζομένων, οὐκ ἂν αὐτοὺς δυνηθεῖεν πεῖσαι τὸ ἀνόμοιον παραδέξασθαι, μερι-

σθείσης δὲ τῆς συνόδου ῥᾷον πείσουσι τοὺς ὀλίγους, παρεσκεύασαν, συμπραττόντων αὐτοῖς τῶν εὐνούχων, δύο γενέσθαι τὰς συνόδους, τῶν μὲν ἑσπερίων ἐπισκόπων ἐν Ἀριμίνῳ τῆς Ἰταλίας, τῶν δὲ ἑῴων ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας· καὶ ἵνα τὰ πολλὰ συντέμνω, τοῦ τῆς μακαρίας λήξεως Παύλου τὸν τῆς ὁμολογίας στέφανον εἰληφότος, ἀντεισάγεται Μακεδόνιος, ὡς ἄν τις εἴπῃ σκότος ἡμέρας διάδοχον· Ἦν δὲ τὰ μὲν πρῶτα συμφερόμενος τοῖς περὶ Ἀκάκιον τὸν Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, καὶ οὔτε ὁμοιούσιον τῷ Πατρὶ ἔλεγε τὸν Υἱόν, ἀλλ' ὅμοιον· μετὰ δὲ τὸ καθαιρεθῆναι πρὸς ἐκείνων ἀποχρησαμένων τῇ κατ' αὐτοῦ ὀργῇ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίου, οἷς τὸν νεκρὸν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου παρεκίνησε, καὶ τῶν ἐντεῦθεν σφαγῶν ἀνεφάνη αἴτιος, περὶ δὲ τούτων εἰπεῖν ἔφθημεν, διέτριβε μὲν εἴς τι περὶ Πύλας τῆς Βιθυνίας χωρίον, ἔνθα καὶ ἐτελεύτησε· πρὸς δὲ τοὺς τοῦ ἑτέρου μέρους ἤτοι τοὺς Ἡμιαρείους, φημὶ δὲ τοὺς ἀμφὶ Γεώργιον τὸν Λαοδικείας καὶ Βασίλειον τὸν Ἀγκύρας, ἀπέκλινε, καὶ τὸν Υἱὸν κατ' αὐτοὺς ἐδογμάτιζεν ὁμοιούσιον.

A nodo autem dissociata facilius fore ut paucis persuaderent, curaverunt ex eunuchorum auctoritate ut duæ synodi fierent, occidentalium episcoporum Ariminii in Italia, orientalium autem Seleuciæ in Isauria. Atque ut brevissime dicam, beatæ conditionis Paulo confessionis coronam adepto sufficitur Macedonius, ut ita dicam, quasi post lucem tenebræ. Erat autem primum Acacii Cæsareæ in Palæstina asseclis consentiens neque Filium Patri in substantia similem esse dicebat, sed tantum similem; postquam autem depositus est ab iis qui Constantis imperatoris ira abutebantur in eum indignantis eo quod Constantini patris cadaver loco moverat et recentis cædis causa fuerat (de his diximus antea), aliquandiu prope Pylas Bithyniæ B locum commoratus est, ubi et mortuus est. Ad eos vero qui alteram partem constituebant, Semia- rianos nempe, Georgii Laodiceæ, Basilii Ancyræ fautores declinavit, et Filium, sicut et ipsi, in substantia Patri similem esse docuit.

κ'. Αἱρεσιάρχης δὲ φιλοτιμηθεὶς ἀναῤῥηθῆναι, καινοτερόν τι προσεπενόησε, καὶ σφοδρότερον ἐλύττησε κατὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· τοῦτο γὰρ καὶ οἱ τὸ ὁμοιούσιον εἰσάγοντες, καὶ οἱ τὸ ὅμοιον ληροῦντες τῆς οὐσίας χωρὶς, καὶ ἁπλῶς οἱ ἀπὸ Ἀρειανῶν πάντες κτίσμα μὲν ἔλεγον καὶ τοῦ Υἱοῦ καταδεέστερον, ὅμως, δ' οὖν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι συνηρίθμουν· οὗτος δὲ ὁ κατάρατος εἰς τὴν Τριάδος αὐτὸ θεολογίαν συναναλαμβάνειν ἐξέκλινεν, ἄμοιρον εἶναι λέγων τῶν τοιούτων πρεσβείων, διάκονόν τε καὶ ὑπηρέτην καλῶν, καὶ ὅσα περὶ ἀγγέλων τις λέγων οὐκ ἂν ἁμάρτοι· ὅθεν αὐτός τε καὶ ἡ αὐτοῦ συμμορία πνευματομάχοι παρὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐκλήθησαν. Ηὔξησαν δὲ μάλιστα τὴν αἵρεσιν ταύτην Μαραθώνιος ὁ Νικομηδείας, ἀφ' οὗ καὶ Μαραθωνιανοὶ πρός τινων οἱ Μακεδονιανοὶ ὠνομάσθησαν, καὶ Ἐλεύσιος ὁ Κυζίκου. Ἰουλιανοῦ δὲ βασιλεύσαντος, ἀσέβειας τῇ Κωνσταντίου τελευτῇ λαβόμενοι οἱ πνευματομάχοι, ὧν ἦν Βασίλειος ὁ Ἀγκύρας, Σιλβανὸς ὁ Ταρσοῦ, Εὐστάθιος ὁ Σεβαστείας, Ἐλεύσιος ὁ Κυζίκου, Παυσίνικος ὁ Ζήλων, Λεόντιος ὁ Κωμάνων, Καλλίστρατος ὁ Καλλιουπόλεως, Θεόφιλος ὁ Κασταβάλων, Σωφρόνιος ὁ Πομπηϊουπόλεως, καὶ οἱ τούτων ὁμόφρονες, εἰς ἴδιον σύστημα διεκρίθησαν, καὶ Μακεδονιανοὶ καλεῖσθαι φανερῶς ἤρξαντο, συνόδους τέ τινας ποιησάμενοι, τοὺς ἀμφὶ Ἀκάκιον ἀπεκήρυξαν.

20. Hæresiarcha autem renuntiari peroptans novum aliquid excogitavit, et in quamdam violentiorem rabiem contra Spiritum sanctum incidit. Illum enim et qui Filium substantia similem finxerant et qui similem esse dicendo deliraverant, excepta substantia, utque uno verbo dicam, quotquot Arianas partes tenebant, creaturam Spiritum dicebant, Filioque minorem, illum tamen in C sancta Trinitate connumerabant, ille autem scelestus in Triadis theologia eum comprehendere renuit, talis dignitatis non participem esse dicens, ministrumque et servum eum vocans, iisque utens nominibus quibus ne angeli quidem nuncuparentur. Unde ipse et ejus consocii Spiritus sancti adversarii ab orthodoxis appellati sunt. Auxerunt autem hanc hæresim Marathonius Nicomediæ, a quo et Marathoniani a nonnullis Macedoniani nominati sunt, et Eleusius Cyzici. Juliano autem imperante, securitatem ex Constantii morte adepti pneumatomachi, ex quorum numero erant Basilius Ancyræ, Silvanus Tarsi, Eustathius Sebastiæ, Eleusius Cyzici, Pausinicus Zelarum, Leontius Comanæ, Callistratus Calliopolis, Theophilus Castabali, So- D phronius Pompeiopolis, eorumque asseclæ, in quoddam proprium collegium discreti sunt, et Macedoniani vocari manifeste cœperunt, synodosque facientes, Acacii fautores excommunicavere.

κα'. Ἰοβιανοῦ δὲ τῆς βασιλείας ἐπιβατεύσαντος, βιβλίον αὐτῷ δεήσεως ἔδωκαν, ἀξιοῦντες ἐξωθεῖσθαι τῶν ἐκκλησιῶν τοὺς τὸ ἀνόμοιον δογματίζοντας, ἀντεισάγεσθαι δὲ ἑαυτοὺς ὡς τὸ ὁμοούσιον κηρύττοντας. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀναποκρίτους αὐτοὺς ἀπέπεμψε, μόνον τοῦτο ἐπιφθεγξάμενος, μισεῖν μὲν φιλονεικίαν, ἀγαπᾷν δὲ τοὺς τῇ ὁμονοίᾳ προστρέχοντας. Τηνικαῦτα δὲ ὁ φιλόνεικος τρόπος τῶν περὶ Ἀκάκιον ἐξηλέγχετο, καὶ ὡς εἶησαν ἀεὶ πρὸς τοὺς κρατοῦντας ἀποκλίνοντες. Συνελθόντες γὰρ ἐν Ἀν-

21. Joviano ad regiam dignitatem evecto, librum illi rogatorium dederunt, postulantes ut ab ecclesiis arcerentur qui Filium non similem esse docebant, ipsi vero introducerentur, ut consubstantialem proclamantes. Imperator autem illos absque sententia dimisit, illud tantum addens, se rixarum cupidos odisse, diligere vero eos qui ad concordiam properarent. Tum rixarum studium apud Acacii fautores reprehendebatur, simulque eis objurgabatur quod semper ad potentiores declina-

rent. Convenientes enim Antochiam Syriæ, in colloquium cum Meletio venere, qui consubstantiale docebat. Atque ita egerunt, postquam eum honoratum videre ab imperatore ibi tunc temporis degente. Communi igitur sententia concilium septem et viginti episcoporum convocavere, libelloque composito, consubstantiale confessi sunt; et Nicænam fidem confirmantes illum imperatori tradidere. Præerant huic synodo Meletius Antiochiæ, Eusebius Samosatæ, Acacius Cæsareæ, Pelagius Laodiceæ in Syria, Athanasius Ancyræ.

ϛ'. Ἐπὶ τούτου βασιλέως ὁ φιλόσοφος Μάξιμος, ἀπορρήτις ὢν καὶ παρὰ βασιλεῦσι τετιμημένος τὰ μέγιστα, πάντα παρεὶς, τὸ ἐν τῇ Χρυσοπόλει καταλαμβάνει μοναστήριον, καὶ τὴν κοσμικὴν ἀποτίθεται τρίχα, μὴ φέρων τὴν τῶν Μονοθελητῶν αἵρεσιν παῤῥησιαζομένην ὁρᾶν, μηδ' ἀνεχόμενος συνδιάγειν, καὶ κοινωνεῖν ὁμιλίας βασιλεῖ καὶ πατριάρχῃ ἔκθεσμον τοιαύτην ἐπικρατύνουσιν αἵρεσιν· ἔπειτα καὶ εἰς Ῥώμην τὴν μεγαλώνυμον ἄπεισιν, ἔνθα καὶ τῷ Πύῤῥῳ εἰς διάλεξιν ἦλθεν ἐκεῖσε παραγενομένῳ μετὰ τὴν καθαίρεσιν, καὶ πείθει τὸν ἁγιώτατον τότε πάπαν Μαρτῖνον τοπικὴν ἀθροίσαι σύνοδον, καὶ δοῦναι τῷ ἀναθέματι τοὺς ἐπὶ Χριστοῦ μίαν θεληματίζοντας θέλησιν· ὁ καὶ γέγονε, συνελθόντων ἐπισκόπων ἑκατὸν σὺν πέντε καὶ εἴκοσιν. Ἐκ δὲ τῆς Ῥώμης ἐπανελθὼν Μάξιμος μετὰ τῶν δύο Ἀναστασίων τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, ὑπὸ τῆς συγκλήτου εὐθύνεται, καὶ κατὰ τὴν Θράκην φρουρᾷ παραδίδοται, εἶτα καὶ τὴν χεῖρα καὶ τὴν γλῶτταν ἐκτέμνεται μετὰ καὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν· ἀλλὰ καὶ Μαρτῖνος ὁ ἁγιώτατος ἐκσφενδονᾶται τοῦ θρόνου καὶ ὑπερορίᾳ καταδικάζεται, ἐν ᾗ καὶ τὸν βίον ἀπέλιπε.

B 4. Quo imperante, Maximus philosophus qui erat a secretis et maximo honore ab imperatoribus colebatur, cunctis rebus abdicatis, Chrysopolim in monasterium quoddam se contulit, capitisque ornamentum comam deposuit, non sustinens Monothelitarum hæresim tanta audacia fretam videre, neque valens conversari et colloqui cum imperatore ac patriarcha hanc perversam hæresim defendentibus. Deinde in insignem urbem Romam proficiscitur, et cum Pyrrho qui illuc post suam depositionem descenderat, in colloquium venit, persuasitque sanctissimo Papæ Martino ut localem synodum convocaret anathematique subjiceret eos qui unicam in Christo voluntatem esse docebant. Quæ convocata est, conveneruntque episcopi centum quinque et viginti. Postquam vero Roma rediit Maximus cum duobus Athanasiis ejus discipulis, a senatu reprehenditur, et in Thraciam relegatus custodiendus traditur, deinde et manus et lingua ipsius et ejus discipulorum amputantur. Sed et sanctissimus Martinus a sua sede deponitur, et ad exsilium damnatur, in quo et e vita migravit.

ε'. Τοῦ δὲ Κώνσταντος τελευτήσαντος ὁ τούτου παῖς Κωνσταντῖνος, ὃς ἐπεκέλητο Πωγωνάτος, τὴν βασιλείαν παρείληφε· καὶ οὗτος ὀρθόδοξος ὢν ἐν Κωνσταντινουπόλει σύνοδον συνεκρότησεν, ἑνῶσαι τὰς Ἐκκλησίας γλιχόμενος, ἧς ἡγοῦντο τοποτηρηταὶ τοῦ πάπα Ῥώμης, Ἀγάθωνος, Γεώργιος Κωνσταντινουπόλεως, Θεοφάνης Ἀντιοχείας· Ἀλεξανδρείας δὲ οὐκ ἦν πατριάρχης, οὔτε μὴν Ἱεροσολύμων· ὑπὸ γὰρ τῶν Σαῤῥακηνῶν αἱ πόλεις αὗται κατείχοντο· καὶ κυροῦται τὸ δύο θελήσεις καὶ δύο ἐνεργείας ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ καὶ λέγεσθαι καὶ πιστεύεσθαι. Καθυπεβλήθησαν δὲ ἀναθέματι οἱ προστάται τῆς τῶν Μονοθελητῶν αἱρέσεως, εἰ καὶ τὸ ζῆν προκατέλυσαν, Ὀνώριος Ῥώμης, Κῦρος Ἀλεξανδρείας, Σέργιος καὶ Πύῤῥος, Παῦλός τε καὶ Πέτρος Κωνσταντινουπόλεως, Μακάριος Ἀντιοχείας, καὶ ὁ τούτου φοιτητὴς Στέφανος, καὶ ὁ νηπιόφρων Πολυχρόνιος· ἠγωνίσαντο δὲ κατὰ ταύτην τὴν σύνοδον μάλιστα ὑπὲρ τοῦ εὐσεβοῦς δόγματος, Στέφανος Ἡρακλείας Πόντου ἐπίσκοπος, ἀνὴρ λόγιος καὶ μικροῦ πᾶσαν τὴν θείαν Γραφὴν ἐπὶ στόματος φέρων, καὶ Ἰωάννης Ἀθηνῶν.

5. Constante mortuo, ejus filius Constantinus qui Pogonatus cognominabatur, regiam dignitatem accepit. Qui cum orthodoxus esset, Constantinopolim synodum coegit, ecclesias adunare cupiens, cui præerant Romani papæ Agathonis vicarii, Georgius Constantinopolis, Theophanes Antiochiæ. Alexandria vero non habebat patriarcham neque Hierosolyma; a Sarracenis enim hæ urbes occupatæ erant; decerniturque duas voluntates et duas operationes in Christo esse dicendum et credendum. Subjecti autem sunt anathemati Monothelitarum hæresis principes, etsi jam vivere desierant, Honorius Romæ, Cyrus Alexandriæ, Sergius et Pyrrhus, Paulusque et Petrus Constantinopolis, Macarius Antiochiæ, et Stephanus, ejus discipulus, et insanus Polychronius. Pugnavere in hac synodo pro pio dogmate imprimis Stephanus Heracleæ in Ponto episcopus, vir disertus et fere omnem divinam Scripturam in labiis ferens, et Joannes Athenarum.

Justiniani piissimi imperatoris ex epistola dogmatica ad Zoilum Alexandriæ sanctissimum patriarcham

Unus est ergo Christus, non sublata naturarum differentia per ineffabilem unionem, Verbum creditus homoque visus. Nec autem unio commistionem exclusit, nec differentia substantiarum in eo scissionem aut divisionem admittit. Miracula enim Christi videntes, illius divinitatem prædicamus, infirmitates vero inspicientes, humanitatem ejus non diffitemur; nec miracula sine carne, nec absque divinitate infirmitates. Verum autem non est dicere ipsum esse passum et non passum; passus est quidem, quia proprium ejus corpus patiebatur, atque in corpore ejus inerat qui non pateretur, scilicet qui natura Deus erat, nam Verbum erat impassibile. Erat incorporeus in corpore passibili, corpusque ejus in semetipso habebat impassibile Verbum, infirmitates ipsius corporis auferens; unumquodque enim altero comitante operatur, juxta quod proprium habuerit; Verbo quod est Verbi, corpore vero quod est corporis perficiente. Sic enim docet sanctus Cyrillus, in tricesimo secundo sermone Thesauri, in Epistolam ad Romanos: Neutiquam unam esse operationem naturalem Dei et creaturæ dicemus, ita ut nec quod factum est ad substantiam divinam referamus, nec quod divinæ naturæ peculiare est in locum proprium genitis, deprimamus. Idem sanctus Pater, in his quæ ad Theodosium, nos eadem docet: Totum toti unitum fuisse nostræ humanitati Verbum de Deo dicimus: non enim forsitan, quod melius est in nobis, id est animam, nullo verbo judicasset dignum soli carni quam inhabitabat verba tradens. Istis ambabus bene mysterium œconomiæ implebat; carne ut instrumento utebatur ad opera carnis, infirmitates scilicet ac quæcumque abessent a culpa; anima vero ad humana innoxiasque passiones; dicitur enim esuriisse, ex longis itineribus fatigationes sustinuisse, timorem, terrorem, tristitiam, agoniam atque in cruce mortem. Namque, nemine cogente, animam suam pro nobis a seipso posuit, *ut vivorum atque mortuorum dominetur*[5], carnemque suam omnium carni reddens æquale donum, animam pro anima pretium omnium faciens. Si autem iterum vita revocata fuerit, eo quod esset Deus, resurrexit; non enim certe justum esset dicere carnem, olim Verbo unitam, corruptione posse detineri, animamque divinam ipsius inferni portarum fieri captivam: *Non derelictus est in inferno*[5*], juxta quod dicit sanctus Petrus. Non autem dicendum est naturam ejus incomprehensam indissolutamque omnino fuisse morte, sed divinitatem Unigeniti in sinum terræ translatam etiam fuisse dicemus; non enim est mirabile, si in inferno

A

B

C

D

Ἰουστινιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως ἐκ τῆς πρὸς Ζωΐλον τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Ἀλεξανδρείας δογματικῆς ἐπιστολῆς (1).

ζ'. Εἷς οὖν ἐστιν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἀνῃρημένης τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς διὰ τὴν ἄῤῥαστον ἕνωσιν, Λόγος νοούμενος καὶ ἄνθρωπος θεωρούμενος· οὔτε γὰρ ἡ ἕνωσις σύγχυτιν ἀπειργάσατο, οὔτε ἡ διαφορὰ τῶν ἐν αὐτῷ οὐσιῶν τομὴν εἴτουν διαίρεσιν ἐπιδέχεται. Βλέποντες γάρ τοῦ Χριστοῦ τὰ θαύματα, κηρύττομεν αὐτοῦ τὴν θεότητα· ὁρῶντες αὐτοῦ τὰ πάθη, οὐκ ἀρνούμεθα αὐτοῦ τὴν ἀνθρωπότητα· οὐδὲ τὰ θαύματα δίχα σαρκὸς, οὐδὲ τὰ πάθη χωρὶς τῆς θεότητος. Καὶ ἔστι παράδοξον ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ πάσχων, καὶ μὴ πάσχων· πάσχων μὲν, ὅτι τὸ ἴδιον αὐτοῦ ἔπασχε σῶμα· καὶ ἐν αὐτῷ τῷ σώματι ἦν μὴ πάσχων ὁ τῇ φύσει Θεὸς ὤν, ὁ Λόγος ἀπαθὴς ἦν. Καὶ αὐτὸς μὲν ὁ ἀσώματος ἦν ἐν τῷ παθητῷ σώματι· τὸ δὲ σῶμα εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τὸν ἀπαθῆ Λόγον, ἀφανίζοντα τὰς ἀσθενείας αὐτοῦ τοῦ σώματος· ἐνεργεῖ γὰρ ἑκατέρα μορφὴ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας, ὅπερ ἴδιον ἔσχηκε, τοῦ μὲν Λόγου κατεργαζομένου τοῦτο ὅπερ ἐστὶ τοῦ Λόγου, τοῦ δὲ σώματος ἐκτελοῦντος ἅπερ ἐστὶ τοῦ σώματος. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος ἐν τῷ λβ' λόγῳ τοῦ θησαυροῦ διδάσκει τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἐρμηνεύων Ἐπιστολήν· Οὐ δήπου μίαν εἶναι φυσικὴν τὴν ἐνέργειαν φῶμεν Θεοῦ καὶ ποιήματος, ἵνα μήτε τὸ ποιηθὲν εἰς τὴν θείαν ἀναγάγωμεν οὐσίαν, μήτε μὴν τῆς θείας φύσεως τὸ ἐξαίρετον εἰς τὸν τοῖς γεννητοῖς πρέποντα καταγάγωμεν τόπον. Ὁ αὐτὸς δὲ ἅγιος Πατὴρ καὶ ἐν τοῖς πρὸς Θεοδόσιον τὰ αὐτὰ ἡμᾶς ἐκδιδάσκει λέγων· « Ὅλον ὅλῃ συγγνώσθαί φαμεν τῇ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωποτητι τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον· οὐ γάρ που τὸ ἄμεινον ἐν ἡμῖν, τουτέστι ψυχὴν, οὐδενὸς ἂν ἠξίωσε λογου μόνῃ δωρούμενος τῇ σαρκὶ τῆς ἐπιδημίας τοὺς λόγους. Ἐπράττετο δὲ οὐ ἁμαρτεῖν καλῶς τῆς οἰκονομίας τὸ μυστήριον· προσεχρήσατο καθάπερ ὀργάνῳ τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ πρὸς τὰ σαρκὸς ἔργα τε καὶ ἀῤῥώστήματα φυσικὰ καὶ ὅσα μώμου μακρὰν· ψυχῇ δ' αὐτῇ ἰδια πρὸς τὰ ἀνθρώπινά τε καὶ ἀνυπαίτια πάθη· πεινῆσαι γὰρ λέγεται, πονους τε ὑπενεγκεῖν τοὺς ἐκ μακρῶν ὁδοιπορίων, πτοήσεις τε καὶ φόβους καὶ λύπην καὶ ἀγωνίαν καὶ τὸν ἐπὶ τῷ σταυρῷ θάνατον. Ἐπαναγκάζοντος γὰρ οὐδενὸς ἔθηκεν ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν ἰδίαν ψυχὴν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ· σάρκα μὲν τὴν ἰδίαν τῆς ἁπάντων σαρκὸς ἀποτινυὺς ἀληθῶς ὄφλον ἀντάξιον· ψυχὴν δ' ἀντὶ ψυχῆς ἀντίλυτρον τῶν ἁπάντων ποιούμενος· εἰ καὶ ἀνεβίω πάλιν ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὡς Θεος· οὐ γάρ τοι θέμις εἰπεῖν φθορᾷ μὲν δύνασθαι κρατεῖσθαί ποτε ἑνωθεῖσαν τῷ Λογῳ σάρκα, κάτοχον δὲ αὐταῖς ᾅδου πύλαις τὴν θείαν γενέσθαι ψυχήν· Οὐκ ἐγκατελείφθη γάρ εἰς ᾅδου, καθὰ καὶ ὁ θεσπέσιος ἔφη Πέτρος. Οὐ γάρ ἔστιν εἰπεῖν ὡς τὴν ἄλη-

[5] Rom. XIV, 9. [5*] Act. II, 27.

(1) Citat hoc scriptum suum Justinianus in alio suo opusculo a nobis edito Coll. Vat. t. VII, p. 309. Citat rursus Agatho papa in epistola ad imperatores Concil. Labb. t. VI, p. 663 b.

πτον παντελῶς καὶ ἀναλλοίωτον τῷ θανάτῳ φύσιν, τουτέστι τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς ὑπὸ χθόνα μυχῶν ἀνακεχωρηκέναι φήσομεν· οὐ γὰρ ἂν ἠξιώθη τὸ χρῆμα θαύματος, εἰ μεμένηκεν εἰς τὸν ἅδην ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος, τῇ τῆς θεότητος ἐνεργείᾳ τε καὶ φύσει παραδόξως τε καὶ ὑπὲρ λόγον πληρῶν τὰ πάντα καὶ τοῖς πᾶσιν ἐπιδημῶν. » Εἶτα προιὼν τῷ λόγῳ ταῦτα πάλιν φησίν· « Ἀνθρώπινον μὲν τὸ τεθνάναι πάθος, ἐνέργημα δὲ θεϊκὸν τὸ ἀναβιῶναι· » δεικνὺς ἃ δι' ἀμφοῖν γνωρίζεται καθ' ἡμᾶς τε ἅμα καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ὡς Θεός. Ὁρᾷς ὅπως ὁ σεβάσμιος οὗτος Πατὴρ τὰς τῶν δύο φύσεων ἐνεργείας ἐπὶ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως ἤτοι τοῦ ἑνὸς προσώπου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν παραδίδωσι; Καὶ μετ' ὀλίγα· Εἶτα δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος γενόμενος, ὁρατὸς καὶ ψηλαφητὸς γέγονε· καὶ διὰ τῶν θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων ἐνεργειῶν φανηρωθεὶς ὑπάρχειν ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι, δέδωκεν ἡμῖν γινώσκειν ὅτι ἐν οἷς ἐγνώσθη, ἐξ αὐτῶν συνίσταται· οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἅγιοι Πατέρες ἀμφοτέρας τὰς φωνὰς ὁμολογοῦντες, τουτέστι καὶ τὴν ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος δι' ἑκατέρας αὐτῶν τὸ ἀσύγχυτόν τε καὶ ἀδιαίρετον τῆς οἰκονομίας τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παραδιδόασιν.

A habitaverit de Deo Verbum, cum deitatis virtute ac natura, mirabiliter ac supra id quod dici potest, omnia impleat, atque in nobis omnibus inhabitet. Deinde pergens, hæc iterum dicit : « Humana infirmitas est mors, virtus vero divina resurrectio ; » ostendens quod his ambabus agnoscitur, scilicet inter nos esse simul et supra nos ut Deum. Videsne quomodo hic venerabilis Pater duarum naturarum virtutes in una hypostasi seu una persona Christi Dei nostri demonstrat? *Et paulo post* : Deinde, propter nos homo factus, visibilis tractabilisque factus est. Cumque divinis atque humanis virtutibus in divinitate ac humanitate esse apparuisset, nobis cognoscendum dedit se ex ipsis subsistere quibus patefactus est. B Sic ergo sancti Patres has ambas voces confitentes, unam scilicet de deitate atque alteram de humanitate, ex utraque inconcretam atque individuam œconomiam magni Dei nostri Salvatoris Jesu Christi tradunt.

NICETÆ CHONIATÆ

EX LIBRO XVII THESAURI ORTHODOXÆ FIDEI (*a*)

Περὶ αἱρέσεων τῶν Ἀρμενίων (1).

C *De hæresibus Armeniorum.*

α'. Τὴν μίαν ἐπὶ Χριστοῦ φύσιν καὶ μίαν ἐνέργειαν οὕτω πειρῶνται Ἀρμένιοι κρατύνειν· εἰ δύο φασὶν ἐνεργείας ἐπὶ Χριστοῦ δοίημεν, συνέψονται πάντως ταύταις καὶ δύο θελήματα· εἰ δὲ τοῦτο, ἐξ ἀνάγκης καὶ δυὸ συνεισαχθήσονται πρόσωπα.

1. Unam in Christo naturam et unam operandi facultatem Armeni hoc modo confirmare student : Si duas Christo operandi facultates attribuimus, duæ necessario voluntates stabiliendæ sunt ; quod si conceditur, duæ personæ emanent necesse erit.

Πρὸς δὲ ταῦτα οὕτως αὐτοῖς ἀντέπεσον οἱ θεοφόροι Πατέρες ἡμῶν.

Ad hoc autem sic illis divini Patres nostri responderunt.

Τὸ φυσικὸν θέλημα οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ δύναμις τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος ὀρεκτικὴ, καὶ τῶν ἰδιωμάτων συνεκτικὴ τῶν τῇ φύσει προσόντων οὐσιωδῶς, καθ' ἣν ἀεὶ τῷ φύσει θελητικῷ τὸ πεφυκέναι θέλειν ἐμπέφυκεν· οὐ ταυτὸν δὲ τὸ πεφυκέναι θέλειν καὶ θέλειν ἐστίν· ὥσπερ οὐδὲ τὸ πεφυκέναι λαλεῖν καὶ λαλεῖν· πέφυκε μὲν γὰρ ἀεὶ τὸ λαλητικὸν λαλεῖν, D λαλεῖ δὲ οὐκ ἀεί· ἐπειδὴ τὸ μὲν οὐσίας ἐστὶ λόγῳ φύσεως συνεχόμενον, τὸ δὲ βουλῆς, τῇ τοῦ λαλοῦντος γνώμῃ τυπούμενον· ὥστε φύσεως μὲν ἀεὶ

Naturalis voluntas nihil aliud est quam vis hujus quod secundum naturam est appetitum movens proprietatesque complectens quæ naturæ essentialiter insunt, ex qua semper voluntatem habenti posse velle inest. Non autem idem est posse velle et velle, quemadmodum nec idem est posse loqui, et loqui. Quod enim facultatem loquendi habet, potest semper loqui, non autem semper loquitur ; ut enim possit, in ratione naturæ comprehenditur ; ut autem velit, loquentis mente determi-

(1) Contra varias hæreses Armeniorum non pauca alia præcedunt in codice, quæ idcirco nos omisimus quia ea pene ad litteram edita reperimus apud Nicephorum Callistum hist. lib. XXIII, 53. Sed quia inter alios schismaticorum Armeniorum illaudabiles ritus sacra quoque cadaverum per oleum unctio recensetur, qua super re quemdam Macarii Hierosol. incertum et fortasse spurium canonem citant (videsis Collect. Vat., t. X, fin., p. 271 et pr. p. XXII), aio me vidisse idoneam hujus rei ms. refutationem Nicephori patriarchæ Constantinopolitani hoc titulo : Περὶ τῶν λεγόντων ὅτι χρὴ καὶ μετὰ τὸν θάνατον εὐχέλαιον ποιεῖν. Incipit : Οὐκ οἶδα ποίαν καὶ ἀτασθαλίας μεστήν· *Nescio quam amentiæ plenam.* Videsis tamen etiam Græca apud Cangium contraria excerpta voc. Ἔλαιον ἅγιον.

(*a*) Hoc libro continebatur etiam secunda Disputatio Theoriani cum Nersete, quam inter opera Theoriani edidimus, tom. CXXXIII, EDIT. PATR.

minatur ita ut naturæ quidem sit posse semper loqui, ut et posse velle. Si autem posse velle et quomodocunque velle non sunt idem, sed posterius ex volentis deliberatione procedit, habebat igitur posse velle incarnatum Verbum, ut homo, sua divina voluntate motum et efformatum. Ejus enim voluntas, nihil Deo opposita, omnino deificata erat. Si autem deificabatur, patet eam deificantis cohærentia deificatam esse. Deificum vero et deificatum duo certe sunt; sed non unum et idem natura; si quidem eorum, quæ sunt ad aliquid, deificans et deificatum sunt, ea vero quæ sunt ad aliquid possunt inter se uniri, alterumque per alterum concipi. Habebat igitur naturalem voluntatem, ut homo, Salvator sua divina voluntate efformatam et unificatam et non contrariam. Quod enim appetitivo in potentia motu caret, caret simul omni vitali potestate; quod autem ex natura non habet vitalem potestatem, omnino neque animam habet.

A τὸ πεφυκέναι λαλεῖν, ὥσπερ καὶ τὸ πεφυκέναι θέλειν· εἰ δὲ τὸ πεφυκέναι θέλειν καὶ τὸ πῶς θέλειν οὐκ ἔστι ταυτόν, τὸ δὲ τῆς τοῦ θέλοντος ὑπάρχει βουλῆς, εἶχεν ἄρα τὸ πεφυκέναι θέλειν ὁ σαρκωθεὶς Λόγος, ὡς ἄνθρωπος, τῷ αὐτοῦ θεϊκῷ βουλήματι κινούμενον καί τυπούμενον· τὸ γὰρ ἐκείνου θέλειν οὐδὲν ὑπεναντίον Θεῷ, θεωθὲν ὅλον· εἰ δὲ τεθέωτο, τῇ τοῦ θεοῦντος δηλονότι συμφυΐᾳ τεθέωτο. Τὸ δὲ θεοῦν καὶ θεούμενον δύο πάντως, ἀλλ' οὐχ ἓν καὶ φύσει ταυτόν, εἴπερ τῶν πρός τι τὸ θεοῦν καὶ τὸ θεούμενον, τὰ δὲ πρός τι πάντως ἀλλήλοις συνεισάγεσθαι πέφυκε, καὶ θατέρῳ συνεπινοεῖσθαι θάτερον. Εἶχεν οὖν θέλημα φυσικὸν ὡς ἄνθρωπος ὁ Σωτὴρ τῷ αὐτοῦ θεϊκῷ θελήματι συντυπούμενον καὶ ἑνούμενον καὶ οὐκ ἐναντιούμενον· τὸ γὰρ κατ' ἔφεσιν ὀρεκτικῆς ἐστερημένον B κινήσεως καὶ πάσης ζωτικῆς δυνάμεως ἄμοιρον· τὸ δὲ ζωτικὴν οὐκ ἔχον ἐκ φύσεως δύναμιν πάντως οὐδὲ ψυχήν.

Ad eos qui dicunt se nescire alteram et alteram in Christo voluntatem, sed unam et hanc divinam, eo quod deificata fuerit caro

Πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ ἄλλο καὶ ἄλλο ἐπὶ Χριστοῦ εἰδέναι θέλημα, ἀλλ' ἓν καὶ τοῦτο θεϊκόν, διὰ τὸ τὴν σάρκα θεωθῆναι.

2. Nisi altera et altera sit secundum naturam divina et humana voluntas, manifestum est eam esse unam et eamdem natura. Si ita est, natura ipsa necessaria una et eadem erit. Ubi enim non est diversitas naturalis voluntatum, neque substantiæ et naturæ illic aderit varietas. Si autem natura altera et altera voluntates sint, omnino inter se differunt. Porro si differunt, quomodo earum numerum confiteri non necesse est et quot sint inquirere? Quomodo enim possibile est esse voluntates easque non numerari? Quod enim deificata est sua cum Deo unione caro, non ideo in sua essentiali entitate, quatenus natura rationalem et mente præditam animam habet, corrumpitur. Quemadmodum neque ferrum corrumpit in propria natura summa et perfecta cum igne commistio et unio; sed proprietates ignis contrahit, si quidem ignis per unionem factum est; simul autem grave est natura et secat, quia non propriæ naturæ jacturam passum est, neque naturalem vim omnino amisit, etsi cum igne exsistat secundum unam et eamdem hypostasim, atque simul operetur ea quæ secundum propriam naturam sunt, sectionem dico, rursusque ea quæ ex unione procedunt, nempe adustionem; ipsius autem est, quemadmodum et ignis, secandi actio propter summam mutuamque circumincessionem et communionem.

β'. Εἰ ἄλλο καὶ ἄλλο κατὰ φύσιν οὐκ ἔστι τὸ θεῖον καὶ τὸ ἀνθρώπινον θέλημα, δῆλον ὡς ἓν φύσει καὶ ταυτόν· καὶ εἰ τοῦτο, καὶ ἡ φύσις ἐξ ἀνάγκης μία καὶ ἀπαράλλακτος ἔσται· οὗ γὰρ ἑτερότης φυσικὴ θελημάτων οὐκ ἔστιν, οὐδὲ οὐσίας καὶ φύσεως τὸ παράπαν ἐκεῖσε παραλλαγή. Εἰ δὲ ἄλλο φύσει καὶ ἄλλο, διάφορα πάντως· καὶ εἰ διάφορα, πῶς τὸν C ἐν ποσῷ τούτων ἀριθμὸν οὐχ ὁμολογῆσαι χρεών; Πῶς γὰρ δυνατὸν εἶναι τὰ θελήματα, καὶ μὴ ἀριθμεῖσθαι; Τὸ γὰρ θεωθῆναι τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἑνώσει, καθὰ καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν τῆς λογικῶς τε καὶ νοερῶς ἐψυχωμένης σαρκός, τῆς κατ' οὐσίαν ὀντότητος οὐκ ἐξίστησιν, ὥσπερ οὐδὲ τῆς οἰκείας τὸν σίδηρον φύσεως ἡ ἄκρα καὶ θειοῦν πρὸς τὸ πῦρ ἀνάκρασίς τε καὶ ἕνωσις· ἀλλὰ πάσχει μὲν τὰ πυρός, ἐπειδὴ πῦρ τῇ ἑνώσει γεγένηται· βρίθει δὲ πάλιν κατὰ φύσιν καὶ τέμνει, ὅτι μὴ τῆς οἰκείας φύσεως λωβὴν πέπονθεν, ἡ τῆς φυσικῆς ἐνεργείας ἔξεστη τὸ σύνολον, καίτοι μετὰ πυρὸς ὑπάρχων κατὰ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ὑπόστασιν, καὶ ἀδιαστάτως ὁρῶν τά τε κατὰ φύσιν ἰδίαν, λέγω δὴ τὴν τομήν, καὶ τὰ καθ' ἕνωσιν αὖθις ὅπερ ἐστὶν ἡ καῦσις· αὐτοῦ γάρ ἐστι, καθάπερ καὶ τοῦ πυρὸς ἡ τομή, διὰ τὴν ἄκραν εἰς ἄλληλα περιχώρησιν καὶ ἀντίδοσιν. D

Et rursus circa idem.

Καὶ αὖθις περὶ τοῦ αὐτοῦ.

3. Si omnia quæ naturæ sunt nobiscum habuit Christus communia, Patris benevolentia et Spiritus sancti cooperatione propter nostram salutem, quomodo etiam naturalem non participabat voluntatem? Peccatum enim solum non participavit Verbum incarnatum, quia neque id naturæ est, sed deflexio et lapsus mentis ultra naturæ ra-

γ'. Εἰ πάντων τῶν τῆς φύσεως ἐπίσης κεκοινώνηκεν ἡμῖν ὁ Χριστὸς εὐδοκίᾳ Πατρὸς καὶ συνεργείᾳ Πνεύματος ἁγίου διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, ὅπως οὐχὶ καὶ τῆς φυσικῆς μετεῖχε θελήσεως; Ἁμαρτίας γὰρ μόνης οὐχὶ μετέσχεν ὁ σαρκωθεὶς Λόγος, ὅτι μηδὲ τῆς φύσεως αὕτη ἐστίν, ἀλλὰ παρεκτροπὴ καὶ ὀλίσθημα γνώμης κεκινημένης παρὰ

τὸν λόγον τῆς φύσεως· διαστέλλεται γὰρ τὸ φυσικὸν θέλημα καὶ τὸ γνωμικόν· τὸ μὲν γὰρ φυσικὸν δύναμίς ὑπάρχει τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος ὀρεκτική· τὸ δὲ γνωμικὸν αὐθαίρετος ὁρμὴ καὶ ζήτησις περὶ τοῦ ἀγνοουμένου, καὶ κθίσις καὶ διάθεσις περὶ τὸ κριθέν· καὶ οὐ φύσεως γαρακτηριστικόν, ἀλλὰ τοῦ προσώπου κυρίως οὗ ἐστι καὶ τῆς ὑποστάσεως, ὥσπερ καὶ τὸ πῶς θέλειν καὶ τὸ πῶς ὁρᾶν οὐ τῆς φύσεως, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας γνώμης· καθ' ὃν λόγον καὶ ὁ ἀνθρωπολάτρης Νεστόριος γνωμῶν ἕνωσιν ἀσεβῶς ἐδογμάτισεν, ἵν' ἑκατέραν δι' ἑκατέρας κυρώσῃ ὑπόστασιν, καὶ ὁ ψιλὸς ἄνθρωπος αὐτῷ τηρηθῇ γνώμῃ τινὶ καὶ αὐθαιρέτῳ κινήσει πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ αὐτὸς, φησὶ, τὴν ἕνωσιν ποιησάμενος. Ὡς ἂν τοίνυν τὸ ἐντελὲς ἀκριβωθῇ τῆς φύσεως ἐπὶ τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ, καὶ τὸ ἀντικείμενον διαῤῥιφῇ· τὸ μὲν φυσικὸν θέλημα ὡρίσθη ἐπὶ Χριστοῦ, τὸ δὲ γνωμικὸν οὐ κυρίως ἐῤῥέθη, ὡς μήτε τῇ διαιρέσει χώρα δοθῇ τῷ στασιάζειν ἐν τούτῳ, μήτε τῇ φαντασίᾳ παρείσδυσις τῷ μὴ ὑπάρχειν ἐκεῖνο.

tionem commotæ; distinguuntur enim naturalis voluntas et mentalis; naturalis quidem est vis appetitum movens hujus quod secundum naturam est; mentalis vero liber impetus et inquisitio circa aliquid ignoti, et circa id quod decretum est judicium et dispositio; neque naturæ est character, sed proprie personæ cui inest et hypostaseos, quemadmodum aliquo modo velle et aliquo modo videre non ad naturam pertinet, sed ad mentem nostram; unde et anthropolatra Nestorius mentium unionem impie docuit, ut alteram per alteram confirmaret hypostasim, et servaretur merus homo aliqua mente et libero ad Deum Verbum motu, et ipse, inquit, homo hanc unionem perficiens. Ut igitur naturæ summa in incarnato Deo assignaretur, oppositumque rejiceretur, naturalis quidem voluntas definita est de Christo, mentalis vero non proprie dicta est, ut neque divisioni locus daretur, dissensionis in hoc gratia; neque phantasiæ introitus, tanquam non sit illa.

Ἕτερον πρόβλημα τῶν Ἀρμενίων.

δ'. Εἰ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ δύο θελήματα καὶ δύο ἐνεργείας φῶμεν, πάντως ἀλλήλοις ἐναντία ἔσονται τὰ θείου διαμαχομένου τῷ ἀνθρωπίνῳ, καὶ ὁ αὐτὸς καὶ εἷς Χριστός, ἢ διαστασιάζων ἑαυτῷ εὑρεθήσεται, ἢ αἱ φύσεις διαιρεθήσονται καὶ ἰδιοϋπόστατοι, καὶ τὸ τοῦ Νεστορίου δόγμα παῤῥησιάσεται,

Altera Armeniorum propositio.

4. Si in Christo duas esse voluntates et operationes concedamus, omnino inter se contrariæ erunt, divina voluntate adversus humanam repugnante; ac idem et unus Christus, vel a seipso dissentiens, invenietur, vel naturæ dividentur et singulæ propriam habebunt hypostasim; et Nestorii doctrina manifeste prædicabitur.

Ἀντίθεσις πρὸς τοῦτο τῶν εὐσεβῶν.

ε'. Εἰ μὲν τὰ δύο θελήματα, τό τε θεῖον καὶ τὸ ἀνθρώπινον, κατ' οὐσίαν ἀπὸ διάφορα, εὐσεβεῖτε· εἰ δὲ ἀντικείμενα, ψευδὴς ὁ λόγος· ἄλλο γὰρ θεότητος καὶ ἄλλο ἀνθρωπότητος θέλημα· ἀντικείμενα δὲ οὐδαμῶς, ὡς τοῦ ἀνθρωπίνου θελήματος τῷ θείῳ ἑπομένου, καὶ συντυπουμένου· οὔτε γὰρ εἴ τι διάφορον, πάντως τοῦτο καὶ ἀντικείμενον· διαφορὰ γὰρ οὐσιώδης· σύστασίς ἐστι τῶν ἐν τῇ φύσει πραγμάτων, οὐ μὴν ἐναντίωσις πρὸς τὴν τούτων θέσιν. Ἀπαραίτητον δὲ τὸν σαρκωθέντα Λόγον φυσικῶς ἔχειν καὶ τὸ ἀνθρώπινον θέλημα πρὸς πίστωσιν τῆς νοερᾶς αὐτοῦ καὶ λογικῶς ἐψυχωμένης σαρκός· εἴπερ τέλειος ἄνθρωπος γέγονε μηδενὸς τῶν ἡμετέρων λειπόμενος, πλὴν μόνης τῆς ἁμαρτίας· πάντα γὰρ ἔχων ὅσα ἡμεῖς ἀπαραλείπτως τὰ κατὰ φύσιν συστατικὰ τῆς ἡμετέρας οὐσίας, θέλει καὶ ἐνέργει ἐν ἑκατέρᾳ μορφῇ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας· ὧν μὲν γὰρ ἡ αὐτὴ, τούτων καὶ θέλησις καὶ ἡ ἐνέργεια ἡ αὐτή· ὧν δὲ διάφορος ἡ οὐσία, τούτων διάφορος καὶ ἡ θέλησις καὶ ἡ ἐνέργεια. Καὶ τὸ ἀνάπαλιν, ὧν ἡ θέλησις καὶ ἡ ἐνέργεια ἡ αὐτὴ, τούτων καὶ ἡ οὐσία ἡ αὐτή. ὧν δὲ διάφορος ἡ θέλησις καὶ ἐνέργεια, τούτων καὶ ἡ οὐσία διάφορος· ἐπὶ μὲν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἐκ τῆς ταυτότητος τῆς ἐνεργείας καὶ τοῦ θελήματος καὶ τὴν ταυτότητα τῆς φύσεως γινωσκομεν· ἐπὶ δὲ τῆς θείας οἰκονομίας, ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν ἐνεργειῶν καὶ τῶν θελημάτων καὶ τὴν τῆς φύσεως

Ad hæc responsio orthodoxorum.

5. Si quidem duas voluntates, divinam et humanam, secundum essentiam differre dicitis, pie dicitis; si autem oppositas esse, mendaces estis. Altera enim est divinitatis et altera humanitatis voluntas; inter se tamen minime oppositæ, cum humana voluntas divinam voluntatem sequatur et ab illa efformetur. Non enim si quid differt, ideo opponitur; differentia enim est essentiæ: eorum quæ in natura sunt collatio est eorum sejunctionis loco, non sane oppositio. Inevitabile autem incarnatum Verbum naturaliter humanam voluntatem habere, ut ejus intelligenti et rationali carnis animæ fides sit, si quidem perfectus homo factus est, nihil quod nostrum sit non sibi suscipiens, excepto peccato. Omnia enim quæ et nos habens, nihil non suscipiens eorum quæ secundum naturam nostræ essentiæ constituta sunt, in utraque forma volebat operaturque cum alterius communione. Quorum autem differens est essentia, eorum quoque differens est et voluntas et operatio; quorum vero differens est voluntas et operatio, eorum quoque differens est essentia. Ideo et in Patre et Filio et Spiritu sancto ex voluntatis et operationis identitate, et naturæ identitatem agnoscimus. In divina autem incarnationis œconomia ex operationum et voluntatum differentia, et naturæ differentiam confitemur. Duas porro voluntates naturarum esse dicimus, non personales; neque se-

parationem inducimus naturarum, sed eamdem, et in hac unione naturarum ostendimus conservationem,

διαφοράν συνομολογούμεν· τὰ μέντοι δύο θελήματα φυσικά φαμεν, οὐχ ὑποστατικά· οὐδὲ διαίρεσιν εἰσάγομεν τῶν φύσεων, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν, κἂν τῇ ἑνώσει δηλοῦμεν φυσικὴν συντήρησιν.

6. Hoc etiam dicunt quod solo passionis tempore, quando quod nostri est perfecte in se referebat Christus et mori recusabat ut homo, duas voluntates habere visus est. Quod est inconsequens : si enim tunc habebat, et ab initio habebat ex quo factus est homo, neque id ex tempore habuit. Si autem ab initio non habebat, neque tempore passionis habuit, sed horrorem tantum simulavit, et pariter juxta illos cætera per quæ salvati sumus, lacrymas nempe, orationes, mœrorem, agoniam, crucem, mortem et sepulturam. Figurabat enim in seipso perfecte quod nostri est per naturalem secundum nos agoniam, ut et abilla nos liberaret, et propriæ carnis naturæ fidem faceret, et œconomiam ab omni phantasia alienam efficeret; quemadmodum suæ humanæ voluntatis cum propria sui ipsius Patrisque voluntate cohærentiam et unionem, id statuens et dicens : Non mea voluntas, sed tua fiat [6]. »

ς. Ἔτι τοῦτό φασιν, ὡς ἐν τῷ καιρῷ μόνῳ τοῦ πάθους, ἡνίκα τὸ ἡμέτερον ἐτύπου πραγματικῶς ἐν ἑαυτῷ ὁ Χριστὸς καὶ παρητεῖτο τὸν θάνατον ὡς ἄνθρωπος, δύο θελήματα ἔχων ἐδείκνυτο. Τοῦτο δὲ ἄτοπον· εἰ μὲν γὰρ εἶχε τότε, καὶ ἀπ' ἀρχῆς εἶχεν ἐξ οὗ γέγονεν ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐχ ὕστερον ἐσχεδίασεν. εἰ δὲ ἀπ' ἀρχῆς οὐκ εἶχεν, οὐδὲ κατὰ τὸν καιρὸν εἶχε τοῦ πάθους, ἀλλὰ μόνον ἐμίμησατο τὴν παραίτησιν· κατ' αὐτοὺς δὲ καὶ τὰ λοιπὰ δι' ὧν σεσώσμεθα, οἷον τὸ δάκρυον, τὴν εὐχὴν, τὴν λύπην, τὴν ἀγωνίαν, τὸν σταυρὸν, τὸν θάνατον, καὶ τὴν ταφήν· ἐτύπου γὰρ ἐν ἑαυτῷ πραγματικῶς τὸ ἡμέτερον διὰ τῆς φυσικῆς πρὸς ἡμᾶς ἀγωνίας, ἵνα καὶ ταύτης ἡμᾶς ἐλευθερώσῃ, καὶ τῆς οἰκείας σαρκὸς τὴν φύσιν πιστώσηται, καὶ τὴν οἰκονομίαν καθαρὰν πάσης φαντασίας ἐργάσηται· ὥσπερ τὴν ἄκραν τοῦ κατ' αὐτὸν ἀνθρωπικοῦ πρὸς τὸ οἰκεῖον αὐτοῦ καὶ πατρικὸν θέλημα συμφυΐαν καὶ ἕνωσιν, τῷ ἐπικρίνειν τοῦτο καὶ φάσκειν· Μὴ τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω θέλημα.

Alia Armeniorum propositio.

Ἕτερον προβλημα τῶν Ἀρμενίων.

7. Si indivisibilis est Christus, indivisibilium vero una est operatio et voluntas, quomodo non et de Christo unam operationem in voluntatem dicemus?

ζ. Εἰ ἄτομος ὁ Χριστὸς, τῶν δὲ ἀτόμων μία ἐνέργεια καὶ θέλησις, πῶς οὐχὶ καὶ ἐπὶ Χριστοῦ μίαν ἐνέργειαν καὶ θέλησιν εἴπωμεν;

Responsio.

Ἀντίθεσις.

Nihil naturalium, in quantum est indivisibile certe, sed pro hujus indivisibilis natura et essentia differentiam habet. Naturis enim non exsistentibus, evanescit quoque omnino quod naturis constat, compositam hypostasim dico. Si autem compositam Christi hypostasim confitemur ad quam attollitur, et contrariorum et oppositorum capax erit : mortalis enim et immortalis, visibilis et invisibilis, finita et infinita, initio carens et initium habens. Duplex quoque eorum, ut decet, erit operatio; et aliter utra natura absque operatione esset, vel extra naturalem suam operationem ? Quomodo autem possibile est ut naturalis secundum carnem virtutis expers Verbum incarnatum hominem perfectum ac simpliciter hominem seipsum nominet ? Non enim est absque naturali operatione homo. Ad hoc, neque indivisibilis proprie dicitur in Christo composita persona. Nullam enim relationem habet ad eam divisionem quæ ex remotissimo genere per genera inter se subjecta ad propinquissimam speciem pervenit in eaque proprium progressum circumscribit

Οὐδὲν τῶν φυσικῶν εἰς τὸ ἄτομον προηγουμένως, ἀλλ' εἰς τὴν τούτου φύσιν καὶ οὐσίαν ἔχει τὴν διαφοράν· φύσεων γὰρ οὐκ οὐσῶν, καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν ἀφανίζεται πάντως, ἡ σύνθετος, λέγω, ὑπόστασις. Εἰ δὲ σύνθετος ἡ ὑπόστασις ὁμολογῆται τοῦ Χριστοῦ πρὸς ἣν ἀναφέρεται, καὶ δεκτικὴ τῶν ἐναντίων καὶ ἀντικειμένων· ὑψητὴ γὰρ καὶ ἀθάνατος, ὁρατὴ καὶ ἀόρατος, περιγραπτὴ καὶ ἀπερίγραπτος, ἀναρχος καὶ ὑπ' ἀρχὴν· διπλῆ τούτων κατὰ τὸ εἰκὸς καὶ ἡ ἐνέργεια ἔσται· καὶ ἄλλως δὲ τίς φύσις ἀνενέργητος, ἡ φυσικῆς ἐνεργείας ἐκτός; Πῶς δὲ καὶ δυνατὸς ἀμοιρουντα φυσικῆς δυνάμεως κατὰ σάρκα τὸν ἐνανθρωπήσαντα Λόγον ἄνθρωπον τέλειον ἢ ὅλως ἄνθρωπον χρηματίσειν; Οὐδὲ γὰρ δίχα φυσικῆς ἐνεργείας ὁ ἄνθρωπος· πρὸς δὲ τούτοις, οὐδὲ ἄτομον κυρίως λέγεται τὸ κατὰ Χριστὸν σύνθετον πρόσωπον· οὐ γὰρ σχέσιν ἔχει πρὸς τὴν ἐκ τοῦ γενικωτάτου γένους διὰ τῶν ὑπ' ἄλληλα καθειμένων γενῶν πρὸς τὸ εἰδικώτατον εἶδος διαίρεσιν καὶ ἐν αὐτῷ τὴν οἰκείαν πρόοδον περιγράφουσαν.

8. Ideo juxta sapientissimum Cyrillum nomen ***Christus*** non vim definitionis habet. Non enim est species de multis numero diversis prædicata, neque aliquam alicujus essentiam ostendit : non enim aliquid indivisibile est ad speciem aut genus

η'. Διὰ τοῦτο, κατὰ τὸν σοφώτατον Κύριλλον, τὸ Χριστὸς ὄνομα οὔτε ὅρου δύναμιν ἔχει· οὐ γὰρ εἰδός ἐστι πολλῶν ἀριθμῷ διαφερόντων κατηγορούμενον, οὔτε μὴν τήν τινος οὐσίαν δηλοῖ· οὐ γὰρ ἄτομον πρὸς εἶδος ἢ γένος ἀγόμενον ἢ κατ' οὐσίαν

[6] Luc. xxii, 42.

ὑπὸ τούτων περιγραφόμενον, ἀλλ' ὑπόστασις σύνθετος τὴν φυσικὴν τῶν ἄκρων διαίρεσιν ἐν ἑαυτῇ κατάκρας ταυτίζουσα, καὶ εἰς ἓν ἄγουσα τῇ τῶν οἰκείων ἑνώσει μερῶν· ἐπεὶ οὐδὲ ἑτέρωθεν τὸν αὐτὸν φύσει Θεὸν ὄντα καὶ ἄνθρωπον διαγινώσκομεν, ἢ ἐκ τῶν θεϊκῶς ἅμα καὶ ἀνθρωπικῶς χαρακτηριζόντων αὐτὸν ἐμφύτων ἰδιωμάτων τῆς τε θείας θελήσεως καὶ ἐνεργείας, καὶ τῆς ἀνθρωπικῆς τοῦ αὐτοῦ θελήσεως· αἷς καὶ δι' ὧν ὁ ἦν καὶ ὃ γέγονεν, ἐπεσφράγιζε· θαυματουργῶν μὲν ὑπὲρ ἡμᾶς ὡς Θεός, πάσχων δὲ δι' ἡμᾶς ὁ αὐτὸς ἑκουσίως ὡς ἄνθρωπος· καὶ νῦν μὲν φθεγγόμενος πρὸς τὸν Φίλιππον· Οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί; καὶ, Ὁ ἑωρακώς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα· καὶ, Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν. Νῦν δέ τί ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν λελάληκα ὑμῖν;

A reductum aut secundum essentiam sub illis circumscriptum, sed hypostasis composita naturalem extremorum divisionem in se commiscens et identificans, et in unum agens propriarum partium adunatione, quoniam nec aliunde eumdem natura Deum et hominem agnoscimus quam ex iis quæ divine et humane simul eum signant, innatis proprietatibus divinæ voluntatis operationisque et humanæ ejus voluntatis. Quibus et per quas quod erat et quod factus est signavit; miracula quidem supra nos operans ut Deus, patiens autem propter nos voluntarie ut homo. Et nunc quidem Philippo dicens: « Non credis quia ego in Patre et Pater in me [7]? » Et: « Qui videt me, videt Patrem [8]; et, « Ego et Pater unum sumus [9]: » B nunc vero: « Quid quæritis me interficere, hominem qui veritatem locutus sum vobis [10]? »

Ἑτέρα ἀντίθεσις Ἀρμενίων.

Alia Armeniorum objectio.

θ'. Πᾶν ἑτεροκίνητον ἀνενέργητον· ἡ τοῦ Κυρίου τοίνυν σὰρξ ὑπὸ τοῦ ἐνωθέντος αὐτῇ Λόγου κινουμένη ἀνενέργητος ἦν.

9. Quod ab alio movetur, absque operatione est: Domini igitur caro quæ a Verbo sibi unito movetur, absque operatione est.

Ἀντίθεσις καὶ ἀπολογία πρὸς τοῦτο.

Responsio et hujus objectionis confutatio.

Καὶ λοιπὸν οὐ διέφερε τῶν ἄλλων ἁγίων ἡ τοῦ Κυρίου σὰρξ· πνεύματι Θεοῦ ἐκινοῦντο καὶ Μωϋσῆς καὶ Δαβὶδ, καὶ ὅσοι ἄλλοι τῆς θείας ἐνεργείας χωρητικοί· τοῦτο δὲ ἄτοπον. Ἀλλ' ἐπεὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἀτρέπτως γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ὡς Θεὸς καταλλήλως τῇ αὐτοῦ θεότητι ἤθελέ τε καὶ ἐνήργει, καὶ ὡς ἄνθρωπος καταλλήλως τῇ αὐτοῦ ἀνθρωπότητι, τοῦ ἀνθρωπείου θελήματος οἷα καὶ θεωθέντος, τῷ C θεϊκῷ βουλήματι κινουμένου καὶ τυπουμένου. καὶ μαρτυροῦσι τοῦτο τὰ εὐαγγελικὰ ῥήματα ἃ φασιν οὕτωσί· « Τῇ ἐπαύριον ἠθέλησεν ὁ Ἰησοῦς εἰσελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν· » καὶ πάλιν· « Θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ αὐτοὶ ὦσι· » καὶ αὖ· « Οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι. » καὶ ἑτέρωθι· « Κἀκεῖθεν ἐξελθόντες ἐπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας· καὶ οὐκ ἤθελεν ἵνα τις γνῷ· » καὶ ἀλλαχοῦ· « Καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ λέγοντες αὐτῷ· Ποῦ θελεις ἀπελθόντες ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ Πάσχα; » Ταῦτα γὰρ πάντα καθὸ ὁ Κύριος ἄνθρωπος ἐφθέγγετο, καὶ οὐ καθὸ Θεός. Καὶ ἄλλως δὲ τὸ μὴ ἔχον ἐνέργειαν καὶ κίνησιν φυσικὴν νεκρὸν καὶ ἄψυχον· ἡ δὲ τοῦ Κυρίου σὰρξ ἔννους καὶ ἔμψυχος. D

Natura igitur caro Domini non differebat ab aliorum sanctorum carne. Spiritu Dei movebantur et Moyses et David et quicunque alii divinæ operationis capaces fuere. Quod ad eos spectat, ridicula esset objectio: sed postquam omnium Deus absque mutatione factus est homo, et ut Deus pro sua deitate volebat et operabatur, et ut homo pro sua humanitate, humana voluntate quasi deificata, et per divinam voluntatem mota et efformata. Atque id testantur evangelica verba quæ sic se habent; « Crastina die voluit Jesus intrare in Galilæam [11]; » et rursus: « Volo ut ibi sum ego, et illi sint [12]; et rursus: « Non enim volebat in Judæa ambulare, qui quærebant eum Judæi interficere [13]. » Et alibi: « Et inde egressi perambulabant Galilæam; et nolebat ut quis eum agnosceret [14]; » et alibi: « Et accesserunt ad eum discipuli ejus dicentes. Ubi vis paremus tibi manducare Pascha [15]? » Hæc enim omnia, ut homo, Dominus loquebatur, non autem ut Deus. Et aliunde quod non habet operationem et motum naturalem, mortuum est et inanime. Domini autem caro mente et anima prædita erat.

Ἕτερον πρόβλημα Ἀρμενίων.

Alia Armeniorum propositio.

ι'. Ὥσπερ ἐπὶ Χριστοῦ τὴν τῶν δύο φύσεων συνδρομὴν σύνθετον φατε ὑπόστασιν, οὕτω χρεὼν καὶ μίαν σύνθετον λέγειν ἐνέργειαν.

10. Quemadmodum de Christo duarum naturarum concursum compositam hypostasim dicitis, sic dicendum est unam compositam operationem esse.

Ἀντίθεσις.

Responsio.

Εἰ τὸν Χριστὸν ἐν δύο φύσεσι θεωρούμενον μίαν δῶμεν σύνθετον ἔχειν ἐνέργειαν, ἡ τοιαύτη πάντως ἐνέργεια ἢ τῶν αὐτοῦ μερῶν ἐσεῖται, ἢ αὐτοῦ ὡς

Si Christum in duabus naturis consideratum concedamus unicam habere operationem, talis operatio vel ejus partium erit, vel ipsius est compositi. Et si quidem ejus partium sit, dividetur ad utrum-

[7] Joan. XIV, 10. [8] Ibid. 9. [9] Joan. X, 30. [10] Joan. VII, 20. [11] Joan. I, 43. [12] Joan. XVII, 24. [13] Joan. VII, 1. [14] Ibid. [15] Matth. XXVI, 17.

que scissa et solvetur, et simul ea quæ per ipsam uniuntur solvet. Si vero compositi, ipsa erit ut contrariorum capax mortalis et immortalis, creata et increata, finita et infinita. Si quis hoc concesserit, erit Christus propriam habens operationem, exsistentem et non exsistentem, secundum possessionem et secundum privationem. Idem autem et de voluntate dicendum est. Dicunt Armenii, quemadmodum organi et illud moventis eadem est operatio, sic et divinitatis et humanitatis unam esse operationem. Si igitur inducunt organum vel coexistens, ut sunt corpus et anima, omnino juxta illos dicendum erit creaturam esse divinam naturam vel corpus increatum. Si vero artis cujusdam organum dicunt, illud anima carebit, nec semper movebitur, sed quando operanti videbitur. Cæterum Apollinario et Ario consentiunt, quorum prior absque anima, Apollinarius autem absque mente esse carnem Christi dicebat.

A ὅλου· καὶ εἰ μὲν τῶν αὐτοῦ μερῶν, μερισθήσεται πρὸς ἀμφότερα τεμνομένη καὶ λυθήσεται, καὶ συνδιαλύσει τὰ κατ' αὐτὴν ἡνωμένα· εἰ δὲ τοῦ ὅλου, ἔσται ἡ αὐτὴ ὡς δεκτικὴ τῶν ἐναντίων θνητή καὶ ἀθάνατος, κτιστὴ καὶ ἄκτιστος, περιγραπτὴ καὶ ἀπερίγραπτος· καὶ εἰ τοῦτο δώσει τις, ἔσται ὁ Χριστὸς τὴν οἰκείαν ἔχων ἐνέργειαν, οὖσαν καί μὴ οὖσαν, κατὰ ἕξιν καὶ στέρησιν. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ περὶ θελήματος ἔστιν εἰπεῖν. Λέγουσιν οἱ Ἀρμένιοι ὅτι, ὥσπερ ὀργάνου καὶ τοῦ κινοῦντος αὐτὸ μία ἐνέργεια, οὕτω καὶ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος μία ἐνέργεια. Εἰ τοίνυν εἰσάγουσι τὸ ὄργανον καὶ σύγχρονον ὥσπερ σῶμα καὶ ψυχή, πάντως ἔσται κατ' αὐτοὺς ἢ κτίσμα τὴν θείαν φύσιν λέγειν ἢ τὸ σῶμα ἄκτιστον· εἰ δὲ τεχνικὸν τὸ ὄργανον λέγουσιν, ἄψυχον τοῦτο καὶ οὐκ B ἀεὶ κινούμενον, ἀλλ' ὅτε τῷ ἐργαζομένῳ δόξει· καὶ λοιπὸν συμφρονοῦσιν Ἀπολλιναρίῳ τε καὶ Ἀρείῳ, ὧν ὁ μὲν ἄψυχον, Ἀπολλινάριος δὲ ἄνουν τὴν σάρκα τοῦ Χριστοῦ ἔλεγεν.

11. Si dicant Armenii Christum et post incarnationem unum esse Filium et sanctæ Trinitatis unum; sanctam autem Trinitatem unicam voluntatem et unicam operationem habere, atque inde Christum unicam habuisse operationem et unicam voluntatem, sic respondendum erit: Pater non ut Pater vult, sed ut Deus; et quoniam Deus est Filius, et Deus est Spiritus Sanctus, secundum id divina Trinitas unam voluntatem habet et unam operationem, Filius vero, nobiscum hominibus communicans carnis assumptione, duplicem quoque voluntatem et operationem habuit; unam C quidem ut Deo et Patri consubstantialis, alteram autem ut nobis consubstantialis. Attamen non separatas dicimus operationes, neque naturas separatim operari; sed utramque una cum alterius communione operari id quod proprium habuit. Neque enim humana humane operatus est; non enim simplex homo erat; neque divina secundum Deum tantum; non enim solummodo erat Deus. Sed duæ naturæ sunt unus Christus, et unus Christus est duæ naturæ. Et aliter: Si unam voluntatem dixerimus de Christo ut de sancta Trinitate, erit omnino una et eadem voluntas Patris et Verbi et carnis. Ad hæc quæ diximus, id forte adjicient qui ratiocinio uti volent: Non est natura absque hypostasi seu D persona; si igitur, inquiunt duas naturas in Christo dixerimus, duas quoque hypostases inducemus; atque ita cum Nestorio sentiemus qui duas hypostases in Christo esse docuit.

ια'. Εἴπερ φήσουσιν οἱ Ἀρμένιοι ὡς ὁ Χριστὸς καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν εἷς ἦν Υἱὸς καὶ εἷς τῆς ἁγίας Τριάδος, ἡ δὲ ἁγία Τριὰς μίαν θέλησιν καὶ μίαν ἐνέργειαν ἔχει, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς μίαν εἶχεν ἐνέργειαν καὶ μίαν θέλησιν, ῥητέον οὕτως· ὡς ὁ Πατὴρ οὐ καθὸ Πατὴρ θέλει, ἀλλὰ καθὸ Θεός· καὶ ἐπεὶ Θεὸς ὁ Υἱός, Θεὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ τοῦτο ἡ μὲν τρισυπόστατος Θεότης μίαν θέλησιν ἔχει καὶ μίαν ἐνέργειαν· ὁ δὲ Υἱός, ἐπικοινωνῶν καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἡμῖν τῇ τῆς σαρκὸς προσλήψει, διπλῆν καὶ τὴν θέλησιν εἶχε καὶ τὴν ἐνέργειαν. τὴν μὲν ὡς ὁμοούσιος ὢν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, τὴν δὲ ὡς ὁμοούσιος ὢν ἡμῖν. Πλὴν οὐ διῃρημένας φαμὲν τὰς ἐνεργείας, οὐδὲ τὰς φύσεις ἐνεργουμένας κεχωρισμένως, ἀλλ' ἡνωμένως ἑκάστην μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας ἐνεργοῦσαν τοῦθ' ὅπερ ἴδιον ἔσχηκεν· οὔτε γὰρ τὰ ἀνθρώπινα ἀνθρωπίνως ἐνήργηκεν, οὐ γὰρ ψιλὸς ἦν ἄνθρωπος· οὔτε τὰ θεῖα κατὰ Θεὸν μονον, οὐ γὰρ ἦν μόνον Θεός· ἀλλ' αἱ δύο φύσεις εἷς ἐστι Χριστὸς, καὶ ὁ εἷς Χριστὸς δύο φύσεις ἐστί. Καὶ ἄλλως· Εἰ μίαν θέλησιν εἴπωμεν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, ἔσται πάντως μία καὶ ἡ αὐτὴ θέλησις τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκός. Πρὸς οἷς εἰρήκαμεν ἔτι καὶ τοῦτο ἴσως προσθήσουσι διασκευάζοντες συλλογιστικῶς· Οὐκ ἔστι φύσις ἀνυπόστατος ἤτοι ἀπρόσωπος· εἰ οὖν δύο, φασὶ, φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ εἴπωμεν, δύο καί ὑποστάσεις συνεισενέγκωμεν· καὶ οὕτω συμφρονοῦντες ἐσόμεθα Νεστορίῳ δύο ὑποστάσεις ἐπὶ Χριστοῦ δογματίζοντι.

Ad id respondendum est.

12. Pia Ecclesia, quemadmodum Sabellii synæresim repudians tres personas et unam naturam sanctissimæ Trinitatis confitetur, et Arii in tres dissimiles hypostases divisionem respuens, unicam naturam divinæ Trinitatis docet, sic et Monophysitas impugnat dictitantes unam esse naturam in Christo et unam esse hypostasim. Quod præten-

Ῥητέον δὲ πρὸς τοῦτο.

ιβ'. Ὡς ἡ εὐσεβὴς Ἐκκλησία, ὥσπερ τὴν Σαβελλίου συναίρεσιν ἀποπεμπομένη, τρεῖς ὑποστάσεις καὶ μίαν φύσιν ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ὁμολογεῖ, καὶ τὴν Ἀρείου εἰς ἑτερογενεῖς τρεῖς ὑποστάσεις ἀποσκυβαλίζουσα διαίρεσιν, μίαν φύσιν τρισυποστάτου Θεότητος δοξάζει, οὕτω καὶ τοῖς Μονοφυσίταις ἀπομάχεται, φάσκουσι μίαν φύσιν ἐπὶ Χριστοῦ διὰ τὸ

καὶ τὴν ὑπόστασιν εἶναι μίαν. Καὶ κατασκευάζουσι τοῦτο ἐκ τοῦ λέγειν μὴ εἶναι φύσιν ἀνυπόστατον ἤτοι ἀπρόσωπον· οὐδὲ γὰρ ἡ ἐν Χριστῷ ἀνθρωτίνη φύσις ἀνυπόστατος οἷα τῷ Λόγῳ ἐνυποστᾶσα. Προσεπάγειν δὲ καὶ ταῦτα χρεὼν πρὸς τὰ παρ' Ἀρμενίων συλλογιστικῶς προτεινόμενα. Ὥσπερ αἱ δύο γεννήσεις Χριστοῦ, τουτέστιν ἡ πρὸ αἰώνων ἐκ Πατρὸς κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ἡ ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων ἐκ Παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἐν τῇ μιᾷ τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑποστάσει γενόμεναι, οὐκ ἐποίησαν προσθήκην ὑποστάσεως· οὕτως οὐδ' ἐκ τῶν δύο καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένων φύσεων προσθήκη προσώπου ἐγένετο. Πρὸς γοῦν τοὺς λέγοντας μὴ εἶναι φύσιν ἀνυπόστατον, ῥητέον ὡς οὐδὲ τόκος ἐστὶν ἀπρόσωπος. Ἰστέον δὲ ὡς οἱ μίαν ἐπὶ Χριστοῦ φύσιν δοξάζοντες ἢ τὴν θεότητα τραπῆναι εἰς σάρκα δοξάζουσιν, ἢ τὴν σάρκα ὁμοούσιον τῇ θεότητι γενέσθαι, ἅπερ τῶν ἀμηχάνων καὶ ἀδυνάτων ἐστίν· εἰ δὲ μηδέτερον τούτων, ἑτέρα πάντως καὶ ἑτέρα φύσις ἐν Χριστῷ.

A dunt dicendo non esse naturam sine hypostasi seu persona. Non enim quæ in Christo est humana natura, sine hypostasi est, cum Verbo supponatur. Hæc et opponi oportet ad ea quæ syllogistice dicunt Armenii : Quemadmodum duæ Christi generationes, id est, æterna ex Patre generatio secundum divinitatem, et in fine temporum ex Virgine generatio secundum humanitatem in una Dei Verbi hypostasi habita: non hypostasis additionem effecere ; ita neque ex duabus per hypostasim unitis naturis personæ facta est additio. Ad eos igitur qui dicunt non esse naturam absque hypostasi, dicendum est, neque Christi generationem absque persona esse. Sciendum vero eos qui unicam esse in Christo naturam B opinantur, aut opinari divinitatem in carnem esse conversam,aut carnem divinitati consubstantialem factam esse, quæ absurda et impossibilia sunt ; si porro neutrum ex his, altera omnino et altera in Christo natura.

ιγ'. Ἔτι εἰ κατὰ ἀριθμὸν τῶν φύσεων διδάσκουσιν εἶναι καὶ τὰ πρόσωπα καὶ τὸ ἔμπαλιν, καὶ τρεῖς ἄρα φύσεις ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος εἰσενέγκωσι τρισυποστάτου οὔσης· ἢ τὸ ἀνάπαλιν μίαν ὑπόστασιν εἴπωσι διὰ τὸ ἐναδικὸν τῆς φύσεως. Δεῖ δὲ καὶ τοῦτο εἰδέναι ὡς οἱ Ἰακωβῖται καὶ οἱ Ἀρμένιοι πρὸ μὲν τῆς ἑνώσεως δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ ὁμολογοῦσι· μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν μίαν σύνθετον συγχέοντες ἀμφοτέρας τήν τε θείαν καὶ τὴν ἀνθρωπίνην, καὶ διὰ τοῦτο καὶ μίαν φύσιν ὀνομάζουσιν· ὅθεν καὶ δικαιολογούμενοι πρὸς τοὺς λέγοντας εὐσεβῶς δύο φύσεις C ἐπὶ Χριστοῦ, λέγουσι μὴ εἶναι φύσιν ἀνυπόστατον ἤτοι ἀπρόσωπον· καὶ ὡς οἱ φάσκοντες δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ καὶ δύο ὑποστάσεις εἰσάγουσι κατὰ τὸν Νεστόριον, καὶ οὐκέτι τρία πρόσωπα ἤτοι τρεῖς ὑποστάσεις εὑρίσκονται λέγοντες ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, ἀλλὰ καὶ τέσσαρας. Καὶ κατὰ τοῦτο τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἀναθεματίζουσιν, ὡς δῆθεν δύο ὑποστάσεις ἐπὶ Χριστοῦ κυρώσασαν· οὕτω γὰρ κατὰ τὴν αὐτῶν δόξαν τὰς φύσεις φασί. Τῷ δὲ ἁγίῳ Κυρίλλῳ συνεργῷ τῆς αὐτῶν αἱρέσεως χρῶνται ἐν οἷς φησι μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, τὴν τοιαύτην ῥῆσιν οὐχ ὡς ἐκεῖνος ἔφησεν ἐκλαμβάνοντες, ἀλλ' εἰς ἣν αὐτοί φασι φύσιν ἐπὶ Χριστοῦ συγκεχυμένην μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἢ μᾶλλον μεταβληθεῖσαν εἰς θεότητα.

13. Præterea si ex naturarum numero docent esse et personas ac vice versa, et tres igitur naturas sanctæ Trinitatis inducant, cum sit tribus personis constans ; vel rursum unicam hypostasim dicant, cum unica sit hujus natura. Id autem sciendum est Jacobitas quoque et Armenios ante unionem quidem duas naturas in Christo confiteri; post unionem vero unam compositam,ambas confundentes, divinam et humanam, et ideo unam naturam appellare. Unde sui defendendi causa iis qui pie dicunt duas esse in Christo naturas respondent non esse naturam absque hypostasi seu persona. Et eos qui duas esse in Christo naturas opinantur et duas hypostases, ut Nestorium, inducere, et non tres personas seu tres hypostases in sancta Trinitate dicentes reperiri, sed et quatuor. Et inde Chalcedonensem synodum anathematizant, utpote quæ duas in Christo hypostases esse decreverit : ita enim secundum suam doctrinam appellant naturas. Sancto autem Cyrillo ut suæ hæreseos complice utuntur, eo quod dixerit unicam esse naturam Verbi incarnatam, hanc vocem non in eodem sensu quam ille usurpantes, sed hanc naturam esse contendunt eam quam post unionen confusam esse dicunt, imo in divinitatem conversam. D

ιδ'. Πάλιν οἱ αὐτοὶ εὐσεβῶς νοοῦντες τὴν τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου φωνήν, ἥτις φησὶ· Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, παράγοντες δὲ καὶ ῥῆσιν τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου οὕτω λέγουσαν· « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἵνα καὶ ἡ σὰρξ γένηται Λόγος· » ἀλλὰ καὶ Γρηγόριον τὸν Θεολόγον φάσκοντα. Καὶ θαῤῥῶ λέγειν ὁμόθεον, καὶ γεγονὸς ὅπερ τὸ χρίσαν· ἔτι δὲ καὶ τὸν Νυσσαέων Γρηγόριον οὑτωσὶ διεξιόντα· Καθάπερ σταγὼν ὄξους βληθεῖσα ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης οὐκ ἔτι ἐστὶν ἐν τοῖς ἰδίοις τοῦ ὄξους ἐδιώμασιν, ἀλλὰ μετεποιήθη καὶ συνεκράθη ἐς τὸ τοῦ πελάγους τῶν ὑδάτων

14. Rursus iidem impie hanc evangelistæ Joannis vocem adhibentes : *Et Verbum caro factum est ;* invocantesque has beati Athanasii voces : « Verbum caro factum est, ut et caro fiat Verbum ; » sed et Gregorium Theologum dicentem : « Audeo dicere Deo similem et factum quod est Verbum inungens ; » et ad hæc Gregorium Nyssæum sic eloquentem: « Quemadmodum aceti gutta in maris pelago immersa non jam aceti proprietates retinet, sed conversa et commista est in maris aquarum proprietates ; ita sane et sanctissimum illud corpus commistum divinitati

ietates retinet. » Atque sic
caro Verbum factum sit et
et Verbo commista sit et in
ıdo possunt dici duæ natu-
quæ est divinitatis ? »

ondendum : Creata et finita
unionem in suis naturalibus
sit, non omnino conversa in
et in Patri cœternum. Per
cem accessionem carnem
n hominem factum esse di-
ncedamus, juxta illos Verbi
n humanæ in Christo na-
actatio, tactus, fames, sitis,
tum, crucifixio, sepultura,
ideri, quorum oracula pro-
a eorum scripta, naturas in
locentia neque conversam
ıtem ; sed et verba Christi
dicentis : Mortuus est, et
ıoniam non eram ibi. Utrius
: « Non eram ibi [16] ? » Divini-
co circumscriptus est qui
omnia est ? Si vero carnis,
luæ in Christo naturæ ? Et
a effusæ, carnis omnino
s ; quemadmodum homini
osuistis eum ? »

erint, nos, si duas naturas
ristus, humanam nempe et
adorare, quippe qui ante
idamus ; vel si minius, esse
adoratus et non adoratus.
Filium Dei cum Patre et
ıs, sine corpore ante incar-
nunc autem eumdem in-
ɔitatem factum hominem.
tactui non est inaccessi-
lito, inaccessibile fit, non
ıia ignis accessit. Non enim
bilis est, sed carbo, i. e. li-
ıro quoque pro natura sua
erbo tamen incarnato ado-
ɔs carnem nudam adorare,
Deum incarnatum. Sed hoc
per compendium. Vir au-
ɔ Scripturis sacris exempla
ıut destruentia aut repro-
ɔrre potuerit.

A ἰδίωμα · οὕτω δὴ καὶ τὸ πανάγιον ἐκεῖνο σῶμα συνανακραθὲν τῇ θεότητι, οὐκέτι ἐστὶν ἐν τοῖς τῆς σαρκὸς ἰδιώμασι. Καὶ συλλογίζονται οὕτως · ὡς Ἐπεὶ ἡ σὰρξ γέγονε Λόγος καὶ ὁμόθεος, συνανεκράθη τῷ Λόγῳ καὶ μετεποιήθη, πῶς δυνατὸν δύο λέγειν φύσεις καὶ οὐχὶ μίαν καὶ ταύτην τῆς θεότητος ;

ιε. Πρὸς ἅπερ ἀποκρίνασθαι δεῖ ὡς ἡ κτιστὴ καὶ περιγραπτὴ φύσις πάλιν καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐπὶ τῶν ἰδίων μεμένηκε φυσικῶν ἰδιωμάτων, οὐδ' ὅλως μεταβληθεῖσα εἰς τὸ ἄκτιστον, καὶ ἀσχημάτιστον καὶ συναΐδιον τῷ Πατρί · διὰ δὲ τὴν τῶν φύσεων εἰς ἄλληλα περιχώρησιν, τὴν σάρκα θεωθῆναι · τὸν δὲ Θεὸν ἐνανθρωπῆσαί φαμεν · εἰ γὰρ μὴ τοῦτο δοίημεν, ἔσται ἂν τῆς τοῦ Λόγου φύσεως κατ' αὐτοὺς, B καὶ οὐχὶ τῆς ἐν Χριστῷ ἀνθρωπίνης φύσεως, ἡ αὔξησις, ἡ σπαργάνωσις, ἡ ψηλάφησις, ἡ πεῖνα, ἡ δίψα, ὁ κόπος, ἡ ἀγωνία, τὸ πτύσμα, ἡ ἐπὶ σταυροῦ πῆξις, ἡ ταφὴ, καὶ ὁ θάνατος. Ὅτι δὲ καὶ τοῖς Πατράσιν οὕτω δοκεῖ, ὧν τὰς χρήσεις παράγουσι, μαρτυροῦσι τὰ λοιπὰ τουτωνὶ συγγράμματα, μὴ συγκεχύσθαι τὰς ἐν Χριστῷ φύσεις διδάσκοντα, μήτε μὴν μεταποιηθῆναι τὴν σάρκα εἰς θεότητα. Ἀλλὰ καὶ τοῦ Χριστοῦ πρὸς τοὺς μαθητὰς περὶ τοῦ Λαζάρου λέγοντος ὅτι « Ἀπέθανε, καὶ χαίρω δι' ὑμᾶς ὅτι οὐκ ἤμην ἐκεῖ. « Τίνος νοητέον τὸ ῥῆμα τὸ « οὐκ ἤμην ἐκεῖ ; Τῆς θεότητος ; Καὶ πῶς τόπῳ περιγραπτὸς ὁ πανταχοῦ παρὼν καὶ ὑπὲρ τὸ πᾶν ὤν ; Εἰ δὲ τῆς σαρκὸς, πῶς οὐχὶ δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ ; Καὶ τὸ ἐπὶ Λαζάρου δὲ ἄκρυον τῆς σαρκὸς πάντως ἦν, καὶ οὐχὶ τῆς θεότητος · ὥσπερ ἀνθρωποπρεπὲς καὶ τὸ ἐρωτᾷν « Ποῦ τεθείκατε αὐτόν ; C

ις'. Ἐὰν δὲ καὶ τοῦτο προσθήσουσιν ὡς, εἰ δύο φύσεις εἶχεν ὁ Χριστὸς ἀσυγχύτους, ἀνθρωπίνην καὶ θεϊκὴν, ἆρα τῇ κτίσει λατρεύομεν, ὡς κτιστῇ προσκανοῦντες φύσει · ἢ εἰ μὴ τοῦτο, εἴη ἂν ὁ αὐτὸς καὶ εἷς Χριστὸς προσκυνητός τε καὶ ἀπροσκύνητος · οὑτωσὶ λεκτέον · Τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι προσκυνοῦμεν, ἀσώματον μὲν πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, νῦν δὲ τὸν αὐτὸν σεσαρκωμένον καὶ γενόμενον ἄνθρωπον μετὰ τοῦ εἶναι Θεόν · καὶ ὥσπερ ξύλον ψιλὸν οὐκ ἔστιν ἀπρόσιτον τῇ ἁφῇ, πυρὶ δὲ προσομιλῆσαν, ἀπρόσιτον γίνεται οὐ δι' ἑαυτὸ, ἀλλὰ διὰ τὸ συνημμένον αὐτῷ πῦρ · καὶ οὕτω ἡ τοῦ ξύλου φύσις ὑπάρχει ἀπρόσιτος, ἀλλ' ὁ ἄνθρωξ, ἤτοι τὸ φεπυρωμένον ξύλον · οὕτως καὶ ἡ σὰρξ D κατὰ μὲν τὴν ἑαυτῆς φύσιν οὐκ ἔστι προσκυνητή · προσκυνεῖται δὲ ἐν τῷ σεσαρκωμένῳ Λόγῳ · καὶ οὐ φαμὲν ὅτι σάρκα προσκυνοῦμεν ψιλὴν, ἀλλὰ σάρκα Θεοῦ, ἤτοι σεσαρκωμένον Θεόν. Ταῦτα ὡς ἐκ προχείρου καὶ ἐν ἐπιτόμῳ · εὐκαιρία δέ τις χρώμενος, καὶ ἑτέρα ἂν πλείω ἐκ τῶν ἱερῶν Βιβλίων ἐπισυναγάγῃ, τὰς τῶν Ἀρμενίων αἱρέσεις καταστρέφοντα, καὶ τὰς ἀντιθέσεις αὐτῶν διελέγχοντα.

NICETÆ CHONIATÆ

EX LIBRO XX

THESAURI ORTHODOXÆ FIDEI

(Mai, Biblioth. nov., t. IV.)

—

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΘΡΗΣΚΕΙΑΣ ΤΩΝ ΑΓΑΡΗΝΩΝ.

α'. Ἔστι δὲ καὶ ἡ μέχρι τοῦ νῦν κρατοῦσα λαοπλάνος θρησκεία τῶν Ἰσμαηλιτῶν πρόδρομός τις τοῦ ἀντιχρίστου. Κατάγονται δὲ ἀπὸ τοῦ Ἰσμαὴλ τοῦ ἐκ τῆς Ἄγαρ τεχθέντος τῷ Ἀβραάμ· διόπερ Ἀγαρηνοὶ καὶ Ἰσμαηλῖται προσαγορεύονται. Σαρρακηνοὺς δὲ αὐτοὺς καλοῦσιν ὡς ἐκ τῆς Σάρρας κενούς (1), διὰ τὸ εἰρῆσθαι ὑπὸ τῆς Ἄγαρ τῷ ἀγγέλῳ, ὅτι Ἡ Σάρρα κενήν με ἀπέλυσεν. Οὗτοι μὲν οὖν, εἰδωλολατρήσαντες καὶ προσκυνήσαντες τῷ ἑωσφόρῳ ἄστρῳ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἣν δὴ καὶ Χαμὰρ (2) τῇ ἑαυτῶν ἐπωνόμασαν γλώσσῃ, ὅπερ σημαίνει μεγάλην, ἕως μὲν τῶν Ἡρακλείου χρόνων προφανῶς εἰδωλολάτρουν· ἀπὸ δὲ Ἡρακλείου καὶ δεῦρο ψευδοπροφήτης αὐτοῖς ἀνεφύη Μωάμεθ ὀνομαζόμενος, ὃς περιτυχὼν Ἑβραίοις καὶ Χριστιανοῖς δῆθεν Ἀρειανοῖς καὶ Νεστοριανοῖς, ἀπανταχόθεν ἀρυσάμενος ἐξ Ἰουδαίων μὲν μοναρχίαν, ἐξ Ἀρειανῶν δὲ Λόγον καὶ Πνεῦμα κτιστὰ, ἀπὸ δὲ Νεστοριανῶν ἀνθρωπολατρείαν, τήν τε Παλαιὰν καὶ Καινὴν Διαθήκην ἐπελθὼν, καὶ τινι Ἀρειανῷ προσομιλήσας μονάζοντι, ἰδίαν συνέστησεν αἵρεσιν· καὶ προφάσει δῆθεν θεοσεβείας τὸ ἔθνος ὑποποιήσας, ἐξ οὐρανῶν γραφὴν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κατενεχθῆναι παρ' αὐτὸν διεθρύλλησε· τινὰ δὲ συγγράμματα ἐν τῷ τοιούτῳ βιβλίῳ διαχαράξας γέλωτος ἄξια, τὸ σέβας αὐτοῖς παρέδωκε.

β'. Λέγει ἕνα Θεὸν ποιητὴν τῶν ὅλων εἶναι μήτε γενηθέντα μήτε γεγεννηκότα· λέγει τὸν Χριστὸν Υἱὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ, καὶ πνεῦμα αὐτοῦ, κτιστὸν δὲ καὶ δοῦλον· καί ὅτι ἐκ Μαρίας τῆς ἀδελφῆς Μωϋσέως καὶ Ἀαρὼν ἄνευ σπορᾶς ἐτέχθη. Ὁ γὰρ Λόγος, φησὶ, τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα εἰσῆλθεν εἰς τὴν Μαρίαν (3), καὶ ἐγέννησε τὸν Ἰησοῦν, προφήτην ὄντα καὶ δοῦλον τοῦ Θεοῦ. Ἰουδαῖοι δὲ παρανομήσαντες ἠθέλησαν αὐτὸν σταυρῶσαι, καὶ κρατήσαντες ἐσταύρωσαν αὐτοῦ τὴν σκιάν. Αὐτὸς δὲ ὁ Χριστὸς οὐκ ἐσταυρώθη, φησὶν, οὐδὲ ἀπέθανεν· ὁ γὰρ Θεὸς ἔλαβεν αὐτὸν εἰς τὸν οὐρανὸν διὰ τὸ φιλεῖν αὐτόν. Καὶ τοῦτο δὲ λέγει, ὅτι, τοῦ Χριστοῦ ἀνελθόντος εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐπερώτησεν αὐτὸν ὁ Θεὸς λέγων· Ὦ Ἰησοῦ, σὺ εἶπας τὸν λόγον τοῦτον, ὅτι Υἱός εἰμι τοῦ Θεοῦ καὶ Θεός; Ἀπεκρίθη, φησὶν, ὁ Ἰησους·

(1) Scribendum itaque potius esset Σαρρακενούς. Sed enim inepta videtur hæc etymologia.

(2) Ita codex. Cæterum mendum est *m* pro *b*, nam Arabice varie effertur, *chabar, cabar, chobar, cubar.*

DE SUPERSTITIONE AGARENORUM

1. Perseverat usque ad hodiernam diem populorum deceptrix religio Ismahelitarum quasi Antichristi quidam præcursor. Hi genus ducunt ab Ismahele, quam Agar Abrahamo peperit: Sarracenos autem eosdem appellant, quasi a Sarra vacuos, propterea quod Agar dixerit angelo, se *a Sarra vacuam dimissam.* Hi ergo cultui idololatrico addicti, et luciferum astrum Veneris adorantes, quam Chamar sua lingua nominant, quod significat magnam, usque ad Heraclii tempora sine dubio ethnici fuerant. Heraclio autem regnante et deinceps, pseudopropheta exortus est ipsis Mohamedes nomine, qui conversans cum Hebræis, et mox cum Christianis Arianis ac Nestorianis, undique hauriens, a Judæis quidem Dei unitatem, ab Arianis Verbum et Spiritum creaturas discens, a Nestorianis anthropolatriam, et vetus novumque testamentum percurrens, et familiari usus Ariano monacho, propriam conflavit hæresim. Moxque religionis prætextu, subordinato populo, de cœlis ad se dimissam a Deo scripturam dictitavit: et capitulis aliquot in eo libro exaratis risu dignis, religiosum cultum asseclis tradidit.

2. Dicit unum rerum omnium factorem, neque genitum neque gignentem. Dicit Christum filium esse Dei, spiritumque ejus, sed creatum ac servum; et ex Maria Moysis atque Aaronis sorore absque semine natum. Nam Verbum, inquit, Dei ac spiritus introiit in Mariam, pereritque illa Jesum prophetam servumque Dei. At Judæi contra fas voluerunt illum crucifigere, eoque potiti nonnisi umbram ejus crucifixerunt; nam Deus illum in cœlum sustulit, qui eum diligebat. Hoc etiam dicit, quod Christum in cœlos delatum interrogaverit Deus dicens: O Jesu, tune dixisti, filium Dei te esse ac Deum? Qui respondit, Propitius esto mihi, Domine, tu scis me hoc non dixisse, neque superbe id mihi adrogare, qui servus tuus

(3) Dicit hoc diserte Mohamedes sur. XXI, 91. *In Mariam quæ munitam servavit vulvam suam insufflavimus de spiritu nostro* (inquit Deus). *Et posuimus eam et filium ejus in miraculum omnibus sæculis.* Idem repetitur sur. LXVI, 13.

sum. At enim homines transgressores dixerunt me ita locutum, et me calumniati sunt, hique in errore versantur. Responditque, inquit, illi Deus : Scio te hunc sermonem non esse locutum. Aliaque multa monstrorum similia, risuque digna in eo libro scribens, hæc a Deo ad se demissa gloriatur.

3. Nobis vero rogantibus, Quodnam est testimonium datæ ipsi a Deo scripturæ ? vel quis propheta hunc surrecturum prophetam prædixit ? insuperque dicentibus, Moysem in Sina monte, universo spectante populo, in nube, igne, tenebris procellaque apparente Deo, legem recepisse ; prophetasque omnes a Moyse et deinceps de Christi adventu vaticinatos, fore scilicet ut Deus Deique Filius incarnatus adveniret, crucifigeretur, moreretur atque resurgeret, eumque judicem esse vivorum ac mortuorum ; mox adhuc nobis dicere pergentibus : Cur non ita propheta vester advenit, ut cæteri de eo testati antea fuissent ? sed nec omnibus vobis cernentibus, ut Moysi, populo cuncto spectante, et fumante monte legem Deus dedit, Mohamedi quoque vestram hanc scripturam contraditam, ut vos quoque fundamento aliquo niteremini ? Nobis, inquam, ita dicentibus Agareni respondent, quæcumque vult, Deum facere. Replicantibus nobis : Equidem id probe scimus, quærimus tamen quomodo scriptura ad prophetam vestrum venerit ? respondent, eo dormiente scripturam desuper ei traditam. Atqui hoc ridiculum est, respondemus ; et quia dormiens scripturam recepit, neque ejus rei sensum habuit, populare in eo proverbium completum fuit. Cumque denuo ab iis sciscitamur, Cur Mohamede vobis mandante in hac vestra scriptura, nequid faciatis aut admittatis absque testibus, cur, inquam, non ei dixistis : At tu prior testibus approba te esse prophetam, et a Deo venire ? et quænam scriptura de te testetur ? tunc pudore suffusi silent. Nos autem jure meritoque illis dicimus : Quoniam uxorem ducere haud licet absque testibus, neque mercari, neque emere, et ne asinum quidem aut prædium sine testibus adquiritis ; sed uxores, et prædia, et asinos, et reliqua, præsentibus testibus mancipi habetis, male profecto solam fidem atque scripturam intestatam tenetis : nam qui hanc vobis tradidit, nusquam habet firmitatem : neque ullus testis præcessit, sed librum dormiens Mohamedes recepit.

4. Appellant vero nos associantes, quia Deo, ut aiunt, socium adjungimus, dum Christum dicimus Dei Filium ac Deum. Quibus respondemus, Id scilicet a Scriptura sacra prophetisque traditum : vosque ipsi, ut certe affirmatis, prophetarum auctoritatem admittitis. Si ergo prave dicimus Christum Dei Filium, prave utique illi docuerunt

Ἱλεώς μοι, Κύριε · σὺ οἶδας ὅτι οὐκ εἶπον, οὐδὲ ὑπερηφανῶ εἶναι δοῦλός σου · ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι οἱ παραβάται ἔγραψαν ὅτι εἶπον τὸν λόγον τοῦτον, καὶ ἐψεύσαντο κατ' ἐμοῦ, καί εἰσι πεπλανημένοι. Καὶ ἀπεκρίθη, φησὶν, αὐτῷ ὁ Θεός · Οἶδα ὅτι σὺ οὐκ (4) ἔλεγες τὸν λόγον τοῦτον. Καὶ ἄλλα πολλὰ τερατολογῶν ἐν τῇ τοιαύτῃ συγγραφῇ γέλωτος ἄξια, ταῦτα παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπ' αὐτὸν κατενεχθῆναι φρυάττεται.

γ'. Ἡμῶν δὲ λεγόντων, Καὶ τίς ἐστιν ὁ μαρτυρῶν ὅτι αὐτῷ γραφὴν δέδωκεν ὁ Θεός ; ἢ τίς τῶν προφητῶν προεῖπεν ὅτι τοιοῦτος ἀνίσταται προφήτης ; καὶ τούτοις αὖθις ἐπιφερόντων ὅτι ὁ Μωϋσῆς κατὰ τὸ Σινᾶ ὄρος ἐπ' ὄψει παντὸς τοῦ λαοῦ ἐν νεφέλῃ καὶ πυρὶ καὶ γνόφῳ καὶ θυέλλῃ φανέντος τοῦ Θεοῦ ἐδέξατο τὸν νόμον, καὶ ὅτι πάντες οἱ προφῆται ἀπὸ Μωϋσέως καὶ καθεξῆς ἀρξάμενοι μερὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας προηγόρευσαν ὡς Θεὸς ὢν καὶ Θεοῦ Υἱὸς σαρκούμενος ἥξει, καὶ σταυρωθήσεται καὶ θανατωθήσεται καὶ ἀναστήσεται, καὶ ὅτι κριτὴς οὗτος ζώντων καὶ νεκρῶν ἐστιν · εἶτα προστιθέντων ὅτι Πῶς οὐχ οὕτως ἦλθεν ὁ προφήτης ὑμῶν, ἄλλων μαρτυρούντων περὶ αὐτοῦ ; ἀλλ' οὐδὲ πάντων ὑμῶν ὁρώντων ὁ Θεὸς, ὡς τῷ Μωϋσεῖ βλέποντος παντὸς τοῦ λαοῦ καὶ καπνιζομένου τοῦ ὄρους δέδωκε τὸν νόμον, κἀκείνῳ τὴν γραφὴν ἣν φατε παρέσχεν, ἵνα καὶ ὑμεῖς τὸ βέβαιον ἔχητε ; ἀποκρίνονται ὅτι ὁ Θεὸς ὅσα θέλει ποιεῖ. Λεγόντων δὲ ἡμῶν ὅτι Τοῦτο καὶ ἡμεῖς οἴδαμεν, ἀποκρίνονται ὅτι ἐν ὅσῳ ἐκοιμᾶτο, κατέβη ἡ γραφὴ ἐπάνω αὐτοῦ · καὶ Τὸ γελοιῶδες, λέγομεν ἡμεῖς πρὸς αὐτοὺς, ὅτι, ἐπειδὴ κοιμώμενος ἐδέξατο τὴν γραφὴν, καὶ οὐκ ἤσθετο τῆς ἐνεργείας, εἰς αὐτὸν ἐπληρώθη τὸ τῆς δημώδους παροιμίας. Πάλιν ἡμῶν ἐρωτώντων, Πῶς αὐτοῦ ἐντειλαμένου ὑμῖν ἐν τῇ γραφῇ ὑμῶν μηδὲν ποιεῖν ἢ δέχεσθαι ἄνευ μαρτύρων, οὐκ εἴπατε αὐτῷ ὅτι Πρῶτος αὐτὸς ἀπόδειξον διὰ μαρτύρων ὡς προφήτης εἶ, καὶ ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθες, καὶ ποία γραφὴ μαρτυρεῖ περὶ σοῦ ; σιωπῶσιν αἰδούμενοι. Πρὸς οὓς εὐλόγως φαμὲν, Ἐπειδὴ γυναῖκα γᾶμαι οὐκ ἔξεστιν ἄνευ μαρτύρων, οὐδὲ ἀγοράζειν, οὐδὲ κρᾶσθαι, οὔτε δὲ ὑμεῖς αὐτοὶ καταδέχεσθε ὄνον ἢ κτῆμα ἀμάρτυρον ὄντα, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας καὶ κτήματα καὶ ὄνους καὶ τὰ λοιπὰ διὰ μαρτύρων κτᾶσθε, κακῶς ἄρα μόνην τὴν πίστιν καὶ τὴν γραφὴν ἀμάρτυρον ἔχετε · ὁ γὰρ ταύτην ὑμῖν παραδοὺς οὐδαμόθεν ἔχει τὸ βέβαιον · οὐδέ τις προμάρτυς αὐτοῦ γνωρίζεται, ἀλλὰ κοιμώμενος ἐδέξατο ταύτην.

δ'. Καλοῦσι δὲ ἡμᾶς ἑταιριαστὰς, ὅτι, φασὶν, ἑταῖρον τῷ Θεῷ παρεισάγομεν, λέγοντες εἶναι τὸν Χριστὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεόν. Πρὸς οὓς φαμεν, ὅτι Τοῦτο ἡ ραφὴ καὶ οἱ προφῆται παραδεδώκασιν · ὑμεῖς δὲ, ὡς διισχυρίζεσθε, τοὺς προφήτας δέχεσθε. Εἰ οὖν κακῶς λέγομεν τὸν Χριστὸν Υἱὸν Θεοῦ, κακῶς ἄρα ἐκεῖνοι ἐδίδαξαν καὶ παρέδωκαν ἡμῖν. Καὶ τινὲς

(4) Ita Choniatæ codex denuo a me inspectus. At in Spicil. et retro p. 349, n. 4, mendose fuerat omissa particula negativa οὐκ.

μὲν αὐτῶν φασιν, ὅτι Ὑμεῖς οἱ Χριστιανοὶ τοὺς προ- A
φήτας ἀλληγορήσαντες τὰ τοιαῦτα προτεθείκατε· ἄλλοι δέ, ὅτι Οἱ Ἑβραῖοι μισοῦντες ὑμᾶς ἐπλάνησαν, ὡς ἀπὸ τῶν προφητῶν γράψαντες, ἵνα καὶ ἡμεῖς πλανώμεθα. Πάλιν δὲ φαμεν πρὸς αὐτούς· Ὑμεῖς, λέγοντες ὅτι ὁ Χριστὸς Λόγος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πνεῦμα αὐτοῦ, πῶς λοιδορεῖτε ἡμᾶς ὡς ἑταιριαστάς; Ὁ γὰρ Λόγος καὶ τὸ πνεῦμα ἀχώριστά ἐστι τοῦ ἐν ᾧ πέφυκεν· εἰ οὖν ἐπὶ τῷ Θεῷ ἐστιν ὁ Λόγος αὐτοῦ, θηλυνόμενοι καὶ Θεὸς ἐστιν· εἰ δὲ ἐκτὸς τοῦ Θεοῦ ὁ Λόγος καθ' ὑμᾶς, ὁ Θεὸς καὶ ἄπνους· οὐκοῦν φεύγοντες ἑταιριάζειν τὸν Θεόν, ἐκοψατε αὐτόν. Κρεῖσσον δέ ἦν ὑμᾶς λέγειν ὅτι ἑταῖρον ἔχει, ἢ κόπτειν αὐτόν, καὶ ὡς λίθον ἢ ξύλον ἤ τι τῶν ἀναισθήτων παρεισάγειν. Ὥστε ὑμεῖς μὲν ἡμᾶς ψευδηγοροῦντες ἑταιριαστὰς καλεῖτε· ἡμεῖς δὲ ἀληθεύομεν κόπτας ὑμᾶς B
προσαγορεύοντες τοῦ Θεοῦ.

ε'. Διαβάλλουσιν ἡμᾶς εἰδωλολάτρας προσκυνοῦντας τὸν σταυρὸν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων, ἃ ἐκεῖνοι βδελύττονται· καί φαμεν πρὸς αὐτούς, Πῶς ὑμεῖς λίθῳ προστρίβεσθε κατὰ τὸν Γαβαθᾶν ὑμῶν, καὶ φιλεῖτε τὸν λίθον τοῦτον ἀσμένοι; Καί τινες μὲν αὐτῶν φασιν ὅτι ἐπάνω τούτου Ἀβραὰμ συνουσίασε τῇ Ἄγαρ. Ἄλλοι δέ, ὅτι αὐτοῦ προσέδησε τὴν κάμηλον μέλλων θύειν τὸν Ἰσαάκ. Καὶ πρὸς αὐτοὺς ἀποκρινόμεθα· Τῆς Γραφῆς λεγούσης ὅτι ὄρος ἦν ἀλσῶδες, καὶ ξύλα ἀφ' ὧν εἰς τὴν ὁλοκάρπωσιν σχίσας Ἀβραὰμ ἐπέθηκε τῷ Ἰσαάκ, καὶ ὅτι μετὰ τῶν παίδων τὴν ὄνον κατέλιπε, ποθὲν ὑμῖν τὸ C
λυπεῖν; οὔτε γὰρ ἐκεῖ ξύλα δρυμώδη κεῖνται, οὔτε ὄνοι διοδεύουσιν· αἰδοῦνται οὖν. Ὅμως φασὶν εἶναι τὸν λίθον τοῦ Ἀβραάμ, καὶ ἐπ' αὐτοῦ συνουσιάσαι γυναικί, καὶ ὅτι τὴν κάμηλον αὐτοῦ προσέδησεν. Εἶτα οὐκ αἰδεῖσθε, ἀλλ' ἡμᾶς εὐθύνετε ὅτι τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ προσκυνοῦμεν καὶ τὴν εἰκόνα, δι' ὧν δαιμόνων ἰσχὺς καὶ διαβόλου καταλύεται πλάνη; Οὗτος δὲ ὃν φασι λίθον, κεφαλὴ τῆς Ἀφροδίτης ἐστὶν ἣ προσκύνουν, ἣν δὴ Χαμὰρ προσηγόρευον· ὑφ' οὗ καὶ μέχρι νῦν ἐν γλυφίδος ἀποσκίασμα ταύτης τοῖς ἀκριβῶς κατανοοῦσι φαίνεται.

ς'. Οὗτος τοίνυν ὁ Μωάμεθ πολλὰς, ὡς εἴρηται, λοιδορίας συντάξας, ἑκάστῃ τούτων προσηγορίας ἐπέθηκεν (5), οἷον ἡ γραφὴ τῆς γυναικός. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ λεγομένῃ γραφῇ τῆς γυναικὸς τέσσαρας γυναῖκας προφανῶς λαμβάνειν νομοθετεῖ, καὶ παλλακὰς, ἐάν τις δύνηται, χιλίας, ἢ ὅσας ἡ χεὶρ αὐτοῦ κατάσχῃ, ὑποκειμένας ταῖς τέσσαρσι γυναιξίν· ἣν δ' ἂν βουληθῇ ἀπολύειν, καὶ κομίζεσθαι ἄλλην ἣν ἂν ἐθέλῃ, ἐκ τῆς τοιαύτης αἰτίας ἐνομοθέτησε. Σύμπονον δὲ ἔσχε Ζεὶδ προσαγορευόμενον· οὗτος γυναῖκα ὡραίαν εἶχεν, ἧς αὐτὸς ἠράσθη· καθημένων οὖν αὐτῶν, φησὶ πρὸς αὐτόν· Ζεὶδ, ὁ Θεὸς ἐνετείλατό μοι

id, nobisque tradiderunt. Nonnulli etiam illorum aiunt: Vos quidem Christiani prophetas allegorice interpretando, hanc doctrinam intulistis. Alii dicunt: Hebræi hostes vestri vos deceperunt, talia tanquam prophetica scribentes, ut nos quoque vobiscum decipiamur. Vicissim illis nos dicimus: Quum vos Christum Verbum Dei spiritumque ejus dicatis, cur nobis conviciamini tanquam adsociantibus? Verbum quippe ac spiritus separari nequeunt ab eo cui naturaliter hærent. Si ergo in Deo est Verbum ejus, Verbum quoque Deus est. Quod si extra Deum est, ut vos putatis, Deus certe spiritu caret. Igitur dum adsociare Deum devitatis, ipsum mutilatis. Præstat autem socium et illi adtribuere, quam eundem imminuere, et ceu lapidem vel lignum aut aliud quodvis insensatum inducere. Mentimini itaque cum nos adsociantes vocatis: nos contra vere dicimus, cum vos Dei cæsores appellamus.

5. Traducunt nos tanquam idololatras, quia crucem adoramus, Christique et sanctorum imagines, a quibus ipsi abhorrent. Nos vero respondemus: Cur autem vos lapidi advolvimini in vestro Gabatha, atque illum tam libenter osculamini? Atque eorum alii dicunt, supra hunc lapidem Abrahamum cum Agare concubuisse: alii camelum ad hunc alligasse cum Isaacum esset immolaturus. Quibus respondemus: Quoniam Scriptura dicit montem illum fuisse nemorosum, scissisque lignis ad sacrificium Abrahamum illic imposuisse Isaacum, et commendatam pueris reliquisse asinam; undenam istæ vobis nugæ? neque enim vestro in loco sunt ligna silvestria, neque transitus asinorum. Ad hæc sane pudefiunt; pergunt tamen dicere, lapidem illum Abrahami esse, ibique cum femina rem habuisse, et camelum illic alligasse. Age vero vos non pudet, sed objurgatis nos qui Christi crucem atque imaginem veneramur, quibus dæmonum potentia diabolique fraus prosternitur? Hic autem, quem dicunt, lapis caput est Veneris, quam colunt, quamque etiam Chamar appellant: ex quo lapide usque ad hunc diem plastico opere expressa adumbratio acute observantibus cernitur.

6. Hic igitur Mohamedes multa, uti dictum fuit, contumeliosa capitula consarcinans, horum singulis titulos apposuit, veluti est capitulum de muliere. Porro in hoc quod diximus de muliere capitulo, quatuor uxores palam duci lege statuit, et concubinas si quis poterit etiam mille vel quotquot cujusque manus adquisiverit, quatuor uxoribus subditas: ex quibus si quam dimittere voluerit, atque aliam ducere, hanc ob causam legem tulit. Ministerii socium habebat Zeidum quemdam nomine, cui cum pulchra uxor esset, Mohamedes in hujus amorem lapsus est

(5) Intellige Corani suras, quas singillatim recensuit refutavitque in opere suo, a n. 26 ad 82, Nicetas Byzantinus, ad quem lectores ablegamus (*tom. CV*).

Sedentibus ergo illis, ait Mohamedes: Zeide, Deus mandavit mihi, ut uxorem tuam dimittas. At ille protinus dimisit. Post paucos vero dies, rursus ait Mohamedes: Deus mandavit mihi, ut uxorem, quam tu dimisisti, mihi accipiam. Respondit ille: Legatus es, quicquid tibi mandavit Deus, confice. Tunc illa ducta Mohamedes, et mœchatus, hanc postea legem tulit: nempe ut quisquis voluerit, uxorem suam dimittat. Quod si illa post repudium, ad virum reverti voluerit, ducat alius quispiam: neque enim a priore viro recipi eam licet, nisi prius alteri nupserit. Quod si frater quispiam repudiet, ducat eam frater illius si voluerit. In eodem autem capitulo hæc quoque suadet: operare terram quam tibi Deus dedit, et deliciare in ea, et hoc ac tali modo age, Nolo enim cætera turpia, ut ille, loqui.

A ἵνα ἀπολύσῃς τὴν γυναῖκά σου. Ὁ δὲ ἀπέλυσε· καὶ μεθ' ἡμέρας τινάς φησιν· Ὁ Θεός ἐνετείλατό μοι τὴν γυναῖκα ἣν σὺ ἀπέλυσας λαβεῖν. Ὁ δὲ ἔφη· Ἀπόστολος εἶ· ποίησον ὅσα ὁ Θεός ἐνετείλατο. Εἶτα λαβὼν καὶ μοιχεύσας αὐτὴν, τοιοῦτον ἔθηκε νόμον· Ὁ βουλόμενος ἀπολύετω τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· ἐὰν δὲ μετὰ τὸ ἀπολυθῆναι, πρὸς αὐτὸν ἀναστρεψῃ, γαμείτω αὐτὴν ἕτερός τις· οὐ γὰρ ἔξεστι λαβεῖν αὐτὴν, εἰ μὴ γαμηθῇ ὑφ' ἑτέρου. Ἐὰν δὲ καὶ ἀδελφὸς ἀπολύσῃ, γαμείτω αὐτὴν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ βουλόμενος· Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ γραφῇ τοιαῦτα παραγγέλλει· Ἔργασαι τὴν γῆν ἣν ἔθηκέ σοι ὁ Θεός, καὶ φιλοκάλησον αὐτὴν, καὶ τόδε ποίησον, καὶ τοιῶσδε· ἵνα μὴ πάντα λέγω, ὡς ἐκεῖνος, αἰσχρά.

7. Rursus aliud capitulum inscribitur de camelo Dei; in quo dixit, exstitisse a Deo camelum feminam quæ integrum ebibit flumen, transiitque inter duos montes, ne comprehenderetur. Populos vero, inquit, in loco erat, qui priore die aquam bibit, postera autem camelus: quæ aqua potata populum aluit, lac pro aqua præbens. Sed enim consurgentes viri illi improbi, camelum occiderunt. Erat autem hujus pullus, parva camelus, quæ matre interempta, ad Deum vocem extulit, qui illam ad se recepit. Nos itaque Agarenis dicimus: Undenam camelus illa? Dicunt: A Deo. Pergimus dicere: Num alterius cameli societate usa est? Negant. Quomodo igitur, inquimus, peperit? videmus enim hanc camelum vestram sine patre, sine matre, sine genealogia. Sed postquam peperit, male passa est, neque apparet quis ei vim intulerit. At parva camela sublata fuit. Vester itaque propheta, cui Deus, ut dicitis, est locutus, cur nescivit ubinam parva camela pascatur? et quinam lac ejus mulgentes nutriantur? et an ipsa etiam, æque ac mater, malo aliquo casu intercepta perierit? vel potius in paradisum vobis præcurrens introierit? ex quo lactis flumen vobis manaturum nugamini. Tria quippe flumina in capitulo vestro, quod inscribitur de paradiso, fluere dicitis aqua, vino, et lacte. Si ergo extra paradisum est præcursoria vestra camelus, ea quidem fame ac siti periit, vel alii lacte ejus fruuntur. Frustraque propheta vester gloriatur cum Deo colloqui, quandoquidem cameli mysterium non fuit ei revelatum. Quod si forte in paradiso est, rursus aquam bibit, vosque aquæ pænuria arescitis in medio deliciarum paradisi, et aquam ex non transeunte cupitis potare; bibit enim totam camelus. Ergo merum bibentes venas inflammabitis, ebrietati et sommo indulgebitis: gravedine autem laborantes, rursusque post somnum crapulantes vino, paradisi voluptatum obliviscemini. Cur itaque propheta vester non ante cogitavit, ne quid hujusmodi in deliciarum para-

B ζ'. Πάλιν ἄλλη γραφὴ ἡ τῆς καμήλου τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾗ λέγει ὅτι ἦν κάμηλος ἐκ Θεοῦ, καὶ ἔπινεν ὅλον τὸν ποταμὸν, καὶ διήρχετο μεταξὺ δύο ὀρέων (6) διὰ τὸ μὴ χωρεῖσθαι. Λαὸς δὲ, φησὶν, ἦν ἐν τῷ τόπῳ, καὶ τὴν μίαν ἡμέραν αὐτὸς ἔπινε τὸ ὕδωρ· ἡ δὲ κάμηλος τῇ ἑξῆς· πίνουσα δὲ τὸ ὕδωρ, ἔτρεφεν αὐτοὺς, γάλα παρεχομένη ἀντὶ τοῦ ὕδατος. Ἀνέστησαν οὖν οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι πονηροὶ ὄντες, καὶ ἀπέκτειναν τὴν κάμηλον. Τῆς δὲ γέννημα ὑπῆρχε μικρὰ κάμηλος, ἥτις, φησὶ, τῆς μητρὸς ἀναιρεθείσης ἐβόησε πρὸς τὸν Θεόν· καὶ ἔλαβεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτόν. Πρὸς οὓς φαμεν· Πόθεν ἡ κάμηλος ἐκείνη; Καὶ λέγουσιν ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ. Καὶ φαμεν· Συνεβιβάσθη αὐτῇ ἄλλη κάμηλος; Καὶ λέγουσιν, Οὔ. Πόθεν οὖν, φαμὲν, ἐγέννησεν; ὁρῶμεν γὰρ ταύτην τὴν κάμηλον ὑμῶν ἀπάτορα, ἀμήτορα, ἀγενεαλόγητον. Γεννήσασα δὲ, κακὸν ἔπαθε, καὶ οὐδὲ ὁ βιασάμενος φαίνεται. Ἡ δὲ μικρὰ κάμηλος ἀνελήφθη. Ὁ οὖν προφήτης ὑμῶν, ᾧ, καθὼς λέγετε, ἐλάλησεν ὁ Θεὸς, διὰ τί περὶ τῆς μικρᾶς καμήλου οὐκ ἔμαθε ποῦ βόσκεται, καὶ τίνες τῷ γάλακτι τρέφονται αὐτὴν ἀμέλγοντες; ἢ καὶ αὐτὴ μήποτε τοῖς κακοῖς ὡς ἡ μήτηρ περιτυχοῦσα ἀνῃρέθη; ἢ ἐν τῷ παραδείσῳ πρόδρομος ὑμῶν εἰσῆλθεν; ἀφ' ἧς ὁ ποταμὸς ὑμῖν ἔσται τοῦ γάλακτος; ὃν λήρειτε· τρεῖς γὰρ ποταμοὶ ἐν τῇ γραφῇ ὑμῶν, τῇ περὶ τοῦ παραδείσου, φατὲ ῥέειν ὕδατος, οἴνου, καὶ γάλακτος. Εἰ μὲν οὖν ἐκτός ἐστι τοῦ παραδείσου ἡ πρόδρομος ὑμῶν κάμηλος, ἐξηράνθη πείνῃ καὶ δίψῃ, ἢ ἄλλοι τοῦ γάλακτος αὐτοῦ ἀπολαύουσι. Καὶ μάτην ὁ προφήτης ὑμῶν φρυάττεται ὡς ὁμιλήσας Θεῷ· οὐ γὰρ τὸ μυστήριον αὐτῷ ἀπεκαλύφθη τῆς καμήλου. Εἰ δὲ ἐν τῷ παραδείσῳ ἐστὶ, πάλιν πίνει τὸ ὕδωρ· καὶ ὑμεῖς ἀνυδρίᾳ ξηραίνεσθε ἐν μέσῳ τῆς τρυφῆς τοῦ παραδείσου, καὶ ὕδωρ ἐκ τοῦ μὴ παροδεύοντος ἐπιθυμήσετε ποτοῦν· ἀπέπιε γὰρ ὅλον ἡ κάμηλος· ἄκρατον οὖν πίνοντες, μέλλετε ἐκκαίεσθαι καὶ μέθαις παρακπέμπεσθαι, καὶ καθεύδειν· καρηβαροῦντες δὲ καὶ μεθ' ὕπνον κεκραιπαληκότες ἐξ οἴνου, τῶν ἡδέων τοῦ παραδείσου ἐπιλανθάνεσθε. Πῶς οὖν ὁ προφήτης ὑμῶν οὐκ ἐνενοήθη ταῦτα, μήποτέ τι συμβῇ ἐν τῷ

(6) Male itaque Barth. Edessenus in opusculo contra Mohamedem alibi a nobis citato ait p. 444: Μέσον δύο ὡρῶν, *spatio circiter duarum horarum.*

παραδείσῳ τῆς τρυφῆς ; οὐδὲ περὶ τῆς καμήλου περφρόντικεν, ὅπως νῦν διάγει ; ἀλλ' οὐδὲ ὑμεῖς ἠρωτήσατε αὐτόν, ὡς ὑμῖν περὶ τῶν τριῶν διηγόρευσεν ὀνειροπολούμενος ποταμῶν ; Ἀλλ' ἡμεῖς σαφῶς τὴν θαυμαστήν ὑμῶν κάμηλον εἰς πόας ᾅδου, ὅπου καὶ ὑμεῖς μέλλετε διάγειν, ὡς κτηνώδεις, προδραμοῦσαν ὑμῖν ἐπαγγελλόμεθα. Ἐκεῖσε δὲ σκότος ἐστὶν ἐξώτερον, καὶ κόλασις ἀτελεύτητος, πῦρ ἔχουν, σκώληξ ἀκοίμητος, καὶ τάρταροι δαίμονες.

η'. Ἐναύτῃ δὲ τῇ γραφῇ τῇ περὶ τοῦ παραδείσου λέγει ὁ Μωάμεθ ἑαυτὸν εἶναι κλειδοῦχον τοῦ παραδείσου, καὶ ὅτι παραστήσεται Μωσῆς σὺν τοῖς Ἰσραηλίταις· καὶ ὡς παραβάται τοῦ νόμου τῇ κολάσει τοῦ πυρὸς ἐκδοθήσονται· οἱ δὲ Χριστιανοί, ὡς τὸν Χριστὸν Υἱὸν Θεοῦ καὶ Θεὸν ἀποκαλίσαντες, καὶ σεσαρκωμένον, καὶ ἐσταυρωμένον αὐτὸν δογματίσαντες (φησὶ γὰρ ὅτι ἡ σκιὰ αὐτοῦ ἐσταυρώθη ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων), τῇ τοῦ πυρὸς γεέννῃ παραδοθήσονται. Εἶτα ἑαυτὸν φησιν ὑπὸ Θεοῦ κεκλῆσθαι, καὶ ὡς μάλα θεοσεβῆ καὶ παντὶ τῷ αὐτῶν ἔθνει αἴτιον θεοσεβείας ὑπάρξαντα ἐπαινεῖσθαι, καὶ τούτου χάριν κλειδοῦχον χρηματίσαι· καὶ ἀπεστάλθαι τοῦ ἀνοῖξαι, καὶ συνεισελεύσεσθαι αὐτῷ ἀντιρρήτως λόγου χωρὶς καὶ διακρίσεως ἑβδομήκοντα χιλιάδας. Καὶ τοὺς λοιποὺς κριθήσεσθαι φάσκει, καὶ τοὺς μὲν δικαίους ἀναμφιβόλως τῆς τρυφῆς ἀπολαῦσαι, τοὺς δὲ εὑρισκομένους ἁμαρτωλοὺς πιττάκια φορέσαι ἐν τοῖς τραχήλοις δεδεμένα, καὶ εἰς τὸν παράδεισον εἰσελθεῖν, καὶ τούτους ἐπονομάζεσθαι ἀπελευθέρους τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Μωάμεθ· τὰς δὲ γυναῖκας συνεῖναι μὲν αὐτοῖς ἀπαθῶς, καὶ θεραπεύειν αὐτούς, καὶ φιλοκαλεῖν αὐτῶν τὰς κόμας. Καὶ τοὺς Σαμαρείτας ἴσῃ εἰσέρχεσθαι ἐν τῷ παραδείσῳ οὐ πρὸς τὸ ἀπολαῦσαι, ἀλλ' ἵνα τὰ ἐκφόρια καὶ τὴν κόπρον αὐτῶν τοῦ παραδείσου ἐκβάλλωσιν, ὅπως ἂν μὴ ἀποζέσειεν ὁ παράδεισος· ἕκαστον δὲ ὡς ἂν ἐνταῦθα βιώσειεν εἴτε ἐν πλούτῳ, εἴτε ἐν πενίᾳ, οὕτω καὶ ἐκεῖθεν διάγειν. Τοὺς δὲ Ἰουδαίους καὶ τοὺς Χριστιανοὺς λέγει ξύλα πυρὸς γενομένους βληθήσεσθαι εἰς αὐτό.

θ'. Ἑλίκιν ἄλλη γραφὴ ἡ περὶ τῆς τραπέζης, ὅτι ᾐτήσατο ὁ Χριστὸς τράπεζαν παρὰ τοῦ Θεοῦ μετὰ τὸ πληροφορῆσαι αὐτόν, ὅτι οὐκ εἶπεν ἑαυτὸν υἱὸν Θεοῦ· καὶ παρέσχεν αὐτῷ εἰπὼν οὕτως· Δέδωκά σοι τράπεζαν ἄφθαρτον, ἵνα εὐφραίνῃ. Καὶ πάλιν ἄλλη γραφὴ ἡ περὶ τοῦ βοϊδίου, ἐν ᾗ λέγει τινὰ ῥήματα γέλωτος ἄξια, ἃ διὰ τὸ πλῆθος παραδραμεῖν οἶομαι δεῖν. Περιτέμνεσθαι δὲ αὐτοὺς νομοθετήσας, καὶ μήτε σαββατίζειν, μήτε βαπτίζεσθαι προστάξας· καί τῶν μὲν τῷ νόμῳ ἀπηγορευμένων ἐσθίειν, τῶν δὲ ἀπέχεσθαι παραδοὺς, οἰνοποσίαν παντελῶς ἀπηγόρευσεν ὁ πλάνος οὗτος. Πρὸς τούτοις παντὸς ἀγαθοῦ καὶ πονηροῦ αἴτιον ὑπάρχειν τὸν Θεὸν ἐδογμάτισε, καὶ πᾶν ὅπερ ἐπέλθῃ ἐξ ἐπηρειάσεως τοῦ πονηροῦ ἐναντίου, ἐκ Θεοῦ εἶναι ἐτερατεύετο· καὶ τοὺς λῃστὰς καὶ φαρμακοὺς καὶ ὅσους ἂν ἐπ' ἀπηγορευμένοις πράγμασιν ἁλόντας καὶ ἀναιρουμένους ἴδοι τις, οὕτω, φησίν, ἔγραψεν ὁ Θεὸς γενέσθαι, καὶ οὕτως ἀποθανεῖν ἠβουλήθη, τύχην διορισάμενος εἶναι καὶ εἱμαρμένην, καὶ ἄλλους πλείστους λήρους· οἷς ὀνειροπληθέντες οἱ ἄθλιοι τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ὡς

A diso accideret ? neque de camelo sollicitus fuit, ubinam degat? nec vos denique eum interrogastis, ut aliquid de trium fluminum fabula vobis narraret ? Cæteroqui nos sine ulla ambage præclaram hanc camelum vestram ad inferni herbas, ubi vos quoque incoletis, præcurrisse vobis nuntiamus. Ibi vero tenebræ exteriores, pœna incessabilis, ignis stridens, vermis vigil, dæmonesque tartarei.

8. In eodem de paradiso capitulo ait Mohamedes se esse paradisi ostiarium, ibique fore Moysem cum Israelitis : legis autem transgressores supplicio ignis traditum iri. Christianos pariter, ceu qui Christum Dei Filium Deumque appellaverint, et incarnatum crucifixumque affirmaverint (ipse B enim ait a Judæis umbram tantum illius crucifixam), gehennæ ignem experturos. Deinde ait se a Deo vocatum, atque ut apprime religiosum, et universæ genti suæ religionis factum auctorem, laude ornatum ; et eapropter paradisi factum ostiarium, missumque ad aperiendum ; et illuc secum ingressuros absque obice et sine ulla contradictione aut judicio homines septuaginta mille. De reliquis judicatum iri ait ; et justos quidem sine dubio deliciis potituros ; eos autem qui inventi fuerint peccatores, libellos gestaturos collo appensos ; nihilominus paradisum ingressuros, et Dei libertos ac Mohamedis vocatum iri. Mulieres quoque cum illis futuras sine menstruis, eisdem ministraturas, et capillos eis ornaturas. Sed etiam C Samaritanos paradisum dicit ingressuros, non ad fruendum, sed ad illorum stercora paradiso exportanda, ne forte paradisus fœteat. Unumquemque vero, prout in hac vita dives fuerit, aut pauper, ita illic futurum. Postremo Judæos atque Christianos ait fore tanquam ligna igni deputata, quæ in illum projicientur.

9. Rursus aliud capitulum de mensa inscribitur ; quia nempe postulaverit Christus a Deo mensam, postquam ei persuaserat, se filii Dei nomen non usurpasse. Hanc illi Deus præbuit dicens : Dedi tibi mensam perpetuam, ut ea fruaris. Adhuc aliud capitulum est de bucula, in quo verba quædam dicit risu digna, quæ, ne sim prolixus, omittenda judico. Cumque suis circumcisionis legem statuD rit, neque sabbatum neque baptismum imperavit. Item vetitis a lege vetere partim vesci, partim abstinere docens, vini potu prorsus interdixit impostor hic. Insuper dogma sanxit boni omnis ac mali causam Deum esse ; et quidquid ex hostis maligni dolo nobis accidit, id a Deo esse prodigiosa impietate dicit. Et si oculis occurrant latrones, venefici, et quilibet vetitorum facinorum rei, atque ob ea interempti, ita, inquit, Deus fieri scripserat, et sic eos mori voluit ; quo dicto fortunæ numen ac fatum constituit ; atque alias gerras plurimas ; quibus infelices Agareni decepti, æternis gaudiis ut blasphemi impiique excluden-

tur. Orta est autem hæc Ismaelitarum hæresis A Heraclii imperantis ætate, ad quem ab orbe condito anni fluxerunt VI M CXLV.

ἀσεβεῖς καὶ βλάσφημοι ἀπαλλοτριοῦνται. Ἀνεφύη δὲ ἡ τοιαύτη τῶν Ἰσμαηλιτῶν αἵρεσις ἐπὶ τῶν χρόνων Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως, ὡς εἶναι μέχρις αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη ςρμε' (7).

10. Ut autem prædictis adjiciamus, quod nihil veri Mohamedes dicat, age hæc recitemus ex ejusdem libro excerpta. Christi mentionem faciens atque Evangelii, ait veluti ex persona Dei : Misimus postremum prophetarum omnium Jesum Mariæ filium, ut quæ ante eum fuerant, rata faceret, atque ad eum demisimus Evangelium, in quo est directio ac justitia, secundum virtutem præcedentis ei legis. Atqui si hæc omnia Jesu ejusque Evangelio concessa fuerunt, quid tibi reliquum fecisti, o Mohamede, quod hominibus conferres ? Nihil aliud prorsus quam errorem, et verorum B dogmatum perversionem. Rursus tanquam ex Dei persona ait : Cum regionem aliquam pessumdare voluimus, incolis ejus mandavimus, ut ibi luxuriose agerent : atque ita justa evasit sententia de illorum perditione, et de illato illis decreto : damnisque eos damnificavimus, multosque pessum dedimus. Atqui non luxurie, inquam, neque hominum exitio gaudet Deus, sed is potius qui luxuriari mandat diabolus.

ι'. Ἵνα δὲ προσθῶμεν τοῖς εἰρημένοις τὸ κατὰ μηδὲν τὸν Μωάμεθ ἀληθὲς λέγειν, εἰρήσεται καὶ ταῦτα ἐκ τῆς αὐτοῦ βιβλου παρεκβληθέντα. Ἐπιμνησθεὶς τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, φησὶν ὡς ἐκ προσώπου Θεοῦ · Ἀπεστείλαμεν ἀκόλουθον τῶν προφητῶν πάντων Ἰησοῦν, τὸν υἱὸν Μαρίας, εἰς τὸ ἀγαθοποιῆσαι τὰ πρὸ αὐτοῦ, καταγαγόντες πρὸς αὐτὸν τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν ᾧ ἐστιν ὁδήγησις, φησὶ, καὶ δικαιοσύνη κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ πρὸ αὐτοῦ νόμου. Εἰ γοῦν ταῦτα πάντα τῷ Ἰησοῦ καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ αὐτοῦ δέδοται, σοί τί λέλοιπας, ὦ Μωάμεθ, συνεισενεγκεῖν τοῖς ἀνθρώποις ; Οὐδὲν ἕτερον πάντως ἢ πλάνην, καὶ τῶν ἀληθῶν δογμάτων διαφθοράν. Πάλιν λέγει ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ · Ὅταν ἠθέλομεν ἀπολέσαι χωρίον, ἐκελεύομεν τοῖς ἐστῶσιν ἐν αὐτῷ, καὶ ἠσώτευον ἐν αὐτῷ · καὶ ἐδικαιοῦτο ἐπάνω αὐτῶν ὁ λόγος ὁ τῆς ἀπωλείας αὐτῶν, καὶ τῆς κατ' αὐτῶν ἀποφάσεως · καὶ ἐδαμάσαμεν αὐτοὺς δαμάσεσι, καὶ πολλοὺς ἀπωλέσαμεν. Οὐκ ἀσωτίαις καὶ ὀλέθροις ἀνθρώπων χαίρει Θεὸς, ἀλλ' ὁ κελεύων ἀσωτεύειν διάβολος.

11. Solem ac lunam equitare dicit, ignorans miser hæc utpote inanimata haud posse equitare. Quomodo item equi, caruncula corruptibili induti, currus ignei vicem præstare poterunt ? Etenim illi Heliæ ignei equi, haud tales natura erant, sed equorum tantummodo speciem præ se ferebant. C Ex hirudine genitum dicit hominem. Animalibus omnibus vesci hortatur, præterquam sue. Comedite, inquit, ex iis quæ in terra sunt : etenim munda sunt ac bona, nec Satanæ vestigia sequamini ; Satanam scilicet appellans Deum, qui munda et immunda designavit. Jam si Satanas est, o delire, qui veterem legem tulit, cur eum alibi Deum nominas ? De jejunio legem scribens ait : Sufficit vobis nox jejunii ad uxorum vestrarum copulam : hæ quippe sunt vobis operimentum. Noverat enim Deus, vos animas vestras fraudaturos in jejunio, fuitque vobis indulgens : misceamini illis ad solatium, et comedite vespere ac bibite, donec quod in nocte nigrum est, interdiu album appareat. Quodnam genus jejunii est, o impure ac D flagitiose, vel quænam Dei lex, tota nocte epulari et libidinari ? Tum de temperantia cum illis loquens, ait : Uxores vestræ ager vester sunt : ingredimini in agrum vestrum cum volueritis, et animabus vestris favete ; id est omnem animarum vestrarum cupiditatem explete : atque utamini uxoribus vestris utrinque, Quid, oro, his verbis libidinosius et exsecrabilius ?

ια'. Τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην ἐφ' ἵππους εἶναί φησιν · οὐκ εἰδὼς ὁ ἄθλιος ὡς ἄψυχα ταῦτα ὄντα, ἱππεύειν οὐ δύναται. Πῶς δὲ καὶ ἵπποι, σαρκίον φθαρτὸν περικείμενοι, ὄχημα πυρὸς εἶναι ὑποστήσονται ; Οἱ δὲ κατὰ τὸν Ἡλίαν ἔμπυροι ἵπποι οὐ φύσιν, ἀλλὰ σχῆμα μόνον ἵππων περιέκειντο. Ἐκ τῆς βδέλλας φησὶ γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον (8) · καὶ πάντα τὰ ζῶα βιβρώσκειν προτρέπεται, πλὴν τοῦ χοίρου · Φάγετε γὰρ, φησὶν, ἐκ τῶν ὄντων ἐν τῇ γῇ, καθαρὰ γὰρ καὶ καλὰ, καὶ μὴ ἐξακολουθεῖτε τοῖς ἴχνεσι τοῦ Σατανᾶ · Σατανᾶν τὸν Θεὸν ἀποκαλῶν, τὸν τὰ μὲν καθαρὰ, τὰ δὲ ἀκάθαρτα προσηγορευκότα. Καί εἰ Σατανᾶς, ὦ λῆρε, ὁ τὸν παλαιὸν νόμον θέμενος, πῶς ἐν ἄλλοις Θεὸν αὐτὸν ὀνομάζεις ; Περὶ νηστείας νομοθετῶν οὕτω φησίν · Ἔξεστιν ὑμῖν ἡ νὺξ τῆς νηστείας εἰς μίξιν τῶν γυναικῶν ὑμῶν · αὗται γὰρ ὑμῶν εἰσι σκεπάσματα · ἔγνω γὰρ ὁ Θεὸς ὅτι παραβουλεύεσθε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐν νηστείᾳ, καὶ ἵλεως ὑμῖν γίνεται · μίχθητε αὐταῖς εἰς παράκλησιν, καὶ φάγετε ἐσπέρας καὶ πίετε, ἕως τὸ τῆς νυκτὸς μέλαν φανῇ λευκὸν διὰ τῆς ἡμέρας. Ποία νηστεία, βδελυρὲ καὶ ἀκάθαρτε, ἢ ποῖος νόμος Θεοῦ τὸ δι' ὅλης νυκτὸς ἐσθίειν καὶ ὑσελγαίνειν ; Περὶ σωφροσύνης αὐτοῖς διαλεγόμενος, φησίν · Αἱ γυναῖκες ὑμῶν νεατὸς ὑμῶν · εἰσέλθετε εἰς τοὺς νεατοὺς ὑμῶν ὅταν βούλεσθε, καὶ συνέλθετε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν · τουτέστι, πᾶσαν ἐπιθυμίαν τῶν ψυχῶν ὑμῶν πληρώσατε · καὶ χρήσασθε ταῖς γυναιξὶν ὑμῶν ἀμφοτέρωθεν. Τί τῶν ῥημάτων τούτων ἀσελγέστερόν τε καὶ μιαρώτερον ;

12. Asseclas suos ad bellum contra nos acuens

ιβ'. Εἰς τὸν καθ' ἡμῶν πολεμον ἐπεγείρων τοὺς

(7) Ita codex Choniatæ. Reapse tamen hegiræ initium fuit anno mundi 6122, Christi 621, Heraclii imperantis undecimo.

(8) Recole de his et aliis hujusmodi quæ dicta sunt vel emendata in nostris ad Byzantinum adnotationibus.

μαθητὰς αὐτοῦ, φησὶ· Φονεύσατε αὐτοὺς ὅπου ἂν A συναντήσητε αὐτοῖς. Οὐ ταῦτα δὲ μόνον φησὶν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῷ Θεῷ μισθαποδοσίαν κεῖσθαι τοῖς καταχραίνουσιν αὐτοὺς τοῖς τῶν Χριστιανῶν αἵμασιν. Ἀλλὰ καὶ τὴν πέμπτην μοῖραν τῶν αἰχμαλώτων καὶ τῶν ἄλλων σκύλων ἀνατίθεσθαι τῷ Θεῷ ὑποτίθησι, καὶ τῷ προφήτῃ Μωάμεδ. Παραινεῖ δὲ καὶ κατατάττεσθαι τοῖς Χριστιανοῖς, εἰ τὴν τῶν Σαρρακηνῶν θρησκείαν ἐπανέλωνται· καὶ εἰς ἀδελφοὺς αὐτοὺς παραδέχεσθαι, ἐκ τῆς ἄκρας ἀπηνείας τὸ ἀκρότατον τῆς ἀγάπης ἐπαναιρούμενος. Ἔστι δὲ τὸ ἐκ τούτου μηχάνημα ἐξόμνυσθαι τοὺς ἀφελεστέρους τὰ τῶν Χριστιανῶν ὅρκια, σαινομένους τῷ περιόντι τῆς ἀδελφότητος. Παραινεῖ τοῖς ἰδίοις λέγων· Μὴ γίνεσθε ἀντιλήπτορες Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν· ὅστις γὰρ ὑπερασπίζεται αὐτῶν ἐξ ὑμῶν, ὁ τοιοῦτος B ἐξ αὐτῶν ὑπάρχει. Καὶ πάλιν ταλανίζων Χριστιανοὺς καὶ Ἰουδαίους λέγει· Οὐαὶ ὑμῖν, οἰκεῖοι Γραφῶν! οὐδὲν ἔσται ὑμῖν, ἕως ἂν ἐξακολουθῆτε τῷ νόμῳ καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ. Καὶ κατὰ μὲν Χριστιανῶν ταῦτα φθεγγόμενος, οὐδέν τι καινὸν διαπράττεται ὡς καὶ μισῶν αὐτοῦς κατὰ κράτος· Ἰουδαίους δὲ, ὧν τὴν περιτομὴν ἀσπάζεται, καὶ πολλὰ τῶν ἐθίμων τηρεῖν παραδίδωσι, καθ' ὁντινα λόγον ἐπεμβριμᾶται τὰ πάνδεινα;

ιγ'. Πάλιν ἑαυτῷ κατασκευάζων τὸ ἀξιόπιστον εἰσάγει τὸν Θεὸν μαρτυροῦντα περὶ αὐτοῦ, καὶ ὀμνύοντα, καὶ λέγοντα· Μὰ τὸ ἄστρον τὸ δυόμενον, οὐκ ἐπλανήθη ὁ ἑταῖρος ὑμῶν, οὐδὲ ἠνόμησε, καὶ οὐκ ἐφθέγξατο ἐκ θελήματος· ἀλλὰ καὶ Ἰησοῦν, τὸν τῆς Μαρίας Υἱὸν, προφητεῦσαι περὶ αὐτοῦ εἰπόντα· C Ἐγὼ ἀπόστολός εἰμι τοῦ Θεοῦ πρὸς ὑμᾶς, ἀληθοποιῶν τὰ ἔμπροσθέν μου τὰ τοῦ νόμου, εὐαγγελιζόμενος ἀπόστολον ἐρχόμενον μετ' ἐμὲ, ὄνομα αὐτῷ Μωάμεδ. Καὶ ποῦ τοῦτο προεφήτευσεν ὁ Χριστὸς, ἢ ἐν ποίᾳ γραφῇ εἴρηκεν; Ἐν οὐδεμιᾷ πάντως· ὥστε ψευδορράφος καὶ ἀπατεὼν ὁ Μωάμεδ, μαρτυρίας εἴκων πρὸς ἑαυτὸν τοῦ Χριστοῦ, ἃς οὐδεὶς τῶν Χριστωνύμων ἐπίσταται. Λέγουσιν οἱ Σαρρακηνοὶ ἶσον εἶναι τὸ τὴν παρθένον τεκεῖν, καὶ τὸ πλασθῆναι τὸν Ἀδὰμ ἀπὸ τοῦ χοός. Φαμὲν δὲ ἡμεῖς, ὡς ὁ Χριστὸς ἐκ Παρθένου γεγέννηται, διὰ τὸ εἶναι Θεὸς καινοποιήσας ἐκ ταύτης προοδον· ὁ δὲ Ἀδὰμ, πλάσμα τοῦ Θεοῦ γενόμενος, καὶ μὴ ἐκ προγενεστέρας διαδοχῆς τὴν γένεσιν ἔλκων, ἐκ πηλοῦ διήρτισται· πολὺ οὖν τὸ μέσον Θεοῦ γεννήσεως καὶ ἀνθρώπου πλάσεως. D

ιδ'. Φασὶν οἱ Σαρρακηνοὶ ὡς ὁ Μωάμεδ ἐστὶν ὁ δηλούμενος ἐν τῷ Δανιὴλ ἄνευ χειρὸς ἐξ ὄρους τιληθῆναι λίθος· ἀκούουσι δὲ, ὡς Τίς μετουσία τῷ Δανιὴλ καὶ τῷ Μωάμεδ, ὥστε περὶ αὐτου τὸν προφήτην τοιαῦτα λέγειν, κακολογοῦντος Μωυσία καὶ τὸν νόμον; Ποίαν δὲ καὶ εἰκόνα ὁ Μωάμεδ ἐπάταξε καὶ ἐλέπτυνεν, ὡς ὁ Χριστὸς τὴν πολυθεΐαν, ὃς καὶ ἐγένετο εἰς ὄρος μέγα, καὶ ἐπλήρωσε πᾶσαν τὴν γῆν; Πάλιν λέγουσι, τί ὠφέλοιεν ἡμᾶς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ σαρκωθείς; Καί φαμεν ἡμεῖς ὡς τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον ἀπεκαλύφθη, καὶ ἐπεγνώσθη, καὶ ἐπιστεύθη τῷ κόσμῳ παντί· ἡ δὲ τῆς Ἑλληνικῆς ἀπά-

dicit : Occidite illos, ubicunque iis occurreritis. Neque id solum dicit, sed etiam propositam esse a Deo mercedem his qui se Christianorum sanguine impiaverint. Quintam vero captivorum aliarumque manubiarum partem Deo offerri constituit ac Mohamedi prophetæ. Hortatur etiam ut reconcilientur Christianis, si Sarracenorum religionem susceperint, atque in fratrum loco habeant ; a summa crudelitate ad eximiam charitatem transiens. Est autem hoc quoque artificium, ut simpliciores sacra Christianorum fœdera abjurent, fraternitatis prærogativa illecti. Cæteroqui suos monet, ne sint Judæorum et Christianorum defensores. Quisquis enim, inquit, vestrum illos protegit, hic perinde ac unus illorum est. Deinde Judæos atque Christianos veluti deplorans ait : Væ vobis Scripturarum asseclis! nihil emolumenti vobis exstabit, quandiu legem sequemini aut Evangelium. Sane hæc de Christianis clamitans, nihil novum agit, quia illos toto animo odit. Judæis autem, quorum circumcisionem retinet, et legalia multa observari præcipit, cur per sermones singulos gravissime interminatur?

13. Item sibi fidem concilians, Deum inducit de ipso testantem, jurantemque ac dicentem : Per sidus occiduum, non erravit sodalis vester, neque a norma discessit, neque propria voluntate locutus est. Sed et Jesum Mariæ Filium de ipso vaticinantem facit, atque dicentem : Ego sum Dei legatus ad vos, vera esse demonstrans quæ ante me exstiterunt in lege, nuntians insuper legatum post me venturum, cui nomen Mohamedes. Atqui ubinam hoc Jesus vaticinatus est, vel quanam in Scriptura hoc dixit? Plane in nulla. Quamobrem falsidicus impostorque Mohamedes, qui Christi testimonia ad se trahit, quæ nemo Christianorum novit. Aiunt Sarraceni perinde esse virginem parere, ac Adamum formari de pulvere. Nos autem dicimus Christum de Virgine natum, quia utpote Deus insolitum sibi confecit de illa progressum. At vero Adamus Dei factura, neque ex anteriore serie ortum trahens, de luto fuit conformatus. Multum itaque interest inter Dei nativitatem et hominis formationem.

14. Dicunt Sarraceni, Mohamedem esse illum a Daniele ostensum, absque manus opera ex monte divulsum lapidem. Sed a nobis audiunt : Quænam est participatio Danielis cum Mohamede, ita ut ille de hoc talia dicat, qui Moysi maledicit ac legi? Quamnam statuam Mohamedes percussit atque comminuit, sicuti polytheismum Christus, qui et in montem magnum excrevit, atque universam terram implevit? Adhuc rogant, quid nobis profuerit Dei Filius incarnatus? Nos vero respondemus, sic revelatum fuisse et cognitum et ab universo orbe creditum Trinitatis mysterium :

ethnicum vero polytheismi errorem sublatum, divinationem item, et magiam, et diabolicas præstigias procul submotas. Baptismus vero quo adoptionem consequimur, et redemptio, atque charismatum diribitio cunctis credentibus patuerunt; a solis ortu usque ad occasum Evangelium diffusum; medius maceriæ paries antiquæ cum Deo inimicitiæ destructus, reconciliato nobis Deo per ejus Filii intercessionem; regnum cœlorum patefactum, aliaque multa data hominibus dona sunt, quæ sigillatim commemorare omittimus.

A τῆς πολυθεΐα ἠφάνισται, μαντεία, καὶ φαρμακεία, καὶ δαιμονιώδης μαγγανεία ἐκποδὼν ᾠχετο· υἱοθεσίας δὲ βάπτισμα, καὶ ἀπολύτρωσις, καὶ διανομαὶ χαρισμάτων πᾶσι τοῖς πιστεύσασιν ἐξεπλώθησαν· ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν διεδόθη τὸ Εὐαγγέλιον· τὸ τοῦ φραγμοῦ τῆς παλαιᾶς ἔχθρας Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων μεσότοιχον διαλέλυται, καταλλαγέντος ἡμῖν τοῦ Θεοῦ τῇ ἰδίου Υἱοῦ μεσιτείᾳ· καὶ ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία ἀνέῳκται, καὶ ἄλλα ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις κεχάρισται, ὧν κατὰ μέρος μνημονεύειν παρήκαμεν.

15. Item aiunt: Vel volens Christus crucifixus fuit, vel nolens: si volens, insontes sunt crucifixores: si vero nolens, id ei infirmitatem atque impotentiam imputat. Porro nos respondemus, et volentem Christum crucifixum fuisse, et tamen B extrema damnatione dignos esse crucifixores. Quod sponte sit passus, ostendit ipse dum ante passionem ait: *Potestatem habeo deponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam; et nemo eam a me tollit, sed ego depono eam a me ipso* [1]. Sed et sæpenumero cum in eum manus injicere Judæi vellent, non tamen injecerunt, quia præfinitum passionis tempus nondum aderat. Pati autem voluit ut mortem destrueret, viamque ad resurrectionem ex mortuis muniret. Cur autem rei sunt crucifixores? Quia cum legem ac prophetas legerent, qui tempus adventus ejus nuntiabant, non solum non agnoverunt ipsum esse qui ob communem salutem venerat, sed et multorum beneficiorum auctorem in crucem sublatum C exstinxerunt.

ιε'. Ἔτι φασὶν ὡς θέλων ὁ Χριστὸς ἐσταυρώθη, ἢ μὴ θέλων· καὶ εἰ μὲν θέλων, ἀνεύθυνοι οἱ σταυρώσαντες· εἰ δὲ μὴ θέλων, ἀσθένειαν αὐτῷ τοῦτο καὶ ἀδυναμίαν περιάπτει. Ἀποκρινόμεθα οὖν ὅτι καὶ θέλων ἐσταύρωται ὁ Χριστὸς, καὶ τῆς ἐσχάτης κατακρίσεως οἱ σταυρωταὶ ἄξιοι. Ὅτι δὲ ἑκουσίως ἔπαθεν, αὐτὸς ἔδειξε πρὸ τοῦ παθεῖν εἰρηκώς· Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν· καὶ οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ. Ἀλλὰ καὶ πολλάκις βουληθέντες αὐτῷ χεῖρας ἐπιβαλεῖν Ἰουδαῖοι, οὐκ ἐπέβαλον, διὰ τὸ μήπω τὸν προωρισμένον τοῦ πάθους ἐληλυθέναι καιρόν. Ἠθέλησε δὲ παθεῖν ἵνα καταργήσῃ τὸν θάνατον, καὶ ὁδοποιήσῃ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν. Πῶς δὲ κατηγοροῦνται οἱ σταυρωταί; Ὅτι, νόμον καὶ προφήτας ἀναγινώσκοντες, τὸν καιρὸν τῆς αὐτοῦ παρουσίας προκαταγγέλλοντας, οὐ μόνον οὐκ ἔγνωσαν αὐτὸν εἶναι τὸν εἰς κοινὴν σωτηρίαν ἐρχόμενον, ἀλλὰ καὶ πολλὰς εὐεργεσίας ἐπιδειξάμενον ἀνεῖλον σταυρώσαντες.

16. Item aiunt: *Si maledictus* est *omnis qui pendet in ligno* [2], sublatus autem in crucem Christus quoque fuit, hic pariter maledictus est. Quomodo autem a maledicto benedictio dabitur? Sed audiunt a nobis: quod Deus quum esset, factus est propter nos homo, et infirmitates nostras portavit, et languores pertulit, et mortem gustavit, ut nos morti ac maledicto subtraheret. Nam sententia, *Quo die comederitis, morte moriemini* [3]; et, *Maledicta terra in operibus tuis* [4], hæc humani nostri generis pueri sunt. Sic etiam maledictio Christus dictus fuit, et tamen a legis maledictione nos redemit. Et sicut in Adamo omnes mortui sumus, sic in Christo omnes vivemus. Licet etiam exem- D plo hoc demonstrare. In deserto serpentes mordebant Hebræos: serpentis autem, qui olim maledictus fuerat, facta ænea imagine Moyses, ligno eam suspendit, dixitque: *Qui a serpente morsus fuerit, ad hunc serpentem respiciat, et salvus fiet* [5]. Erat autem is serpens Christi figura.

ις'. Πάλιν λέγουσιν· Εἰ ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου, ἀνηρτήθη δὲ καὶ ὁ Χριστὸς ἐπὶ ξύλου, ἐπικατάρατος ἄρα καὶ οὗτός ἐστι. Καὶ πῶς ἀπὸ τοῦ ἐπικαταράτου εὐλογία δοθήσεται; Ἀκούουσι δὲ ἐξ ἡμῶν, ὅτι Ὥσπερ ὁ Θεὸς ὢν γέγονε δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος, καὶ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἦρε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε, καὶ θανάτου ἐγεύσατο, ἵν' ἡμᾶς καὶ τοῦ θανάτου καὶ τῆς κατάρας ἐλευθερώσῃ· τὸ γὰρ, Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, καὶ τὸ, Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, τῶν ἀνθρώπων ἡμῶν ἐπιτίμιον· οὕτω καὶ κατάρα ἦκουσε, καὶ τῆς ἐκ τοῦ νόμου κατάρας ἡμᾶς ἐξηγόρασε· καὶ ὥσπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀπεθάνομεν, οὕτως ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζήσομεν. Ἔξεστι δὲ καὶ ἀπὸ παραδείγματος παραστῆσαι τοῦτο· ἐν τῇ ἐρήμῳ οἱ ὄφεις τοὺς Ἑβραίους ἔδακνον· εἰκόνα δὲ χαλκῆν ὄφεως, ὃς ἐπικατάρατος ἦκουσε, ποιήσας Μωϋσῆ, ἀνεσταύρωσέ τε τουτονί, καὶ εἶπεν· Ὁ δακνόμενος ὑπὸ ὄφεως προσεχέτω τούτῳ τῷ ὄφει, καὶ σωθήσεται. Ἦν δὲ ὁ ὄφις οὗτος ἀντίτυπος τοῦ Κριστοῦ.

17. Insuper illi aiunt: Vos, Christiani, ita crucem honoratis quemadmodum Christo ipsi honorem defertis. Atqui, nos inquimus, calumnia hæc manifesta est. Nam Christus a nobis honoratur ut

ιζ'. Πρὸς τούτοις λέγουσιν ὡς Ὑμεῖς οἱ Χριστιανοὶ οὕτω τιμᾶτε τὸν σταυρὸν, καθὼς ὥρα καὶ τὸν Χριστὸν τιμᾶτε. Τοῦτο δέ ἐστι συκοφαντία πρόδηλος· ὁ μὲν γὰρ Χριστὸς τιμᾶται παρ' ἡμῶν ὡς Θεός, ὁ δὲ

[1] Joan. x, 18, 19. [2] Deut. xxi, 23; Galat. iii, 13. [3] Gen. ii, 17. [4] Gen. iii, 17. [5] Num. xxi, 8.

σταυρὸς ὡς θείας χάριτος μετασχὼν διὰ τὸν ἐν αὐτῷ σταυρωθῆναι καταδεξάμενον, ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἐνήργηκε, καὶ καθεκάστην ἐνεργεῖ πολλὰ θαύματα· διὰ τοῦτο καὶ τιμητέος ἡμῖν ὁ σταυρός, οὐχ ὡς ξύλον, ἀλλ' ὅτι τῷ πάθει τοῦ Χριστοῦ κεχαρίτωται. Ἐπεὶ καὶ σὺ ἐν τῷ Μέκκε παραγινόμενος, κἀκεῖσε τελῶν τὰ δοκοῦντά σοι ὄρκια, οὐχὶ τοῖς λίθοις καὶ τοῖς τοίχοις ἀπονέμεις τὸ σέβας, ἀλλὰ τῷ τιμωμένῳ ἐν τῷ ἐκεῖσε οἴκῳ. Ἀκούομεν δὲ καὶ ὡς ἁψάμενός τις τῆς νομικῆς κιβωτοῦ τετιμώρηται· ἦν δὲ κἀκείνη ἐκ ξύλων κατεσκευασμένη· πλὴν διὰ τὴν χάριν τῶν ἀποκειμένων ἐν αὐτῇ πολὺ τὸ σεβάσμιον εἶχεν ἀπὸ Θεοῦ.

ιη'. Πρὸς οἷς εἴπομεν, ἐπεγκαλοῦσιν ἡμῖν τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ παράβασιν, κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδοῦσι, καὶ μεριμνῶσι περὶ τροφῆς καὶ ἐνδύματος· φαμὲν οὖν ὡς Οὐ παραβαίνομεν τὸν τοῦ Χριστοῦ νόμον, τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν καὶ ταῦτα τοὺς ἀπίστους ἀμυνόμενοι, ἀλλὰ μᾶλλον πληροῦμεν τὸ δίκαιον· παραινεῖ γὰρ ὁ νόμος τοῖς ἡμῖν αὐτοῖς πταίουσι συγχωρεῖν, τοῖς δ' ἀδικουμένοις ἐπαμύνειν. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Θεὸς ἐποίησε, καταποντίσας Φαραὼ τὸν τοῖς Ἑβραίοις πολέμιον· καὶ γὰρ ὁ Δαβίδ, Νίψομαι, φησίν, ἐν αἵματι ἁμαρτωλοῦ· ἀλλαχοῦ ψάλλων. Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσι μοι κακά, ἀποπέσοιμι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός. Ἐκεῖνο τοῦ ζήλου ἐνδειξις ἢ ἐμπύρευμα ἦν κατὰ τῶν χαιρόντων ταῖς κοινοβλαβέσι πραξεσι· τοῦτο δὲ τῶν ἐκείνῳ προσπταιόντων συγχώρησις· καὶ ἄλλως δὲ εἰπεῖν· Ὁ μὲν κατάρχων πολέμου καὶ ἀδικίας καὶ νόμον παραβαίνει, καὶ τὴν φύσιν ἀθετεῖ· ὁ δὲ κατὰ τοῦ τοιούτου ὁπλιζόμενος καὶ τὴν φύσιν ἐλεεῖ, καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν ἐξομοιοῦται Θεῷ, Ἐξέλισθε πτωχὸν καὶ πένητα, λέγοντι, ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσασθε αὐτόν. Τὸ δέ, Μὴ μεριμνήσητε τροφῆς καὶ ἐνδύματος, τοῖς ἀποστόλοις διατέτακται, ὡς ἂν μήτε ἐν μεγάλῳ μήτε ἐν μικρῷ καταγινώσκωντσι· Τὸν γὰρ τὸ ἅλας μωρανθῇ, φησίν, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; Πλὴν οὐδὲ τὴν χρείαν ἀπαγορεύει, ἀλλὰ τὰ περιττά· πολλοὶ δὲ τῶν πάλαι Χριστιανῶν, καὶ τῶν σήμερον δὲ οὐκ ὀλίγοι, γεγόνασιν καὶ εἰσὶ τῶν ὑψηλῶν τούτων καὶ μεγάλων ἐντολῶν φύλακες.

A Deus, crux autem ceu divinæ gratiæ particeps est, propter eum qui in ea configi sustinuit; per quam etiam prodigia multa effecit et quotidie efficit. Propterea nobis venerabilis est crux, non quatenus lignum est, sed quia Christi passioni inservivit. Namque et tu Meccam profectus, ibique sacris ritibus pro tuo libito celebratis, nequaquam saxis murisque cultum impendis, sed ei qui in illo colitur ædificio. Audimus autem hominem quoque illum, qui legalem arcam attigit, punitum; cum tamen et illa lignis esset compacta; sed propter rerum in ea contentarum gratiam, multum ei religionis Deus contulerat.

18. Præter hactenus dicta, imputant nobis mandatorum Christi transgressionem, quia malum pro B malo reddimus, et de esca ac vestimento solliciti sumus. At enim respondemus, nequaquam nos Christi legem transgredi, dum hostes nostros et præcipue infideles ulciscimur. Monet enim lex, ut iis qui nobis supplices fiunt parcamus; injuste autem oppressis opem feramus. Hoc etiam Deus egit, cum Pharaonem Hebræorum hostem mari submersit. Tum etiam David: *Lavabor*, inquit, *in sanguine peccatoris* [6]. Et tamen alibi psallens: *Si retribui*, inquit, *retribuentibus mihi mala, decidam utique ab inimicis meis inanis* [7]. Illic zeli demonstratio et ardor erat adversus eos qui noxiis rei publicæ actibus delectantur: hic autem erga sibi supplices indulgentia. Aliter quoque hoc explanare licet. Nimirum qui belli et injuriarum C initium facit, hic legem transgreditur, et naturam abolet: qui autem adversus hunc arma sumit, naturæ fert opem, et pro viribus Deo exæquatur dicenti: *Eripite pauperem et egenum*; *de manu peccatoris eruite illum* [8]. Jam illud: *Ne de esca aut de vestimento solliciti sitis* [9], apostolis mandatum fuit, ut neque in gravibus neque in minimis condemnarentur. *Nam si sal*, inquit, *infatuetur, in quo salietur* [10]? Cæterum haud usum vetat, sed superfluitatem. Multi autem Christiani veteres, neque pauci etiam hodie, celsorum hujusmodi ac magnorum præceptorum observantes fuerunt.

[6] Psal. LVII, 10. [7] Psal. VII, 5. [8] Psal. LXXI, 4. [9] Luc. XII, 22. [10] Matth. V, 13.

ΤΟΥ ΝΙΚΗΤΑ

ΤΑΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗ ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΑΠΟ ΣΑΡΑΚΗΝΩΝ ΕΠΙΣΤΡΕΦΟΥΣΙ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΚΑΘΑΡΑΝ ΚΑΙ ΑΛΗΘΗ ΠΙΣΤΙΝ ΗΜΩΝ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ (1).

NICETÆ

ORDO QUI OBSERVATUR SUPER IIS QUI A SARACENIS AD NOSTRAM CHRISTIANORUM PURAM VERAMQUE FIDEM SE CONVERTUNT.

(Ex Sylburgii *Saracenicis*, in-12. Coloniæ Agrippinæ 1595.)

Primum is qui ad rectam fidem accedit, jejunat ad duas septimanas, doceturque nobis a Domino nostro Jesu Christo in divinis sanctisque evangeliis traditam precationem, et sacrum fidei symbolum. Deinde sacerdos sacerdotalem sibi stolam circumponens, in baptisterium, præsentibus etiam aliis fidelibus, quotquot adesse voluerint, arcessit illum : et ante sanctam piscinam eum retecto capite statuens, ad ipsum ait : Tu ille qui a Saracenis hodie ad Christianorum fidem accedis, non vi aliqua vel necessitate, neque dolo aut simulatione, sed toto animo, corde puro ac sedulo, Christum Christique fidem amante : [dic,] Renuntio toti Saracenorum religioni, anathematizoque Moamedem, qui et Muchumet dicitur ; quem Saraceni ut Dei apostolum et prophetam honorant. Illoque assentiente, eademque verba dicente, vel per se, vel per interpretem, si ipse Græce loqui nesciat, vel per susceptorem suum, si est puer : rursum sacerdos infert sequentia : iterumque fit responsio ad eundem modum. Totoque anathematismo completo, diaconus ait, *A Domino petamus* : et populus, *Domine, miserere,* et quæ sequuntur, Et post *Amen,* eum signans dimittit ; et die insequente annumeratur catechumenis.

Προαγουμένως μὲν ὁ προσιὼν τῇ ὀρθῇ πίστει νηστεύει ἐπὶ ἑβδομάδας δύο, καὶ διδάσκεται τὴν ἐν τοῖς θείοις καὶ ἁγίοις Εὐαγγελίοις παραδοθεῖσαν ἡμῖν ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προσευχὴν, καὶ τὸ ἱερὸν τῆς πίστεως σύμβολον· εἶτα περιτιθέμενος τὴν ἱερατικὴν στολὴν ὁ ἱερεὺς, ἐν τῷ βαπτιστηρίῳ, συμπαρόντων καὶ ἑτέρων πιστῶν ὅσοι βούλονται, μετακαλεῖται τοῦτον· καὶ ἱστὼν πρὸ τῆς ἁγίας κολυμβήθρας ἀπερικάλυπτον ἔχοντα τὴν κεφαλὴν, φησὶ πρὸς αὐτόν· Ὁ δεῖνα ὁ ἀπὸ Σαρακηνῶν σήμερον προσερχόμενος τῇ πίστει τῶν Χριστιανῶν οὐκ ἔκ τινος βίας ἢ ἀνάγκης, οὐδὲ ἀπὸ δόλου ἢ ὑποκρίσεως, ἀλλ' ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ καρδίας καθαρᾶς καὶ ἀδόλου, τὸν Χριστὸν ἀγαπώσης καὶ τὴν αὐτοῦ πίστιν (2). Ἀποτάσσομαι πάσῃ τῇ τῶν Σαρακηνῶν θρησκείᾳ, καὶ ἀναθεματίζω Μωάμεδ τὸν καὶ Μουχούμετ, ὃν οἱ Σαρακηνοὶ τιμῶσιν ὡς ἀπόστολον Θεοῦ καὶ προφήτην. Κἀκείνου συντιθεμένου, καὶ λέγοντος τὰ αὐτὰ ῥήματα ἢ δι' ἑαυτοῦ ἢ δι' ἑρμηνέως, ἐὰν αὐτὸς μὴ Γραικίζῃ, ἢ διὰ τοῦ ἀναδόχου αὐτοῦ, εἰ παιδίον ἐστὶ, πάλιν ὁ ἱερεὺς ἐπιφέρει τὰ ἀκόλουθα· καὶ αὖθις γίνεται ἡ ἀπόκρισις κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. Καὶ τοῦ ἀναθεματισμοῦ παντὸς πληρουμένου, φησὶν ὁ διάκονος, Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν· καὶ ὁ λαὸς, Κύριε, ἐλέησον· καὶ τὰ ἑξῆς. Μετὰ δὲ τὸ Ἀμὴν σφραγίζων αὐτὸν ἀπολύει· καὶ τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ συναριθμεῖται τοῖς κατηχουμένοις (3).

(1) Catechesis ista Saracenorum ad Christianam fidem accedentium, e ms. Palatinæ bibliothecæ libro satis vetere desumpta est : in quo multæ sunt ejusmodi constitutiones sive ordinationes, super iis qui ab hæresi aliqua, gentilismo, Judaismo, et similibus, ad Christianam religionem sese aggregant : quam et Nicetæ Choniatæ temporibus sub Manuelis Comneni imperio in usu fuisse, infra docebitur.

(2) Post πίστιν subaudiendum λέγε, vel simile quid ; sacerdos enim hic baptizando verba solemni more præit.

(3) In Constitutionibus illis quæ S. Apostolorum esse perhibentur, p. 133. similis formula est. Εὔξασθε, οἱ κατηχούμενοι· καὶ πάντες οἱ πιστοὶ κατὰ διάνοιαν ὑπὲρ αὐτῶν προσευχέσθωσαν, λέγοντες, Κυριε, ἐλέησον. Id est, *Orate catechumeni, omnesque fideles animo ac mente sua pro eis precentur, dicentes, Domine, miserere.* Et rursum, 134, b. Εὔξασθε, οἱ φωτίζομενοι : ἐκτενῶς οἱ πιστοὶ πάντες ὑπὲρ αὐτῶν παρακαλέσωμεν· ὅπως ὁ Κύριος καταξιώσῃ αὐτοὺς, μυηθέντας εἰς τον τοῦ Χριστοῦ θάνατον, συναναστῆναι αὐτῷ, καὶ μετόχους γενέσθαι τῆς βασιλείας αὐτοῦ· καὶ κοινωνοὺς τῶν μυστηρίων αὐτοῦ, ἑνώσῃ καὶ συγκαταλέξῃ αὐτοὺς μετὰ τῶν σωζομένων ἐν τῇ ἁγίᾳ αὐτου Ἐκκλησίᾳ. Σῶσον καὶ ἀνάστησον αὐτοὺς ἐν τῇ σῇ χάριτι. Id est, *Orate, illuminandi* (h. e. baptizandi) : *enixe omnes fideles pro eis obsecremus, ut Dominus eos in Christi mortem initiatos, cum eodem resurgere, regnique ipsius participes fieri dignetur; et in communionem mysteriorum ipsius receptos, uniat atque annumeret*

Ἔστι δὲ ὁ ἀναθεματισμὸς τῶν Σαρακηνῶν τοιοῦτος. Ὁ θεῖνα ὁ ἀπὸ Σαρακηνῶν σήμερον προσερχόμενος τῇ πίστει τῶν Χριστιανῶν, οὐκ ἔκ τινος βίας A

Est autem anathematizatio Saracenorum, talis : Ego ille qui a Saracenis hodie ad Christianorum fidem accedo, non vi aliqua vel necessitate, neque

iis qui in sancta ipsius Ecclesia servantur. Serva et suscita eos [*Domine*] *in gratia tua.* Additurque hic epilogus, κασασφραγισάμενοι τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, κλίναντες εὐλογείσθωσαν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου. Hoc est. *Obsignati Deo per Christum ipsius, flexis genibus et cervicibus ab episcopo benedicantur.* Additur et εὐλογίας formula quam episcopus eis imprecari debeat. Multum etiam lucis huc affert caput illud quod in eodem nostro ms. inscribitur. Πῶς χρὴ δέχεσθαι τοὺς ἀπὸ αἱρέσεων τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ προσερχομένους. Quamobrem illud cum Latina versione hic subjungere placuit : Προηγουμένως · μέντοι χρὴ, ἡνίκα μέλλουσι προσάγεσθαι τῇ ὀρθῇ πίστει, νηστεύειν αὐτοὺς ἡμέρας μὲν δέκα, ἢ δεκαπέντε · καὶ σχολάζειν ταῖς εὐχαῖς, πρωΐας καὶ δείλης, μανθάνοντας ψαλμούς, ὡς κατηχουμένους · καὶ τότε ἀξιοῦσθαι τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. Ἱστῆσι δὲ ἕκαστον αὐτῶν ὁ ἱερεὺς ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας κολυμβήθρας · καὶ λέγει αὐτῷ ταῦτα · Εἰπὲ, Ἀνάθεμα τῷ θεῖνι, καὶ τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ, καὶ τοῖς συνευδοκοῦσιν αὐτῷ, καὶ τοῖς φρονοῦσι τὰ αὐτοῦ · ἀποτάσσομαι γὰρ αὐτῷ, καὶ παντὶ αἱρετικῷ δόγματι · καὶ πιστεύω εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα, κατὰ τὴν ἔκθεσιν τῶν ἁγίων Πατέρων, τῶν ὀρθοδόξως ἐκτεθέντων τὸν λόγον τῆς ἀληθείας · καὶ ἀποκρίνεται πρὸς ἕκαστα ὁ μετερχόμενος. Καὶ λοιπὸν ἐρωτᾷ αὐτὸν τοῦτον ὁ ἱερεύς. Πιστεύεις εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα ; Καὶ ἀποκρίνεται, Πιστεύω · καὶ ἐπικλίναντος τοῦ ἐπερχομένου τὴν κεφαλὴν ποιεῖ ὁ ἱερεὺς εὐχὴν, λέγων οὕτως · Ὁ Θεὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ὁ βουλόμενος πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, προσδέξαι τὸν δοῦλον σου τοῦτον, τὸν μόλις ἀνανήψαντα ἐκ τῆς πλάνης, καὶ ἐπιποθήσαντα εἰς τὴν ἐπίγνωσιν ἐλθεῖν τῆς ἀληθείας. Σὺ γὰρ εἶπας, Κύριε · Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης · κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν · καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι · καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. Ποίμανον τοίνυν αὐτὸν ἐν τῇ δόξῃ σου εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας κατὰ τὴν ἔκθεσιν τῶν ἁγίων σου ἐνδόξων ἀποστόλων · καὶ καταξίωσον αὐτὸν τῆς σφραγῖδος τοῦ ἁγίου μύρου καὶ τῆς μεταλήψεως τοῦ τιμίου σου αἵματος · καὶ ἀνάδειξον αὐτὸν τέλειον δοῦλόν σου · ἵνα τῇ ποίμνῃ σου συγκαταριθμηθῇ καὶ αὐτὸς εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον τῆς μεγαλωσύνης σου. Ὅτι σού ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα, τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς [αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.] Καὶ χρίει αὐτὸν τῷ μύρῳ, καθὰ καὶ τοὺς νεοφωτίστους, τὴν αὐτὴν ἐπιρρῆσιν καὶ ἐπ' αὐτῷ ποιούμενος · καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν εὔχεται, λέγων οὕτως · Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ καταξιώσας τέλειον ἀναδεῖξαι τὸν δοῦλόν σου τοῦτον, διὰ τῆς εἰς σὲ ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ τῆς σφραγῖδος τοῦ μύρου τοῦ ἁγίου σου · σὺ, Δέσποτα τῶν ἁπάντων, τὴν εἰς σὲ πίστιν ἀληθῆ ἐν αὐτῷ διατήρησον, ἄξιον αὐτὸν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ πᾶσι τοῖς παρὰ σοῦ χαρίσμασι κατακόσμησον. Εἶθ' οὕτω κοινωνεῖ, καὶ λαμβάνει παραχρῆμα ταῖς ἑπτὰ ἡμέραις ἐκείναις κοῖλα μὴ χαρεῖν, μηδὲ νίψασθαι τὴν ὄψιν · ἀλλὰ, καθὼς οἱ βαπτιζόμενοι, οὕτω διατελεῖν · καὶ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἀπολούεται. Id est, *primo tamen oportet eos, cum ad rectam fidem adducendi sunt, jejunare dies decem aut quindecim ; et vacare precibus, mane ac vesperi, dicentes psalmos, tanquam catechumenos ; ac tum demum dignos haberi orthodoxa fide. Statuit autem unumquemlibet eorum sacerdos ante sanctam piscinam, et dicit ei hæc :* Dic anathema illi N. et dogmatibus ejus, et illis qui eum approbant, et idem cum eo sentiunt : renuntio enim illi, et omni hæretico dogmati : et credo in sanctam coessentialemque Trinitatem, secundum expositionem sanctorum Patrum qui recte nobis secuerunt verbum veritatis. *Et ad*

singula respondet is qui accedit. Deinde illum ipsum interrogat sacerdos : Credis in sanctam coessentialemque Trinitatem? *et respondet,* Credo. *Tum eo qui accedit, caput inclinante, sacerdos preces facit, in hæc verba :* Deus Servator noster, qui vis omnes homines servari, et ad veritatis cognitionem venire, accepta istunc servum tuum, qui vix tandem ex errore resipuit, et ad veritatis cognitionem venire desideravit. Tu enim dixisti, Domine. *Et alias oves habeo quæ non sunt ex caula istac ; etiam illas me adducere oportet : vocemque meam audient ; et fiet unus grex, unus pastor.* Pasce igitur eum in gloria tua ad cognitionem veritatis, secundum expositionem sanctorum gloriosorumque apostolorum tuorum : et dignare eum B signaculo sancti unguenti sumptioneque pretiosi sanguinis tui : et redde ipsum perfectum servum tuum, ut et ipse gregi tuo adnumeretur, ad gloriam laudemque majestatis tuæ. Quia tuum est regum et potentia et gloria, Patris, Filii et Spiritus sancti, nunc et semper, et in omnia sæcula. Amen. *Et ungit eum unguento, quemadmodum et recens illuminatos* [*id est baptizatos*] : *et eamdem etiam super ipso addit verborum formulam. Post hæc rursum precatur, in hæc verba :* Domine Deus noster, qui dignatus es perfectum reddere istunc servum tuum, per orthodoxam in te fidem, et signaculum unguenti sancti tui : tu, Domine omnium, veram in te fidem in eo conserva, augens eum in justitia, et omnibus eum gratiæ tuæ dotibus exornans. *Atque ita deinde communicat, et præceptum accipit, ne septem illis diebus carnes comedat, nec faciem lavet, sed quemadmodum ii qui baptizantur, ita perseveret : et die octava se abluit.* In C eamdem sententiam quædam leguntur etiam in supradictis Constitutionibus Apostolorum nomine vulgatis, 113, b, nam et ibi episcopis et presbyteris hoc baptizandi præceptum datur, Χρίσεις δὲ πρῶτον ἐλαίῳ ἁγίῳ · ἔπειτα βαπτίσεις ὕδατι · καὶ τελευταῖον σφραγίσεις μύρῳ · ἵνα τὸ μὲν χρίσμα μετοχὴ ᾖ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὸ δὲ ὕδωρ σύμβολον τοῦ θανάτου · τὸ δὲ μύρον, σφραγὶς τῶν συνθηκῶν. Εἰ δὲ μήτε ἔλαιον ᾖ, μήτε μύρου, ἀρκεῖ ὕδωρ καὶ πρὸς χρίσιν καὶ πρὸς σφραγῖδα, καὶ πρὸς ὁμολογίαν τοῦ ἀποθανόντος ἤτοι συναποθνήσκοντος. Πρὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος νηστευσάτω ὁ βαπτιζόμενος. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Κύριος πρῶτον βαπτισθεὶς ὑπὸ Ἰωάννου, καὶ εἰς τὴν ἔρημον αὐλισθείς, μετέπειτα ἐνήστευσεν. Id est. *Primum vero unges oleo sancto : deinde baptizabis aqua : et postremo signabis unguento : ut olei quidem inunctio sit participatio Spiritus sancti : aqua vero, signum mortis : et unguentum, signaculum fœderis. Si vero nec oleum nec unguentum suppetat, aqua sufficit et ad inunctionem et ad obsignationem confessionemque mortis, mortis inquam* [*a Christo jam*] *obitæ, et nobis cum* [*eodem*] *obeundæ. Ante Baptismum vero jejunet is qui baptizandus venit, nam et Dominus primum a Joanne baptizatus atque in deserlum subductus, postea jejunavit.* Institutionis hujus ratio redditur etiam in quæstionibus et responsionibus ad Orthodoxos, Justini nomen præferentibus, cap 137 : in Apologia tamen Justini, simplicior baptismi expositio est, absque ulla olei unguentique mentione, 73, 33 Mystice Paulus II Corinth. I, Ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν, καὶ χρίσας ἡμᾶς, Θεὸς ὁ καὶ σφραγισάμενος ἡμᾶς, καὶ δοὺς τὸν ἀρραβῶνα τοῦ Πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. De quo τῆς σφραγῖδος mysterio et Clemens noster 249, 13 : Apud quem etiam aurium obsignatio per ignem facta, 346, 49. Diabolum quoque in suis mysteriis

dolo aut simulatione, sed toto animo, corde puro ac sedulo, Christum Christique fidem amante : renuntio toti Saracenorum religioni, anathematizoque Moamedem, qui et Muchumet dicitur ; quem Saraceni ut Dei apostolum et prophetam honorant. Anathematizo Alim, Moamedis generum : et Chasanen Chusenenque, filios ejus ; item Apupiker, qui et Cubiker dicitur : et Umar, et Talchar, et Apupacren Paducen : item Mævie, et Zupeer, et Adellan, et Zeit et Izit, et Saitem et Uthman, et reliquos omnes summystas adjutoresque ac successores Moamedis. Anathematizo Zadoze et Aise, et Zetheinep et Omkelthim, primas cæterisque scelestiores Moamedis uxores, et Phatman filiam ejus. Anathematizo cum qui Curan dicitur; summam videlicet seu scripturam Moamedis : quam fingit sibi per archangelum Gabrielem [cœlitus] delatam esse : omnemque doctrinam ac legum instituta, narrationes apocryphas, mysteria, et traditiones ac blasphemias ejus. Anathematizo paradisum Moamedis, in quo dicit quatuor esse fluvios, ex aqua turbari nescia, lacte nativam dulcedinem non mutante, vino suavi, et melle defæcato : et venturo illo die, quem quingentis annorum millibus circumscribit, Saracenos cum mulieribus suis in eo vitam acturos, carnique et affectibus suis indulturos : et sub umbra quarumdam arborum quæ vocantur Sedre et Talech, comesturos carnes avium quas concupiscunt, omnisque generis fructus autumnales ; ac bibituros e fonte caphura, et e fonte zingiber, cui nomen Salsabila : vinumque potaturos cujus crama seu mistura hausta sit e fonte Thesnim : eorumque staturas cœlum proceritate sua tacturas, virorum pariter et mulierum : membra [genitalia] quadragenum cubitorum fore : et absque satietatis tædio coituros in conspectu Dei : propterea (inquit) quia Deus pudore non afficitur (*a*). Anathematizo eos qui a Moamede nomi-

A ἢ ἀνάγκης, οὐδὲ ἀπὸ δόλου ἢ ὑποκρίσεως, ἀλλ' ἐξ ὅλης ψυχῆς, καὶ καρδίας καθαρᾶς καὶ ἀδόλου, τὸν Χριστὸν ἀγαπώσης καὶ τὴν αὐτοῦ πίστιν · ἀποτάσσομαι πάσῃ τῇ τῶν Σαρακηνῶν θρησκείᾳ · καὶ ἀναθεματίζω Μωάμεδ τὸν καὶ Μουχούμετ · ὃν οἱ Σαρακηνοὶ τιμῶσιν ὡς ἀπόστολον Θεοῦ καὶ προφήτην. Ἀναθεματίζω Ἀλεὶμ τὸν ἐπὶ θυγατρὶ γαμβρὸν τοῦ Μωάμεδ · καὶ Χασάνην καὶ Χουσένην, τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ · καὶ Ἀπουκίπερ (4) τὸν καὶ Κουβίκερ · καὶ Οὔμαρ, καὶ Τάλχαρ, καὶ Ἀπουπάκρην τὸν Παδούκην (5) · καὶ Μαευίε, καὶ Ζουπέερ καὶ Ἀδέλλαν, καὶ Ζείτ καὶ Ἰζίτ, καὶ Σαίτην καὶ Οὐθμᾶν, καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας συμμύστας καὶ συνεργοὺς καὶ διαδόχους τοῦ Μωάμεδ. Ἀναθεματίζω Ζαδόζε καὶ Ἄϊσε καὶ Ζεθεινεπ καὶ Ὁμκελθείμ, τὰς πρώτας καὶ μιαρωτέρας τῶν γυναικῶν τοῦ Μωάμεδ · καὶ Φάτμαν τὴν θυγατέρα αὐτοῦ. Ἀναθεματίζω τὸν λεγόμενον Κουρᾶν, τὴν ὅλην ἤτοι γραφὴν τοῦ Μωάμεδ · ἣν πλάττεται διὰ τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ κατενεχθῆναι αὐτῷ · καὶ πᾶσαν τὴν διδασκαλίαν καὶ τὰς νομοθεσίας, καὶ τὰς ἀποκρύφους διηγήσεις, καὶ τὰ μυστήρια καὶ τὰς παραδόσεις, καὶ τὰς βλασφημίας αὐτοῦ. Ἀναθεματίζω τὸν παράδεισον τοῦ Μωάμεδ · ἐν ᾧ λέγει τέσσαρας εἶναι ποταμούς, ἐξ ὕδατος ἀθολώτου, καὶ γάλακτος μὴ ἀλλάσσοντος τὸν νόστον αὐτοῦ, καὶ οἴνου ἡδέος, καὶ μέλιτος ὑλιστοῦ · καὶ κατὰ τὴν μέλλουσαν ἡμέραν, ἣν περιορίζει εἰς πεντήκοντα μυριάδας ἐτῶν, διάγειν ἐν αὐτῷ τοὺς Σαρακηνοὺς μετὰ τῶν ἰδίων γυναικῶν, σαρκικῶς καὶ ἐμπαθῶς ζώντας · καὶ ὑπὸ σκιὰν τινων δένδρων, ἃ καλεῖται Σίδρη καὶ Τάλεχ, κρέα τρώγοντας ὀρνέων ὧν ἐπιθυμοῦσι (6), καὶ ὀπώραν παντοίαν · πίνοντάς τε ἀπὸ καφουρὰ πηγῆς, καὶ ἀπὸ ζιγγίβιρ πηγῆς, ὠνομασμένης Σαλσάβιλα · καὶ οἶνον προστιθεμένους οὗ τὸ κέρασμα ἐκ πηγῆς Θεσνείμ · ὧν αἱ ἡλικίαι οὐρανομήκεις. ἀῤῥένων τε καὶ θηλειῶν · καὶ τὰ μόρια τεσσαράκοντα πήχεις (7) · συνουσιαζόντων ἀκορέστως ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ · διότι Θεὸς (φησὶν) οὐκ αἰσχύνε-

B

C

D

hos ritus imitatum esse, scribit Tertullianus libro De prescriptionibus hæreticorum, ubi de diabolo inter alia dicit, *Tinguit et ipse quosdam utique credentes et fideles suos ; et sic adhuc initiat Mithræ : signat illic in fronte milites suos. Celebrat et panis oblationem, et imaginem resurrectionis induci.*

(4) Qui Ἀπουπίκερ et Κουβίκερ hic dicitur, is (opinor) est, qui supra 58, 5 (*b*). et in Joannis Siculi Chronico ms. Βουβάχας · infra Ἀβουβάχαρος 101, 3 : (itemque 92, 9 : 96, 5, 26 : 100, 3, 20 : necnon in Cedreni Annalibus passim, uti et in Constantini Thematibus a Bonaventura Vulcanio editis, 29, 22) et Βουβίκερ 97, 5, 24 : 101, 4, 21 : primus nempe Moamethi successor : ut Οὔμαρ qui sequitur, tertius a Moametho princeps statuitur 102, 15. Unde et 101, 22, pro ὁ Ἄμαρος legendum videatur Οὔμαρος seu Οὔμαρος. Sed in sequentium serie dissentit Theophanes : quippe apud quem Umari successor est Οὐθμάν · Uthmani. Μανίας · Maviæ. Ἰζίδ, filius ejus: Izidi, Ἀβδελᾶς, filius Zuber : Abdelæ, Μαρούας · post quem Ἀβιμέλεχ, et deinceps alii, ita ut Talchar et Apupacres ex symmystarum, non ex successorum numero esse videri queant, quod et de Zeite ac Saite sentire liceat ; cum eorum mentio in principatus successoribus non inveniatur.

(5) Τὸν Παδούκην incertum est sitne gentile, an cognomen quodpiam.

(6) Respicere videtur ad azoaram 62, in qua est, *De fructibus omnimodis vobis datis, optimoque victu comedite atque bibite* : et mox, *Super vestium stramenta formosissima pro modo vestro discumbite ducturi virgines decentissimas, cum oculis immensis atque pudibundis, nusquam nisi tantum ad maritos suos flectendis*, et rursum, *Illis fructus et carnes pro sui voti modo multiplicaturi*. De sequentibus fontibus, azoara 36, *Ex vase camphora condito, et ex aperto fonte homines Dei potabunt*. Et paulo post, *Ibidem cum vasis vitreis et argenteis optimæ compositionis, illis potus, velut zinziber saporifer, ex fonte Zelzebil administrabitur*.

(7) Congruentis τεσσαρακονταπήχεια, vel contracte τεσσαρακονταπήχη, ut non ad homines, sed ad membra eorum referatur ; sic enim et præcedentium et sequentium aptior erit cohærentia. Ibidem mox in ms. est συνθυσιαζόντων, nihil ad rem.

(*a*) Locum hunc, qui legitur in suræ II, vers. 25, male intellexit Nicetas. Vide tom. CV, col. 711, not. 26. Edit.

(*b*) Id est apud Euthymium *Contra Agarenos*. Vide tom. CXXX.

ται. Ἀναθεματίζω τοὺς ὀνομαζομένους παρὰ τοῦ Μωάμεδ ἀγγέλους, τόν τε Ἀρὼθ καὶ τὸν Μαρώθ, καὶ τὸν Τζάφα καὶ τὸν Μαρούα· οὓς ἐκ τῶν σεβασμίων εἶναι τοῦ Θεοῦ τερατεύεται· πρὸς τούτοις δὲ καὶ τοὺς μυθευομένους ὑπ' αὐτοῦ προφήτας καὶ ἀποστόλους, εἴτουν τὸν Χοὺδ καὶ Τζαλιτ ἢ Σάλιχ (8), καὶ τὸν Συνάϊπ καὶ τὸν Ἐδρῆς, καὶ τὸν Δουαλκιφὶλ καὶ τὸν Λοκμάν. Ἀναθεματίζω πάσας τὰς μαρτυρίας τοῦ Μωάμεδ, ὅσας ἐκ τῆς παλαιᾶς δῃθεν Γραφῆς (9), διαστρέφων αὐτὴν καὶ νοθεύων, καὶ μυρία καταψευδόμενος τοῦ Νῶε καὶ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ Ἰωσὴφ καὶ Ἰὼβ, καὶ Μωσέως καὶ Ἀαρὼν, καὶ Δαβὶδ καὶ Σολομῶντος, καὶ Ἠλίου καὶ Ἰωνᾶ, καὶ Ζαχαρίου τοῦ πατρὸς Ἰωάννου. Ἔτι ἀναθεματίζω ὅσα φυσιολογεῖ βαρβάρως καὶ ἀμαθῶς περὶ τε τῶν ἄλλων τοῦ Θεοῦ ποιημάτων, καὶ περὶ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, λέγων αὐτοὺς καβαλλαρίους εἶναι. Ἀναθεματίζω τὴν παρὰ τοῖς Σαρακηνοῖς ἀπόκρυφον διδασκαλίαν καὶ ὑπόσχεσιν τοῦ Μωάμεδ· ἥτις φησὶ κλειδοῦχον αὐτὸν γενήσεσθαι τοῦ παραδείσου, καὶ εἰσάξειν μὲν ἐν τούτῳ ἑβδομήκοντα χιλιάδας Σαρακηνῶν δικαίων, τοὺς δὲ ἁμαρτωλοὺς κριθήσεσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ· καὶ πιττακίων εἰς τοὺς τραχήλους αὐτῶν περιτιθεμένων, οὕτως εἰσελεύσεσθαι καὶ τούτους εἰς τὸν παράδεισον, ὀνομαζομένους ἀπελευθέρους Μωάμεδ. Ἀναθεματίζω (10) τὰς νομοθεσίας τοῦ Μωάμεδ, τὰς περὶ γάμων καὶ λύσεως γάμων, καὶ καθαρισμοῦ μοιχευομένων γυναικῶν, καὶ ἀριθμοῦ γυναικῶν καὶ παλλακίδων· καὶ πάντα τὰ περὶ τοιούτων ἀκάθαρτα διδάγματα. Ἀναθεματίζω τὴν τοῦ Μωάμεδ βλασφημίαν τὴν λέγουσαν ὅτι ὁ Θεός, ὃν θέλει, πλανᾷ· καὶ ὃν θέλει, ὁδηγεῖ εἰς ἀγαθόν· καὶ ὅτι ὁ Θεὸς ἤθελεν, οὐκ ἂν ἐπολέμουν ἀλλήλοις οἱ ἄνθρωποι· ἀλλ' αὐτὸς ποιεῖ ὅπερ βούλεται· καὶ παντὸς ἀγαθοῦ καὶ πονηροῦ αἴτιος αὐτός ἐστι· καὶ τύχη καὶ εἱμαρμένη πάντων κρατεῖ. Ἀναθεματίζω τὴν τοῦ Μωάμεδ φλυαρίαν, τὴν λέγουσαν ὅτι ὁ Κύριος καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀδελφῆς τοῦ Μωσέως καὶ Ἀαρὼν ἐγεννήθη ἄνευ σπορᾶς ἐκ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος· καὶ ἔτι νήπιος ὤν, πετεινὰ ἐκ πηλοῦ ἐπλαστούργει· καὶ ἐμψυχῶν, ἐποίει αὐτὰ ζῶα· καὶ τυφλοὺς ἰᾶτο, καὶ νεκροὺς ἤγειρε· καὶ ὅτι ἐκ παρακλήσεως τῶν ἀποστόλων ἠτήσατο τὸν Θεὸν, καὶ κατήνεγκεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τράπεζαν, καὶ ἐξίθρεψεν αὐτούς· καὶ ὅτι οὔτε ἐσταυρώθη, οὔτε κατὰ ἀληθειαν ἀπέθανεν ὡς ἄνθρωπος· ἀλλὰ κατὰ φαντασίαν μόνην ταῦτα παρὰ τῶν Ἑβραίων ὑπέστη· καὶ ὅτι ἐρωτηθεὶς παρὰ τοῦ Θεοῦ, εἰ ὠνόμασεν ἑαυτὸν Θεὸν ἐν τῷ κόσμῳ, ἀρνήσατο, λέγων ὅτι Σὺ πάντα γινώσκεις καὶ οἶδας οὐκ ὅτι οὐκ ὠνόμασα ἑαυτὸν Θεὸν ἢ Υἱόν σου· δοῦλος γάρ σού εἰμι, καὶ οὐχ ὑπερφρονεύομαι τοῦτο καλεῖσθαι. Ἀναθεματίζω τὴν διδαχὴν τοῦ Μωάμεδ, τὴν λέγουσαν μὴ εἶναι τὸν Χριστὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἀπόστολον καὶ προφήτην· καθότι (φησὶν) ὁ Θεὸς κοινωνὸν οὐκ ἔχει· καὶ

A nantur angeli, Aroth et Maroth, Tzapha et Marua: quos in venerabilibus Deo esse prodigiose fabulatur. Adhæc etiam eos qui fabulose ab illo prædicantur prophetæ atque apostoli, nempe Chud et Tzalet sive Salech, item Synaip et Hedres, Dualkiphil et Locman. Anathematizo omnia Moamedis testimonia, quotquot e veteris Testamenti Scriptura citat, pervertens eam atque adulterans, et innumera spargens mendacia de Noe, Abrahamo, Isaaco, Jacobo, Josepho, Jobo, Mose, Aarone, Davide, Solomone, Elia, Jona, et Zacharia Joannis patre. Anathematizo etiam omnia quæ barbara inscitaque physiologia et de cæteris Dei creaturis et de sole ac luna fabulatur, caballarios eos esse dicens. Anathematizo apocrypham illam apud Saracenos doctrinam et promissionem Moamedis: quæ dicit eum futurum esse paradisi clavigerum, et in eum introducturum esse septuaginta millia Saracenorum justorum: at peccatores a Deo judicatum iri; appensisque ad colla eorum pittaciis, ita et ipsos in paradisum intraturos esse, ac Moamedis libertos nominatum iri. Anathematizo leges a Moamede latas de matrimoniis et matrimoniorum solutione, de mœchantium mulierum purificatione, de uxorum et pellicum numero, omnemque de talibus impuram ejus doctrinam. Anathematizo Moamedis blasphemiam quæ dicit Deum, quem vult, in errorem impellere, et quem vult, in bonam viam deducere; et, si Deus vellet, non inter se bellaturos esse homines, sed ipsum facere quod vult, omnisque boni pariter et mali auctorem ipsum esse, tum fortunam et fatum obtinere in omnibus. Anathematizo Moamedis futilitatem quæ dicit Dominum Deumque nostrum Jesum Christum, et Maria Mosis et Aaronis sorore absque semine natum esse, [conceptum] de Verbo ac Spiritu Dei: et cum adhuc infans esset, volucres e luto finxisse, inflatuque suo animantes eas reddidisse, sed et cæcos sanasse, mortuos excitasse, apostolorumque rogatu a Deo petiisse, et mensa e cœlis deducta eos aluisse, neque crucifixum aut revera mortuum esse ut hominem, sed imaginarie solummodo hæc ab Hebræis passum esse: et interrogatum a Deo an se Deum in mundo nominarit, negasse, ac dixisse: *Tu omnia nosti, et scis quod non nominarim me Deum aut Filium tuum. Sum enim servus tuus, nec ita superbus sum ut sic vocari detrectem.* Anathematizo Moamedis doctrinam quæ dicit Christum non esse Filium Dei, sed apostolum et prophetam: quoniam (inquit) Deus communionis socium non habet: et omnes qui Christum ei communionis socium dicunt, in gehenna ignis punientur. Anathematizo Moamedis fabulam in qua dicit Deo domum precationis ab Abrahamo et Ismaele structam esse in Bacche sive Make aut Makech: quam nominat adoratorium hujusmodi verbum.

B

C

D

(8) De prophetis istis et apostolis vide Euthymium.

(9) Post Γραφῆς desideratur προφέρεται, aut aliud

(10) Plenius apud Euthymium.

vationis ; imperatque ut ubicunque sint sic precentur, facies suas ad illam partem convertant. Anathematizo etiam ipsam illam precationis domum in Make : ... in cujus medio jacere aiunt lapidem magnum, Veneris effigiem in se habentem: honorari autem istum lapidem, quasi Abraham super eo cum Agare coierit ; aut camelum ei alligaverit, cum Isaacum sacrificaturus erat. Eos autem qui precatum illuc eunt, alteram manum ad lapidem extendere, altera vero aurem suam tenere, atque ita in orbem sese circumagere donec e vertigine offusis tenebris concidant. Anathematizo etiam ipsum Meke, et totum ejus ambitum, et qui a Saracenis ibi contra Christianos jactantur septem lapides ; omnemque ipsorum precationem, cultum ac rituum solemnia. Anathematizo Moamedis doctrinam de camelo femina; quam, cum Deo sacra esset, ab ejus temporis hominibus, occisam fuisse dicit, et Deum propterea illos ultum esse. Anathematizo eos qui matutinum sidus, sive Luciferum et Venerem adorant : quam Arabum lingua Chabar, id est *Magnam* nominant. Anathematizo omnia Moamedis instituta, in quibus probra Christianis dicens, negatores, communicatores, et sodalitiarios eos nominant ; ac Saracenos ad eos truculenter jugulandos concitat, bellum contra Christianos *viam Dei* nominans ; et Saracenos qui in tali bello moriuntur, Dei filios et paradiso dignos vocans. Anathematizo scelestum et impurum institutum Moamedis de precibus, in quo et hoc apponit ut, si non in promptu inveniant aquam, tenuem humum capiant, eaque manus ac facies suas fricent. Anathematizo Moamedis doctrinam de fictura hominis, in qua dicit hominem ex humo, stilla, sanguisugis et materia manducata fictum esse : et cum homo fictus esset, cæteros quidem angelos omnes Dei jussu eum adorasse ; at solum Belialem non obedisse ut eum adoraret. Et præter hæc omnia, anathematizo Deum Moamedis, de quo dicit eum esse unum Deum solidum, qui nec genuerit nec genitus sit, nec quempiam ei similem exstitisse.

πάντες οἱ λέγοντες αὐτῷ κοινωνὸν τὸν Χριστὸν μέλλουσι κολάζεσθαι εἰς τὴν γένυαν τοῦ πυρός. Ἀναθεματίζω τὴν μυθοποιίαν τοῦ Μωάμεδ ἐν ᾗ φησι γενήσεσθαι (11) τῷ Θεῷ οἶκον προσευχῆς παρά τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τοῦ Ἰσμαὴλ εἰς τὸ Βάκχε ἤτοι τὸ Μάκε ἡ Μάκεχ · ὃν ὀνομάζει προσκυνητήριον τοῦ παρατηρήματος · καὶ προστάσσει (12), ὅπου ἂν ὦσι καὶ εὔχωνται, στρέψωσι τὰ πρόσωπα αὐτῶν πρὸς τὸ μέρος ἐκεῖνο. Ἀναθεματίζω καὶ αὐτὸν τὸν εἰς τὸ Μάκε οἶκον τῆς εὐχῆς · . . . (13) ἐν ᾧ φασι κεῖσθαι μέσον λίθον μέγαν, ἐκτύπωμα τῆς Ἀφροδίτης ἔχοντα · τιμᾶσθαι δὲ τοῦτον, ὡς ἐπάνωθεν αὐτοῦ τῇ Ἄγαρ ὁμιλήσαντος τοῦ Ἀβραάμ · ἢ ὡς αὐτῷ τὴν κάμηλον προσδήσαντος, ὅτε τὸν Ἰσαὰκ ἔμελλε θύειν. Τοὺς δὲ εἰς εὐχὴν ἐκεῖ ἀπιόντας τὴν μὲν μίαν ἑαυτῶν χεῖρα πρὸς τὸν λίθον ἐκτείνειν, τῇ δὲ ἑτέρᾳ τὸ οὖς κατέχειν τὸ ἴδιον · καὶ οὕτω κυκλοτερῶς ἑαυτοὺς περιφέρειν, ἕως ἂν πέσωσι σκοτοδινιάσαντες. Ἀναθεματίζω δὲ καὶ αὐτὸ τὸ Μέκε, καὶ τὴν περιοχὴν αὐτοῦ πᾶσαν · καὶ τοὺς παρὰ τῶν Σαρακηνῶν ἐκεῖ ῥιπτομένους ἑπτὰ λίθους κατὰ τῶν Χριστιανῶν · καὶ πᾶσαν τὴν προσευχὴν καὶ τὴν λατρείαν, καὶ τὰ ἔθιμα αὐτῶν. Ἀναθεματίζω τὴν διδαχὴν τοῦ Μωάμεδ τὴν περὶ τῆς καμήλου θηλείας, ἣν λέγει, τοῦ Θεοῦ ἱερὰν οὖσαν, φονευθῆναι παρὰ τῶν τηνικαῦτα ἀνθρώπων · καὶ διὰ τοῦτο ἀμύνασθαι αὐτοὺς τὸν Θεόν. Ἀναθεματίζω τοὺς τῷ πρωϊνῷ προσκυνοῦντας ἄστρῳ, ἤγουν τῷ ἑωσφόρῳ καὶ τῇ Ἀροδίτῃ (14) · ἣν κατὰ τὴν Ἀράβων γλῶσσαν Χαβὲρ ὀνομάζουσι, τουτέστι μεγάλην. Ἀναθεματίζω πάσας τὰς διατάξεις τοῦ Μωάμεδ, ἐν αἷς τοὺς Χριστιανοὺς ὀνειδίζων ἀρνητὰς (15) ὀνομάζει καὶ κοινωνητὰς καὶ ἑταιρειαστάς · καὶ διεγείρει τοὺς Σαρακηνοὺς πρὸς τοῦτο τὸ μύσος καὶ τὴν σφαγὴν, ὁδὸν Θεοῦ ὀνομάζων καὶ τὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν πόλεμον · καὶ τοὺς ἐν τῷ τοιούτῳ πολέμῳ ἀποθνήσκοντας Σαρακηνοὺς υἱοὺς Θεοῦ καὶ ἀξίους τοῦ παραδείσου καλῶν. Ἀναθεματίζω τὰς περὶ τῶν εὐχῶν διατάξεις μιαρὰς καὶ ἀκαθάρτους τοῦ Μωάμεδ, ἐν αἷς καὶ τοῦτο προστίθησιν, ἵνα, ἐὰν μὴ εὑρίσκωσιν ἑξ ἑτοίμου ὕδωρ, λαμβάνωσι χοῦν λεπτὸν (16), καὶ μετ' αὐτοῦ τρίβωσιν αὐτῶν τὰς χεῖρας καὶ τὰς ὄψεις. Ἀναθεματίζω τὴν περὶ τῆς πλάσεως τοῦ ἀνθρώπου διδασκαλίαν τοῦ Μωάμεδ (17), ἐν ᾗ φησιν ὅτι ἐπλάσθη ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ χώματος καὶ σταγόνος,

(11) Pro futuro γενήσεσθαι requiritur præteritum γεγενῆσθαι aut γενέσθαι, ut apud Euthymium.

(12) Post προστάσσει subaudiendum ἵνα, vel similis particula.

(13) In archetypo est spatium vacum, duodecim circiter litterarum capax ; narratio eadem apud Euthymium.

(14) De Lucifero et Venere vide Euthym.

(15) Ἀρνητάς Christianos appellare videtur, vel ob Petri negationem, vel ob negationem Christi, at κοινωνητάς et ἑταιρειαστάς, quod Christum Deo communionis socium credant, partim etiam quod sanctorum et inter se, et cum Christo capite suo, communionem profitentur. Vide Euthymium.

(16) De purificatione per humum et de fictura hominis vide Euthym.

(17) Belle huc faciunt quæ a Niceta Choniate narrantur de Manuele Commeno imperatore Constantinopolitano, et Theodosio patriarcha, insignioribusque sacerdotii proceribus, 108. 21, Ἔγκειται τῷ κατηχητικῷ πυκτίῳ μεθ' ἑτέρων ἀφορισμῶν καὶ τὸ ἀνάθεμα τῷ Θεῷ τῷ τοῦ Μωάμετ · περὶ οὗ λέγει ὡς οὔτε ἐγέννησεν οὔτε ἐγεννήθη, καὶ ὅτι ὁλοσφυρός ἐστι. Τὸν τοιοῦτον τοίνυν ἀναθεματισμὸν ἀπαλεῖψαι τῶν ὅλων κατηχητηρίων βίβλων προείθετο, ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ πυκτίδος ἀρξάμενος. Καὶ ἡ προφασις ὡς μάλα εὐπρόσωπος. Ἔφασκε γὰρ ὡς εἰς σκανδαλον προκειται τῶν μετατιθεμένων Ἀγαρηνῶν εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς θεοσεβῆ πίστιν· τὸ βλασφημεῖσθαι ὅλως Θεόν. Οὐκοῦν μετάκλητον τίθησι τὸν μέγιστον Θεοδόσιον, ὃς διεῖπε καὶ ἐκόσμει τηνικαῦτα θρονον τὸν πρωτιστον, καὶ τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἐνδημούντων ἀρχιερέων τοὺς λόγῳ καὶ ἀρετῇ διαπρέποντας · καὶ κοινοῦται τούτοις τὸ σκέυμα μετ' ὀγκηρων προεισοδίων τῆς ὑποθέσεως. Ἀνανεύοντας δὲ πάντας εὗρε, καὶ μηδ' ἄκροις παραδεχομένους ὡσί τὰ εἰσηγουμενα, ὡς ἀποφημα, καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἀληθεστάτης δοξης

καὶ βδελλῶν καὶ μασσήματος· καὶ ὅτι, τοῦ ἀνθρώπου πλασθέντος, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἄγγελοι Θεοῦ προστάξει προσεκύνησαν αὐτῷ· μόνος δὲ ὁ Βελίαρ οὐκ ἐπείσθη προσκυνῆσαι. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις ἀναθεματίζω τὸν Θεὸν τοῦ Μωάμεδ, περὶ οὗ λέγει ὅτι αὐτός ἐστι Θεὸς εἷς ὁλόσφυρος [ὃς] οὐκ ἐγέννησεν οὐδὲ ἐγεννήθη, οὐδὲ ἐγένετο ὅμοιος αὐτῷ τις.

Τὰ εἰρημένα τοίνυν ἅπαντα, καὶ αὐτὸν τὸν Μωάμεδ, καὶ τὸν σφυρήλατον αὐτοῦ Θεὸν ἀναθεματίζων, καὶ ἀποτασσόμενος αὐτοῖς, συντάσσομαι τῷ μόνῳ ἀληθινῷ Θεῷ τῷ Χριστῷ (18)· καὶ πιστεύω εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον καὶ ἀχώριστον Τριάδα· καὶ τὴν ἐνσαρκον οἰκονομίαν καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν ὁμολογῶν τοῦ τῆς ἁγίας Τριάδος ἑνὸς τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ καὶ Λογου τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων γεννηθέντος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· γενέσθαι τοῦτον πληροφορούμαι κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπον, μὴ ἐκστάντα τῆς οἰκείας θεότητος· καὶ εἶναι τὸν αὐτὸν Θεὸν ἀληθῶς καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως καὶ ἀναλλοιώτως, ἐν ὑποστάσει καὶ δυσὶ φύσεσιν· ἑκουσίως τε πάντα παθεῖν καὶ σταυρωθῆναι σαρκὶ, τῆς θεότητος ἀπαθοῦς μεινάσης· καὶ ταφῆναι, καὶ τριήμερον ἀναστῆναι, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναληφθῆναι· καὶ ἥξειν ἐν δόξῃ, μέλλοντα κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς (19). Καὶ τὴν κατὰ σάρκα τοῦτον τεκοῦσαν Παρθένον, ἁγίαν Μαρίαν Παρθένον, καὶ μείνασαν μετὰ τόκον παρθένον, κυρίως καὶ ἀληθῶς Θεοτόκον καὶ πιστεύω καὶ λέγω, καὶ ὡς κατὰ ἀλήθειαν Μητέρα Θεοῦ ἐνανθρωπήσαντος· καὶ διὰ τοῦτο κυρίαν καὶ δέσποιναν ἐν χάριτι γεγενημένην πάσης τῆς κτίσεως προσκυνῶ καὶ τιμῶ. Καὶ τὸν παρὰ τοῖς Χριστιανοῖς μυστικῶς ἱερουργούμενον ἄρτον καὶ τὸν οἶνον, ὧν ἐν ταῖς θείαις τελεταῖς μεταλαμβάνουσι, πείθομαι καὶ ὁμολογῶ καὶ πιστεύω σῶμα καὶ αἷμα κατὰ ἀλήθειαν εἶναι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεταβαλλόμενα τῇ ἐκείνου θεικῇ

A Prædicta igitur omnia, ipsumque Moamedem, et solidum ejus Deum, anathematizo, ab eoque me abjungo, et conjungo me cum solo vero Deo Christo, et credo in Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, sanctam coessentialemque et inseparabilem Trinitatem: et e divina dispensatione profectam incarnationem, atque ad homines adventum unici unigenitique sanctæ Trinitatis Filii et Verbi Dei; qui e Patre ante omnia sæcula genitus est, et per quem omnia facta sunt: certoque persuasum habeo, hunc vere hominem factum esse, non deposita tamen divinitate sua: eumdemque vere Deum esse, et vere hominem, absque ulla confusione, mutatione, alteratione, in una persona, et duabus naturis: voluntarie quoque omnia passum esse
B et crucifixum carne; ita tamen ut divinitas passionis expers manserit: sepultum etiam esse ac tertia die resurrexisse, atque sursum in cœlos assumptum esse: et rediturum esse in gloria ad judicandum vivos et mortuos. Ac Virginem illam quæ secundum carnem eum peperit, [nempe] sanctam Mariam Virginem, quæ et post partum virgo mansit, proprie vereque Deiparam et credo et dico, vereque Matrem Dei inter homines in humana natura versati: et propterea per [Dei] gratiam omnis creaturæ dominam heramque factam adoro et honoro. Quæque apud Christianos mystice sacrificantur, panem ac vinum; quæ etiam in divini ritus peractione [ab eis] sumuntur: persuasum habeo, credo, et confiteor, revera Do-

ἀπάγοντα· ἐξηγουμένους δὲ θεοφιλῶς τὸ εἰς σκάνδαλον
C δῆθεν καὶ πρόσκομμα κείμενον· καὶ διασαφοῦντας μὴ ὅλως Θεὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητὴν καθυποβάλλεσθαι ἀναθέματι, ἀλλὰ τὸν παρὰ τῷ λήρῳ καὶ δαιμονώδει Μωάμετ ἀναπλαττόμενον ὁλόσφυρον Θεόν, καὶ μήτε γεννηθέντα μήτε γεννήσαντα. Παρὰ Χριστιανοῖς μὲν γὰρ δοξάζεσθαι Πατέρα Θεόν· αὐτὰ δὲ τὰ ἀποβλητα τοῦ Μωάμετ ληρήματα, τοῦτο ἀπαγορεύειν· ὅλως καὶ ἄλλως δὲ μὴ συνιέναι ἀκριβῶς ὁποῖόν τί ἐστί τὸ ὁλόσφυρον. Id est, Hieronymo Volfio interprete, *Exstat inter cæteras catecheticæ tabulæ sanctiones, anathema in Moameti deum; quem nec genuisse, nec genitum, sed holosphyron esse affirmat. Id anathema ex omnibus catecheticis libellis aboleri voluit, ab ipsa Magnæ ecclesiæ tabula auspicatus; idque ratione probabili scilicet. Aiebat enim blasphemiis in Deum qualibuscumque offendi Agarenos, qui ad piam nostram religionem deficerent. Proinde accersito maximo Theodosio, qui tunc principem sedem curabat atque ornabat, et primariis sacerdotibus qui tum in urbe erant, eloquentia et virtute præstantes, quæstionem cum tumido exordio proponit. Sed omnes refragabantur, nec ullo modo illa admittebant, ut absurda et a vera de Deo sententia abducentia: atque anathema illud offensionis scilicet plenum, pie explicabant. Nec enim Deum cœli et terræ conditorem ullo modo anathemate notari; sed holosphyron illum Deum, quem delirus et furiosus Moametus nec genitum nec gignentem confingeret. Nam apud Christianos Deum Patrem celebrari; quod detestandis Moameti nugamentis plane prohibea-*

tur. Deinde se non satis intelligere quid sit illud holosphyron. Ubi etiam nota libellum hunc appellari κατηχητικὸν πυκτίον, seu κατηχητήριον βίβλον, nempe Catechesin eorum qui a Saracenismo ad Christianam fidem sese agregant, eumdemque superioribus duobus tempore non inferiorem, sed æqualem aut etiam antiquiorem esse. Quippe quod Euthymii Panoplia sub Alexio Comneno scripta sit; hæc vero Catechesis, etiam Manuelis Comneni temporibus in usu fuerit: quadraginta circiter annis post Alexium, ut patet ex Constantinopolitanorum imperatorum catalogo, editionis nostræ 897, 29. Cæterum imperator in eo sacri ordinis responso non acquievit, sed suapte auctoritate codicillum edidit, in quo superiores imperatores atque antistites taxavit, ut qui minus considerate permisissent verum Deum anathemati subjici; ut fusius ibidem Nicetas refert.

D (18) Mallet forte aliquis Θεῷ τῶν Χριστιανῶν· sed locutio illa, Θεῷ τῷ Χριστῷ, repetitur in archetypo nostro etiam aliquanto post, folio 105, in catechesi eorum qui a Judaismo ad Christianam fidem sese conferunt; ubi et sequentia eisdem verbis exstant.

(19) In prædicta illa Judæorum catechesi et Judaismi anathematizatione, eodem folio 105, altera facie, aversa scilicet, brevius est, καὶ τὴν κατὰ σάρκα τοῦτον τεκοῦσαν ἁγίαν Παρθένον Μαρίαν, καὶ μείνασαν μετὰ τόκον παρθένον, *Et sanctam Virginem Mariam, quæ hunc secundum carnem peperit, et post partum virgo mansit.*

mini Jesu Christi corpus ac sanguinem esse, transmutaa [videlicet] divina illius potentia : idque mente et non oculis perceptibili, omnemque naturalem cogitationem superante modo, quem ipse solus novit : atque ita et ego me illa cum cæteris sumpturum assentior, ut quæ vere caro et sanguis ejus sint, et ad animæ corporisque sanctificationem, vitam æternam, regnique cœlestis hæreditatem adipiscendam sumantur, ab illis qui ea in perfecta fide participant. Sanctumque Christi baptisma, puro seduloque animo et corde, ac fide sincera, accipere desidero ; certo ac vere persuasum habens, illud mente perceptibilem purificationem esse, animique pariter et corporis regenerationem. Sed et venerabilem crucem ejusdem veri Christi Deique nostri, ut quæ non amplius corruptionis et exsecrationis, sed libertatis et vitæ æternæ instrumentum, victoriæque adversus diabolum ac mortem signum sit : præterea et venerabiles imagines, et [salutiferæ] illius Dei Verbi apud homines in carne apparitionis, et ejus quæ ineffabiliter istud peperit castæ Virginis Deique Matris, divinorumque angelorum, et sanctorum omnium, ut primitivorum symbola, et accepto, et honoro atque exosculor. Sed et ipsos sacros angelos, sanctosque omnes, qui bene Deo placuere, ut servos illius, fidosque ministros, propter honorem illi habitum, honoro et veneror : atque ita toto animo et corde, veroque animi proposito, ad Christianorum fidem accedo. Si vero cum simulatione ac dolo hæc dico, et non ex solida totius animi fide, Christumque amanti corde, sit mihi anathema et catathema, animaque mea collocetur cum Satana et dæmonibus.

A δυνάμει νοερῶς τε καὶ ἀοράτως, ὑπὲρ πᾶσαν φυσικὴν ἔννοιαν, ὡς οἶδε μόνος αὐτός· καὶ οὕτω κἀγὼ μεταλήψεσθαι τούτων συντίθεμαι, ὡς κατὰ ἀλήθειαν ὄντων σαρκός τε καὶ αἵματος αὐτοῦ, καὶ εἰς ἁγιασμὸν ψυχῆς τε καὶ σώματος, καὶ ζωὴν αἰώνιον, καὶ βασιλείας οὐρανῶν κληρονομίαν μεταλαμβανομένων, τοῖς αὐτῶν ἐν πίστει τελείᾳ μετέχουσι. Καὶ τὸ ἅγιον τοῦ Χριστοῦ βάπτισμα μετὰ καθαρᾶς καὶ ἀδόλου ψυχῆς καὶ καρδίας, καὶ πίστεως εἰλικρινοῦς, ἐπιζητῶ δέξασθαι, πληροφορούμενος ἀληθῶς κάθαρσιν αὐτὸ νοητὴν εἶναι, καὶ ἀναγέννησιν ψυχῆς τε καὶ σώματος. Καὶ τὸν σεβάσμιον δὲ σταυρὸν τοῦ αὐτοῦ ἀληθινοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, ὡς οὐκέτι φθορᾶς καὶ ἀρᾶς ὄργανον, ἀλλ' ἐλευθερίας καὶ ζωῆς αἰωνίου, καὶ σημεῖον τῆς κατὰ τοῦ διαβόλου καὶ θανάτου νίκης. Ἔτι δὲ καὶ τὰς σεβασμίους εἰκόνας τῆς τε κατὰ σάρκα πρὸς ἀνθρώπους ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ τῆς ἀφράστως αὐτὸν τεκούσης ἁγνῆς Παρθένου καὶ Θεομήτορος, καὶ τῶν θεοειδῶν ἀγγέλων, καὶ τῶν ἁγίων ἁπάντων, ὡς σύμβολα τῶν πρωτοτύπων, καὶ δέχομαι καὶ τιμῶ καὶ ἀσπάζομαι. Καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς ἱεροὺς ἀγγέλους, καὶ τοὺς ἁγίους ἅπαντας, τοὺς τῷ Θεῷ εὐαρεστήσαντας, ὡς δούλους ἐκείνου καὶ πιστοὺς θεράποντας, τιμῶ καὶ σέβομαι διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον τιμήν· καὶ οὕτως ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ καρδίας, καὶ προαιρέσεως ἀληθοῦς, προσέρχομαι τῇ πίστει τῶν Χριστιανῶν. Εἰ δὲ μεθ' ὑποκρίσεως καὶ δόλου ταῦτά φημι, καὶ οὐκ ἐκ πίστεως ὁλοψύχου καὶ καρδίας τὸν Χριστὸν ἀγαπώσης, εἴη μοι ἀνάθεμα καὶ κατάθεμα, καὶ ἡ ψυχή μου ταχθείη μετὰ τοῦ Σατανᾶ καὶ τῶν δαιμόνων.

B

C

NICETÆ CHONIATÆ

EX LIBRO XXIII

THESAURI ORTHODOXÆ FIDEI

(Ap. Le Quien *Oriens Christianus* I, 649, in Eustratio Nicææ metropolita.)

—

Aliquanto tempore elapso, discipulus illius Joannis Itali monachi novæ alterius doctrinæ auctoris Eustratius, qui Nicææ Bithyniæ metropolis pontifex erat, cum sæpe coram imperatoris tribunali cum Latinis disputasset de azymis et de Spiritu sancto, mandare scriptis volens quæ Latinis attulerat, quæque ab eis inter disputandum audierat, non accurate, nec laudabiliter suos sensus enuntiavit. Quin etiam cum Philippopoli in audientia imperatoris cum Armenio quodam de duabus Christi naturis colloqueretur, nonnulla de Deo non consulta prorsus injecit, et nullo pudore effutiit, jam olim nuncque assumptam a Verbo naturam

D Χρόνου τινὸς διαγενομένου, τούτου (Ἰωάννου τοῦ Ἰταλοῦ) μαθητὴς Εὐστράτιος, ὃς τῆς τῶν Βιθυνῶν πόλεως Νικαίας ἀρχιερατικῶς προήδρευε, πολλάκις ἐπί βασιλικοῦ βήματος μετὰ Λατίνων εἰς λόγους ἐλθών περί τε ἀζύμων καὶ τοῦ θείου Πνεύματος, καὶ θελήσας γραφῇ παραδοῦναι ὅσα εἴρηκε πρὸς τοὺς Λατίνους, καὶ οἷα παρ' ἐκείνων ἐν τῷ διαλέγεσθαι ἀκηκόει, οὐκ ἀσφαλῶς, οὐδὲ ἐπαινετῶς τοὺς περὶ τοῦ Πνεύματος λόγους ἐξήνεγκε, Ἐνίοτε δὲ κατὰ Φιλιππούπολιν ἐπ' ἀκροάσει τοῦ βασιλέως ἐπ' Ἀρμενίου τινὸς περὶ τῶν δύο τοῦ Χριστοῦ φύσεων ποιούμενος τὴν διαλεξιν, οὐδέποτε καθηκόντως τῇ θεηγορίᾳ ἐπέβαλεν, ἀλλ' ἀσεβῶς ἐφθέγξατο, καί

πρότερον καὶ νῦν τῷ Πατρὶ λατρεύειν τοῦ Κυρίου τὸ πρόσλημμα· οὐκ οἶδ' ὁπόθεν τὴν ἐκθέσιμον ταύτην τὴν φωνὴν πορισάμενος. Πρὸς δὲ τὴν ἄτοπον ταύτην, καὶ παντάπασιν ἀσυνήθη ῥῆσιν ἐκπλαγεὶς ὁ Ἀρμένιος, ὕβρεσι τὸν Εὐστράτιον ἔπλυνε, Τζυάκλην καλέσας. Δηλοῖ δὲ ἡ λέξις παρὰ Ἀρμενίοις τὸν κτηνοβατούμενον· ἀλλὰ καὶ οἱ ἑστῶτες τοῦ βασιλέως λόγιμόι ἄνδρες τῆς λέξεως ἐπιλαβόμενοι, ὡς αἱρετίζοντι τῷ Εὐστρατίῳ ἐπέπληττον· Μικρῷ δὲ ὕστερον καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης Εὐστράτιος καθαιρεῖται, ὡς γεννήτωρ νέας αἱρέσεως.

A Deo Patri servilem præstare cultum, vocis hujus expositionem nescio quo auctore subjiciens. Qua absona voce, ejusque insulsa explicatione audita attonitus Armenius probris Eustratium aspersit, Tzyaclen eum appellans, quod Armeniorum lingua hominem belluino more gradientem significat. Sed etiam qui imperatori astabant viri prudentes et eruditi, improbato dicto, Eustratium tanquam hæreticum increpabant. Paulo post vero Eustratius tanquam novæ hæresis parens pontificatu amovetur.

NICETÆ CHONIATÆ

EX LIBRO XXIV

THESAURI ORTHODOXÆ FDEI

—

ΣΥΝΟΔΟΣ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΟΓΜΑΤΟΣ « ΣΥ Ο ΠΡΟΣΦΕΡΩΝ ΚΑΙ ΠΡΟΣΦΕΡΟΜΕΝΟΣ ΚΑΙ ΠΡΟΣΔΕΧΟΜΕΝΟΣ, » ΛΑΛΗΘΕΝΤΟΣ ΕΠΙ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΥΡΟΥ ΜΑΝΟΥΗΛ ΚΟΜΝΗΝΟΥ.

—

SYNODUS

GRÆCÆ ECCLESIÆ

DE DOGMATE CIRCA ILLA VERBA, « TU ES QUI OFFERS, ET QUI OFFERERIS, ET QUI RECIPIS, » QUOD VENTILATUM FUIT SUB IMP. DOMINO MANUELE COMNENO CONTRA SOTERICHUM PATRIARCHAM ANTIOCHENUM ELECTUM.

Præit Soterichi de sua falsa doctrina dialogus cum Philone.

(Mai, Spicil. Rom, t. X.)

—

Βασιλεύοντος Μανουὴλ, ὃς προπάτορα μὲν τὸν βασιλέα ἔσχεν Ἀλέξιον, τοκέα δὲ Ἰωάννην τὸν ἐν ἀναξι περιώνυμον, ἐκινήθη δόγμα περὶ τοῦ, « Σὺ ὁ προσφέρων καὶ προσφερόμενος καὶ προσδεχόμενος· » καὶ οἱ μὲν μόνῳ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ θυσίαν προσηνέχθαι ἔφασκον, οὐ μὴν καὶ αὐτῷ τῷ προσενέγκαντι Λόγῳ, φάσκοντες ὡς, εἰ τοῦτο δοίη τις, εἰς δύο πρόσωπα πάντως ὁ εἷς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς διαστήσεται, ὁποῖα ὁ λῆρος παρεισῆγε Νεστόριος· οἱ δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Υἱῷ γενέσθαι τὴν προσφορὰν ἰσχυρίζοντο, ὡς ἑνί καὶ ἀχωρίστῳ τῆς ὑπεραρχίου ὄντι Τριάδος· οἱ γοῦν τότε λογιότητι χαίροντες τῇ προτέρᾳ προσεφύησαν δόξῃ· ἦσαν δὲ

B Regnante Manuele, qui avum habuit imperatorem Alexium, patrem vero Joannem inter reges celeberrimum, comota est quæstio de dogmate, « Tu es qui offers, et qui offereris, et qui recipis. » Atque alii quidem Patri tantummodo ac Spiritui sacrificium crucis oblatum aiebant, non tamen ipsi quoque oblatori Verbo : dicebant enim, quod si id concederetur, in duas omnino personas unicus Dei Filius divisus abiret, quæ fuit nugacis sententia Nestorii. Alii contra affirmabant ipsi quoque Filio factam esse oblationem, utpote uni et indiviso Trinitatis summæ consorti. Qui tunc igitur eloquentiæ gloria gaudebant, priori sententiæ adhærebant.

Erant autem hi : Soterichus Panteugenus, patriarcha designatus Antiochiæ Syriacæ, ejus videlicet quam Orontes alluit, et Zephyrus ventus perflat : Eustathius Dyrrachi episcopus, Basilaces, atque Nicephorus, et Thessalonicæ episcopus Michael, qui omnes gradu suo modi fuerunt. Atque ex his partim quidem secreto mussabant, partim vero fidenter ac manifeste sententias suas enuntiabant, ac multitudinis auribus occinebant. Demum Soterichus Panteugenus dogma suum scripto tradidit, et cuique volenti noscendum obtulit, in quam videlicet ipse sententiam flecteret ; ac Platonis imitatus dialogos, hujusmodi disputationem instituit.

A οὗτοι· Σωτήριχος (1) ὁ Παντεύγενος ὑποψήφιος ὢν τῆς κατὰ Συρίαν Ἀντιοχείας, ἣν Ὀρόντης ποτίζει καὶ Ζέφυρος καταπνεῖ ἄνεμος· ὁ Δυρραχίου Εὐστάθιος, ὁ βασιλάκης, καὶ Νικηφόρος, καὶ ὁ Θεσσαλονίκης Μιχαὴλ (2), οἱ καὶ καθήρηνται πάντες. Τούτων δὲ οἱ μὲν ἄλλοι ὑπ' ὀδόντα ἐμυσσον, οὐδὲ παῤῥησίᾳ καὶ διαῤῥήδην τὰς ἑαυτῶν ἐξέφερον γνώμας, καὶ τοῖς τῶν πολλῶν ἐνήχουν ὠσίν· ὁ δὲ Σωτήριχος ὁ Παντεύγενος λογογραφεῖ τὸ δόγμα, καὶ παρίστησι τοῖς βουλομένοις ὁποίᾳ τῶν δοξῶν προσνένευκε, Πλατωνίζων τῇ διαλέξει, καὶ οὕτω τὰ γραφέντα συνθέμενος.

PHILO. Compertum mihi est, nuper duos in synodo diaconos de quodam dogmate inter se contendisse ; atque horum utrique favisse aliquos ex his qui apud nos doctrinæ primatum tenent. Verumtamen cupienti mihi sermonum argumenta cognoscere, nondum licuit. Sed num tu, venerande amice, num tu, inquam, intereras?

ΦΙΛΩΝ. Ἐπυθόμην ὡς ἐν συνόδῳ διακόνω δή τινε περὶ δόγματος διεφερέσθην, καὶ ὡς ἑκατέροιν τοῦτοιν συνέστησαν ἄνδρες ἐπ' ἄκρον τῆς καθ' ἡμᾶς B παιδείας ἐλάσαντες. Προθυμουμένῳ δέ μοι μαθεῖν τοὺς λόγους οὐκ ἐξεγένετο· παρῆς οὖν αὐτός, ἱερὰ φιλότης, τότε παρῆς ;

SOTERICHUS. Equidem interfui, mi jucundissime, et amborum orationem perquam attente auscultavi : neque tamen his delectatus sum, quia plus contentionis quam considerationis habebant : imo hujus seditionis auctoribus subirascebar, quia cum res divinæ silentio potius transmittendæ sint, prout illarum abstrusa natura postulat, et Patrum monita suadent, hi jamdiu definita prætergrediuntur, et silentio a veteribus pressa suscitant ; neque præceptum sapientis cujusdam viri in mentem revocant, qui soli et igni res divinas comparans, monebat, ne rectum contra solem visum intendamus, connivere enim atque hebescere oculos necesse est : non idcirco tamen ab hoc pulcherrimo aspectu abstinendum, sed eo caute fruendum, quantum licet : item igni non esse admodum proximandum, ne comburamur, nihilominus haud nimis procul consistendum, si certe calore frui volumus.

ΣΩΤΗΡΙΧΟΣ. Παρῆν, ὦ μακάριε, καὶ τῶν ἑκάστοις λεγομένων ὡς ἐπιμελέστατα ἤκουον· οὐ σὺν ἡδονῇ μὲν τοὺς λόγους ἀποδεχόμενος φιλονείκως ἔχοντας μᾶλλον ἢ ἐσκεμμένως, ἀχθόμενος δὲ καὶ τοῖς αἰτίοις ταύτης τῆς στάσεως, ὅτι δέον παριέναι σιωπῇ τὰ θεῖα· τοῦτο γὰρ ἥ τε φύσις αὐτῶν ὡς δυσκατάληπτος ἀπαιτεῖ, καὶ ἡ πάτριος παραίνεσις ὑποτίθεται· οἱ δὲ τὰ ἐσκεμμένα τε ὑπερβαίνουσι, καὶ τὰ καλῶς σεσιγημένα τοῖς παλαιοῖς διακαίουσι, μηδὲ τῆς ἀνδρός τινος σοφοῦ μεμνημένοι παραγγε- C λίας, ὃς ἡλίῳ παρείκαζε καὶ πυρὶ τὰ θεῖα, παρῃνεῖ δὲ μήτε ἀντωπεῖν ἡλίῳ· σκαῤῥαμύττειν γὰρ καὶ ἀμαυροῦσθαι τὰ ὄμματα· μήτε ἀπολείπεσθαι τοῦ κάλλίστου τούτου θεάματος, ἀλλ' ἀπολαύειν αὐτοῦ παρατηροῦντας ὡς οἷόν τε· τῷ τε πυρὶ μὴ πάνυ τι προσεγγίζειν· καίεσθαι γάρ· ἀλλὰ μηδ' ἀπωτάτω ἀφίστασθαι, τῆς θερμότητος βουλομένους μεταλαγχάνειν.

PHIL. Quam bene, o charum caput, de divinis judicas! Prorsus enim in his religiose agendum est, et curiosius studium omittendum. Quin adeo medicorum servanda est de hellebori usu præscriptio, quem crasso frusto sumptum purgationem facere aiunt ; comminutum autem, utentem suffocare. Sed enim illorum audaciam accusare jam desinamus, qui juvenili impetu mediam lineam, ut laconice cum ipsis loquar, prætervecti sunt. Tu vero prædictorum orationem mihi narra.

ΦΙΛ. Ὡς εὖ γε, ὦ φίλη μοι κεφαλή, περὶ τῶν θείων διανοῇ ! πάνυ γὰρ ἐπὶ τούτοις εὐλαβεῖσθαι δεῖ, τὴν λεπτολόγον παραιτουμένους ἀκρίβειαν· καὶ τὴν ἐφ' ἑλλεβόρῳ τῶν ἰατρῶν κἀν τούτοις διαφυλάττειν διάταξιν, ᾧ καθαίρεσθαί φασι παρειλημμένῳ παχυμερῶς, εἰς δὲ λεπτότατα τεμνομένῳ τὸν χορησάμενον ἀποπνίγεσθαι. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἐκείνοις τῆς D τόλμης ἐγκαλεῖν ἀφείσθω, νεανικῇ προθυμίᾳ τὴν μέσην [καὶ κατ' αὐτούς, λακωνικῶς εἰπεῖν, ὑπερβαίνουσι· σὺ δέ μοι τὸν λόγον διέξιθι.

SOT. Oratio, ut paucis dicam, erat hujusmodi : quod videlicet adsumpta a Verbo natura, sanguinem suum non soli Patri, verum etiam Unigeniti

ΣΩΤ. Ὁ μὲν λόγος, ὡς εἰπεῖν συλλήβδην, ἀπεφαίνετο τὴν προσληφθεῖσαν τῷ Λογῳ φύσιν μήτε τῷ Πατρὶ προσεννοεχέναι μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τῇ θεό-

(1) Soterichus dicitur adhuc diaconus in hac ipsa quam vulgamus synodo. Porro in catalogo ms. codicum Sfortianorum (cod. Vat. reg. 2099) legi ego notitiam etiam alterius operis hujus viri, qua libenter lectores impertior, nempe : *Soterichi diaconi Constantinopolitani tractatus de generatione æterna Filii Dei, et pro defensione vocabuli quo usus est beatus Basilius, qui carnem Domini vocavit θεοφόρον, ad Michaelem patriarchan.* Michaelem intellige secundum, qui sedem Constantinopolitanam abdicavit anno Christi MCXLVI, id est decennio ante hanc synodum quæ damnavit Soterichum.

(2) Quatuor hi, cum nonnullis diaconis, favisse Sotericho dicuntur etiam in Græco scholio quod Nicetæ Choniatæ codici appingitur.

τητι τοῦ Μονογενοῦς τὸ οἰκεῖον αἷμα. Τοῦτο ῥηθὲν πολλούς τε ἄλλους, καὶ δὴ καὶ ἄνδρας ἀρετῇ καὶ λόγῳ διαπρεπεῖς τεθορύβηκεν, ὡς μὴ μόνον ἂν ταῖς ἡμεδαπαῖς ἀρχαῖς ἀνακόλουθον, ἀλλὰ καὶ τὴν κατὰ Νεστόριον εἰσάγον διαίρεσιν· εἰ γὰρ δὴ τῶν φύσεών ἐστι τὸ τὴν μὲν προσάγειν, τὴν δὲ προσίεσθαι, πᾶσα ἀνάγκη καὶ τὴν προσάγουσαν ὡς ἀρχιερέα καὶ θύτην λέγειν ὑπόστασιν, καὶ τὴν προσιεμένην ὡς Θεὸν τὰ περὶ τὴν θυσίαν ὁμοίως ὑπόστασιν. Τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Νεστορίου θανατῶδες ἁμάρτημα. A

ΦΙΛ. Ὡς δεινόν τι λέγεις εἶναι τὸ τοῦ εἰπόντος;

ΣΩΤ. Οὐκ οἶδα εἰπεῖν εἴτ' ἀγνόημα εἴτε παράπτωμα· εἰ γὰρ οὕτως εἶπεν ὡς ὁ Θεὸς Λόγος γενόμενος ἄνθρωπος αὐτὸς ὡς θύτης κατὰ τὴν πρόσληψιν προσενήνοχεν, αὐτὸς ὡς θῦμα κατὰ τὴν σάρκα προσήνεκται, αὐτὸς ὡς Θεὸς προσήκατο τὸ τυθέν, καὶ πανταχοῦ τὴν ὑπόστασιν κατὰ τὰς ἐνεργείας τῶν φύσεων παρειλαμβάνου, ἦν μὲν καὶ οὕτως ὁ λόγος, ὀλέγου δέω λέγειν, οὐκ ἀσφαλής· τὸ δὲ τὰς φύσεις διιστῶντα λέγειν καθ' ἑαυτὰς ἐνεργεῖν μηδαμῇ παρειλημμένης τῆς ὑποστάσεως, βαβαί! κινδυνώδες καὶ ἐπιεικῶς ἐστι χαλεπόν. Ἀλλ' εὐξαίμην ἂν μήτε αὐτὸν τῇ δόξῃ συνεστάναι ταύτῃ, μήτε τοὺς περιεστηκότας αὐτὸν· ὅθεν ὡς αὐτόθεν ἄτοπον καὶ μὴ λόγων πολλῶν δεόμενον εἰς ἔλεγχον διὰ τὴν ἀτοπίαν αὐτοῦ, χαίρειν ἐάσθω. Ὑποκειμένου δὲ τοῦ μὴ τὴν προσληφθεῖσαν φύσιν, ἀλλ' αὐτὸν τὸν θεάνθρωπον Σωτῆρα Χριστὸν τὴν σωτήριον θυσίαν προσενεγκεῖν, σκεπτέον εἰ καὶ τῇ αὐτοῦ θεότητι προσήνεκται τὸ τυθέν. B C

ΦΙΛ. Ἀλλὰ πρότερον αὐτὸς εἰπὲ τί ἦδ' ὅσον, ὁ ἐγκαλούμενος τίς αὐτῷ, καὶ πόθεν ἡ τοῦ λόγου τούτου κατασκευή;

ΣΩΤ. Πολλὰ ἅττα συνείρων, τὸν ἑαυτοῦ συνίστησι λόγον. Ἐγὼ δὲ ὁπόσα μου τὴν μνήμην ἐπέρχεται, ταῦτα ἐρῶ. Ἐπεί, φησίν, ὁ Θεὸς Λόγος θυσίαν πᾶσαν ἁγιάζει καὶ τελειοῖ, πῶς οὐχὶ καὶ τὴν τῆς οἰκείας σαρκὸς θυσίαν ἡγίακέ τε αὐτὸς καὶ τετελείωκεν; Οὐκ ἂν δὲ ἄλλως ἡγίασεν, εἰ μὴ τῇ ἑαυτοῦ θεότητι προσενήνεκτο.

ΦΙΛ. Πρὸς οὖν τοῦτο πῶς ποτε ἡμᾶς διατίθεσθαι χρή; Πότερον εἰρημένον εὖ ἀποδέχεσθαι τουτονὶ τὸν λόγον; D

ΣΩΤ. Οὔκ, ὦ ἀγαθέ· δόξειε γὰρ οὗτος ὁ λόγος οὐκ ἀληθής· καὶ πρὸς τοῦτον ἡμεῖς ἐκεῖνό φαμεν ἂν ὡς, ἐπειδὴ ὁ Λόγος τῇ σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἑνωθεὶς ἡγίακέ τε καὶ τετελείωκεν αὐτὴν εὐθύς, τί ποτε ἔδει τῇ πρὸς τὴν αὐτοῦ θεότητα προσαγωγῇ ταύτην αὐτὴν ἁγιάζεσθαι; Τί δὲ τελειοῦν τὴν ἀνωτέρω φυλαχθεῖσαν πάσης ἁμαρτίας προαιρετικῆς τε καὶ τῆς ἐκ σπέρματος φυσικῆς; Μόνης οὖν ἐδεῖτο τῆς πρὸς τὸν Πατέρα διὰ θυσίας προσαγωγῆς, ἣν ἁγιασμὸν ὠνόμασεν ὁ Σωτήρ· πρὸς γὰρ τῷ πάθει γενόμενος ἔλεγεν· Ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτὸν ὑπὲρ αὐτῶν· ὡς εἶναί δῆλον δεῖπτὸν εἶναι τὸν ἁγιασμόν· τὸν μὲν οὖ

deitati obtulerit. Dictum hoc, cum alios multos tum etiam aliquot virtute et doctrina pollentes viros turbavit, quia non solum religiosis nostratium rudimentis alienum erat, verum etiam quia Nestorianam divisionem invehebat. Si enim ex his naturis altera offert, altera vero excipit, prorsus necesse est et illam quæ offert, sacerdotis et sacrificuli instar, appellari a nobis personam : rursusque illam naturam, quæ uti Deus victimam excipit, personam pariter nominari. Hoc autem est mortiferum Nestorii crimen.

PHIL. Quam periculose hoc existimas ab eo dictum ?

SOT. Utrum inscitiam appellem an errorem, nescio. Si enim dixisset, quod Deus Verbum, factus homo, ipse quidem tanquam sacerdos, ratione humanitatis assumptæ, sacrificium obtulerit ; idemque ipse tanquam victima secundum carnem oblatus fuerit; atque idem denique tanquam Deus rem oblatam exceperit, servata ubique persona actionibus naturarum accommoda ; hoc etiam pacto pene dixerim, minime tutum esse sermonem hujusmodi : verum enimvero distinctas naturas dicere unamquamque per se operari, seposita velut persona, id demum periculosum est, et difficultate summa laborans. Utinam vero neque is qui dicebat, neque ejus auditores sententiam hanc animo imbibant ! Quamobrem utpote absurdam, neque prolixa refutatione egentem, multum eam valere jubeamus. Verum si affirmetur, haud quidem ab assumpta natura, sed ab ipso theandrico Servatore Christo salutarem hostiam fuisse oblatam, dispiciendum superest, utrum is suæ quoque ipsius divinitati sacrificium fecerit.

PHIL. Tu vero apprime dic mihi, quid ille, et quamdiu dixerit, quis ei sit abversatus, quænam argumenti hujus demonstratio fuerit.

SOT. Multis ille verbis sermonem suum exornavit, quæ ego quantum memini referam. Quoniam, aiebat, Deus Verbum sacrificium quodvis sanctificat atque perficit, quidni propriæ quoque carnis sacrificium sanctificasse credendus sit ? Haud porro aliter sanctificavit, quam propriæ deitati offerendo.

PHIL. Quid ergo hac super re sentiendum nobis est ? Utrum dictis auscultandum, necne ?

SOT. Minime gentium, o bone ; neque enim vera hæc videtur oratio. Etenim nos ita potius disserimus : quandoquidem Verbum carni hypostatice unitum, ipsam sanctificavit perfecitque, cur opus erat ut per oblationem suæ ipsius deitati faciendam, illam sanctificaret ? Cur eamdem perficeret, quæ superne omni immunis fiebat vel voluntario peccato, vel ex origine naturali contracto ? Hoc ei igitur tantummodo deerat, ut Patri ceu sacrificium offerretur ; quam rem Servator sanctificationis nomine expressit, cum passioni proximus aiebat : *Ego sanctifico me ipsum propter eos.* Patet ergo

duplicem esse sanctificationem, alteram quam A ipse carni contulit cum ei hypostatice unitus est, alteram vero quam per sacrificium operatus est quod Patri obtulit.

PHIL. Atqui si carnem, dicet aliquis, unione sua jam sanctificaverat, cur altera sanctificatione vel perfectione opus fuit ?

SOT. Longius a proposito meo, optime Philo, aberrare me dicendo cogis ; attamen tui causa hunc laborem suscipiam. Iis qui invicem reconciliantur mos est mutui aliquid muneris, quasi conglutinatæ amicitiæ arrham, impertiri. Quoniam itaque et nos, post Dei offensam, reconciliari eidem oportebat, is quidem morem suæ bonitatis minime omittens, primus ipse Deus Verbum, qui ab initio subsistebat, substantia nostra suscepta, peccatorum B remissionem nobis largitus est, atque ex antiqua fraude eripuit, multis mirisque collatis beneficiis. Sed quia etiam Patrem, qui adoptione nos dignabatur, aliquid a nobis accipere æquum erat, nobis autem nihil purum aderat, aut Dei majestate dignum, peccato omnia commaculante, idcirco ipsum theandricum Verbum, paupertatem nostram ceu mediator supplens, humanitatis forma indutus, suum obtulit sanguinem, victimam immaculatam, salutarem hostiam, ad nos cum Patre conciliandos efficacissimam. Quam rem sæpe declarat divus Paulus: *Justificati enim*, ait *in sanguine Filii, per ipsum salvi erimus* [1]. Et rursus : *Qui inimici eramus, reconciliati sumus per sanguinem Filii ejus* [2]. Quidni ergo valde sit absurdum dicere, sacrificium hoc C Deo Verbo fuisse oblatum ? Quid enim ipsum necesse erat reconciliari nobis, qui jam inde ab eo tempore, quo se carni conjunxit, nobis erat reconciliatus ? Cur rursus non sit insanum, per hujusmodi sacrificium sibimet ipsum esse reconciliatum ? Aut naturam quidem ejus ex nobis sumptam, pacem habere nobiscum ; ejusdem vero deitatem humanitati unitam, oportere nobis per sacrificium reconciliari ? Quasi cum Paulo dicamus : Num divisus est Christus ? ita ut pars ejus, amica, pars vero alia, adversaria sit ?

Idcirco paulo post addit: *Ille me glorificabit* [17]; ubique scilicet consubstantialitatem, et unitatem naturæ, parisque honoris dignitatem incolumem servans. Tanquam si quis diceret, supersubstantiali et gloriosissimæ Trinitati commune esse, ut se invicem ineffabili oratione dilaudent. *Et paucis interjectis:* Est illis communis dominatio, virtus, potentia: sic rursus et gloria, non ea solum quæ a nobis attribuitur, verum etiam illa mutua quam inter se invicem accipiunt.

Φωτίου πατριάρχου ἐκ τοῦ λογόυ τοῦ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος μυσταγωγίας.

Διὰ τοῦτο μετ' ὀλίγον ἐπιφέρει, ὅτι Ἐκεῖνο ἐμὲ δοξάσει· πανταχοῦ τὸ ὁμοούσιον καὶ ὁμοφυὲς, καὶ τὸ τῆς ὁμοτιμίας ἀξίωμα, ἀκήρατον συντηρῶν· ὡς ἄν τις εἴπῃ, Κοινόν ἐστι τὸ τῆς ὑπερουσίου καὶ C ὑπερθεοδοξασμένης Τριάδος τὸ παρ' ἀλλήλων ἀρρήτῳ λόγῳ δοξάζεσθαι. Καὶ μετ' ὀλίγα· Καὶ ἔστιν αὐτῶν ὥσπερ κοινὸν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ τὸ κράτος· οὕτω καὶ ἡ δόξα, οὐ μόνον ἡ παρ' ἡμῶν ἀναφερομένη, ἀλλὰ καὶ ἣν αὐτοὶ δέχονται παρ' ἑαυτῶν.

Magni Athanasii ex sermone de Incarnatione.

Primo quidem suum a mortuis suscitavit corpus Dominus, secumque exaltavit. Deinde membra quoque corporis sui suscitabit, ut omnia illis largiatur utpote Deus, quæcunque ipse suscepit ut homo. Ipse igitur sibi impertitur vitam, ipse se sanctificat, ipse se exaltat. Cum ergo ait quod Pater ipsum sanctificavit, et resuscitavit, sibique D nomen super omne nomen largitus est, vitamque donavit, satis constat, quod per ipsum omnia Pater operatur. Per ipsum itaque eumdem suscitat, per ipsum eumdem sanctificat, per ipsum eumdemmet exaltat. Et cum spiritum suum in Patris manus uti homo commendat, sibi ipsi commendat ut Deo, ut homines Deo commendet. Ipse enim Dei manus est.

Τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου ἐκ τοῦ περι τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγου.

Πρῶτον οὖν τὸ ἴδιον σῶμα ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν ὁ Κύριος καὶ συνύψωσεν ἑαυτῷ· μετὰ ταυτα ἐγερεῖ καὶ τὰ μέλη του σώματος αὐτου, ἵνα χαρίσηται αὐτοῖς τὰ πάντα ὡς Θεὸς, ὅσα αὐτὸς ὡς ἄνθρωπος ἔλαβεν. Αὐτὸς οὖν ἑαυτῷ χαρίζεται ζωὴν, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ἁγιάζει, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ὑψοῖ· ὅτε οὖν λέγει ὅτι ὁ Πατὴρ ἡγίασεν αὐτὸν, καὶ ἤγειρεν αὐτὸν, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ζωὴν, δῆλον ὅτι δι' αὐτου τὰ πάντα ποιεῖ ὁ Πατήρ· δι' αυτοῦ οὖν αὐτὸν ἐγείρει, καὶ δι' αὐτου αὐτὸν ἁγιάζει, καὶ δι' αὐτου αὐτὸν ὑψοῖ, καὶ δι' αὐτου τὴν ζωὴν αὐτῷ δίδωσιν· καὶ ὅτε παρατίθεται τὸ πνευμα αὐτου ὡς ἄνθρωπος εἰς χεῖρας του Πατρὸς, ἑαυτῷ παρατίθεται ὡς Θεῷ, ἵνα πάντας ἀνθρώπους παράθηται τῷ Θεῷ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ χεὶρ τοῦ Θεοῦ.

[16] Hebr. XIII, 8. [17] Joan. XVI, 14.

(14) In capitulis theologicis ed. Combefis. t. I, p. 512.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ Ψαλτηρίου ἑρμηνείας εἰς τὸ, « Γενέσθω ἡ χείρ σου σῶσαί με. »

Ζητῶ χεῖρα τοῦ Θεοῦ περὶ ἧς εὔχεται ταῦτα λέγων· Ἐν χειρὶ κραταιᾷ ἐξήγαγεν ὁ Θεὸς τὸν Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου· Τίς δὲ αὕτη; Χριστὸς Ἰησοῦς· οὗτος γάρ ἐστι καὶ χεὶρ καὶ δεξιὰ τοῦ Θεοῦ· Γενέσθω οὖν, φησὶ, ἡ χείρ σου τοῦ σῶσαί με· τάχα καὶ τὸ γενέσθω δηλοῖ τοιοῦτόν τι, οἷον, Εἰς, γένεσιν ἐλθέτω ἡ χείρ σου, καὶ γενέσθω ἐπὶ τοῦ σῶσαί με·

A *Ejusdem ex interpretatione Psalterii ad ea verba:* « *Fiat manus tua ad salvandum me.* »

Quæro quænam sit Dei manus pro qua sic obsecrat dicens: In manu forti eduxit Israelem Deus ex Ægypto. Quænam hæc est? Christus Jesus. Hic enim est manus et dextera Dei. *Fiat igitur*, ait, *manus tua ad salvandum me* [18]. Fortasse et verbum *fiat* ita significat: Veniat manus tua ad nativitatem, ut salvet me.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τῶν κατὰ Πνευματομάχων ἀντιῤῥητικῶν λόγων (15).

Δάκτυλον Θεοῦ καλεῖν οἶδε Γραφὴ τὸ Πνευμα τὸ ἅγιον, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς εἴρηκεν· Εἰ δὲ ἐν τῷ δακτύλῳ Θεου ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια· ὅπερ ἄλλος εὐαγγελιστὴς ἐν Πνεύματι Θεου εἶπεν· ὁμοίως δὲ προσονομάζει δεξιάν καὶ βραχίονα τὸν Υἱὸν, ὡς τὸ, Ἔσωσεν αὐτὸν ἡ δεξιὰ αὐτοῦ, καὶ ὁ βραχίων ὁ ἅγιος αὐτου· ὥσπερ, οὖν ὁ βραχίων ὁμοουσιός ἐστιν οὗ ἐστι βραχίων, οὕτως ὁ δάκτυλος οὗ ἐστι δάκτυλος· ὁμοούσιον ἄρα τῷ Πατρι καὶ τῷ Υἱῷ τὸ Πνευμα τὸ ἅγιον.

Sancti Cyrilli ex antirrheticis sermonibus contra pneumatomachos.

Digitum Dei solet Scriptura apellare Spiritum sanctum, sicuti Christus dixit: *Si ego in digito Dei ejicio dæmonia* [19], id quod alius evangelista *in Spiritu Dei* [20] dicit. Sic item dexteram brachiumque Filium appellat, ut est illud: *Servavit eum dextera ejus, et brachium sanctum suum* [21]. Sicuti ergo brachium consubstantiale est ei cujus est brachium, sic digitus ei cujus est digitus. Ergo patri Filioque consubstantialis est Spiritus sanctus.

Περὶ του, Ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ προσφέρων καὶ προσφερόμενος καὶ προσδεχόμενος, ὡς ἀρχιερεὺς, καὶ θυμα, καὶ Θεὸς, ἤτοι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός.

Quod idem unusque est qui offert et qui offertur et qui recipit, uti pontifex, hostia, Deus, nempe Dominus noster Jesus Christus.

Ἐκ τῆς εὐχῆς του μεγαλου Βασιλείου, ἧς ἡ ἀρχή· « Οὐδεὶς ἄξιος. »

Ex precatione magni Basilii, cujus initium: « *Nemo dignus.* »

C

Ἀξίωσον προσενεχθῆναί σοι ὑπὲρ ἐμου του ἁμαρτωλου καὶ ἀναξίου δούλου σου τὰ ὧρα ταυτα· σὺ γὰρ εἶ ὁ προσφέρων καὶ προσφερόμενος καὶ προσδεχόμενος καὶ διαδιδόμενος ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Dignare, ut tibi offerantur pro me peccatore et indigno servo tuo hæc dona. Tu enim es offerens, et oblatus, et receptor, et distributor Deus noster.

Του ἁγίου Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας εἰς τὸν μυστικὸν δεῖπνον.

Sancti Cyrilli Alexandrini in mysticam cænam,

Πίνωμεν αὐτοῦ τὸ αἷμα τὸ ἅγιον εἰς ἱλασμὸν τῶν ἡμετέρων παραπτωμάτων, καὶ μέθεξιν τῆς ἐν αὐτῷ ἀθανασίας· πιστεύοντες ἅμα ὅτι περ αὐτὸς ἱερεὺς καὶ θυσία, αὐτὸς ὁ προσφέρων καὶ προσφερόμενος καὶ προσδεχόμενος καὶ διαδιδόμενος· μὴ διαιρουντες εἰς δύο προσωπα τὴν θείαν καὶ ἀδιάσπαστον καὶ πρός γε τούτων ἀσύγχυτον ἕνωσιν του ἑνὸς c τῆς παντίμου D Τριάδος (16).

Bibamus sanctum ejus sanguinem, ad peccatorum nostrorum remissionem, et immortalitatis cum ipso participationem; credentes simul, ipsum esse sacerdotem et hostiam, ipsum qui offert, et qui offertur, et qui recipit, et qui distribuit. Neque idcirco in duas personas dividimus divinam et inseparabilem atque inconfusam unionem unius de venerabili Trinitate.

Του ἁγίου Κυρίλλου Ἱεροσολύμων ἀπὸ του εἰς τὴν Ὑπαπαντὴν λόγου, οὗ ἡ ἀρχὴ, « Χαῖρε σφόδρα. »

Sancti Cyrilli Hierosolymitani ex sermone in festo de occursu Domini, cujus est initium: « *Gaude magnopere.* »

Ἰρίφος βλέπω, νομικὴν θυσίαν προσάγοντα ἐπὶ γῆς· ἀλλ' αὐτὸν τὰς πάντων εὐσεβεῖς θυσίας δεχόμενον ἐν οὐρανοῖς, αὐτὸν ἐν θρόνῳ χερουβικῷ θεοπρεπῶς, αὐτὸν προσφερόμενον καὶ ἁγνιζόμενον, αὐτὸν τὰ πάντα ἁγιάζοντα καὶ καταίροντα· αὐτὸς τὸ ὧρον, αὐτὸς ὁ ἀρχιερεὺς, αυτὸς τὸ θυσιαστήριον, αὐτὸς τὸ ἱλαστήριον, αὐτὸς ὁ προσφέρων, αὐτὸς ὁ ὑπὲρ κόσμου θυσία προσφερόμενος, αὐτὸς τὸ πυρ

Infantem video, qui legalem in terris hostiam offert; sed hunc ipsum omnium pias oblationes in cœlis recipientem, eumdem in cherubico throno magnifice residentem, eumdem oblatum et sanctificatum, eumdem omnia sanctificantem et purgantem. Ipse donum est, ipse pontifex, ipse propitiatorium, ipse offerens, ipse victima pro mundo oblata, ipse ignis, ipse holocaustum, ipse lignum

[18] Psal. CXVIII, 173. [19] Luc XI, 20. [20] Matth. XII. 28. [21] Psal. LXXXVII, 1.

c Deest in edit. του ἑνός.

(15 De hujus operis titulo a libi, ut puto, dicturi sumus.
(16). Edit. Auberti, t. V, part. II, p. 378.

vitæ et scientiæ, ipse agnus, ipse gladius Spiritus, ipse pastor, ipse agniculus, ipse sacrificator, ipse lex, ipse denique legem implens.

A ὑπάρχων, αὐτὸς ὁλοκαύτωσις, αὐτὸς τὰ ξύλα τῆς ζωῆς καὶ τῆς γνώσεως, αὐτὸς ὁ ἀμνός, αὐτὸς ἡ μάχαιρα τοῦ Πνεύματος, αὐτὸς ὁ ποιμὴν, αὐτὸς τὸ ἀρνίον, αὐτὸς ὁ θύτης, αὐτὸς ὁ νόμος, καὶ αὐτὸς ὁ τὸν νόμον πληρῶν.

Sancti Cyrilli Alexandrini ex duodecim capitulis adversus Theodoretum.

Cum autem factus est homo, sacerdotis quoque gessit officium, haud sane ut Deo tanquam majori rem sacram faceret, sed ut et sibi et Patri nostræ fidei confessionem exhiberet. Pudet te audientem, quod sacerdos fuerit quatenus homo? Cur deinde non miraris, quod non cæterorum sacerdotum more sacrificat, sed sibi ipsi potius ac Patri?

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῶν ιβ΄ κεφ, τῶν κατὰ Θεοδωρήτου.

Ἐπεὶ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, κεχρημάτικε καὶ ἱερεὺς, οὐχ ὡς μείζονι Θεῷ προσκομίζων τὴν ἱερουργίαν, ἀλλ' ἑαυτῷ τε καὶ τῷ Πατρὶ, τῆς πίστεως ἡμῶν τὴν ὁμολογίαν πραγματευόμενος. Ἐρυθριᾷς δὲ ἀκούων ὅτι κεχρημάτικεν ἱερεὺς διὰ τὸ ἀνθρώπινον; Εἶτα πῶς οὐ τεθαύμακας ὅτι μὴ κατὰ τὸ τῶν ἱερέων ἔθος ἑτέρων ποιεῖται τῆς ἱερουργίας τὸν τρόπον, ἑαυτῷ δὲ μᾶλλον καὶ τῷ Πατρὶ;

B

Ejusdem ex sermone ad reginas.

Ipse igitur fuit sacerdos quatenus homo, quanquam omnium excipiebat sacrificia quatenus Deus. Ipse hostia secundum carnem, idemque peccata nostra condonans pro deitatis suæ potestate.

Τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ πρὸς Βασιλίσσας λόγου.

Αὐτὸς οὖν ἄρα γέγονεν ἀρχιερεὺς κατά γε τὸ ἀνθρώπινον, καίτοι παρὰ πάντων θυσίας δεχόμενος θεϊκῶς· αὐτὸς τὸ θῦμα κατὰ τὴν σάρκα· αὐτὸς ὁ ταῖς ἁμαρτίαις ἱλασκόμενος ἡμῶν κατά γε τὴν τῆς θεότητος ἐξουσίαν.

Ejusdem ex loco ubi de obedientia Christi.

Animadverte quomodo sacerdotium gerit uti homo, fitque mediator Dei et hominum. Cujusvis enim sacerdotis est intercedere. Verumtamen sacrificium haud illa ratione, qua cæteri sacerdotes, id est serviliter offert; ita ut nihil ex sacrificio ad ipsum redundet: sed sibi operatur, et per se C ipsum, atque in sese Deo et Patri. Et *paucis interjectis*: Igitur etiamsi sacrificare secundum humanam naturam dicitur, nihilo tamen minus hostiam ipsemet suscipit quatenus Deus; idem scilicet Deus simul atque homo.

Τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ περὶ ὑπακοῆς τοῦ Χριστοῦ (17).

Ἄθρει δὲ ὅπως ἱερατεύει μὲν ἀνθρωπίνως, καὶ μεσίτης τίθεται Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· μεσιτεύει γὰρ πᾶς ἱερεύς· τὸν δέ τῆς θυσίας τρόπον οὐκέτι καθ' ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς ἱερέων προσκομίζει δουλοπρεπῶς, μηδὲν αὐτὸς ἐπικοινωνῶν τῶν εἰς τὸ λαβεῖν αὐτήν· ἀλλ' ἑαυτῷ πραγματεύσεται καὶ δι' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Καὶ μετ' ὀλίγα, Οὐκοῦν κἂν ἱερατεύειν ἀνθρωπίνως λέγεται, ἀλλὰ δέχεται τὴν θυσίαν αὐτὸς θεϊκῶς ὁ αὐτὸς ὢν ὁμοῦ καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος.

Ex tetraevangelio, interpretatio archiepiscopi Bulgariæ.

Lucas autem ait, id quoque dixisse Dominum: *Hoc facite in meam commemorationem* [18]. Hoc, inquit, est novum mysterium; illud vero vetus. Et illud quidem ob memoriam fiebat servatorum in Ægypto Hebraicorum primogenitorum, et illius quam Judæi adepti sunt libertatis; hoc autem in domini commemorationem fit. Per D hoc enim sacrificium in memoriam nobis revocamus, quod is suum corpus morti tradiderit, suumque sanguinem fuderit; perpetuoque hoc ritu memoriam rei renovamus. Viden' quomodo a vetere sacrificio ad novum transtulit? Cur enim diutius opus erat imagine his qui prototypum jam tenebant? Porro ait Chrysostomus, Christum ipsum initium fecisse participandi ei mysterio, ut ita impelleret quominus a vescendo carne et sanguine propter rei insolentiam non abhorrerent. Id quod ejus dicto satis demonstratur; *Dico enim vobis, non bibam ulterius ex hoc genimine vitis, usque ad diem illam cum illud novum vobiscum bibam in re-*

Ἐκ τοῦ τετραευαγγέλου ἑρμηνεία τοῦ Βυλγαρίας.

Λουκᾶς δὲ λέγει καὶ τουτο εἰπεῖν τότε τὸν Κύριον, ὅτι Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· τοῦτο, φησὶ, τὸ καινὸν μυστήσιον· καί μὲν ἐκεῖνο τὸ παλαιόν· ἐκεῖνο μὲν γὰρ τὸ θυσιασμα εἰς ἀνάμνησιν ἐγένετο τῆς ἐν Αἰγύπτῳ σωτηρίας τῶν Ἑβραϊκῶν πρωτοτόκων, καὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἐλευθερίας· τοῦτο δὲ εἰς ἀνάμνησιν τοῦ Δεσπότου· διὰ τῆς τοιαύτης γὰρ θυσίας ἀναμιμνησκόμεθα ὅτι τὸ σῶμα αὐτοῦ παρέδωκεν εἰς θάνατον, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐξέχεε· καὶ τῇ συνεχείᾳ τὴν μνήμην ἀνανεούμεθα. Εἶδες πῶς μετέθηκε τοὺς μαθητὰς ἀπὸ τῆς παλαιᾶς θυσίας ἐπὶ τὴν καινήν; Ποία γὰρ εἰκόνος ἔτι χρεία τοῖς ἤδη τὸ πρωτότυπον ἔχουσι; Φησὶ δὲ καὶ ὁ Χρυσόστομος ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς πρῶτος τότε μετέσχε τοῦ μυστηρίου, ἵνα μὴ ἀηδίσθωσι σαρκὸς καὶ αἵματος μεταλαβεῖν ἐπιτρεπόμενος· καὶ τούτου δὲ τεκμήριον τοῦ εἰπεῖν αὐτόν· Λέγω δὲ ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπάρτι ἐκ του γεννήματος τῆς ἀμπέλου ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ του

[18] Luc. XXII, 19.

(17) Particula est hæc ejusdem sermonis Cyrilliani ad reginas.

Πατρός μου· εἰ δὲ τοῦ ποτηρίου μετέσχε, μετέλαβεν ἄρα καὶ τοῦ ἄρτου. A

Τοῦ αὐτοῦ εἰς ῥητὸν τῆς πρὸς Κολασσαεῖς Ἐπιστολῆς τοῦ μεγάλου Παύλου, τὸ φάσκον· « Καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν. »

Δι' αὐτοῦ, τουτέστιν αὐτὸς ὁ ἐνεργήσας τὴν σωτηρίαν, ταύτην ἡμῖν περιεποιήσατο. Ἵνα δὲ μὴ νομίσῃς ὅτι ὑπηρέτου τάξιν ἔλαβε, φησὶν εἰς αὐτὸν, τουτέστιν αὐτὸς ἑαυτῷ τοὺς ἀνθρώπους κατήλλαξε. Καὶ μὴν ἀλλαχοῦ εἶπεν ὅτι τῷ Θεῷ κατήλλαξεν· ἆρα οὖν κοινὰ καὶ Υἱοῦ τὰ τοῦ Πατρός· οὐκ εἶπε δὲ καταλλάξαι, ἀλλὰ ἀποκαταλλάξαι, τουτέστιν ἀποδοῦναι ὡς ὀφειλήν τινα πάλαι κεχρεωστημένην.

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῆς εἰς τὸ βασίλειον ἱεράτευμα.

Μελχισεδέκ τις βασιλεὺς Σαλήμ. Δύναται δὲ τοῦτο B εἰρήνης, τύπος Χριστοῦ γενόμενος, οὐ μόνον ὡς ἀπάτωρ τε καὶ ἀμήτωρ, ἀλλὰ καὶ ὡς ὁ αὐτὸς τὰ τῶν βασιλέων τε καὶ ἱερέων ποιῶν, καὶ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν τυπῶν διά τε ἄρτου καὶ οἴνου (18)· καὶ οὗτος γοῦν τὸ βασίλειον κατέδειξεν ἱεράτευμα. Κατὰ δὲ τὴν νῦν πολιτείαν αὐτὸς Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς ἡμῖν Μελχισεδέκ, ὡς ἐπ' ἀληθείας ἀπάτωρ τε καὶ ἀμήτωρ· τὸ μὲν τὸ πρότερον, τὸ δὲ τὸ δεύτερον· καὶ ἄρχων εἰρήνης· βασιλεὺς μὲν ὡς Θεὸς, καὶ ἱερεὺς δὲ ὡς ἑαυτοῦ θύτης τε καὶ προσαγωγεύς· ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ ἱερεὺς καὶ ἱερεῖον.

Κοσμᾶ Ἰνδικοπλεύστου ἐκ τοῦ εἰς τὸν ψαλτῆρα προοιμίου ἐξηγουμένου ὡς ἐν παρόδῳ τὸ « Ἠγάπησας δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν, » καὶ τὰ C ἑξῆς (19).

Περὶ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ φησι· Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου· οὐ γὰρ ἡ θεότης διὰτὸ ἀγαπῆσαι δικαιοσύνην καὶ μισῆσαι ἀδικίαν χρίεται· οὔτε γὰρ ὅλως χρίεται, οὔτε Θεὸν ἔχει, αὐτὸ γὰρ τὸ χρῖσμα Θεός ἐστιν· ἀλλ' ἡ ἀνθρωπότης αὐτοῦ χρίεται ἔλαιον ἀγαλλιάσεως, ἵνα εἴπῃ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ παρὰ τοὺς μετόχους αὐτῆς, τουτέστι παρὰ πάντας τοὺς Χριστούς· ἡ γὰρ θεότης μετόχους ἄλλους οὐκ ἔχει· εἷς γάρ ἐστι Θεός, ὅ τε Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἡ δὲ ἀνθρωπότης τοῦ Χριστοῦ παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους, μάλιστα τοὺς χριστοὺς ἔχει μετόχους· διὰ τοῦτο γὰρ εἶπεν ὅτι παρὰ πάντας ἐχρίσθη ἡ ἀνθρωπότης τοῦ D Χριστοῦ, χρισθεῖσα Πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει· ὅπερ οὐδενὶ τῶν ἄλλων Χριστῶν ὑπῆρξεν οὕτως ἐξειπεῖν παρὰ πάντας τοὺς μετόχους σου· ὅλον δὲ αὐτὸν ψαλμὸν περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὡς ἐπὶ βασιλέως

gno Patris mei[23]. Quod si calicem gustavit, utique et panem.

Ejusdem de dicto illo Epistolæ ad Colossenses magni Pauli : « *Et per ipsum omnia reconciliare in se ipsum*[24]. »

Per ipsum, il est ipse qui salutem operatus est, hanc nobis contulit. Ne autem forte existimes eum famuli ordinem suscepisse, dicit de se ipso, quod ipse sibi homines reconciliaverit, cum alibi dixisset Deo eosdem reconciliasse. Est ergo id commune Filio Patrique. Haud porro dixit conciliasse, sed reconciliasse, hoc est ceu debitum quoddam jamdiu solvendum reddidisse.

Sancti Athanasii ex interpretatione quid sit regale sacerdotium.

Melchisedech quidam rex Salem. Postremum hoc vocabulum *pacem* significat, erat quippe hic homo Christi typus, non solum quia sine patre ac matre, sed quia et regum et sacerdotum officio fungebatur, et incruentum sacrificium pane ac vino portendebat. Hic ergo exhibuit in se regale sacerdotium[25]. Secundum autem præsentem politiam Christus nobis verus est Melchisedech, utpote qui vere est sine patre et sine matre ; hoc quidem antea, illud vero postea ; et princeps pacis[26]. Rex quidem ut Deus, sacerdos vero utpote sui ipsius sacrificator et oblator. Ipse enim et sacerdos et victima est.

Cosmæ Indicopleustæ ex ejus proœmio ad psalterium, dum enarrat tanquam in transitu verba illa, « *Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem,* » et reliqua.

De sua humanitate dicit : *Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem* ; *propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis*[27]. Non enim deitas, propter justitiæ amorem et iniquitatis odium ungitur : neque hæc ungitur, neque Deum supra se habet, ipsa enim unctio Deus est ; sed utique humanitas ejus ungitur *oleo lætitiæ*, videlicet sancto Spiritu, *Præ consortibus ejus*, id est præ omnibus unctis. Deitas enim consortem non habet ; unus est enim Deus, Pater, Filius, et Spiritus sanctus. Christi autem humanitas, præ cunctis hominibus, præcipue chrismate delibutos habet consortes. Propterea dixit, Christi humanitatem præ cunctis unctam fuisse sancto Spiritu et virtute ; quod nulli aliorum unctorum sic dicere contigit. Præ cunctis participibus, tuis. Universum vero psalmum de Christo et Ecclesia, tanquam de rege et regali sponsa dixit ad finem usque David.

[23] Matth. XXVI, 29. [24] Coloss. I, 20. [25] I Petr. II, 9. [26] Isa. IX, 6. [27] Psal. XLIV, 8.

(18) Melchisedici sacrificium incruentum ex pane vinoque, portendisse SS. Eucharistiam, satis communis et recta Patrum sententia est. Quod vero quidam Armenii heterodoxi hinc sumunt argumentum pro vini meri oblatione, ut ipsi faciunt, aquæ admistione exclusa, mera hæc vanitas est. Namque utrum proprie meracum Melchisedecus ipse obtulerit, incertum est ; ab evangelico autem vocabulo κεράσας, *miscens*, atque ab Ecclesiarum traditione, aquæ mistio perspicue suadetur vel potius præcipitur.

(19) Exstat in Cosmæ *Topographia Christiana*, ed. Montf. p. 226-228.

Similiter et quinquagesimum nonum psalmum de eodem recitavit. Quam rem testatur ipse Dominus Judæis dicens : *Quomodo ergo David in Spiritu sancto vocat eum Dominum his verbis : Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis*[28]? Si Filius ejus est, quomodo Dominus ejusdem est? Ergo verbis, *Dominus ejus*, Deum manifeste appellat. Tum verba, *Sede a dextris meis*, perspicue humanitati conveniunt ; nam vocabulum, *sede*, de nondum sedente dicitur. Atqui deitas in sua beatitudine, honore gloriaque fundata sedet, quin ab aliquo majore ad id vocetur aut compellatur : sed utique Christi humanitas ab unita sibi inseparabiliter deitate invitatur dum audit, *Sede a dextris meis*, id est veluti in honoris mei paritate. Neque enim vel dextram vel sinistram Deus habet, utpote non circumscriptus. Dicit ergo : Sede in honore meo, tanquam mea persona, utpote imago Dei universo mundo ostentata. Quippe ita Daniel quoque ait : *Et ipsi datum est regnum, honor, potestas*[29], et reliqua. Quin adeo ipse Dominus dixit : *Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra*[30]. Mox vero in ejusdem psalmi progressu ait de divinitate : *Ex utero ante luciferum genui te*[31] : tanquam si Pater ad Filium ratione divinitatis dicat : Ante omnem creaturam ex utero, hoc vocabulo consubstantialitatem denotare volens ; non postea assumens, sed in me ipso te habens sine principio vel fine : tanquam ex utero ex nostra substantia te genui conjunctum mihi et coexsistentem. Deinde rursus illicoque de humanitate prædicat : *Juravit Dominus, et non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*[32] : non enim deitas sacrificat, sed potius colitur et hostias recipit. Meminit hujus testimonii Paulus quoque apostolus in Epistola ad Hebræos sic : *Sicuti Aaron, sic et Christus nequaquam sibi sacerdotii honorem vindicavit, sed qui dixit ei : Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Sicut et alibi ait : *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*[33] : videlicet omnia de humanitate intelligens.

A νυμφίου καὶ νύμφης βασιλίδος ἐξειπὼν ἐτέλεσεν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ρθ' ψαλμὸν εἰς αὐτὸν εἴρηκε· καὶ μαρτυρεῖ αὐτὸς ὁ Κύριος λέγων πρὸς Ἰουδαίους· Πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ Κύριον αὐτὸν καλεῖ λέγων· Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου ; Εἰ Υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν, πῶς Κύριος αὐτοῦ ἐστι ; τὸ μὲν Κύριος αὐτοῦ ὡς Θεὸν σαφῶς προειπών· τὸ δὲ Κάθου ἐκ δεξιῶν μου σαφῶς τῇ ἀνθρωπότητι ἁρμόζει· τὸ γὰρ κάθου τῷ μὴ καθεζομένῳ λέγει. Ἡ δὲ θεότης ἵδρυται εἰς τὴν οἰκείαν μακαριότητα τιμήν τε καὶ δόξαν, παρ' ἑτέρου μείζονος μὴ ἐπιτρεπομένη ἢ προτρεπομένη εἰς τοῦτο· ἀλλ' ἡ ἀνθρωπότης τοῦ Χριστοῦ ὑπὸ τῆς ἡνωμένης αὐτῇ ἀχωρίστως θεότητος ἐπιτρέπεται ἀκούουσα, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ὡσανεὶ ἐν τῇ ἐμῇ τιμῇ· οὔτε γὰρ δεξιὰ οὔτε ἀριστερὰ ἔχει ὁ Θεὸς ἀπερίγραπτος ὑπάρ-
B χων· ἀλλὰ τοῦτο αὐτὸ λέγει, ὅτι Κάθου ἐν τῇ ἐμῇ τιμῇ, ὡσανεὶ εἰς πρόσωπον ἐμόν, ὡς εἰκὼν Θεοῦ παντὶ τῷ κόσμῳ δεικνυμένη· οὕτω γὰρ καὶ Δανιὴλ λέγει· Καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ βασιλεία καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ ἐξουσία, καὶ τὰ λοιπά. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριός φησιν· Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. Παρακατιὼν δὲ λέγει πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ ψαλμῷ περὶ τῆς θεότητος· Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε· ὡσανεὶ τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν κατὰ τὴν θεότητα λέγοντος ὅτι Πρὸ πάσης κτίσεως ἀπὸ γαστρός· τὸ ὁμοούσιον θέλων σημᾶναι· οὐχ ὕστερον προσλαβών, ἀλλ' ἐν ἐμαυτῷ σε ἔχων ἀνάρχως καὶ ἀπεράντως· ὡς ἀπὸ γαστρὸς ἐκ τῆς ἡμετέρας οὐσίας σε ἐγέννησα συνόντα καὶ συνυπάρχοντα. Εἶτα πάλιν εὐθέως καὶ περὶ τῆς ἀνθρωπότητος δηλῶν φησίν· Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται, σὺ
C ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· οὐ γὰρ ἡ θεότης ἱερατεύει, ἀλλὰ μᾶλλον λατρεύεται, καὶ τὰ ἱερεῖα προσδέχεται. Μέμνηται δὲ καὶ τῆς χρήσεως ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ λέγων οὕτως· Καθάπερ ὁ Ἀαρών, οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενέσθαι ἀρχιερεύς, ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτόν, Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· καθὰ καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· πάντα περὶ τῆς ἀνθρωπότητος ἐκλαβών.

Syllogismus magni drungarii domini Stephani.

Num universam deitatem, quæ deitas scilicet in tribus spectatur personis, Patre Filio et Spiritu sancto, offendimus nos præcepti transgressione, an potius solum Patrem? Si Patrem tantummodo offendimus, utique huic soli, juxta hos blaterones, reconciliati sumus per Filii ejus incarnati sanguinem. Quod si totam Trinitatem offendimus, utique toti Trinitati oblatus fuit unigeniti Filii Dei sanguis. Sicut enim in uno eodemque Christo, qui in unica persona subsistit, agnoscitur corruptibilitas et incorruptibilitas, mortalitas et immorta-

Συλλογισμὸς τοῦ μεγάλου δρουγγαρίου κυροῦ Στεφάνου.

Ὅλῃ τῇ θεότητι προσκεκρούκαμεν ἡμεῖς διὰ τῆς
D παραβάσεως, τῇ ἐν ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσι θεωρουμένῃ, Πατρὸς, Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, ἢ μόνῳ τῷ Πατρί ; Εἰ μὲν μόνῳ τῷ Πατρί, καὶ αὐτῷ μόνῳ κατὰ τοὺς φληναφοῦντας κατηλλάγημεν διὰ τοῦ αἵματος τοῦ ἐνανθρωπήσαντος Υἱοῦ αὐτοῦ· εἰ δὲ ὅλῃ τῇ Τριάδι, ὅλῃ τῇ Τριάδι προσηνέχθη καὶ τὸ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ αἷμα. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ ἑνί καὶ τῷ αὐτῷ Χριστῷ, ἤτοι τῇ μιᾷ τούτου ὑποστάσει, θεωρεῖται τὸ φθαρτὸν καί τὸ ἄφθαρτον, τὸ θνητὸν καὶ τὸ ἀθάνατον· οὕτω καὶτὸ προσάγον καὶ τὸ

[28] *Matth.* XXII, 43, 44. [29] Dan. VII, 14. [30] Matth. XXVIII, 18. [31] Psal. CIX, 3. [32] ibid. 4. [33] Heb. V, 4-6.

προσδεχόμενον· ὁ αὐτὸς γὰρ ὡς ἄνθρωπος προσήγαγε, καὶ ὡς Θεὸς προσεδέξατο.

A litas, sic etiam oblatio et receptio. Idem enim quatenus homo obtulit, quatenus Deus recepit.

Εὐστρατίου τοῦ Νικαίας ἐκ τοῦ δευτέρου Περὶ τῶν ἀζύμων λόγου (20).

Eustratii Nicæni ex secundo De azymis sermone.

Ἀλλὰ καὶ ὅτε χαριστήριον τοῦ σωτηρίου πάθους τῷ ὑπὲρ ἡμῶν παθόντι προσφέρεται, καὶ ὅτε ὑπὲρ ζωῆς ἡμῶν τῆς ἐν σώματι, καὶ ὅτε ἵνα ἀφεθῇ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἃ ζῶντες ἐνταῦθα προσεκρούκαμεν, καὶ ὅτε ὑπὲρ τῶν ἐντεῦθεν οἰχομένων πιστῶν, ἀναγκαῖον ζυμῷ τὸν ἄρτον εἶναι τὸν προσφερόμενον, τὸν ψυχῆς ἔχοντα σύμβολον (21) τό τε γὰρ δι' ἡμᾶς πεπονθὸς σῶμα τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ ζῶν τε καὶ ἔμψυχον, τά τε ἡμέτερα ὡσαύτως, καὶ τὰ ὑπὲρ ἀφέσεως σφαλμάτων, εἴτε τὸ ἐν τῇ παρούσῃ ἔτι ἐνδημούντων ζωῇ, εἴτε τῶν ἐκ ταύτης ἤδη ἀπολυθέντων πιστῶν, ὑπὲρ ψυχῶν ἐστι προσφερόμενα. Οὐδέν δέ B τι πάντως προσίσταται, εἰ χαριστήριόν ποτε τῆς ζωῆς ἡμῶν τῆς ἐν σώματι τὸν ἄρτον προσφέρομεν· ὡς γὰρ τὸ ἡμέτερον ὁ Σωτὴρ ἑαυτῷ διὰ τῆς προσλήψεως ᾠκειώσατο, οὕτως καὶ τὸ ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσφερόμενον ἑαυτῷ οἰκειούμενος ἑαυτοῦ σῶμα ποιεῖται, καὶ ἡμῖν αὐτοῦ μεταδίδωσι.

Revera et cum salutaris passionis sacrificium, ei qui pro nobis est passus offertur, sive pro nostra corporali vita, sive pro animabus nostris ut remittantur ea quæ in vita peccavimus, sive pro iis qui hinc migraverunt, necesse est panem illum qui offertur esse fermentatum, quia fermentum animæ symbolum est. Nam et Christi in passione corpus vivum erat et animatum; et nostra similiter sacrificia, pro remissione peccatorum, sive adhuc viventium fidelium sive defunctorum, pro animabus offeruntur. Nihil vero prorsus officit, quod aliquando ob gratiarum actionem pro corporali nostra vita, panem offerimus: sicuti enim corpus nostrum Dominus per incarnationem fecit suum, ita panem quem pro se quisque offert, sibi vindicans suum corpus efficit, nobisque retribuit.

Φωτίου πατριάρχου ἐκ τοῦ λόγου, οὗ ἡ ἀρχή. « Πῶς θελητός τε καὶ ἀθέλητος τῷ Πατρὶ ὁ θάνατος λέγοιτ' ἂν εἶναι τοῦ Χριστοῦ; Καὶ πῶς πάλιν ὁ αὐτὸς συνέλθοι τῷ πονηρῷ θελητός τε ἅμα εἶναι καὶ ἀθέλητος (22).

Photii patriarchæ, ex sermone, cujus initium est: « Quomodo et voluntaria simul et involuntaria Patri mors Christi dici queat. Et quomodo rursus accidat ut eadem mors diabolo voluntaria simulque involontaria fuerit. »

Ἐπεὶ τὸ λύτρον πρός δύο τινα τὴν ἀναφορὰν ὡς ἐπίπαν ἔχει, ῥύσιόν τε τῶν κατεχομένων εἶναι, καὶ δῶτον ὁρᾶσθαι τῷ κατέχοντι· ὡς μὲν ῥύσιον τῶν κατεχομένων λύτρον ἂν εἴη τὸ σωτήριον αἷμα· ὡς δὲ C δῶρον τοῦ κατέχοντος οὐδαμῶς· ἐπεὶ καὶ πολλὰ ἄλλα τῷ κυρίως λεγομένῳ προσόντα λύτρῳ, τῇ ἁρπάστῳ ταύτῃ καὶ ὑπὲρ λόγον οὐ προσεστιν οἰκονομίᾳ· καὶ γὰρ ὁ μὲν τὸ λύτρον δοὺς, οὐκέτι δυνάμενος κύριος εἶναι ὧν παρέσχε, τὴν ζημίαν ἔχει κατὰ τὸ ἀπαραίτητον ἀκολουθοῦσαν· κερδαίνει δ' ὁ λαβών, καὶ καθίσταται δεσπότης ὧν πρότερον τὴν ἐξουσίαν οὐκ εἶχεν· ἐνταῦθα δὲ τοὐναντίον ἅπαν· ὁ μὲν καταθέμενος τὸ λύτρον (καὶ γὰρ πάντα ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ οὐδὲ τὸ τοῦ Ἄβελ αἷμα, οὐδὲ μὲν τῶν μαρτύρων, ἔξω τῆς αὐτοῦ καθέστηκε προνοίας καὶ χειρός) οὐδὲν μὲν ὀλιγώτι ἐζημίωται· τίς γὰρ ἂν ὅλως εἰπεῖν ἐννοήσοι ὡς μὲν τῶν θεραπόντων αὐτοῦ, καὶ ὧν ἐκενώθησαν αἱμάτων, ἔστι λόγος αὐτῷ, καὶ μετὰ θάνατον ὡς ἀθανάτων βοώντων ἀκούει; τὸ D δὲ σωτήριον καὶ ζωοποιὸν αἷμα τοῦ κόσμου οὐκ ἐν τοῖς ἀθανάτοις τῆς αὐτοῦ προνοίας ταμείοις συνέχει ἀωλεθρον αὐτῷ, καὶ φθορᾶς σωμάτων ἀνέπαφον σωτηρούμενον; Οὐκ ἐζημίωται τοίνυν οὐ μὲν οὖν ὁ τὸ λύτρον καταθέμενος, ἀλλὰ καὶ του γένους ἡμῶν παντὸς ὁ φιλάνθρωπος προσεκέρδησε τὴν σωτηρίαν.

Redemptionis pretium *duplici* sub notione generatim consideratur, nimirum ut captivorum redimiæ, atque ut captivorum domino donum oblatum. Christi sanguis, quatenus redimiarum vice fungitur, sane pretium redemptionis dici potest: verumtamen quatenus donum mangoni est, illo nomine uti nequit. Et quidem alia multa redemptionis proprie dicto pretio insunt, quæ arcanæ huic et incnarrabili œconomiæ non congruunt. Siquidem qui pretium dedit, quia rei ejus deinceps dominus esse non potest, detrimentum necessarium patitur: contra qui accipit, lucro augetur, fitque rei dominus quæ in ejus potestate antea non erat. Nunc omne contra est. Qui pretium obtulit (quandoquidem omnia in Dei potestate sunt, neque ipsius Abelis neque martyrum sanguis ab ejus providentia dominioque abfuit), hic, inquam, nullum cepit detrimentum. Nam quis omnino existimare velit, ab eo qui famulorum suorum, et quorum sanguis exhaustus fuit, curam gerit, quique mortuorum tanquam viventium clamores audit; quis, inquam, putet, salutarem et qui orbem vivificat sanguinem, in thesauris providentiæ suæ ab eo non fuisse incolumem conservatum, atque ab omni corporea corruptione defensum? Non igitur damnum passus est qui pretium contulit, imo universi generis nostri clemens Jesus salutem lucratus est.

(20) Non exstant hi de azymis sermones Eustratii.

(21) Levem oppido hanc objectionem Græcorum judicat Ciampinius in suo de Azymo opusculo cap. 1. Tum cap. 3, apud eumdem dissolvit eam Græcus Gennadius, qui concludit utrumque ritum sive Latinum sive Græcum recte se habere,

(22) Est hoc Photii quæstio Amphilochiana 24. quam nos edidimus Scrip., vet. t. I. Fragmentum hoc legitur ibi, p. 79.

Damasceni.

Universorum Deus et Pater vultne quatenus Pater est, an quatenus Deus? Si quatenus Pater, alia erit voluntas ejus quam Filii; neque enim Pater idem est qui Filius. Sin vult quatenus Deus, Deus autem æque est Filius et sanctus Spiritus, utique voluntas naturæ est, id est naturalis. Ergo tu quoque similiter syllogismum instrue : Universorum Deus et Pater, num quatenus Pater est, sanguinem Unigeniti excepit, an quatenus Deus? Si quatenus Pater, alia erit ejus virtus et operatio quam Filii; non enim idem Pater ac Filius. Sin quatenus Deus est excepit, Deus autem æque est Filius et Spiritus sanctus, sequitur ut Unigeniti sanguinem, id est, unius de sancta Trinitate, eadem sancta Trinitas, quatenus Deus est, exceperit.

A

Τοῦ Δαμασκηνοῦ.

Ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ Πατὴρ καθ' ὃ Πατὴρ, θέλει, ἢ καθ' ὃ Θεός; Ἀλλ' εἰ μὲν καθ' ὃ Πατὴρ, ἄλλο τὸ αὐτοῦ ἔσται παρὰ τὸ τοῦ Υἱοῦ θέλημα· οὐ γὰρ Πατὴρ ὁ Υἱός· εἰ δὲ καθ' ὃ Θεός,, Θεὸς δὲ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἆρα τὸ θέλημα φύσεως, ἤγουν φυσικόν. Καὶ σὺ γοῦν κατὰ τοῦτον συλλογισάμενος ἐρώτησον· Ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ Πατὴρ καθ' ὃ Πατὴρ προσεδέξατο τὸ τοῦ Μονογενοῦς αἷμα, καθ' ὃ Θεός; Ἀλλ' εἰ μὲν καθ' ὃ Πατὴρ, ἄλλη αὐτοῦ ἔσται παρὰ τὴν τοῦ Υἱοῦ δύναμίς τε καὶ ἐνέργεια· οὐ γὰρ Πατὴρ ὁ Υἱός· εἰ δὲ καθ' ὃ Θεός, Θεὸς δὲ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἆρα τὸ τοῦ Μονογενοῦς αἷμα τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, ἡ αὐτὴ ἁγία Τριὰς καθ' ὃ Θεὸς προσεδέξατο.

B

Ex libro synodico qui in Magna Ecclesia legitur.

Iis qui dicunt, quod Dominus et Servator noster Jesus Christus, tempore salutaris suæ passionis, pretiosi sui corporis sanguinisque sacrificium, tanquam pontifex in humana pro nobis assumpta natura, quia et sacrificator est et victima, ut magnus ait theologus Gregorius, obtulerit quidem Deo Patri, non tamen ipse Unigenitus exceperit quatenus Deus, itemque Spiritus sanctus; ita ut hac affirmatione excludant ipsum Dei Verbum, nec non consubstantialem et congloriosum Spiritum Paracletum, a divini honoris puritate ac dignitate, anathema.

Ἐκ τοῦ συνοδικοῦ τοῦ ἀναγινωσκομένου ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ (23).

Τοῖς λέγουσιν ὅτι τὴν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ κοσμοσωτηρίου τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προσαχθεῖσαν ὑπὲρ τῆς ἡμῶν σωτηρίας παρ' αὐτοῦ θυσίαν τοῦ τιμίου αὐτοῦ σώματός τε καὶ αἵματος, ὡς ἀρχιερέως κατὰ τὸ ἀνθρώπινον δι' ἡμᾶς χρηματίσαντος, ὅτιπερ ὁ αὐτὸς καὶ θύτης καὶ θῦμα κατὰ τὸν πολὺν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον, προσήγαγε μὲν αὐτὸς τῷ Θεῷ καὶ Πατρί, οὐ προσεδέξατο δὲ ὡς Θεὸς μετὰ τοῦ Πατρὸς αὐτός τε ὁ Μονογενὴς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὡς διὰ τούτων ἀποξενοῦσιν αὐτόν τε τὸν Θεὸν Λόγον καὶ τὸ ὁμοούσιον καὶ ὁμόδοξον τούτου Παράκλητον Πνεῦμα τῆς θεοπρεποῦς ὁμοτιμίας τε καὶ ἀξίας, ἀνάθεμα.

C

Iis qui peractum quotidie sacrificium a Christi sacerdotibus divina mysteria tractantibus non concedunt sanctæ Trinitati offerri, contradicentes sanctis divinisque Patribus Basilio et Chrysostomo, quibuscum consentiunt et reliqui pleni Deo Patres in suis sermonibus atque scriptis : anathema.

Τοῖς τὴν καθ' ἑκάστην προσαγομένην θυσίαν ὑπὲρ τῶν παραλαβόντων ἀπὸ Χριστοῦ τῶν θείων μυστηρίων ἱερουργίαν, μὴ δεχομένοις τῇ ἁγίᾳ Τριάδι προσάγεσθαι, ὡς ἀντιφθεγγομένοις ἐντεῦθεν τοῖς ἱεροῖς καὶ θείοις Πατράσι Βασιλείῳ τε καὶ τῷ Χρυσορρήμονι, οἷς συμφωνοῦσι καὶ οἱ λοιποὶ θεοφόροι Πατέρες ἐν τοῖς οἰκείοις λόγοις τε καὶ συγγράμμασιν, ἀνάθεμα.

Iis qui cum audiunt Servatorem in instituto a se divinorum mysteriorum sacrificio dicentem : *Hoc facite in meam commemorationem*[84], haud recte intelligunt vocabulum *commemorationem*, sed dicere audent quod sacerdotes phantastice et imaginarie renovant peractum a Servatore nostro in pretiosa cruce sacrificium sui corporis atque sanguinis ob communem humanæ naturæ redemptionem ac propitiationem, dum quotidianam hostiam offerunt eo ritu quem Servator Dominusque noster tradidit; ideoque diversum esse hoc sacrificium astruunt ab illo quod Servator noster olim peregit, ad idemque nonnisi phantastice et imaginarie referri; his, inquam, tanquan evacuantibus tremendi divinique sacrificii mysterium, per

D

Τοῖς ἀκούουσι μὲν τοῦ Σωτῆρος περὶ τῆς παρ' αὐτοῦ παραδοθείσης τῶν θείων μυστηρίων ἱερουργίας, λέγοντος· Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, μὴ ἐκλαμβανομένοις δὲ ὀρθῶς τὴν ἀνάμνησιν, ἀλλὰ τολμῶσι λέγειν ὅτι καινίζει φανταστικῶς καὶ εἰκονικῶς τὴν ἐπὶ τοῦ τιμίου σταυροῦ παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πραχθεῖσαν θυσίαν τοῦ ἰδίου σώματός τε καὶ αἵματος εἰς κοινὸν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λύτρον τε καὶ ἐξίλασμα ἡ καθ' ἑκάστην προσαγομένη θυσία παρὰ τῶν τὰ θεῖα ἱερουργούντων μυστήρια, καθὼς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ Δεσπότης τῶν ὅλων παρέδωκε· καὶ διὰ τοῦτο ἄλλην εἶναι ταύτην παρὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς τῷ Σωτῆρι τετελεσμένην εἰσάγουσι, καὶ πρὸς ἐκείνην φανταστικῶς καὶ εἰκονικῶς ἀναφερομένην· ὡς κενοῦσι τὸ τῆς φρικτῆς καὶ θείας

[84] Luc. XXII, 19.

(23) Libri synodici Magnæ, id est Constantinopolitanæ Ecclesiæ bonas particulas, nos recitavimus ex cod. Vat. Spicileg. t. VII, in Præfatione.

ἱερουργίας μυστήριον, δι' οὗ τὸν τῆς μελλούσης A ζωῆς ἀρραβῶνα λαμβάνομεν· καὶ ταῦτα τοῦ θείου Πατρὸς Ἰωάννου τοῦ πανσόφου καὶ χρυσορρήμονος διατρανοῦντος τῆς θυσίας τὸ ἀπαράλλακτον, καὶ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν εἶναι φάσκοντος ἐν πολλαῖς τῶν τοῦ μεγάλου Παύλου ῥητῶν ἐξηγήσεσιν, ἀνάθεμα.

quod futuræ vitæ arrham accipimus; præsertim cum divus Pater et sapientissimus Joannes Chrysostomus perspicue docuerit nullam esse utriusque sacrificii differentiam, unumque et idem affirmaverit in multis magni Pauli interpretationibus : anathema.

Τοῖς χρονικὰς διαστάσεις ἐπὶ τῆς καταλλαγῆς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως πρὸς τὴν θείαν καὶ μακαρίαν φύσιν τῆς ζωαρχικῆς καὶ πανακράτου Τριάδος ἐπινοοῦσι καὶ παρεισάγουσι· καὶ πρότερον μὲν τῷ μονογενεῖ Λόγῳ νομοθετοῦσιν ἐξ αὐτῆς καταλλάχθαι ἡμᾶς τῆς προσλήψεως, ὕστερον δὲ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ κατὰ τὸ σωτήριον πάθος τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, καὶ διαιροῦσι τὰ ἀδιαίρετα, τῶν θείων καὶ μακαρίων Πατέρων διὰ τοῦ τῆς οἰκονομίας μυστη- B ρίου παντὸς, καταλλάξαι ἡμᾶς ἑαυτῷ τὸν Μονογενῆ διδασκόντων, καὶ δι' ἑαυτοῦ τε καὶ αὐτῷ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἀκολούθως δὲ πάντως καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, ὡς καινῶν ζητημάτων καὶ ἀφύλων ἐφευρεταῖς, ἀνάθεμα.

Iis qui temporum distantias in conciliatione humanæ naturæ cum divina beataque vivificæ sanctissimæque Trinitatis excogitant atque invehunt; et primo quidem statuunt nos fuisse conciliatos unigenito Verbo vi assumptæ ab ipso humanitatis, postea vero conciliatos quoque Deo Patri tempore salutaris passionis Christi Domini; atque ita dividunt indivisibilia; cum contra divi beatique Patres per universum simul incarnationis mysterium sibi nos conciliatos ab Unigenito doceant, et per ipsum Deo Patri, consequenterque omnino etiam sanctissimo et vivifico Spiritui : his, inquam, tanquam novarum quæstionum et peregrinarum auctoribus, anathema.

ΤΟ ΕΠΙ ΤΩ ΑΝΑΦΥΕΝΤΙ ΛΟΓΜΑΤΙ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΠΑΝΤΕΥΓΕΝΟΥ ΣΩΤΗΡΙΧΟΥ ΓΕΓΟΝΟΣ ΣΗΜΕΙΩΜΑ.

ACTA SYNODICA DE DOGMATE CUJUS AUCTOR FUIT PANTEUGENUS SOTERICHUS.

Μηνὶ Μαΐῳ, ιβ' ἡμέρᾳ, ἰνδ ε. Προκαθημένου τοῦ θεοστέπτου ἡμῶν βασιλέως αὐτοκράτορος κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ ἐν τῷ παλατίῳ τῶν Βλαχερνῶν, παρισταμένων τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ βασιλείᾳ τῶν περιποθήτων ἀνεψιῶν αὐτοῦ καὶ υἱῶν, τοῦ ἀοιδίμου C σεβαστοκράτορος κυροῦ Ἀνδρονίκου τοῦ πρωτοσεβαστοῦ·

Mensis Maii die duodecima, indictione quinta. Præsidente a Deo coronato imperatore potentissimo domino Manuele Comneno, in Blachernarum palatio, assistentibus sanctæ majestati ejus valde amabilibus ejusdem consobrinis, filiis illustris sebastocratoris domini Andronici protosebasti;

Καὶ πρωτοβεστιαρίου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ, καὶ τοῦ αὐταδέλφου αὐτοῦ κυροῦ Ἀλεξίου·

Protovestiario domino Joanne Comneno, ejusque fratre domino Alexio;

Τοῦ περιποθήτου ἀνεψιοῦ τῆς κραταιᾶς καὶ ἁγίας αὐτοῦ βασιλείας, κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κοντοστεφάνου·

Valde amabili consobrino potentis sanctique imperatoris domino Alexio Contostephano;

Τοῦ πανσεβάστου σεβαστοῦ καὶ γαμβροῦ τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Καντακουζηνοῦ·

Pansebasto sebasto genero potentis sanctique nostri imperatoris domino Joanne Cantacuzeno;

Τοῦ πανσεβάστου σεβαστοῦ καὶ γαμβροῦ τῆς μακαριστάτης πορφυρογεννήτου καὶ περιποθήτου αὐταδέλφης του κραταιου καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυρᾶς Θεοδώρας, κυρου Ἰωάννου Ἀγγέλου·

Pansebasto sebasto genero beatissimæ porphyrogenitæ valdeque amabilis sororis potentis sanctique nostri imperatoris, dominæ Theodoræ, domino Joanne Angelo;

Του πανσεβάστου σεβαστου κυρου Ἰωάννου του Κοντοστεφάνου· D

Pansebasto sebasto domino Joanne Contostephano;

Του πανσεβάστου σεβαστου κυρου Κωνσταντίνου του Παλαιολόγου·

Pansebasto sebasto domino Constantino Palæologo;

Του πανσεβάστου σεβαστου κυρου Ἀλεξίου του Παλαιολόγου·

Pansebasto sebasto domino Alexio Palæologo;

Του πανσεβάστου σεβαστου καὶ ἐπάρχου κυρου Ἀνδρονίκου του Καματηρου·

Pansebasto sebasto et eparcho domino Andronico Camatero;

Του μεγαδοξοτάτου μεγάλου λογαριαστου του σεβαστου καὶ πρωτονοταρίου κυρου Ἰωάννου·

Gloriosissimo magno logariasta sebasto et protonotario domino Joanne;

Του μεγαδοξοτάτου πρωτονοταρίου καὶ ἐπὶ του Κανικλείου κυρου Θεωδώρου του Στυπειώτου·

Gloriosissimo protonotario, et Caniclei præposito, domino Theodoro Stypiota;

Του μεγαδοξοτάτου μυστικου κυρου Νικηφόρου του Βορβόνου·

Gloriosissimo mystico domino Nicephoro Borbno;

Gloriosissimo magno drungario domino Joanne Macrembolita ;

Magno perillustri protoasecretis domino Nicolao Zonara ;

Magno perillustri protocuratore et a supplicibus libellis domino Michaele Camatero ;

Magno perillustri protocuratore nomophylace, et domesticis rebus præposito Theodoro Pantechne ;

Magno perillustri protocuratore et custode domino Elia Burteo ;

Presente senatu, et considentibus negotiumque simul agentibus ;

Constantinopoleos patriarcha Constantino ;

Hierosolymorum patriarcha monacho Joanne ;

Considente nobiscum electo quoque magnæ Dei urbis Antiochiæ Sotericho Panteugeno ;

Rem propositam simul urgentibus :

Archiepiscopo totius Bulgariæ monacho Joanne ;

Archiepiscopo Cypri monacho Joanne ;

Pariter simul censentibus nobis episcopis Cæsareæ Stephano, Cyzici Joanne, Nicomediæ Theophylacto, Sidæ Joanne, Thessalonicæ Basilio, Neocæsareæ Constantino, Laodiceæ Calo, Corinthi Theodoro, Athenarum Georgio, Mocesi Leone, Naupacti Basilio, Philippopoleos Theodoro, Adrianopoleos Leone, Apameæ Georgio, Corcyræ Constantino, Ataliæ Nicolao, Paronaxiæ Joanne, Mesembriæ Theodoro Arcadiopoleos Constantino, Parii Niceta, Selybriæ Joanne, Arabizyæ Gregorio, Lemni Michaele, Heracliadis monacho Acacio ;

Itemque aliis qui versabantur in urbe Deo charissimis episcopis :

Patrarum Georgio, Trachalæ.... Hyrcaniæ Dionysio, Dalisandorum Constantino, Argorum Leone, Demetriadis Joanne, Artæ Basilio. Antandri...

Præsentibus etiam Deo charissimis ecclesiasticis præpositis :

Quod pii regis cor in manu Dei sit, ut ait Scriptura ; et quod non procul a divina voluntate consilia ejus recedant, manifeste nobis actibus ipsis coronatus a Deo imperator nunc ostendit ; quem mente Christi factum divitem dicere possumus, ut divi magnique apostoli verba usurpemus. Etenim qui animam suam corpusque divinæ gubernationi commisit, fieri nequit ut ab officio discedat. Itaque reliquas nunc quidem enumerare ejusdem virtutes, sive quæ exterius regem sistunt supra humanam conditionem magnificum, sive quæ interius et reconditæ demonstrant eum divinæ pulchritudinis archetypum egregie conformatum ; has, inquam, recensere supervacuum fortasse videretur atque importunum.

Του μεγαδοξοτάτου μεγάλου δρουγγαρίου κυρου Ἰωάννου του Μακρεμβολίτου ·

Του μεγάλου ἐπιφανεστάτου πρωτασηκρῆτις κυρου Νικολάου του Ζωναρᾶ ·

Του μεγάλου ἐπιφανεστάτου πρωτοκουράτωρος καὶ ἐπὶ τῶν δεήσεων κυρου Μιχαὴλ του Καματηρου ·

Του μεγάλου ἐπιφανεστάτου πρωτοκουράτωρος νομοφύλακος καὶ ἐπὶ τῶν οἰκειακῶν κυρου Θεοδώρου του Παντεχνους ·

Τοῦ μεγάλου ἐπιφανεστάτου πρωτοκουράτωρος καὶ φύλακος κυρου Ἠλία του Βουρτσου ·

Συμπαρισταμένης καὶ τῆς συγκλήτου, καὶ συνεδριαζόντων αὐτῇ καὶ συνδικαιτώντων τῇ ὑποθέσει ·

Του Κωνσταντινουπόλεως Κωνσταντίνου ·

Του Ἱεροσολύμων μοναχου Ἰωάννου ·

Συνεδριάζοντος ἡμῖν καὶ του ὑποψηφίου Θεου πόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας Σωτηρίχου του Παντευγένου ·

Συνδικαιτώντων ὡσαύτως τῇ ὑποθέσει καὶ ἡμῶν ·

Του ἀρχιεπισκόπου πάσης Βουλγαρίας μοναχου Ἰωάννου ·

Καὶ του Κύπρου μοναχου Ἰωάννου ·

Καὶ συνδιαγνωμονούντων καὶ ἡμῶν τῶν ἀρχιερέων, του Καισαρείας Στεφάνου, του Κυζίκου Ἰωάννου, του Νικομηδείας Θεοφυλάκτου, του Σίδης Ἰωάννου, του Θεσσαλονίκης Βασιλείου, του Νεοκαισαρείας Κωνσταντίνου, του Λαοδικείας Κάλου, του Κορίνθου Θεοδώρου, του Ἀθηνῶν Γεωργίου, του Μωκησου Δέοντος, του Ναυπάκτου Βασιλείου, του Φιλιππουπόλεως Θεοδώρου, του Ἀδριανουπόλεως Δέοντος, του Ἀπαμείας Γεωργίου, του Κερκύρας Κωνσταντίνου, του Ἀτταλείας Νικολάου, του Παροναξίας Ἰωάννου, του Μεσημβρίας Θεοδώρου, του Βιζύης Θεοδώρου, του Ἀρκαδιουπόλεως Κωνσταντίνου, τοῦ Παρίου Νικήτα, τοῦ Σηλυβρίας Ἰωάννου, τοῦ Ἀραβιζύης Γρηγορίου, τοῦ Λήμνου Μιχαὴλ, τοῦ τῆς Ἡρακλείος μοναχοῦ Ἀκακίου ·

Καὶ τῶν παρευρεθέντων ἐν τῇ πόλει θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ·

Του Πατρῶν Γεωργίου, του Τραχαλης.... του Ὑρκανίας Διονυσίου, του Δαλισάνδων Κωνσταντίνου, του Ἄργους Λέοντος, του Δημητριάδος Ἰωάννου, του Ἄρτης Βασιλείου, του Ἀντάνδρου.....

Συμπαρισταμένων καὶ τῶν θεοφιλεστάτων ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων ·

Ὅτι καρδία βασιλέως εὐσεβους ἐν χειρὶ Θεου, ὡς γέγραπται, καὶ ὅτι μὴ πόρρω θείας βουλῆς τὸ κατ' αὐτὸν περαίνεται διαβούλιον, ἀτεχνῶς αὐτοῖς ἔργοις ὁ θεοστεφὴς ἡμῶν αὐτοκράτωρ καὶ ἄρτι παρέδειξεν · ὃν καὶ Χριστου νουν εἰπών τις πεπλουτηκέναι φάναι κατὰ τὸν θεῖον καὶ μέγαν ἀπόστολον · ἅτε δὲ καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα τῇ θείᾳ κυβερνήσει προσαναθέμενον, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τον πρέποντος · τἆλλα μὲν οὖν ἐπὶ του παρόντος ἀπαριθμεῖσθαι τούτου πλεονεκτήματα, ὅσα τε τὸν ἐκτὸς καὶ φαινόμενον βασιλέα μεγαλουργὸν παρίστησιν ὑπὲρ ἄνθρωπον · καὶ ὅ γε τὸν ἐντὸς καὶ κρυπτόμενον διαδείκνυσιν ἐμφανέστατα πρὸς τὸ του θείου · κάλλους ἀρχέτυπον ἀκριβῶς ἐξεικονιζόμενον, περιττὸν ἴσως δόξει καὶ ἄκαιρον.

Πλὴν ἀλλὰ ταῦτα μόνα ῥητέον, ἐφ' οἷς ἄρα τὸν παρόντα συγκεκρότηκε σήμερον σύλλογον· ὡς γὰρ ἀπόφημά τινα καὶ τῆς ὀρθοτόμου δόξης ἀλλότρια περί τε τῆς παρὰ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν καιρῷ τοῦ πάθους γενομένης ἱλαστηρίου τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων προσαγωγῆς τοῦ ἰδίου σώματός τε καὶ αἵματος, ναὶ δὴ καὶ τῆς ὀσημέραι παρὰ τῶν θεῖα μεταχειριζομένων ἱεροτελεστῶν γινομένης ἐν ταῖς ἱεραῖς ἁγιστείαις τῶν ζωοποιῶν μυστηρίων, ὡς αὐτὸς ἐν τῷ μυστικῷ δείπνῳ κατήρξατο, ὡς ἱστοροῦσι τὰ ἱερὰ καὶ θεόπνευστα Εὐαγγέλια, φρονεῖν τε καὶ δογματίζειν τῶν τινες ἱερωμένων ἐπύθετο· ἀλλὰ καὶ εἰς ἑτέρους ἤδη τὴν νόσον ταύτην ὑφέρπουσαν κατεμάνθανεν, ἣν δυσέριδές τινες καὶ φιλόνεικοι ἄνθρωποι οὐκ ἴσμεν ὅπως φρενοβλαβῶς νενοσήκασιν, ἔνθεον ζῆλον ἀναλαβών ὁποῖος οὗτος τὰ πρὸς εὐσέβειαν ζηλωτὴς τῷ ὄντι διάπυρος· καὶ πάσαις ἄλλαις εἰπὼν ἐῤῥῶσθαι τέως κατεπειγούσαις κοσμικαῖς ὑποθέσεσιν, ὁπόσα τούτου τὸ ἔνθεον κράτος ἀλλεπαλλήλως περιστοιχίζουσι· τοῦτο ἐκεῖνο τὸ ἐν Εὐαγγελίοις εὖ ποιῶν καὶ αὐτὸς εὐσεβέστατα συνεπράξατο· ἐξαπέστειλε τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ συγκαλέσασθαι τοὺς συλλέξοντας ἐκ τοῦ μέσου ταῦτα δήπου τὰ σκάνδαλα καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν· διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, εἶτ' οὖν συλλογισμοῖς· καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία, καὶ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν.

Ἔνθεν τοι καὶ ἐν ἁγίῳ συναθροισθέντες ἅπαντες πνεύματι ὁπόσοι τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων ἐκ τῶν ἐγγιστά τε καὶ πόῤῥω ταύτης ἐπαρχιῶν ἐπιδεδημήκαμεν βουλῇ καὶ γνώμῃ τοῦ θεοκυβερνήτου ἡμῶν αὐτοκράτορος· προκαθημένου μὲν τοῦ ἐνθέου κράτους αὐτοῦ, παρισταμένης δὲ τῆς συγκλήτου, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν τῶν πατριαρχῶν τόῦ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τοῦ Ἱεροσολύμων τὰ τῆς ὑποθέσεως τῷ κράτει τούτου συνδιακειτώντων, καὶ τοῦ ὑποψηφίου Θεουπόλεως Ἀντιοχείας συνεδριάζοντος, οὐ μὴν οὐδὲ ἡμῶν τῶν ἀρχιεπισκόπων, τοῦ Βουλγαρίας, καὶ τοῦ Κύπρου, τῆς τοιαύτης ἀπολιμπανομένων συνδιαιτήσεως, αὐτὰ ἐκεῖνα καὶ νῦν ὁμοφρονοῦντες ἐπικρατύνομεν ἃ κἂν τῷ γινομένῳ συνοδικῷ σημειώματι κατὰ τὴν κς' τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς τῆς ἤδη παρελθούσης τετάρτης ἐπινεμήσεως τοῦ ,ςχξδ' ἔτους, οἱ τότε συνελθόντες ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἱεράτατοι ἀρχιερεῖς καὶ λοιποὶ, οἷς καί τινες ἐξ ἡμῶν τῷ τότε συμπαρελήφθησαν, ὡς πρὸς ἐρώτησιν εἰσαχθεῖσαν τὸ τηνικαῦτα παρὰ τοῦ ἱερωτάτου συναδέλφου ἡμῶν καὶ μητροπόλίτου Ῥωσίας Κωνσταντίνου, εὐσεβῶς ἀπεκρίναντο.

Εἰ γὰρ καὶ πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς τὸν ἐν μιᾷ τῇ ὑποστάσει νοούμενον Θεόν τε καὶ ἄνθρωπον, Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ συναϊδίου τούτου Πατρὸς, τὰ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας οἰκονομήσαντα, ὡς μέγαν καὶ πρῶτον ἀρχιερέα προσαγαγεῖν ἑαυτὸν τῷ Πατρὶ θυσίαν ζωοποιὸν καὶ κοσμοσωτήριον διειλῆπται καὶ ὡμολόγηται, ἀλλ' οὐχ, ὥς τινές φασιν, οὐδὲν ἐπικεκοινώνηκεν εἰς τὸ ταύτην λαβεῖν, οὔτ' αὐτὸς ὁ ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν προσαγαγὼν ἄμωμον ἱερεῖον ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὔτε μὴν τὸ ὁμοούσιον

Nunc itaque illud solum dicemus, cur præsentem synodum congregandam judicaverit. Statim ac enim intellexit, sacerdotes quosdam fovere animo ac verbis pronuntiare absurda quædam dogmata et a recta fide abhorrentia circa illud quod Dominus Deus ac Servator noster Jesus Christus suæ passionis tempore pro peccatorum nostrorum propitiatione obtulit sacrificium proprii corporis sanguinisque, nec non circa illud quod fit quotidie in sacra vivificorum mysteriorum liturgia a sacerdotibus, cujus rei initium fecit ipse Jesus in sacra cœna, ut sancta et a Deo inspirata Evangelia narrant; cumque ad alios quoque manare sensim morbum hunc cognovisset, quo morosi quidam contentiosique homines temere laborabant; divino statim zelo correptus, pro suo rectæ fidei inflammato amore; sepositis interim quæ instabant mundanis curis; his enim sanctus ejus thronus sine intermissione pulsatur; evangelicum illud exemplum recte ac religiosissime secutus est, videlicet ut angelos suos mitteret ad tollenda de medio hæc scandala, et eos qui operantur iniquitatem: qui agnoscentes quidem Deum, non tamen uti Deum glorificabant, sed in cogitationibus suis syllogismisque evanuerant, quorum insipiens cor obscuratum erat; et dum sapientes se dictitabant, facti sunt stulti.

Quamobrem in sancto congregati Spiritu omnes quotquot in hac regia urbe et in proximis longinquisque provinciis versamur, sic volente ac censente a Deo gubernato imperatore nostro; præsidente sancta majestate ejus, astante senatu nobisque patriarchis Constantinopoleos, et Hierosolymorum, negotium hoc cum majestate ejus gerentibus; nec non nobis Bulgariæ et Cypri archiepiscopis cooperantibus, eademque sentientibus et firmantibus quæ et in Actis synodicis die 26 Januarii, quarta jam præterita indictione, anno VIDCLXIIII (Christi 1156) quotquot tunc convenerunt in sanctissima magna Ecclesia episcopi reliquique homines (quibuscum et nonnulli ex nobis fuerunt) ad propositam a sanctissimo confratre nostro Russiæ metropolitano Constantino quæstionem orthodoxe responderunt.

Etsi enim sæpe in Scriptura affirmatur et in confesso est, æterni hujus Patris Verbum Filiumque, quem Deum simul et hominem in una persona intelligimus, quo tempore nostram salutem operabatur, ceu magnum primumque pontificem obtulisse semet Patri hostiam vivificam et mundo salutarem; nequaquam tamen, ut certe nonnulli aiunt, hostiæ particeps vel ipse unigenitus Dei Filius fuit qui pro nobis se victimam immaculatam sistebat, vel etiam consubstantialis eidem vitæque

auctor sanctus Spiritus : neque item oblatam a nobis ex ejus instituto hostiam Patri, Filius et Spiritus recipiunt. Quanquam igitur de illa oblatione sic sæpe prædicto modo locuta est Scriptura, ut constat; nusquam tamen in eadem divina Scriptura traditum quis inveniet, quod hypostatice Verbum se obtulerit, id est quod natura divina ipsa per se Patri obtulerit, ut isti nugantur, salvificam illam nostri generis victimam; neque quod illam Filius simul cum sancto Spiritu non receperit.

A ζωαρχικόν τε καὶ θεῖον Πνεῦμα· οὔτε δὲ τὴν παρ' ἡμῶν τελουμένην ζωοποιὸν θυσίαν προσαγομένην κατ' αὐτὸν τῷ Πατρὶ, ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα οὐ συμπροσδέχονται. Εἰ γοῦν καὶ οὕτω τὰ περὶ τῆς εἰρημένης πρώτης προσαγωγῆς πολλαχῶς, ὡς δεδήλωται, γέγραπται, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ὑποστατικῶς αὐτὸν, ὡς καὶ καθ' ἑαυτὴν τῆς θείας προσαγούσης, φύσεως κατὰ τὴν αὐτῶν ληρωδίαν προσαγαγεῖν τῷ Πατρὶ τὴν σωτήριον ἐκείνην τοῦ ἡμετέρου γένους θυσίαν, ὅπου δήποτε τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς παραδεδομένην ἐφεύροι τις, οὐδ' ὅτι μὴ ταύτην συμπροσεδέξατο καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ut autem scripta quoque testimonia sistamus, quæ dogmatis hujus veritatem evidenter demonstrant, age testes procedant irrefutabiles divi Patres, qui disertis verbis rem hanc ad liquidum B deduxerunt. Atque in primis magnus et in divinis valde versatus Basilius, cujus vocem haud secus quam Dei vocem auscultamus, in compositæ ab eo Mystagogiæ precibus sic manifeste scribit, ubi Servatorem Christum alloquitur: Dignare, ut a me peccatore et indigno hæc tibi dona offerantur. Tu enim es qui offers, et qui offerris, et qui recipis, et qui distribuis, Christe Deus noster. Quæ verba Chrysostomus in precibus a se editæ liturgiæ admittens nullo modo immutavit. Quin etiam miraculis celeberrimus divus Gregorius in edito a se sermone super evangelico dicto : *Hic est Filius meus dilectus* [35], ad litteram ita ait : Hic est Filius meus et agnus, idem sacerdos ac victima, idem offerens et oblatus, idem immolans et immolatus, C idem hostia factus idemque hostiam recipiens.

Ἵνα δὲ καὶ χρήσεων γραφικῶν φανότατα τὸ τοῦ δόγματος ἀληθὲς παραστήσαιμεν, ἄγε καὶ μάρτυρες παρ' ἡμῶν παραγέσθωσαν ἀπαράγραπτοι θεοφόροι Πατέρες, οἱ καὶ ῥητῶς ἤδη τὰ περὶ τούτου διατρανώσαντες· καὶ πρῶτον ὁ πολὺς τὰ θεῖα καὶ μέγας Βασίλειος, οὗ καὶ τὴν φωνὴν ὡς Θεοῦ φωνὴν κατέχομεν ἀντικρυς ἐν ταῖς τῆς παρ' αὐτοῦ ἐκτεθείσης Μυσταγωγίας εὐχαῖς, οὕτω γράφων σαφῶς, ἡνίκα πρὸς τὸν Σωτῆρα Χριστὸν ἀναφέρει τὸν λόγον· Ἀξίωσον ὑπ' ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀναξίου δούλου σου προσενεχθῆναι σοι τὰ δῶρα ταῦτα. Σὺ γὰρ εἶ ὁ προσφέρων, καὶ προσφερόμενος, καὶ προσδεχόμενος, καὶ διαδιδόμενος, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν· ὃ δῆτα καὶ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶσσαν ἐν ταῖς εὐχαῖς τῆς παρ' αὐτοῦ ἐκτεθείσης ἱεροτελεστίας δεξάμενος οὐκ ἠλλοίωσεν. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν θαύμασι περιβόητος θεῖος Γρηγόριος ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ ἐκτεθέντι λόγῳ εἰς τὸ εὐαγγελικὸν ῥητὸν, τὸ, Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, κατὰ ῥῆμα οὕτω διεξιών, Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς μου καὶ ἀμνὸς, ὁ αὐτὸς ἱερεὺς καὶ ἱερεῖον, ὁ αὐτὸς προσφέρων καὶ προσφερόμενος, ὁ αὐτὸς ἱερουργῶν καὶ ἱερουργούμενος, ὁ αὐτὸς θυσία γινόμενος καὶ αὐτὸς τὸν θυσίαν δεχόμενος (24).

Consona his Ecclesiæ quoque Hierosolymitanæ lampas Cyrillus in eo quem de occursu Domini scripsit sermone: Idem, inquit, est sacrificator, idemque victimæ receptor. Insuper et maximus ac divus Cyrillus Alexandriæ luminare in suo de mystica cœna et lotione sermone, diserte sic ait : Bibamus, etc. *usque ad* de venerabili Trinitate (ut col. 166). Idem in suo pariter ad reginas sermone sacerdotio Christi sæpe commemorato, sic prosequitur : Animadverte quomodo, etc. *usque ad* D Deus simul et homo (ut col. 167). Præterea sapiens Theodoretus apostolicum locum enarrans ubi dicitur : *Qui non habet necessitatem quotidie prius pro suis delictis hostiam offerre, deinde pro populi* [36], hæc addit: Hic autem suummet obtulit corpus; idem sacerdos et victima ; et quatenus Deus, cum Patre et Spiritu donum recipiens. Enarrans autem Davidicum textum : *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* [37], sic interpretatur: Sacrificat nunc quoque Christus de Juda secundum carnem natus, etsi nihil is offert, sed offe-

Συνῳδὰ τούτοις καὶ ὁ τῆς Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίας λαμπτὴρ ἐφθέγξατο Κύριλλος ἐν τῷ εἰς τὴν θείαν Ὑπαπαντὴν πονηθέντι παρ' αὐτοῦ λόγῳ· Αὐτὸς ὁ θύτης, εἰπὼν, καὶ αὐτὸς ὁ τὴν θυσίαν δεχόμενος. Ἔτι δὲ καὶ ὁ πάμμεγας καὶ θεσπέσιος Κύριλλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων φωστὴρ ἐν τῷ εἰς τὸν μυστικὸν δεῖπνον καὶ νιπτῆρα λόγῳ αὐτοῦ, διαῤῥηδὴν οὕτως ἀποφαινόμενος· Πίνωμεν αὐτοῦ τὸ αἷμα etc., *usque ad* παντίμου Τριάδος. Ὃς καὶ ἐν τῷ εἰς τὰς βασιλίσσας λόγῳ αὐτοῦ, πολλαχοῦ τῆς κατὰ Χριστὸν ἱερωσύνης μεμνημένος, οὕτω διέξεισι· Ἄθρει δὲ ὅπως etc., *usque ad* ὁμοῦ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος· Ἀλλὰ καὶ ὁ σοφὸς Θεοδώρητος τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν διηγούμενος τὸ λέγον, Ὃς οὐκ ἔχει καθ' ἡμέραν ἀνάγκην πρότερον ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν θυσίαν ἀναφέρειν, ἔπειτα τῶν τοῦ λαοῦ, οὕτως ἐτάγει· Καὶ ἐκεῖνοι μὲν ἕτερα προσέφερον θύματα, οὗτος δὲ ἑαυτοῦ προσενήνοχε σῶμα· αὐτὸς ἱερεὺς καὶ ἱερεῖον γενόμενος· καὶ ὡς Θεὸς, μετὰ Πατρὸς καὶ Πνεύματος τὸ δῶρον δεχόμενος. Ἐξηγούμενος δὲ καὶ τὸ Δαυϊτικὸν ῥητὸν, τὸ Σὺ εἶ

[35] Matth. III, 17; 17, 5. [36] Hebr. VII, 27. [37] Psal. CIX, 4.

(24) Hic S. Gregorii Thaumaturgi locus excidisse videtur ex calce sermonis ab eo dicti de Christi baptismo, ubi optime hæc verba quidem quadrant, minime tamen nunc leguntur.

ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ, περὶ τῆς καθ' ἡμέραν γινομένης ἱεροτελεστίας οὕτως ἑρμήνευσεν· Ἱερατεύει δὲ καὶ νῦν ὁ ἐξ Ἰούδα κατὰ σάρκα βλαστήσας Χριστός, καίτοι μηδὲν αὐτὸς προσφέρων, ἀλλὰ τῶν προσφερόντων κεφαλὴ χφηματίζων· σῶμα γὰρ ἑαυτοῦ τὴν Ἐκκλησίαν καλεῖ· καὶ ἱερατεύει μὲν ὡς ἄνθρωπος, δέχεται δὲ τὰ προσφερόμενα ὡς Θεός.

A rentium caput est. Corpus enim suum Ecclesiam appellat. Et sacrificat quidem ut homo, hostiam vero recipit ut Deus.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐκ πολλῶν ὀλίγα παρὰ τῶν θείων Πατέρων ἐρανισάμενοι πρὸς ἐναργῆ τῆς ἀληθείας παράστασιν, τῇ παρούσῃ γραφῇ ἐνετάξαμεν, τὸ μῆκος τοῦ λόγου ἐκφεύγοντες. Ἔξεστι δὲ τοῖς βουλομένοις φιλοπονεῖν, καὶ ἐξ ἄλλων μυρίων συνάγειν τοῦ θείου δόγματος τὴν ἀκρίβειαν· Τῶν οὖν θεοφόρων Πατέρων οὕτως ὁμοφρόνως εἰρηκότων τὰ περὶ τούτου, εὔδηλον ὡς, ὁπηνίκα καὶ ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἑαυτὸν ἑκουσίως ἱέρευσε, προσήγαγε μὲν ἑαυτὸν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὡς δὲ Θεὸς καὶ αὐτὸς συνάμα τῷ Πατρὶ καὶ Πνεύματι τὴν θυσίαν ἀνεδέξατο. Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν τὰ τῆς ὑποθέσεως ἐφ' ᾗ καὶ πρώτως συνήλθομεν· καὶ οὕτω δεῖ φρονεῖν τοὺς τῆς Ἐκκλησίας τροφίμους ὡς τῆς Τριάδος προσκυνητάς· καὶ κατ' ἀρχὴν ἐπὶ τοῦ Δεσποτικοῦ πάθους τὸν θεάνθρωπον Λόγον τὸ σωτήριον θῦμα προσενεγκεῖν τῷ Πατρί τε καὶ ἑαυτῷ ὡς Θεῷ καὶ τῷ Πνεύματι· παρ' ὧν κἀκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρῆχθη ὁ ἄνθρωπος· οἷς καὶ προσέπταισε τὴν ἐντολὴν παραβάς· οἷς καὶ διὰ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ καταλλάγημα· ἀλλὰ καὶ νῦν ὡσαύτως τὰς ἀναιμάκτους θυσίας τῇ παντελείῳ καὶ τελειοποιῷ Τριάδι προσάγεσθαι, καὶ ταύτην ταύτας προσαποδέχεσθαι.

Pauca hæc de multis ex divis Patribus decerpentes ad evidentem veritatis demonstrationem, in hunc commentarium inseruimus, prolixitatem verborum vitantes. Licebit autem lucubrare volentibus, ex aliis quoque permultis locis colligere sacri dogmatis demonstrationes. Cum igitur pleni Deo Patres tam concorditer de hac re loquantur, palam est quod cum Christus Dominus se ipsum sponte sacrificio obtulit, quatenus quidem homo erat, se obtulit; quatenus vero Deus, ipse quoque cum Patre et Spiritu hostiam recepit. Atque in hoc proposita quæstio vertitur, cujus causa superiore quoque tempore congregati fuimus. Sic autem omnino credere oportet Ecclesiæ alumnos et Trinitatis cultores: nempe et olim in Passione Dominica Verbum theanthropum salutarem hostiam exhibuisse tum Patri, tum ipsi sibi uti Deo nec non Spiritui: a quibus ex nihilo ad existendum productus est homo; quos ipse transgressione sua offendit; quibus denique per Christi passionem reconciliatus fuit. Imo nunc quoque incruentas hostias creatrici rerum omnium et auctrici Trinitati reapse offerri, easque ab eadem recipi.

B

Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἦν τοῦ βασιλέως μεγαλονοίας, οὐ μὴν οὐδὲ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀδελφικῆς συμπνοΐας καὶ ὁμονοίας, τὸ μὴ καὶ τοὺς σπορίας τῶν ζιζανίων σπεύσαι πάντα τρόπον ἐφευρεθῆναί καὶ ἐλεγχθῆναι, τὸ φαῦλον τοῦτο καὶ ἀκανδῶδες σπέρμα τῷ καθαρῷ τῆς εὐσεβείας σίτῳ ἐγκαταμίξαντας, καὶ λόγοις ἀλλοκότοις ἐπιχειροῦντας κατασκευάζειν ὅτι τῆς Νεστορίου λύσσης ἐστὶ παραπλήρωμα τὸ παρὰ τῆς Ἐκκλησίας ὀρθοδόξως δογματιζόμενον, ὡς εἰς δύο Χριστούς, βαβαὶ τῆς ἀπονοίας! οἰομένους ἐντεῦθεν διαιρεῖσθαι τὸν θεάνθρωπον Κύριον, ἐφ' οἷς ὁ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ παρ' ἡμῶν καταγγέλλεται προσφέρειν μὲν ὡς ἄνθρωπος, ὡς δὲ Θεὸς καὶ προσδέχεσθαι· ἐβέβησε λοιπὸν διὰ ταῦτα καὶ ὑμῶν τοῦ καθ' ἕνα πυθέσθαι, ὅπως ἕκαστος ἔχει περὶ τούτου φρονήματος· ναὶ δὴ καὶ τούτων ὁπόσοι τοῦ συλλόγου μέρος ὄντες, καὶ οὗτοι τὸ τίμιον ἐν διακόνοις συνεξετάζονται. Ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων ἐντίμων διακόνων ὅσοι τῷ βασιλείῳ τούτῳ καὶ ἱερῷ παρίστανται βήματι μιᾷ ψυχῇ καὶ γλώττῃ συμφρονούντων καὶ συνομολογούντων τὰ δεδογμένα, ὁ τῶν ἀποστόλων διδάσκαλος Νικηφόρος ὁ Βασιλάκης (25), αὐτίκα κατ' ἀρχὰς τῆς ἡμῶν συνελεύσεως εἰς μέσον τέμερον ἑαυτὸν ἐμβαλών, πολὺν ἀρχῆθεν ἐποιήσατο τὸν κατέλογον, ἐν ὑπηκόῳ πάντων ὑφηγησάμενος τὸ συμπεσὸν αὐτῷ αἴτιον τῆς περὶ δόγ-

C

Quoniam vero fieri non poterat quin magnanimus imperator, itemque nostra concors ac fraterna caterva, horum zizaniorum satores omni studio detegere atque arguere curaret, qui nempe malum hoc spinosumque semen orthodoxiæ frumento immiscuerunt; absurdisque sermonibus ausi sunt dicere, quod rectum Ecclesiæ dogma Nestorianæ vesaniæ additamentum sit; quia videlicet putant, quasi in duos Christos (hem vesaniam!) isto modo dividi theanthropum hominem, dum unigenitus Filius et Verbum Dei a nobis dicitur offerre quidem ut homo, recipere vero quatenus Deus; quocirca optavit imperator, ut singuli vestrum rogarentur de hac re sententiam, necnon quicunque hujus concilii participes sunt, si modo sint honore diaconatus præditi, interrogentur. Tum quidem cum reliqui omnes honorabiles diaconi, quotquot regali huic sacroque throno astant, uno animo ac voce dogma id confiterentur eique consentirent, Nicolaus Basilaces apostolicarum lectionum magister, statim initio nostri congressus, et hodie etiam in medium prosiliens, longum abs rei initio verborum ambitum orsus, cunctis audientibus rationes exposuit quarum causa de hoc dogmate dubitabat; omnino his quæ dixit significans, se principem ejus discidii

D

(25) Basilacis hujus ethopœias seu declamationes aliquot edidit Leo Allatius in suis rhetorum Excerptis. Manu scriptas ego vidi in cod. Vat. 1409.

fuisse : ideoque id dogma a se novum existimatum, prorsus nolle admittere.

Jam vero cum nos duo patriarchæ in hoc dogmate consentiremus, necnon et nos archiepiscopi Bulgariæ et Cypri, cæterique omnes in synodo episcopi unanimem sententiam nemine discrepante teneremus, necesse fuit etiam electum civitatis Dei Antiochiæ magnæ patriarcham Soterichum, qui nobiscum considebat, propriam sententiam rogare. Tum vero, quod quærebatur, manifeste compertum est. Is enim modo tempus poscebat considerandi ante responsum, quasi vero tanta temporis intercapedo post hujus adversus Christum blasphemiæ initium, ipsi haud suffecisset ad sani dogmatis cognitionem ; modo autem alia atque alia parum sibi constantia respondebat. Ergo hodie interrogatus a nobis, utrum existimaret beatæ Trinitati sacrificium et olim fuisse oblatum et nunc etiam offerri, ut superior nostra explicavit oratio, an potius soli Patri fuisse oblatum ; neque soli Patri respondit offerri, neque non soli. Interdum ad absurdas sententias divertebat ; nam vocabulæ *offerre*, hypostaticam Filio tribuere proprietatem aiebat, nescio unde hanc doctrinam expiscatus. Recipere autem, paternæ personæ propriam quamdam affirmabat esse qualitatem, æque ac ingeniti attributum, quod unicum peculiare Patris esse attributum Ecclesia a vetere traditione accepit. Deinde nitebatur nos quoque in suam sententiam contrariis syllogismis pertrahere. Si enim, ut ipse aiebat, haud proprium paternæ personæ esset recipere, sed divinæ potius, ut nos dicimus, naturæ, absurdum quid consequeretur : esset enim Deus modo nequaquam. Non enim est sempiterna oblatio, sed et sumpta humanitate posterior, et res creata est : proptereaque receptio quoque in quodam temporis spatio fit. Hæc ille aiebat ; quasi vero nos statueremus recipere instar esse cujusdam definitionis atque rationis (sive pertinere ad essentiam) incomprehensibilis et supersubstantialis deitatis ; et non potius hanc proprietatem a divina dignitate arceremus. Hæc fuit Antiocheni electi summa orationis, ne singula ab eo dicta percurrentes, diutius hunc sermonem protrahamus.

Sed enim ante nos omnes sapientissimus et augusta prudentia plenus, et æque ac Salomon divinitus doctam mentem gerens, potentissimus et sanctus noster imperator, non detrectavit usque ad dialecticos sermones cum Sothericho descendere, verbisque adhortatoriis eumdem diu nitebatur a sua sententia retrahere ; argumentis etiam urgens pro sua ingenita regali scientia, et modo huc modo illuc adversarium contortis epichirematibus versens. Inter cætera amanter illi in mentem revocabat Pauli verba ad Corinthios, ut id ipsum videlicet

A ματος τούτου ἀμφιβολίας · καὶ διὰ πάντων ἐξ ὧν εἶπε δεικνὺς ὅτι πρῶτος αὐτὸς ἐπὶ τούτῳ ἠγωνάκτησεν, ὡς ἔφησε· τῷ τοι καὶ ὡς καινοφανὲς αὐτὸ λογιζόμενος, ὅλως τοῦτο οὐκ ἤθελε παραδέχεσθαι.

Ἐπεὶ δὲ τῶν δύο πατριαρχῶν ἡμῶν ὁμοφώνως γνωμοδοτούντων τὰ περὶ τούτου, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν τῶν ἀρχιεπισκόπων, τοῦ τε Βουλγαρίας καὶ τοῦ Κύπρου, καὶ τῆς λοιπῆς ἡμῶν τῶν ἀρχιερέων ὁμηγύρεως εἰς μίαν γνώμην συνερχομένων, καὶ κατὰ μηδέν τι περὶ τούτου διαφερομένων πρὸς ἀλλήλους, ἔδει καὶ τὸν ὑποψήφιον πατριάρχην Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας Σωτήριχον ὡς συνεδριάζοντα καὶ τοῦτον ἐρωτηθῆναι· ἐνταῦθα μᾶλλον ἦν ἰδεῖν τὸ ζητούμενον εὑρισκόμενον · νῦν μὲν γὰρ καιρὸν B ἐζήτει διασκέψεως πρὸς ἀπόκρισιν, ὡς οὐ τοσούτου καιροῦ ἐξ οὗ παρεισεφθάρη τοῦτο τὸ δυσσεβῶς κατὰ Χριστοῦ βλασφημούμενον μὴ ἀρκοῦντος καὶ τούτῳ εἰς διασκόπησιν τοῦ τῆς ὑγιαινούσης δόξης φρονήματος, νῦν δὲ ἄλλ' ἄττα καὶ οὐ συμβαίνοντα ἑαυτῷ ἀπεκρίνατο. Ἐρωτώμενος οὖν καὶ αὐτὸς παρ' ἡμῶν τήμερον, πότερον τῇ μακαρίᾳ Τριάδι λέγει τὴν θυσίαν προσῆχθαί τε καὶ προσάγεσθαι, ὡς ὁ λόγος φθάσας διετράνωσεν ἀνωθεν, ἢ τῷ Πατρὶ μόνῳ, οὔτε μόνῳ ἔλεγε τούτῳ προσάγεσθαι, οὔτε οὐ μόνῳ. Ποτὲ δὲ καὶ εἰς ἀλλοκότους δόξας ἔπιπτε · τὸ μὲν γὰρ προσάγειν ὑποστατικὴν ἀπένεμε τῷ Υἱῷ ἰδιότητα, οὐκ ἴσμεν ταύτην πόθεν εὑρών · τὸ δὲ προσδέχεσθαι τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως ἴδιόν τι κα τοῦτο ἐτίθετο γνώρισμα μετὰ τῆς ἀγεννησίας, ἣν C ἰδιότητα μόνον τοῦ προωνάρχου Πατρὸς ἡ Ἐκκλησία παρέλαβεν ἔκπαλαι· Εἶτα δὴ καὶ ἐντεῦθεν ἡμᾶς πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτῷ κατεσυλλογίζετο · εἰ γὰρ μὴ, καθὼς αὐτός φησιν, ἰδιαίτατον εἴη τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως τὸ προσδέχεσθαι, ἀλλὰ τῆς θείας, ὡς ἡμεῖς φαμεν, φύσεως, ἄτοπόν τι τάχα συμβήσεται · ἔσται καθ' ἡμᾶς ὁ Θεὸς ποτὲ μὲν Θεὸς, ποτὲ δὲ οὔ · οὐ γὰρ ἀΐδιος, φησὶν, προσαγωγὴ, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἀνθρώπησιν καὶ γεγενημένη · διὰ δὲ τοῦτο πάντως ἔν τινι χρόνῳ καὶ τὸ προσδέχεσθαι· ὥσπερ ἂν εἰ τῆς ἀκαταλήπτου καὶ ὑπερουσίου θεότητος ὅρον τινὰ καὶ λόγον ἡμεῖς τὸ προσδέχεσθαι· ἐτιθέμεθα, ἀλλὰ μὴ τῷ θείῳ ταύτην ἀφοσιοῦντες ἦμεν τοῦτ' αὐτὸ δὲ ἀξιώματι. Ταῦτα μὲν ὁ Ἀντιοχείας, ἵνα μὴ, τὸ καθ' ἕκαστον τῶν παρ' αὐτοῦ λεχθέντων ἐπεξιόντες, ἐπὶ πολὺ τὸν λόγον ἐκτείνωμεν.

Ὡς δὲ πρὸ πάντων ἡμῶν ὁ πολὺς τῇ φρονήσει καὶ γεραρὸς τῷ νοεῖν, ὁ θεοδίδακτον ὄντως φέρων κατὰ τὸν Σολομῶντα διάνοιαν, κράτιστος καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς, καὶ εἰς λόγους αὐτῷ συνελθεῖν διαλεκτικῶς οὐκ ἀπώκνησε, καὶ ῥήμασι παραινετηρίοις ὑπαγαγέσθαι σπεύδων αὐτὸν οὐ διέλιπε, καὶ τοῖς ἐλέγχοις βάλλων αὐτοφυῶς ὁ μεγαλοφυὴς καὶ ἐπιστημονάρχης οὐκ ἐνέκρησε, καὶ νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δὲ ἐκεῖνο ποιῶν ἀγχιστρόφοις ἐπιχειρήμασιν οὐκ ἀπέκαμεν· ἐν οἷς ἐκεῖνα παρακαλῶν αὐτὸν ἐφιλανθρωπεύετο, ἄττα δήπου καὶ Κορινθίοις ἐπιστέλλων ὁ μέγας

Παῦλος προέγραψεν, ἵνα τὸ αὐτὸ δηλονότι λέγωμεν πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ἡμῖν σχίσματα· ὁ μὲν δὲ κατηρτισμένος ἐν τῷ αὐτῷ νοὶ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ, εἶτ' οὖν ὁ ταράσσων τὴν Ἐκκλησίαν, αὐτὸς βαστάζει τὸ κρῖμα. Ὡς οὖν οὕτω ταῦτα, ὁ δὲ καὶ ἔτι τῆς οἰκείας ἐνστάσεως οὐ μεθίστατο, καὶ τοιοῦτόν τί φησι πρὸς αὐτὸν ὁ σοφὸς τὰ θεῖα τῷ ὄντι κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεύς· Ποῖος φόβος ἐπήρτηται σκοπητέον τῷ λέγοντι τὴν ὁμοούσιον καὶ ἀδιαίρετον Τριάδα τὴν ὑπὲρ ἡμῶν θυσιὰν προσδέχεσθαι· καὶ τίνι τῶν τριῶν ὑποστάσεων τὴν κατ' αὐτοῦ ἀγανάκτησιν ἐπενδείξασθαι οἴεται. Πότερον ὁ Πατὴρ τῷ τοιούτῳ ἀνθρώπῳ ἀγανακτήσει ὅτι τὸν Υἱὸν ἰσότιμον τίθησιν; ἄπαγε. Ἀλλ' ὁ Υἱὸς ἐν τούτῳ δυσχέρανεῖ ὅτι τῷ ἰδίῳ Πατρὶ παρ' ἡμῶν συνδοξάζεται; Καὶ μὴν αὐτὸς τῆς δόξης τῆς πατρικῆς ὢν ἀπαύγασμα ἐν Εὐαγγελίοις εἶπεν· Ὁ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν οὐδὲ τὸν Πατέρα τιμᾷ· καὶ ὅτι Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν. Ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα, ὃν συναίδιόν ἐστι τούτοις καὶ σύνθρονον; Οὐ μὴν οὖν· οὐδὲ γὰρ οὐδὲν τῆς Τριάδος καθέστηκεν ἄτιμον. Ὡς παράλογος ἄρα ὁ περὶ τούτου φόβος, ἵνα μὴ λέγω πάντη καὶ ἀλογώτατος.

Τοῖς γοῦν τοιοῖσδε λόγοις πολὺ μὲν ἔχουσι τὸ σοφὸν, οὐχ ἧττον δὲ τούτου καὶ τὸ ἀναγκαστικὸν πρὸς πειθώ τε καὶ συγκατάθεσιν, τὸ σκληρὸν τῆς τούτου ἐνστάσεως καὶ ἀνένδοτον καταμαλάξας ὀψέ ποτε μόλις αὐτὸν μεταμέλῳ χρησάμενον μεταβουλεύσασθαι πέπεικεν· ἐφ' οἷς ὁμοφρονεῖν ἡμῖν καὶ αὐτὸς συγκατέθετο τοσοῦτον, ὥστε, τὴν οἰκείαν γνώμην ἐγγράφως ἐκθέμενος, ἀναθέματι καθυποβαλεῖν τοὺς μὴ οὕτω φρονοῦντας, μηδὲ πιστεύοντας ὡς τῇ Ἐκκλησίᾳ δοκεῖ· ἣν δὲ γνώμην ἐν μέσῳ τοῦ βασιλείου τοῦδε καὶ ἱεροῦ συνεδρίου αὐτὸς ἀναστὰς ὑπανέγνωσεν, τάδε πρὸς ἔπος διαλαμβάνουσαν. Ὁμοφρονῶ τῇ ἱερᾷ καὶ ἁγίᾳ συνόδῳ ἐπὶ τῷ τὴν θυσίαν καὶ τὴν νῦν προσαγομένην, καὶ τότε προσαχθεῖσαν παρὰ τοῦ μονογενοῦς καὶ ἀνθρωπήσαντος Λόγου, καὶ τότε προσαχθεῖσαν, καὶ νῦν πάλιν προσάγεσθαι, ὡς τὴν αὐτὴν οὖσαν καὶ μίαν· καὶ τῷ μὲν οὕτω φρονοῦντι ἀνάθεμα· κἄν τι πρὸς ἀνατροπὴν εὑρίσκηται γεγραμμένον, ἀναθέματι καθυποβάλλω· Ἡ ὑπογραφή· Σωτήριχος Παντεύγενος.

Τούτων οὖν συνενεχθέντων, ἐδόξεν ἡμῖν δίον εἶναι τὸ κατασκοπῆσαι λοιπὸν καὶ τὰ περὶ τῆς αὐτοῦ καταστάσεως., εἰ ἄρα χρὴ τοῦτον ἐν ἱερατικῇ καταστάσει μένειν τὸ ἀπὸ τοῦδε, εἴτε καὶ εἰς ἀρχιερέα προβιβασθῆ· αὐτίκα οὖν ὁ κράτιστος καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς, τὴν περὶ τούτου ζήτησιν μὴ ἀνήκειν τῷ μεγίστῳ κράτει αὐτοῦ ἐπειπὼν, κατὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν ἐνδεχόμενον κανονικῶς τὰ περὶ τούτου ἐπέτρεψε διαπράξασθαι· ἐν πᾶσι γὰρ τὴν τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων ἀκριβεστάτην συντήρησιν ἀποδεκτέαν λογίζεται. Συνδιασκεψαμένοις οὖν ἡμῖν ἐν κοινῷ περὶ τούτου, ἀπεντεῦθεν πάσης ἱερατικῆς ἀξίας ἀνάξιος κέκριται ὁ ὑποψήφιος Ἀντιοχείας Θεουπόλεως Σωτήριχος ὁ Παντεύγενος· ἐκτὸς τοίνυν ἐξ ἡμῶν τῶν κατωτέρω ῥηθησομένων

A omnes dicamus, et in nobis non sint schismata[36]; qui autem in suo proposito sententiaque perseverat, id est Ecclesiam conturbat, ipse judicium portabit. His auditis, cum ille nihilominus resistendo non desisteret, hæc divina doctrina instructus vere potens et sanctus imperator noster addidit: Age videamus quisnam timor impendeat dicenti, quod consubstantialis et invidua Trinitas hostiam pro nobis oblatam recipiat; et cujusnam ex tribus personis indignationem formidare queat. Num Pater indignabitur huic homini, qui Filium æque secum honorandum statuit? apage. Num Filius ægre feret se cum suo Patre conglorificatum? Atqui ipse cum sit paternæ gloriæ splendor, in Evangelio ait: *Qui Filium non honorat, ne Patrem quidem honorat*[36a]; et: *Ego ac Pater unum sumus*[36b]. B Num denique irascetur sanctus Spiritus, qui cum his sempiternus est et in eodem residens throno? Minime gentium. Nihil enim in Trinitate caret honore. Stultus igitur hac super re timor, ac pene dixerim, stultissimus.

Hisce igitur valde doctis sermonibus persuadentibus æque et ad assensum compellentibus, contentionis suæ duritiem ac pertinaciam sero vix molliens, persuaderi sibi contrarium tandem est passus; ac per propriam sententiam scripto traditam, aliter sentientes neque Ecclesiæ doctrinam amplectentes anathemati subjecit: quam suam sententiam in medium progressus hujus regii sacrique synedrii stans legit, quæ ita ad litteram se habebat: Assentio sacræ sanctæque synodo in hoc dogmate, C quod sacrificium tam quod nunc offertur, quam illud ab unigenito olim incarnato Verbo oblatum, et tunc oblatum fuerit et nunc offeratur, tanquam unum idemque. Et qui minime sic censet, eum anathematizo; et si quid contrarium reperiatur scriptum, id pariter anathematizo. Soterichus Panteugenus subscripsi.

His ita compositis, visum est nobis dispiciendum quoque fore de hujus ordinatione, nempe utrum oporteret hunc deinceps in ecclesiastico statu manere, vel ad ipsum pontificatum promoveri. Statim igitur potentissimus sanctusque noster imperator, hanc quoque quæstionem minime esse differendam sua maxima auctoritate annuens, quid- D quid nobis canonice facere placuisset concessit. Putat enim sacrorum divinorumque canonum exactam observantiam in cunctis tenendam. Ergo communi consilio deliberantibus, omni in posterum sacerdotali dignitate indignus judicatus est Soterichus Panteugenus Antiochiæ Dei civitatis electus patriarcha. Cum vero septem ex nobis infra nominandi postulassent, ut primo accuratius de

[36] I Cor. 1, 10. [36a] Joan. v, 23. [36b] Joan. x, 30.

hac re dispiceremus, deinde in alia sessione sententiam quisque suam proferrent.

Ego quidem Constantinopolitanus, non admittendum ad sacerdotium aio hunc, quia jam biennio non clam neque in angulis, sed manifeste recto dogmati contradicit, seque publicum pravæ doctrinæ fautorem defensoremque profitetur.

Ego Hierosolymitanus idem censeo quod sanctissimus dominus meus et consacerdos Constantinopolitanus de hoc proposito pie et secundum Dei voluntatem statuit.

Ego Bulgarus aio fieri non posse ut hic sacerdotium retinere sinatur, quia tantum contra Dei Ecclesiam scandalum suscitavit, et qui complures huic esse asseclas puto, nescimusque utrum ad veritatem sincero judicio reversuri aliquando sint. Quod si juxta effatum Dominicum, homini qui minimum aliquem Christo credentem scandalizaverit, expedit ut lapide molario in ejus collum immisso præcipitetur, et in maris profunditatem jaciatur[40]; qui multos circa dogma scandalizavit, quantæ erit pœnæ obnoxius ? Insuper ex diversis divinis canonibus satis cognoscitur, hunc ad sacerdotium minime admitti posse, imo deponendum.

Ego quoque Cyprius aio, me utpote extraneum antea quidem non satis cognovisse quas iste vomit blasphemias adversus rectum Ecclesiæ dogma. Sed enim ex his quæ hodie ipsum audivi dicentem ante regium et ecclesiasticum thronum, non pontificatui tantummodo cum prorsus ineptum judico, verum etiam diaconali gradu, quem hactenus tenuisse videtur, indignum, ita ut ex hoc etiam ejiciendus videatur.

Ego Cæsariensis hunc, utpote sæpe orthodoxiæ adversatum, ad sacerdotium non admitto.

Ego Corinthius judico hunc omni sacerdotio indignum, utpote irreligiosum et blasphemias non solum mente foventem, verum etiam loquentem. Quamvis enim illis nunc anathema dixit, nihilominus sacerdotio et clero excluditur juxta magnum Athanasium Alexandrinum in Epistola ad Rufinianum episcopum, juxtaque alios divinos canones. Certe synodica sexti concilii definitio ita partim se habet : « His itaque cum omni diligentia curaque eximia a nobis constitutis, definimus nemini licere aliam fidem proferre seu conscribere, vel componere, neque aliud symbolum exponere aut docere vel tradere. » Et paucis interpositis : « Vel novum loquendi genus, seu vocabulorum inventionem invehere, ad dogmatum quæ definivimus subversionem. Quod si id faciant episcopi aut clerici, episcopatu et clericatu extorres fiant ; si

A αἰτησαμένων κατασκέψασθαι πρότερον περὶ τούτου τὸ τελεώτερον, καὶ ἐν ἑτέρᾳ συνελεύσει τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἀποφήνασθαι.

Ἐγὼ μὲν ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἀπαράδεκτον εἰς ἱερωσύνην τοῦτόν φημι εἶναι, ὡς ἐπὶ δύο ἤδη χρόνους οὐ κρύφα οὐδ' ἐν γωνίᾳ, ἀλλὰ φανερῶς κατὰ τοῦ ὀρθοῦ παῤῥησιαζόμενον δόγματος, καὶ συνήγορον ὄντα λαμπρὸν τῆς ἀσεβείας καὶ πρόμαχον.

Ἐγὼ δὲ ὁ Ἱεροσολύμων αὐτὰ ταῦτα καὶ αὐτὸς γνωματεύω ἅπερ ὁ ἁγιώτατος ἐμοῦ δεσπότης καὶ συλλειτουργὸς ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ὑποθέσει θεαρέστως ἄγαν καὶ εὐσεβῶς ἀπεφήνατο.

Ἐγὼ δὲ ὁ Βουλγαρίας λέγω ἀδύνατον εἶναι τὸ παραδεχθῆναι τοῦτον ἔχειν ἱερωσύνην, ὅτι τε τοιοῦτον σκάνδαλον κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐξήγειρε, B καὶ ὅτι καὶ διάφοροι τούτῳ οἶμαι συνηκολούθησαν, καὶ ἀγνοοῦμεν εἰ πρὸς ἀλήθειαν μετὰ ὀρθοῦ φρονήματος καὶ τότε ἐπιστραφῆσονται· καὶ εἴπερ κατὰ τα Κυριακὰ λόγια τῷ ἕνα τινὰ τῶν μικρῶν σκανδαλίσαντι των πιστευόντων εἰς τὸν Χριστὸν συμφέρον ἐστὶν ἵνα λίθος μυλωνικὸς εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ κρεμασθῇ, καὶ εἰς βυθὸν θαλάσσης ἀπορριφῇ, ὁ πολλοὺς σκανδαλίσας ἐπὶ τῷ δόγματι, ὁποίᾳ ἔσται τιμωρίᾳ ὑπόδικος ; Ἀλλὰ καὶ ἐκ διαφόρων θείων κανόνων τὸ ἀπαράδεκτον πρὸς ἱερωσύνην καὶ καθῃρημένον τοῦτον εἶναι διαγινώσκεται.

Ἀλλὰ κἀγὼ ὁ Κύπρου τοῦτό φημι, ὡς τὰ μὲν ἄλλα τοῦ ἀνδρὸς ἀπόδημος ὤν, τὸ πρότερον οὐ σύνοιδα ἀκριβῶς ὅσα καὶ βλασφημῆσαι λέγεται κατὰ τοῦ ὀρθοῦ δόγματος τῆς Ἐκκλησίας· ἀφ' ὧν δὲ C σήμερον ἐνώπιον τοῦ βασιλικου καὶ ἱερατικου βήματος τουδε ἐκροασάμην λέγοντος τούτου, οὐ μόνον εἰς ἀρχιερωσύνην ἀπαράδεκτον εἶναι παντάπασιν ἀποφαίνομαι αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτον του διακόνου βαθμου ὃν δοκεῖ τέως ἔχειν, ἀνάξιος πάντη καθέστηκεν, ὡς ἀφαιρετέου καὶ τούτου τυγχάνοντος ἐξ αὐτου.

Ἐγὼ δὲ ὁ Καισαρείας ὡς πολλάκις κατὰ τῆς ὀρθοδοξίας αὐτὸν ἐνστάντα εἰς ἱερωσύνην οὐ παραδέχομαι.

Ἐγὼ δὲ ὁ Κορίνθου κρίνω τουτον πάσης ἱερωσύνης ἀνάξιον, ὡς ἀσεβῆ τε καὶ βλάσφημα φρονήσαντα καὶ λαλήσαντα· εἰ γὰρ καὶ ἀναθέματι νυν καθυπέβαλεν, ἀλλὰ τῆς ἱερωσύνης καὶ του κλήρου ἐκβέβληται, κατὰ τὸν Ἀλεξανδρείας μέγαν Ἀθανάσιον πρὸς Ῥουφινιανὸν ἐπισκοπον γράψαντα, καὶ καθ' ἑτέρους θείους κανόνας· ὁ μέν τοι συνοδικὸς ὅρος τῆς ἁγίας ἕκτης συνόδου οὕτως ἐν μέρει διείξεισι· D « Τούτων τοίνυν μετὰ πάσης ἀκριβείας τε καὶ ἐμμελείας πανταχόθεν παρ' ἡμῶν διατυπωθέντων, ὁρίζομεν ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἤγουν συγγράφειν ἢ συντιθέναι πίστιν ἑτέραν, ἢ προκομίζειν ἢ διδάσκειν ἢ παραδιδόναι ἕτερον σύμβολον. » Καὶ μετά τινα· » Ἢ καινοφωνίαν ἤτοι λέξεων ἐφεύρεσιν πρὸς ἀνατροπὴν εἰσάγειν τῶν νυν παρ' ἡμῶν διορισθέντων, ἐπισκόπους μὲν ὄντας ἢ κληρικούς, ἀλλοτρίους εἶναι τῆς ἐπισκοπῆς καὶ του

[40] Matth. xviii, 6.

κλήρου· μονάζοντας δὲ ἢ λαϊκούς, , ἀναθεματίζεσθαι. » Τούτῳ συμφθέγγονται καὶ ὁ τῆς ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον ἁγίας συνόδου ὅρος, καὶ ἕτερος θεσμὸς τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων Πατέρων.

Ἐγὼ δὲ ὁ Ἀθηνῶν ὑψί φημι καὶ μόλις μεταμαθόντα αὐτὸν τὴν ἀσέβειαν, καὶ ταῦτα ὑποψήφιον ὄντα πατριάρχην, εἰς ἱερωσύνην οὐκ ἄν ποτε παραδέξωμαι· ἀλλὰ κἄν τινες παραδέξωνται, ἑαυτὸν ἐξ αὐτῶν ἀποῤῥήγνυμι.

Ἐγὼ δὲ ὁ Λαρίσσης, τῷ Ἀθηνῶν ἐς τὰ λοιπὸν συμφρονῶν, ἀπὸ τῆς τοῦ μεγάλου μᾶλλον Ἀθανασίου ἐπιστολῆς ἀποκηρύττω τοῦτον τοῦ ἱερατικοῦ παντὸς ἀξιώματος.

Ἐγὼ δὲ ὁ Ἀδριανουπόλεως τοῦτο λέγω, ὅτι, ἐὰν ἀπὸ τῶν θείων καὶ ἀχράντων εὐαγγελιστῶν, καὶ τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων, οὐ δύναται τῆς ἱερωσύνης (τυγχάνειν) κἂν ἅπαξ ἐλεγχθῇ ἑαλωκὼς ἐπί τινι ἁμαρτήματι, οἷοις δὴ περιπίπτομεν ἄνθρωποι ὄντες, καὶ τὸν πηλὸν τοῦτον καὶ σαρκικὸν περικείμενοι, πῶς ἔστι δυνατὸν εἰς ἱερωσύνην προβιβασθῆναι τὸν ὑποψήφιον Ἀντιοχείας, ἄνθρωπον ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα ἔτη γενόμενον, δοκοῦντά τε λόγοις σοφοῖς ἐνευδοκιμεῖν, καὶ εἰς πατριαρχικὸν θρόνον προβεβλημένον, καὶ νῦν φάντα οὐ μόνον λόγους τῆς ὀρθοδόξου ἀλλοτριόφρονας πίστεως, ἀλλὰ καὶ λόγον συγγραψάμενον πλήρη βλασφημιῶν καὶ ἀποφημιῶν δυσσεβῶν, καὶ μόλις ποτὲ μεταπεισθέντα καὶ μεταμαθόντα τὸ εὐσεβὲς καὶ τὸ ὀρθόδοξον; Διὰ τοῦτο τοίνυν οὐδὲ αὐτὸς ἄξιον ἱερωσύνης τὸν τοιοῦτον λογίζομαι.

Καὶ εἰς ἀνασκοπὴν συνελθόντες οἱ αὐτίκα τὴν κατ' αὐτὸν ψῆφον ἐκθέμενοι, ἀποφαινόμεθα τοῦτον ἱερωσύνης πάσης ἀνάξιον, οὐ διὰ τὰ σήμερον μόνον παρ' αὐτοῦ λαληθέντα μετὰ πολλῆς τῆς ἐναντίας, ἀλλ' ὅτι περ ἐξ ὅτου τὸ βλάσφημον τοῦτο διεθρυλλήθη δόγμα, καὶ λόγος ἐξέθετο τῆς καινοφανοῦς ταύτης αἱρέσεως συνήγορος· καὶ οὐ μόνον προστάτης ἐγγράφως καὶ πρόμαχος τῆς τοιαύτης ἀσεβείας ἐδείκνυτο, ἀλλὰ καὶ ἀγράφως πλειστάκις διαλεγόμενος πρός τε ἄλλους πολλοὺς καὶ τινας ἐξ ἡμῶν, οὕτως ἀναφανδὸν ἐκύρου τὴν τοιαύτην ἀσέβειαν, καὶ τὰς τῶν Χριστιανῶν ψυχὰς ἐσκανδάλιζε. Καὶ ἡμῖν μὲν οὕτω τὴν σήμερον τοῖς πλείοσι τοῦ συλλόγου τὰ κατ' αὐτοῦ ἀποπέφαντσι, ἐν ᾗ καὶ ἡ τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων θείων Πατέρων ὁμήγυρις ἐπὶ τῇ τοῦ ματαιόφρονος Ἀρείου καθαιρέσει, τῇ Ἐκκλησίᾳ εὖ ποιοῦσα συνέδραμε· τισὶ δὲ ἐξ ἡμῶν, ἤγουν τῷ Ἡρακλείας, τῷ Κυζίκου, τῷ Σίδης, τῷ Θεσσαλονίκης, τῷ Καισαρείας, τῷ Φιλίππων, καὶ τῷ Λαοδικείας, οὐκ ἀπεντεῦθεν γνωμοδοτῆσαι περὶ τούτου δεῖν ἔδοξεν ἀλλὰ σκοπῆσαι, καὶ οὕτω τὸ δόξαν ἀποφήνασθαι.

Μηνὶ Μαΐῳ, ιγ' ἡμέρᾳ, β' ἰνδικτιῶνι, προκαθημένου τοῦ θεοστέπτου βασιλέως ἡμῶν καὶ αὐτοκράτορος ἡμῶν Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ ἐν τῷ παλατίῳ τῶν Βλαχερνῶν, παρισταμένων τῇ ἁγίᾳ βασιλείᾳ αὐτοῦ πάντων τῶν ἀναγεγραμμένων, ἄνευ τοῦ πρωτονοταρίου, τοῦ μεγάλου δρουγγαρίου, τοῦ πρωτασηκρήτις, καὶ τοῦ νομοφύλακος, συνεδριαζόντων αὐτῷ ἄνευ τοῦ Ἀντιοχείας ἡμῶν τῶν καὶ διαι-

A monachi aut laici, anathemate feriantur. » Canoni huic consona secundæ quoque Nicænæ synodi definitio, atque aliæ etiam sanctorum atque a Deo afflatorum Patrum auctoritates.

Ego Atheniensis hunc vix seroque a sua impietate recedentem, et quidem cum jam esset patriarcha electus, ad sacerdotium nunquam admittam. Quin si qui eum admiserint, me ab his segrego.

Ego Larissæus cum Atheniensi cæteroqui consentiens, fretus magni præsertim Athanasii epistola, huic homini omnem ecclesiasticam dignitatem abjudico.

Ego Adrianopolitanus aio, quod si jubentibus divis incorruptisque evangelistis, sacrisque et B divis canonibus, haud licet sacerdotium assequi homini illi qui vel semel alicujus peccati convictus fuerit, cujusmodi accidunt hominibus hoc limo et carne circumdatis, qui liceat ad sacerdotium provehere hunc electum Antiochenum, hominem sexagenariam ætatem prætervectum, litteratura clarum, patriarchali sedi destinatum, nunc autem non modo sermonibus utentem ab orthoxa fide abhorrentibus, verum etiam libelli auctorem, qui blasphemiis impiisque absurditatibus scatet, vixque demum resipiscentem, et ad pietatem orthodoxiamque redeuntem? Quæ cum ita se habeant, ego quoque a sacerdotio hunc repello.

Ergo ad scrutinium convenientes, qui modo C sententiam contra illum diximus, declaramus eum omni sacerdotio indignum, non ob ea tantummodo quæ is hodie multa cum pertinacia locutus est, sed quia ab ipso blasphemum hoc dogma divulgatum est, et libellus etiam perscriptus novæ hujus hæreseos assertor. Neque solum antesignamus atque defensor scripto suo hujusce impietatis exstitit, verum etiam absque scripto sæpe colloquens modo cum aliis multis, modo etiam cum nostrum nonnullis, sic manifeste impium hunc errorem sanciebat, et Christianorum animabus scandalo erat. Et nos ergo synodi hujus pars major in hunc hominem hoc die sententiam dicimus, quo collectum quoque Nicææ sanctorum Patrum concilium ad vesani Arii damnationem, similiter Ecclesiæ laboranti justas suppetias tulit. Attamen nonnullis D nostrum nimirum Heracleensi, Cyziceno, Sidensi, Thessalonicensi, Cæsariensi, Philippensi, Laodiceno, haud visum est in præsenti de hoc decernere, sed adhuc considerandum, et tum demum sententiam ferendam.

Mensis Maii die tertia decima, indictione secunda, præsidente a Deo coronato imperatore nostro et domino Manuele Comneno, in Blachernarum palatio, assistentibus sanctæ majestati ejus cunctis prædictis, exceptis protonotario, magno drungario protoasecretis, et nomophylace; considentibus nobis patriarchis, absque Antiocheno, et de hac re judicantibus; socio judicii nostri Bul-

garo, absque Cyprio qui non interfuit, nobis inquam, suprascriptis episcopis astipulantibus.

Quandoquidem hesterna acta quæ propter temporis augustias lecta non fuere, hodie demum legenda erant, neque aderat magnæ Dei civitatis Antiochiæ electus olim patriarcha Soterichus Panteugenus, etsi is a regia divaque circumspectione sine dilatione comparere hodie jussus fuerat; idcirco necesse fuit illi iterum intimare notitiam, ut actorum lectioni interesset; quod si forte nollet nihilominus actorum lectionem fieri oportere. Delegati sunt igitur ad ipsum e nostris præsulibus Corinthi Theodorus, Adrianopoleos Leo, Parii Nicolaus; quibuscum missus fuit etiam judex veli Thomas Hapluchres. Hi vero rem significantes, scriptam denuntiationem apud eum reliquerunt comparendi, uti dictum est. Scheda autem tradita ita ad litteram se habebat:

Mensis Maii die tertia decima, indictione secunda, præsentibus diacono Magnæ Ecclesiæ Belissariota Theodoro, Georgio lectore Antiochiæ modestiæ præposito, Georgio Scutariota lectore Adrianopolitano; regali divoque et venerando jussu, licet non scripta, nos episcopi auctoritate demandata a sanctissimo domino et œcumenico patriarcha, et a sanctissimo Hierosolymorum patriarcha monacho domino Joanne, insuper etiam a sanctissimo archiepiscopo totius Bulgariæ, charissimo patruo potentis sanctique nostri imperatoris, monacho inquam, domino Joanne Comneno; nec non ad ea quæ in Blachernarum palatio convenit sancta divaque synodo; pervenimus ad venerandum Hodegorum cœnobium, atque in conspectum admissi electi olim patriarchæ Dei urbis Antiochiæ magnæ domini Soterichi Panteugeni, nuntiavimus ei quæ in mandatis habuimus, his verbis: Potentissimus et sanctus imperator noster jussit heri, ut dicta sancta synodus tuque etiam hodie conveniatis ad lectionem audiendam commentarii de rebus disputatis et actis, te audiente, hesterna die quæ fuit præsentis mensis duodecima coram regali throno, sanctaque et divina synodo. Quoniam vero dicti sanctissimi patriarchæ cæterique antistites convenerunt in Blachernarum palatio, ac jam præsidente a Deo coronato imperatore, et synodi pleno numero, tu non adfuisti, missi nos fuimus, uti dictum est, ad te invitandum, ut sine mora adsis hodie lectioni actorum hesternorum. Scito enim, quod si minime id facias, vel te absente acta nihilominus legentur. Coactus enim a Deo electus sanctissimus noster imperator

(26) Περιωπή, Latine *circumspectio*, vocabulum honoris quo utitur erga cardinales Adrianus VI. PP, apud nos *Spicileg.* t. II, Præf. p. XIII. Equidem absque hoc synodalis scripturæ exemplo, nunquam putassem Latinos a Græcis hujusmodi titulum sumpsisse.

A τώντων τῇ ὑποθέσει πατριαρχῶν, συνδιαιτῶντος ὁμοίως καὶ ἐμοῦ Βουλγαρίας, ἄνευ τοῦ Κύπρου μὴ συμπαρουσιάζοντος, συνδιαγνωμονούντων ἡμῶν τῶν προαναγεγραμμένων πάντων ἀρχιερέων.

Ἐπεὶ τὸ κατὰ τὴν χθὲς γεγονὸς σημείωμα μὴ φθάσαν ἀναγνωσθῆναι διὰ τὸ στενὸν τοῦ καιροῦ ἐμελλεν ἀναγνωσθῆναι τὴν σήμερον, οὐ παρῆν δὲ ὁ φθάσας πατριάρχης Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας Σωτήριχος ὁ Παντεύγενος, καὶ ταῦτα παραγγελθεὶς παρὰ τῆς βασιλείου καὶ θείας περιωπῆς (26) παρουσιάσαι ἀνυπερθέτως τὴν σήμερον· ἐδέησε διὰ ταῦτα καὶ πάλιν δοθῆναι αὐτῷ εἴδησιν ὡς ἂν παρουσιάσῃ ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τοῦ τοιούτου σημειώματος· εἰ μὴ βούλοιτο, καὶ ἀπόντος αὐτοῦ τὴν τούτου γενέσθαι ἀνάγνωσιν. Ἀπεστάλησαν οὖν πρὸς B αὐτὸν ἀπὸ μὲν τῶν ἀρχιερέων ἡμῶν ὁ Κορινθου Θεόδωρος, ὁ Ἀδριανουπόλεως Λέων ὁ Παρίου Νικόλαος· συνδιεστάλη δὲ τούτοις ὁ κριτὴς τοῦ βήλου Θωμᾶς Ἁπλούχρης· καὶ διεμηνύσαντο τούτων. παραγγελίαν ἔγγραφον θέμενοι πρὸς αὐτὸν, ἵνα παρουσιάσῃ, ὡς εἴρηται. Ἔσχεν τὸ παρ' αὐτῶν ἐκτεθὲν σημείωμα ῥητῶς οὑτωσί.

Μηνὶ Μαΐῳ, ιγ΄ ἡμέρᾳ, ἰνδικτιῶνι β΄, παρουσίᾳ διακόνου Θεοδώρου τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας τοῦ Βελισσαριώτου, Γεωργίου ἀναγνώστου Ἀντιοχείας τοῦ ἐπὶ τῆς εὐταξίας, Γεωργίου ἀναγνώστου Ἀδριανουπόλεως τοῦ Σκουταριώτου, Νικολάου ἀναγνώστου τοῦ Ἀττικοῦ, καὶ Λέοντος τοῦ Ἀδριανουπολίτου· ἀπὸ βασιλικῆς καὶ θείας προσκυνήτης ἀγράφου προστάξεως, ἡμεῖς οἱ ἀρχιερεῖς ἐξ ἐπιτροπῆς τοῦ τε C ἁγιωτάτου δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἱεροσολύμων μοναχοῦ κυροῦ Ἰωάννου, ἔτι δὲ καὶ τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου πάσης Βουλγαρίας καὶ περιποθήτου θείου τοῦ κρατίστου καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως μοναχοῦ κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐν τῷ παλατίῳ τῶν Βλαχερνῶν συνδραμούσης τὴν σήμερον ἱερᾶς καὶ θείας συνόδου, παρεβάλομεν τῇ σεβασμίᾳ μονῇ τῶν Ὁδηγῶν, καὶ εἰς ὄψιν ἐλθόντες τῷ φθάσαντι προβληθῆναι πατριάρχῃ Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας κυρῷ Σωτηρίχῳ τῷ Παντευγένῳ, ἀνηγγείλαμεν αὐτῷ τὰ ἐνταλθέντα ἡμῖν, εἰπόντες ὡς Ὁ κράτιστος καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς ὥρισε κατὰ τὴν χθὲς συνελθεῖν κατὰ τὴν σήμερον τὴν ῥηθεῖσαν ἁγίαν σύνοδον καὶ σὲ ἐπὶ τῷ ἀναγνωσθῆναι τὰ σημειωθέντα ἐπὶ τοῖς λαληθεῖσι καὶ πραχθεῖσιν ἐπ' ἀκροάσει σου κατὰ τὴν χθὲς ιβ΄ τοῦ D παρόντος μηνὸς ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ βήματος καὶ τῆς ἱερᾶς καὶ θείας συνόδου. Ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν ῥηθέντες ἁγιώτατοι πατριάρχαι καὶ οἱ λοιποὶ ἀρχιερεῖς συνῆλθον εἰς τὸ ἐν Βλαχέρναις παλάτιον, καὶ προκαθίσαντος τοῦ θεοστεφοῦς ἡμῶν αὐτοκράτορος καὶ τοῦ συλλόγου παντὸς πλήρους ὄντος, σὺ οὐκ ἐνεδήμησας· ἀπεστάλημεν ἡμεῖς, ὡς δεδήλωται, μεταπαλέσασθαί σε, ἐφ' ᾧ ἀνυπερθέτως παρουσιάσαι τὴν σήμερον ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῶν σημειωθέντων κατὰ τὴν

χθές· ὀφείλοντα εἰδέναι ὡς, εἰ μὴ τοῦτο ποιήσαις, καὶ σοῦ μὴ ἐνδημήσαντος ἀναγνωσθήσεται τὸ τοιοῦτον· κατεπειγόμενος γὰρ ὁ θεοπρόβλητος καὶ κράτιστος ἡμῶν αὐτοκράτωρ ἐξελθεῖν εἰς τὴν προκειμένην εὐτυχῶς σὺν Θεῷ ἐκστρατείαν, διά τάς ἐπικειμένας κοσμικὰς ἀναγκαίας φροντίδας οὐκ ἔχει πλέον ἀναρτᾷν τὴν ἐξέλευσιν· καὶ διὰ τοῦτο χθές τε ὥρισε συνελθεῖν πάντας κατὰ τὴν σήμερον, καὶ νῦν προκάθηται πανημέριος τὴν σὴν ἀναμένων ἐπιδημίαν.

A procedere ad paratam Deo favente militarem expeditionem, propter instantes necessariasque imperii curas, haud diutius discessum suum potest differre. Proptereaque heri mandavit, ut cuncti hodie convenirent; et nunc tota die sedet in solio tuum præstolans adventum.

Ὁ δὲ πρὸς ταῦτα ἀντεφθέγξατο μὴ δύνασθαι παρουσιάσαι μήτε τήμερον μήτε αὔριον διὰ τὸ πυρέττειν, ὡς ἔλεγεν· ἐπὶ κλίνης γὰρ ἀνέκειτο, καὶ ἀγνοεῖν εἰ ἐπιταθῇ αὐτῷ τὰ τῆς νόσου· προσθέμενος ὅτι, Ἐμοῦ ἀπόντος, ὃ αἱροῦνται ποιησάτωσαν, Ἡμεῖς δὲ καὶ αὖθις διελαλήσαμεν πρὸς αὐτὸν, ὡς εἰ μὴ παρουσιάσει ἄρτι, ἀναγνωσθήσεται τὸ διαληφθὲν σήμερον, καὶ πᾶσα θύρα δικαιολογίας τούτῳ ἀποκλεισθήσεται. Ἀνεγνώσθη τοίνυν αὐτὸ ἐπὶ βασιλικοῦ βήματος· καὶ ἠρωτήθημεν οἱ παρουσιάσαντες πατριάρχαι, κἀγὼ ὁ Βουλγαρίας, καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἡμεῖς, εἰ δεῖ λοιπὸν τὴν ἀνάγνωσιν γενέσθαι τοῦ ἐκτεθέντος κατὰ τὴν χθές, ὡς δεδήλωται, σημειώματος· καὶ ὡς οὐδεὶς ἐξ ἡμῶν ἀμφιβάλλων πρὸς τὸ ἀναγνωσθῆναι τοῦτο ἐτύγχανεν, ἀνεγνώσθη αὐτό. Ἐπεὶ οὖν συμπαρῆμεν καὶ οἱ κατὰ τὴν χθὲς ζητήσαντες ἀρχιερεῖς σκέψασθαι περὶ τοῦ εἰ δεῖ ἐν ἱερᾷ καταστάσει τε εἶναι, εἴτε καὶ εἰς ἀρχιερέα προβιβασθῆναι τὸν δηλωθέντα Παντεύγενον εἴτε καὶ μή, τῶν ἄλλων ἁπάντων εἰπόντων ἀνάξιον αὐτὸν πάσης ἱερατικῆς καταστάσεως εἶναι, εἴπομεν καὶ ἡμεῖς, ὅ Ἡρακλείας δηλονότι, ὁ Κυζίκου, ὁ Σίδης, ὁ Θεσσαλονίκης, ὁ Νεοκαισαρείας, ὁ Φιλίππων, ὁ Λαοδικείας, τὰ αὐτὰ, καὶ περὶ τούτου φρονεῖν καὶ λέγειν τοῖς λοιποῖς συλλειτουργοῖς ἡμῶν, καὶ μηδὲν ἔχειν ἀμφίβολον.

Ad hæc respondit Soterichus, haud se posse vel hodie vel cras adesse, propter febrim qua se correptum dicebat; nam et in lecto jacebat, et ignarum se num morbus augeretur aiebat. Addidit tamen, ut se quoque absente, quod placitum foret decernerent. Tum nos rursus ipsi significavimus, quod nisi statim compareret, hodie legenda esset res prædicta, atque omni deinceps defensioni fores præcludendæ. Lectum fuit igitur synodale decretum coram regali throno; moxque fuimus interrogati nos patriarchæ ibi præsentes, et ego Bulgarus, cæterique nos episcopi, num reapse facienda lectio hesternorum, uti dictum est, actorum. Postquam vero nemo ex nobis quominus ea legerentur ambiguum se demonstravit, lecta fuerunt. Cum autem adessemus etiam nos alii episcopi, qui adhuc deliberandum heri censebamus, num vel in ecclesiastico statu retinendus esset vel etiam ad patriarchatum promovendus prædictus Panteugenus, necne; cæteris omnibus omni ecclesiastico statu indignum affirmantibus, nos quoque, Heracleensis scilicet, Cyzicenus, Sidensis, Thessalonicensis. Neocæsariensis, Philippensis, Laodicenus, pedibus in sententiam ivimus, neque eadem et sentire et loqui cum reliquis consacerdotibus nostris absque ulla dubitatione edidimus.

Ὁ ταπεινὸς μοναχὸς Λουκᾶς καὶ ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος νέας Ῥώμης τοῖς ἐν τῷ παρόντι τόμῳ γεγραμμένοις ἐπὶ τοῦ πρὸ ἡμῶν μακαριωτάτου πατριάρχου κυροῦ Κωνσταντίνου στοιχήσας καὶ αὐτὸς καὶ ὁρίσας ὑπέγραψα.

Humilis monachus Lucas, Dei miseratione archiepiscopus novæ Romæ, actis in præsenti tomo scriptis sub præcessore nostro beatissimo patriarcha domino Constantino consentiens ego quoque et definiens subscripsi.

Ὁ ταπεινὸς μοναχὸς Ἰωάννης καὶ ἐλέῳ Θεοῦ πατριάρχης τῆς μητρὸς πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν ἁγίας Σιὼν πόλεως Ἱερουσαλὴμ ὁρίσας ὑπέγραψα.

Humilis monachus Joannes, Dei miseratione patriarcha matris omnium Ecclesiarum sanctæ Sion urbis Jerusalem, definiens subscripsi.

Ὁ ταπεινὸς μοναχὸς Ἰωάννης καὶ ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος πρώτης Ἰουστινιανοῦ καὶ πάσης Βουλγαρίας ὁ Κομνηνὸς ὁρίσας ὑπέγραψα.

Humilis monachus Joannes Comnenus, Dei miseratione archiepiscopus primæ Justinianæ et totius Bulgariæ, definiens subscripsi.

Εἰ καὶ μετὰ τὸν μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον Βουλγαρίας ὑπέγραψα διὰ τὸ θεῖον καὶ ἀναγκαῖον τῆς ἐκκλησιαστικῆς, ὑποθέσεως, ἀλλ' οὖν οὐδὲν ἐκ τούτου τῷ θρόνῳ τῆς Σόπρου γενήσεται πρόκριμα ἐκ τῆς ἐμῆς ὑπογραφῆς, τὸν ἄνω τόπον, ὡς ἐγὼ λέγω, ἐκ διαφόρων δικαίων ἔχοντι· διὸ στοιχῶν καὶ αὐτὸς τοῖς ἐν τῷ τόμῳ ὁρισθεῖσι, φυλάττω καὶ ἐμαυτῷ τὸ τοῦ θρόνου δίκαιον. Ἀσπάζομαι δὲ καὶ τὰ γεγραμμένα, καὶ ταύταις ταῖς ἐννοίαις καὶ πίστεσι συναποθανεῖν εὔχομαι· Ὁ μοναχὸς ἐλάχιστος καὶ ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κύπρου Ἰωάννης.

Humilis monachus Joannes, Dei miseratione archiepiscopus Cypri Joannes.

Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος τῆς μητροπόλεως Καισαρείας Καππαδοκίας Στέφανος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Vilis archiepiscopus Cæsareæ metropoleos Cappadociæ Stephanus definiens subscripsi.

Vilis metropolita Heracleæ Petrus definiens subscripsi.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ἡρακλείας Πέτρος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Vilis metropolita Ancyræ Stephanus definiens subscripsi.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ἀγκύρας Στέφανος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Vilis metropolita Cyzici Joannes definiens subscripsi.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Κυζίκου Ἰωάννης ὁρίσας ὑπέγραψα.

Vilis metropolita Nicomediæ Theophylactus definiens suscripsi.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Νικομηδείας Θεοφύλακτος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Metropolita Nicææ Leo, quanquam huic quæstioni ventilandæ non interfui, de qua in præsenti commentario agitur, nihilominus consentiens præsenti actioni et ipse subscripsi.

Ὁ μητροπολίτης Νικαίας Λέων, εἰ καὶ μὴ παρῆμεν ἐπὶ τῇ ζητήσει τῆς παρούσης ὑποθέσεως, ἐφ' ᾗ καὶ τὸ παρὸν σημείωμα γέγονεν, ἀλλὰ στοιχῶν τῇ παρούσῃ πράξει ὑπέγραψα καὶ αὐτός.

Vilis metropolita Chalcedonis, etsi indignus, Constantinus consentiens et ipse pariter subscripsi.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Χαλκηδόνος, εἰ καὶ ἀνάξιος, Κωνσταντῖνος στοιχήσας καὶ αὐτὸς ὁμοίως ὑπέγραψα.

Vilis metropolita Sidæ Joannes ipse quoque definiens subscripsi.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Σίδης Ἰωάννης καὶ αὐτὸς ὁρίσας ὑπέγραψα.

Vilis archiepiscopus metropoleos Thessalonicæ Calus, ita semper per Dei gratiam sensi et sentio, docui et doceo; et sic usque ad vitæ meæ miserandæ terminum sentire et docere spondens, uti in præsenti tomo continetur, secutus cæterorum exemplum ipse quoque definiens subscripsi.

Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος τῆς μητροπόλεως Θεσσαλονίκης Κάλος, οὕτω Θεοῦ χάριτι φρονήσας τε καὶ φρονῶ, διδάσκων τε καὶ διδάξας, καὶ ἄχρι τέλους τῆς ἐλεεινῆς μου ζωῆς φρονεῖν τε καὶ διδάσκειν κατατιθέμενος, ὡς ἐν τῷ παρόντι τόμῳ διείληπται, ἀκολούθως τοῖς ἄλλοις καὶ αὐτὸς ὁρίσας ὑπέγραψα.

Vilis metropolita Claudiopoleos Gregorius definiens snbscripsi.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Κλαυδιουπόλεως Γρηγόριος ὁρίσας ὑπέγραψα,

Humilis episcopus sanctissimæ metropoleos Neocæsareæ definiens subscripsi.

Ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως Νεοκαισαρείας ὁρίσας ὑπέγραψα.

Vilis metropolita Laodiceæ Calus definiens subscripsi.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Λαοδικείας Κάλος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Vilis archiepiscopus metropoleos Corinthi definiens subscripsi.

Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπός τς μητροπόλεως Κορίνθου ὁρίσας ὑπέγραψα.

Vilis episcopus metropoleos Athenarum Georgius definiens subscripsi.

Ὁ εὐτελὴς ἐπίσκοπος τῆς μητροπόλως Ἀθηνῶν Γεώργιρς ὁρίσας ὑπέγραψά·

Vilis metropolita Amastridis Joannes definiens subscripsi.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ἀμάστριδος Ἰωάννης ὁρίσας ὑπέγραψα.

Vilis metropolita Mocesorum Leo definiens subscripsi.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Μωκησῶν Λέων ὁρίσας ὑπέγραψα.

Vilis metropolita Patrarum Constantinus, etsi hujus quæstionis examini nequaquam interfui, tamen consentiens præsenti actioni et ipse subscripsi.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Πατρῶν Κωνσταντῖνος, εἰ καὶ μὴ παρῆμεν ἐπὶ τῇ ζητήσει τῆς παρούσης ὑποθέσεως, ἀλλὰ στοιχῶν τῇ παρούσῃ πράξει καὶ αὐτὸς ὑπέγραψα.

Vilis metropolita Larissæ Georgius et ipse definiens subscripsi.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Λαρίσσης Γεώργιος καὶ αὐτὸς ὁρίσας ὑπέγραψα.

Vilis episcopus Nicopolitanæ sanctæ Dei Ecclesiæ Basilius et ipse subscripsi.

Ὁ εὐτελὴς ἐπίσκοπος τῆς ἐν Νικοπολει ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας Βασίλειος καὶ αὐτὸς ὑπέγραψα.

Theodorus vilis metropolita Philipporum definiens subscripsi.

Θεόδωρος ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Φιλίππων ὁρίσας ὑπέγραψα

Georgius vilis metropolita Apameæ definiens subscripsi.

Γεωργιος ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ἀπαμείας ὁρίσας ὑπέγραψα.

Vilis metropolita Corcyræ Constantinus definiens subscripsi.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Κερκύρας Κωνσταντῖνος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Vilis metropolita Methymnæ Michael consentiens definiensque subscripsi.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Μηθύμνης Μιχαὴλ στοιχήσας καὶ ὁρίσας ὑπέγραψα.

Joannes vilis metropolita Paronaxiæ et ipse definiens subscripsi.

Ἰωάννης ὁ εὐτελὴς μητροπαλίτης Παρονακξίας καὶ αὐτὸς ὁρίσας ὑπέγραψα.

Nicolaus vilis metropolita Attaliæ definiens subscripsi.

Νικόλαος ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ἀτταλείας ὁρίσας ὑπέγραψα.

Vilis metropolita Acardiopoleos Constantinus definiens subscripsi.

Ὁ εὐτελὴς Ἀρκαδιουπόλεως Κωνσταντῖνος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Μιχαὴλ ὁ εὐτελὴς ἐπίσκοπος Λήμνου ὁρίσας ὑπ- A ἐγραψα.

Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος τῆς Ἡρακλέος Ἀκάκιος μοναχὸς ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Ὑρκανίας Διονύσιος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ἀρχιερέων νείατος εἰνὶ [*ita cod.*] λόγῳ ἠδὲ τιμῇ σκεπτὴρ νωνύμων Δαλισανδῶν Κωνσταντῖνος ἰσοβριθῆ μοι τὰ ζυγὰ τοῦ νοῦ φέρω τῷ δεσπότῃ μου Σκουταριώτῃ Σίδης.

Ὁ εὐτελὴς ἐπίσκοπος Πατάρων Γεώργιος ὁρίσας ὑπέγραψα..

Michael vilis episcopus Lemni definiens subscripsi.

Vilis archiepiscopus Heracleæ Acacius monachus definiens subscripsi.

Vilis archiepiscopus Hyrcaniæ Dyonisius definiens subscripsi.

Antistitum ultimus et sermone et honore, ignobilium Dalisandorum excubitor, mentis meæ lancem gero parem domino meo Scutariotæ Sidensi.

Vilis epicopus Patarorum Georgius definiens subscripsi.

EX LIBRO XXV

LECTORI BENIVOLO ANGELUS MAIUS.

(Script. vet. tom. IV.)

1. Ineditam Græcæ Ecclesiæ synodum, dogmatis gravitate venerabilem, patriarcharum et metropolitanorum numero insignem, Manuelis gloriosissimi Cæsaris præsentia et actibus cohonestatam, ex autographo vetere, in ipsisque synodi penetralibus confecto codice, Deo favente, vulgamus. Est is codex Græcus Vaticanus 1176, membraneus, in-4, litteris paulo grandioribus summaque sedulitate et calligraphia scriptus; quem quidem olim vidit Leo Allatius (1), sed ubinam is latitaret, nequaquam indicavit, nunc autem in Vaticanæ bibliothecæ pluteis quærenti mihi facile occurit. Codicem esse autographum, docent ipsæ episcorum postremæ subscriptiones, charactere proprio singulorum satis vario et difficili exaratæ. Insuper hanc synodici codicis αὐθεντίαν demonstrant Manuelis imper. ejusque conjugis Mariæ, in fronte codicis auro et variis coloribus pictæ imagines, quæ nonnisi viventium principum fieri potuerunt : mortuo quippe Manuele, rerum statim publicarum summa conversio facta est, tyranno oborto Andronico, qui Mariam Augustam illico occidit, pauloque post Alexium puerum, Manuelis hæredem, pari scelere exstinxit. Eadem synodus exstat etiam in recentioribus Vaticanæ bibliothecæ codicibus, nempe Vat. 680, Reg. 67, Separatim yero dogmaticum Manuelis imp. edictum scribitur in Ottob. 309. Jam synodi hujus historicam notitiam apud Cinnamum (2), nec non apud Choniatam (3), atque Ephræmium (4) legere licet : cætera vero cum ex ipsa lectione synodi, quam ego Latinam feci, perquam lucide appareant, nolui hac super re verbosius præfari.

(1) *De consens.* lib. II, 12.
(2) *Hist.* VII, 5.
(3) *Hist.* VI, 2.
(4) *Vit. Cæsar.* V. 4746 sqq.

ΣΥΝΟΔΟΣ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΡΗΤΟΥ, ΟΤΙ, Ο ΠΑΤΗΡ ΜΕΙΖΩΝ ΜΟΥ ΕΣΤΙΝ.

SYNODUS

HABITA PROPTER ILLUD DICTUM, QUIA, *PATER MEUS MAJOR ME EST.*

Ἔκθεσις τῶν πραχθέντων ἐπὶ τῇ ζητήσει τῆς B ἐξηγήσεως τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ Εὐαγγελίῳ ἐμφερομένου ῥητοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ

Expositio eorum quæ gesta sunt ob controversiam interpretatione sententiæ, quæ in Evangelio prolata legitur a vero Deo et Servatore nostro Jesu

Christo, videlicet *Pater meus major me est* [1]. Recitatur autem quidquid antea dictum fuit ab iis qui varie sententiam illam interpretati sunt : atque in medium afferuntur sanctorum Patrum auctoritates : tum ea quæ deinde decreta fuerunt ; nec non illa quæ post veram interpretationem decreto constitutam, acciderunt. Postremo potentis sanctique regis nostri Porphyrogeniti, Romanorum imperatoris, domini Manuelis Comneni, religiosissimum edictum ponitur.

A Χριστὸν τοῦ, Ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστι. Δηλοῦσα καὶ τὰ πρότερον μὲν λαληθέντα παρὰ τῶν τὸ τοιοῦτον ῥητὸν διαφόρως ἑρμηνευόντων, τὰς προκομισθείσας τε χρήσεις τῶν ἁγίων Πατέρων, καὶ τὰ μετὰ τοῦτο κυρωθέντα, ἀλλὰ καὶ τὰ μετὰ τὴν κύρωσιν τῆς ἀληθοῦς ἑρμηνείας συνεκχυθέντα. Καὶ ἐπὶ τούτοις τὸ τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως Πορφυρογεννήτου καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων, κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ εὐσεβέστατον ἴδικτον.

ACTIO PRIMA.

1. Tertio jam et vicesimo anno imperii sceptrum tenente Manuele Comneno, quem in ipso partu purpura excepit, sapientia ad vitale lumen protraxit, fortitudo aluit, fides veræ religionis ad perfectam ætatem perduxit ; quem ut Davidem Deus elegit, quia æque mansuetissimum esse cognovit, et ad paterni diadematis obtinendam hæreditatem majoribus natu fratribus antetulit, atque ab orientalibus plagis usque ad occasum relatis de hoste tropæis condecoravit ; hoc, inquam, anno quæstio per Ecclesiam coorta est, quæ vel uti ignea favilla tenui nata principio, augentibus hinc inde contrariarum partium spiritibus, in excelsam facem evasit ; neque solum episcopales sedes corripuit, verum etiam monasticos cœtus invasit ; neque hos tantummodo, sed etiam magistratus et aulicos, senatum simul et omnes qui regio in palatio versabantur. Cuncti videlicet mira pertinacia et fervore ardentissimo ad veritatis rapiebantur vestigationem. Neque hactenus contentionis flamma substitit, sed ad popularem quoque turbam plebisque fecem devenit. Initium quæstionis fuit ex dicto veri Dei et Servatoris nostri Jesu Christi, quem in Passionis nocte discipulos alloquentem apud evangelistam Joannem theologum hæc dicere comperimus : ***Si diligeretis me, gauderetis utique, quod dixi vobis me ire ad Patrem ; quia Pater meus major me est*** [2]. Ambigebatur itaque, quanam ratione quove sensu major Christo pater appellaretur.

ΠΡΑΞΙΣ Α΄.

α΄. Ἤδη τὸν ἐπὶ τῷ εἰκοστῷ τῆς αὐτοκρατορίας τρίτον χρόνον ἀνύοντος Μανουὴλ τοῦ ἐκ Κομνηνῶν τὰ τῆς βασιλείας σκῆπτρα διέποντος, ὃν πορφύρα μὲν ἐκ μητρικῶν ὠδίνων παρέλαβε, φρόνησις δὲ ἐμαιεύσατο, καὶ ἀνδρία ἐτιθηνήσατο, καὶ πίστις εὐσεβείας ἠνδρώσατο · ὃν κατὰ τὸν Δαβὶδ Θεὸς ἐξελέξατο, ὡς κατ' ἐκεῖνον πραότατον κατὰ τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν εὑράμενος, καὶ πρὸς τὴν τοῦ πατρικοῦ στέφους διαδοχὴν τῶν ἐν αὐταδέλφοις πρωτογεννήτων προέκρινε (1), καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν τοῖς κατ' ἐχθρῶν τροπαίοις ἐσέμνυνε · τότε δὴ τότε ζήτημά τι πρὸς μέσην Ἐκκλησίαν ἐνέπεσεν · ὃ καὶ, κατὰ τοὺς τοῦ πυρὸς σπινθῆρας ἀπὸ βραχέων ἀρχάμενον τοῖς τῶν ἐξ ἑτέρας πρὸς ἑτέραν ἀντιθέσεων πνεύμασιν, ἐπὶ πυρσὸν κατέληξεν ἐναέριον, καὶ οὐκέτι μόνον περὶ τοὺς ἀρχιερατικοὺς σταθμοὺς ὑπανήπτετο, ἀλλ' ἤδη καὶ τὸν τῶν ἱερωμένων κατάλογον ἐπενέμετο · καὶ οὐ τοῦτον μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσους τῶν ἐντελῶν αὐχεῖ τὰ βασίλεια, σύγκλητόν τε ἅμα, καὶ τοὺς ἄλλως τὰ λαμπρὰ περιπολοῦντας ἀνάκτορα, εἰ καὶ μὴ πάντας εἶχεν ἐκτεφρουμένους καὶ λυομένους, ἀνθρακιζομένους δέ τινας μᾶλλον τῷ τοῦ τῆς ἀληθείας ἔρωτος ἐμπυρεύματι. Οὐ μέχρι δὲ τούτου τὰ τῆς φλογὸς περιέστατο, ἀλλά γε καὶ τὸν ἀγελαῖον ὄχλον καὶ σύρφακα τῆς ἑαυτοῦ πυρκαϊᾶς ἐτίθετο παρέργου. Τὸ δὲ ζήτημα περὶ τῆς τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φωνῆς ἀρχῆς ἐκ πρώτης προὐβέβλητο · ἦν τῇ τοῦ πάθους νυκτὶ τοῖς μαθηταῖς ὁμιλῶν παρὰ τῷ εὐαγγελιστῇ Ἰωάννῃ καὶ θεολόγῳ λέγων εὑρίσκεται · Εἰ ἠγαπᾶτέ με, ἐχάρητε ἄν, ὅτι εἶπον, Πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα · ὅτι ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστι. Πῶς οὖν καὶ κατά τινα τρόπον καὶ οἵαν τὴν ἐκδοχὴν μείζων αὐτοῦ ὁ Πατὴρ ὠνόμασται, διηπόρητο (2).

2. Alii quidem pertinacissime verba hæc pronuntiata affirmabant, quatenus Pater causa fuit æternæ et absque principio et venerandæ Filii divinitatis in prima nativitate : et aliquem ex sanctis Patribus pro se proferebant, qui id dictum sic fuerat interpretatus : neque ferendum omnino judicabant, sicuti aliquot ecclesiastici doctores intellexerant, Christum nempe, etiam ob suam huma-

β΄. Οἱ μὲν οὖν ἐνστατικώτατα ταύτην ῥηθῆναι τὴν φωνὴν ἐγνωμάτευον, κατὰ μόνην αἰτίαν τῆς ἀχρόνου καὶ ἀϊδίου καὶ ἀξίας τῆς αὐτοῦ θεότητος, πρωτης γεννήσεως, καὶ τόνδε τινὰ τῶν θεοφόρων ἁγίων εἰς μέσον παρῆγον οὕτω ταύτην τὴν φωνὴν ἐκλαβόμενον · καὶ οὐκ ἀνεκτὸν ὅλως ἦγηντο, καὶ κατὰ τὸ ἐν Χριστῷ ἀνθρώπινον μείζονα παρ' αὐτοῦ τὸν Πατέρα ῥηθῆναι, ὡς ἀνθρώπου τελείου ὄντος

[1] Joan. XIV, 28. [2] ibid.

(1) Manuelem, inter Joannis II Comneni imp. filios natu minimum, propter majores regias dotes, prælatum fuisse testamento patris ut imperium adipisceretur, dicit præter alios historicos Ephræmius v. 4048. collect. vat. T. III. part. I. p. 100.

(2) Hanc quæstionem propositam fuisse ab ipso Manuele imp., ait Ephræmius v. 4763, quem auctorem legesis narrantem de concilio hoc ipso ob eam rem coacto. Adi præterea Nicetam Choniatam *Hist.* VII, 5.

μετὰ τῆς τελείας θεότητος, καθώς τισι τῶν ἁγίων τᾶς Ἐκκλησίας διδασκάλων ἐξείληπται. Τοῖς δὲ, καὶ κατὰ τοῦτο δὴ τὸ ἀνθρώπινον λεχθῆναι τὸ, Ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστιν, ἐδόκει ἐφερμηνεύεσθαι· ἀλλ' ὅτε μὲν κατὰ τὸ αἴτιον μόνον εἰρῆσθαι ταύτην ἐμάνθανον, οἱ διδόντες τὸ, καὶ κατὰ τὸ ἐν αὐτῷ ἀνθρώπινον λέγεσθαι, πολλὰ κατὰ τῶν οὕτω φρονούντων συνῆγον ἐντεῦθεν τὰ ἄτοπα· καὶ ἐξελέγχειν τούτους ἐπεχείρουν, ὡς οὐχὶ καὶ ἄνθρωπον τέλειον τὸν αὐτὸν Χριστὸν δογματίζοντας· ὥσπερ δὲ καὶ πρὸς μίαν ἀνακραθέντα φύσιν, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς μονοφυσίταις οἷον συμπίνοντας. Ὅτε δὲ καὶ κατὰ τὸ ἐν τούτῳ ἀνθρωπινον λέγεσθαι τοῖς τῷ τοιῷδε λόγῳ προστιθεμένοις, ἐκεῖνοι πάλιν κατήκουον, διαιρεῖν αὐτοὺς τὸν ἕνα Χριστὸν ἐπεδοῶντο, καὶ τὰ Νεστορίου φρονεῖν, καὶ εἰς δύο τέμνειν υἱούς τὸν ἕνα καὶ ἀδιαίρετον. Καὶ τοιούτοις λόγοις καὶ ἀντιθέσεσι τὸ τῆς ἁγνῆς Ἐκκλησίας ἐν σῶμα καὶ ἀδιάσπαστον διχῇ διαιρεθὲν ἐσχίζετο, μικροῦ δὲ διίστατο. Τῷ δὲ συναπέρρωγε καὶ τὸ περὶ τὴν σύγκλητον καὶ τὸν πολὺν πάντα δῆμον, τῶν μὲν τούτοις, τῶν δ' ἐκείνοις συμφρονούντων, καὶ συνῳδὰ φθεγγομένων καὶ ἀντικρινομένων τοῖς ἕτερα λέγουσιν· ἀγυιαὶ ταῦτα εἶχον καὶ λεωφόροι καὶ στενωποὶ καὶ οἶκοι, περιλαλούμενα. Ἔστι δὲ οἷς καὶ ἄλλως τὸ ῥητὸν ἐφερμήνευτο, ὡς τοῦ Σωτῆρος οἷον ὑποδυομένου τὸ τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως πρόσωπον (3)· ἀλλὰ δὴ καὶ κατὰ μόνον τὸν τῆς κενώσεως τρόπον εἴτουν συγκαταβάσεως· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ὅτε ἡ τοῦ Κυρίου σὰρξ καθ' ἑαυτὴν νοεῖται οὕτως, ὥσπερ εἰ μηδὲ τῇ θεότητι ἥνωτο· καὶ ἄλλ' ἄττα προβαλλομένοις, ἅπερ δὴ ταῦτα μετὰ τὴν ἀληθῆ τοῦ ζητουμένου γνῶσιν καὶ τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἕνωσιν καθυπεβλήθησαν ἀναθέματι.

nitatem, majorem appellavisse Patrem, quandoquidem Christus perfectus simul homo Deusque est. Alii contra secundum humanam quoque naturam intelligenda putabant verba: *Pater meus major me est*, verumtamen iidem hi, qui etiam secundum humanam naturam dictum illud fuisse putabant, multa absurda de iis diffamabant, qui tantummodo propter vim paternam Filii causativam, sic locutum Christum docebant: eosque accusabant, ceu si Christum perfectum hominem non agnoscerent, vel ex una concretum natura crederent, ideoque cum Monophysitis conspirarent. Vicissim autem ii, qui verba illa etiam de homine intelligebant, redargui se cernebant, tanquam si unicum Christum dividerent, atque, ut Nestorio placuit, duos filios introduceret, cum unus reapse sit atque individuus. Atque his sermonibus et contradictionibus unum atque individuum castæ Ecclesiæ corpus bifariam scindebant: resque jam parum a manifesto schismate aberat. Namque inter se dissidebat senatus, plebisque multitudo, dum alii aliis adhærerent; et cum his conspirarunt, illis contradicerent: atque ita fora, viæ, vici, ædes, variis sermonibus personabant. Nonnulli etiam aliter dictum illud interpretabantur, ceu si Servator quodammodo gereret naturæ nostræ humanæ personam; solumque intelligebant extenuationis humilitatisque modum: carnem denique solam per se spectabant, ceu si ne divinitati quidem esset cunjuncta, aliaque hujusmodi effutiebant, quæ post veram rei controversæ cognitionem Ecclesiæque concordiam revocatam, anathemate perculsa sunt.

γ'. Οὕτω δὴ τῆς Ἐκκλησίας κυμαινομένης ταῖς τοῦ πονηροῦ πνεύματος αὔραις, φιλοτεικοῦντος ἐκρῆξαι τὰ τῆς πίστεως πείσματα, τῆς ἀκρογώνου πέτρας Χριστοῦ τοῦ τὰ διεστῶτα συνάψαντος, οὐκ ἐμέλησεν ὁ τῆς κοσμικῆς μεγάλης ὀλκάδος κυβερνήτης προβεβλημένος ἡμέτερος βασιλεύς· οὐδ' ἐπενύσταξεν οὗτος ὁ φυλάσσων τὸν νεόλεκτον Ἰσραὴλ τὸν καὶ Θεὸν ὁρῶντα τῷ τῆς σαρκὸς προβλήματι σκιαζόμενον, καὶ τῷ αὐτῷ Θεῷ καθορώμενον καὶ σωζόμενον· ἀλλ' ὡς βασιλεὺς τῆς εἰρήνης καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐπιστημονάρχης ἐθών τε καὶ πράξεων (4), φιλοπονώτερον περὶ ταῦτα καὶ φροντιστικώτερον διατίθεται. Οὐδὲν μὲν ἧττον καὶ τῶν ὀσημέραι παρεμπιπτουσῶν κατὰ τὰς ὁμβριμαίας σταγόνας κοσμικῶν φροντίδων ἀντιποιούμενος, ὅλον δὲ ὅμως ἑαυτὸν συντείνας, ἐφ' ᾧ τὸ μὲν νοσοῦν ὑγιῶσαι, καὶ τὸ διαῤῥαγὲν ἀρτιῶσαι· καὶ πρὸς μίαν αὖθις τὰ πάντα συναγαγεῖν ὁλομέλειαν. Ἐντεῦθεν καὶ ὅσα παρὰ διαφόρων θεοφορουμένων

3. Cum hac tempestate jactaretur Ecclesia mali spiritus flabris perflantibus, nitentibusque fidei firmamentum dissolvere, id est angularem lapidem Christum qui distantia conjungit; haud socordem se præstitit rex noster mundani magni navigii delectus gubernator; neque darmitavit hic custos novi Israelis qui Deum humana carne contectum vidit, atque ab ipso Deo visitatus servatusque fuit: verum tanquam rex pacis, et ecclesiasticæ disciplinæ actionumque sapiens moderator, magno labore studioque ad id negotium incubuit. Et quanquam orbis universi curas, imbrium instar, in se quotidie ruentes sustineret, nihilo tamen minus toto animo dedit operam ut ægra sanaret, disjecta sarciret, atque ad unitatem cuncta rursus membra reduceret. Quamobrem sententias etiam complurium inspiratorum theologorumque hominum super hoc proposito scriptas colligi ordinatimque in libro disponi curavit: atque has divorum auctoritates

(3) Hinc Victorinus Comm. in epist. ad Galat. cap. IV, v. 14. (Collect. Vat. t. III, part. II, p. 48) ait: ***Catholicum Christus corpus ad omnem hominem habuit: omne quod passus est catholicum fecit, id est ut omnis caro in illo crucifixa sit.***

(4) Mallem id reservatum pontificibus et episcopis, quorum istud sacrum officium et potestas est. Et quidem Græcus Ephræmius haud unum dilaudat Byzantinum imperatorem, propterea quod nihil in ecclesiastica disciplina novaverant.

singulis sanctissimis patriarchis jussit, itemque aliis delectis per id tempus congregatisque in divina sacraque synodo viris, perque hos ipsos universo deinceps Ecclesiæ populo : Patrum igitur sententiæ erant hæ.

καὶ θεολόγων ἀνδρῶν περὶ τοῦ προκειμένου σκοποῦ συνεγράφησαν, συλλεγῆναι καὶ συνεγγραφῆναι στοιχηδὸν διετάξατο · καὶ δὴ καὶ τὰς τοιαύτας τῶν ἁγίων τούτων χρήσεις ἑκάστῳ τῶν τε ἁγιωτάτων πατριαρχῶν ἐκδοθῆναι διεκελεύσατο, ναὶ μὴν καὶ τοῖς τηνικαῦτα συνειλεγμένοις λογάσι τῆς θείας καὶ ἱερᾶς συνόδου, καὶ δι' αὐτῶν παντὶ τῷ τῆς Ἐκκλησίας πληρώματι · ἃ καὶ κατὰ ῥητὸν οὕτως ἔχουσι.

Sancti Joannis Damasceni.

Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ (5).

4. Eorum, quæ humano more de Servatore Christo prædicantur, sive dicta, sive gesta fuerint, sex modi sunt. Quædam enim ex illis naturaliter ratione carnis assumptæ facta dictaque sunt, velut partus ex Virgine, atque ætatis incrementum et profectus, fames, sitis, defatigatio, lacrymæ, somnus, clavorum fixura, mors aliaque similia, quæ naturales et inculpatæ passiones sunt. In his enim omnibus manet quidem divinæ naturæ cum humana conjunctio, corporis tamen ea vere esse creduntur : quippe cum divinitas nihil horum pertulerit, sed per ea salutem nobis procurarit. Quædam dissimulandi modo, ut cum de Lazaro quærit : *Ubi posuistis eum*[2]? Cum orat, et cum se subducit. His enim neque ut Deus neque ut homo opus habebat : verum humano more illud prætexebat, quod necessitas atque utilitas exposcebat. Nimirum idcirco, puta, precabatur, ut se minime Deo adversari ostenderet; utque Patrem, velut sui causam, honore afficeret. Interrogabat, non quod ignarus esset; sed ut se, quanquam Deus manebat, hominem quoque vere esse demonstraret. Hæc denique ipsi causa secedendi erat, ut nos doceret pericula temere non adire, nec nos ipsos ultro prodere. Quædam rursus dicuntur per assumptionem ut, illud : *Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti*[4]? Item : *Ipse Filius Patri subjicietur*[5]. Nec enim quatenus Deus nec quatenus homo, a Patre unquam derelictus fuit : nec peccatum, nec maledictum factus est, nec Patri subjici opus habet. Etenim quatenus, Deus est, æqualis est Patri, non autem adversarius, nec subjectus : quatenus autem homo, nunquam adversus Patrem contumax fuit. Ex quo sequitur, eum, nostri assumpta persona, partes nostras suspiciendo, his verbis usum esse. Quædam autem per excogitatam mente præcisionem dicuntur. Nam si ea quæ revera disjungi nequeunt, hoc est carnem a Verbo, cogitando sejunxeris, caro serva erat et ignara : verum eadem ob hypostaticam cum Deo Verbo conjunctionem id habuit, ut nec serva esset nec ignara. Eadem de causa Patrem Deum suum vocavit. Quædam vero aiebat, ut se nobis manifestaret, nostramque firmaret fidem, veluti cum dixit : *Pater, clarifica me claritate quam habui, prius quam mundus esset, apud te*[6]. Etenim ipse quidem et tunc clarificatus erat, et nunc clarificatur : ne-

δ'. Τῶν ἀνθρωποπρεπῶς ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ λεγομένων εἴτε ἐν ῥήμασιν εἴτε ἐν πράγμασι τρόποι εἰσὶν ἓξ. Τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν κατὰ φύσιν οἰκονομικῶς πέπρακταί τε καὶ λέγεται · οἷον ὁ ἐκ Παρθένου τόκος, ἡ καθ' ἡλικίαν αὔξησίς τε καὶ προκοπή, ἡ πεῖνα, ἡ δίψα, ὁ κόπος, ὁ ὕπνος, τὸ δάκρυον, ἡ τῶν ἥλων τρῆσις, ὁ θάνατος, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅσα φυσικὰ καὶ ἀδιάβλητα πάθη τυγχάνουσιν. Ἐν τούτοις γὰρ ἅπασι μίξις μέν ἐστι τοῦ θείου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον · πλὴν τοῦ σώματος ἀληθῶς εἶναι πιστεύεται, οὐδὲν τούτων τοῦ θείου πάσχοντος, δι' αὐτῶν δὲ τὴν ἡμῶν οἰκονομοῦντος σωτηρίαν. Τὰ δὲ κατὰ προσποίησιν, τὸ ἐρωτᾷν Ποῦ τεθείκατε Λάζαρον, ἡ προσευχή, τὸ ὑπαναχωρεῖν. Τούτων γὰρ οὔτε ὡς Θεὸς, οὔτε ὡς ἄνθρωπος ἐχρῄζε · πλὴν ἀνθρωποπρεπῶς ἐσχηματίζετο πρὸς ὅπερ ἡ χρεία καὶ τὸ λυσιτελὲς ἀπῄτει. Οἷον τὴν προσευχὴν, διὰ τὸ δεῖξαι ὡς οὐκ ἔστιν ἀντίθετος · καὶ ὡς αἴτιον αὐτοῦ τιμῶν τὸν Πατέρα. Τὸ ἐρωτᾷν, οὐκ ἀγνοῶν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὡς κατὰ ἀλήθειάν ἐστιν ἄνθρωπος μετὰ τοῦ εἶναι Θεός · τὸ ὑπαναχωρεῖν, ἵνα διδάξῃ μὴ προπετεύεσθαι μηδὲ ἑαυτοὺς προδιδόναι. Τὰ δὲ κατ' οἰκείωσιν · ὡς τὸ, Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνατί μ' ἐγκατέλιπες · καὶ τὸ, Αὐτὸς ὁ Υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ Πατρί. Οὔτε γὰρ ὡς Θεὸς οὔτε ὡς ἄνθρωπος ἐγκατελείφθη ποτὲ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς · οὔτε ἁμαρτία, οὔτε κατάρα γέγονεν, οὔτε ὑποταγῆναι χρῄζει τῷ Πατρί. Καθὸ μὲν γὰρ Θεὸς ἴσος ἐστὶ τῷ Πατρὶ, καὶ οὐδὲ ἐναντίος οὐδὲ ὑποτεταγμένος · καθὸ δὲ ἄνθρωπος οὐδέποτε ἀνήκοος γέγονε τοῦ Γεννήτορος. Τὸ ἡμέτερον τοίνυν οἰκειούμενος πρόσωπον, καὶ μεθ' ἡμῶν τάσσων ἑαυτὸν, ταῦτα ἔλεγε. Τὰ δὲ διὰ τὴν κατ' ἐπίνοιαν διαίρεσιν. Ἐὰν γὰρ τῇ ἐπινοίᾳ διέλῃς τὰ τῇ ἀληθείᾳ ἀχώριστα, ἤγουν τὴν σάρκα ἐν τοῦ Λόγου, ἡ σὰρξ δούλη ἦν καὶ ἀγνοοῦσα · ἀλλὰ διὰ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν οὔτε δούλη ἦν, οὔτε ἠγνόει. Οὕτω καὶ Θεὸν ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα ἐκάλεσε · τὰ δὲ διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς φανέρωσίν τε καὶ πίστιν. Ὡς τὸ, Πάτερ, δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. Αὐτὸς γὰρ δεδοξασμένος ἦν τε καὶ ἐστίν · ἀλλ' ἡμῖν οὐκ ἦν φανερωθεῖσα καὶ πιστωθεῖσα ἡ δόξα αὐτοῦ · τὰ δὲ, κατὰ τὴν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ προσώπου οἰκείωσιν. Καὶ μετὰ τῶν Ἰουδαίων ἀριθμῶν ἑαυτόν · ὡς πρὸς τὴν Σαμαρεῖτίν φησιν · Ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε · ἡμεῖς

[2] Joan. XI, 34. [4] Matth. XXVII, 46. [5] I Cor. XV, 28. [6] Joan. 17, 5.

(5) *De fide orthodoxa*, lib. IV, cap. 18, edit. Lequienii, t. I, p. 286. Carptim tamen hæc desumi excerptorum auctor.

προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν· ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν. A quaquam tamen nobis claritas ejus patefacta comprobataque erat. Postremo interdum ita loquebatur, tanquam Judæorum personam adscivisset, se in eorum numerum ascribendo; ut cum Samaritanæ ait: *Vos adoratis quod nescitis; nos adoramus quod scimus: quia salus ex Judæis est*[7].

Του ἁγίου Γρηγορίου του Θεολόγου ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου τοῦ περὶ Υἱοῦ (6).

Sancti Gregorii Theologi ex oratione secunda de Filio,

ε'. Τὸ γὰρ δὴ λέγειν ὅτι του κατὰ τὸν ἄνθρωπον νοουμένου μείζων, ἀληθὲς μὲν, οὐ μέγα δέ. Τί γὰρ τὸ θαυμαστὸν, εἰ μείζων ἀνθρώπου Θεός;

5. Dicere autem, quod Pater major Christo sit, quatenus hic modo intelligitur; verum id quidem est, haud tamen magnum. Quid enim mirum, si Deus homine major est?

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ἐκ τοῦ διαλεκτικοῦ λόγου, ὃν ἐποιήσατο ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν ἁγίᾳ πρώτῃ μεγάλῃ συνόδῳ πρὸς τὸν Ἄρειον (7).

S. Athanasii ex disputatione quam habuit in sancta prima Nicæna magna synodo adversus Arium.

ζ'. Ἀθανάσιος εἶπε· Τίνες οὖν κοπιῶσιν, ἄνθρωποι ἢ ἄγγελοι; Ἄρειος εἶπεν· Ἄγγελοι ἀσώματοι τυγχάνουσι, πρὸς τὸ διακονοῦντας αὐτοὺς καμάτου πεῖραν μὴ λαβεῖν· ἀνθρώπου δὲ τὸ κάμνειν ἴδιον διὰ τὴν τοῦ σώματος βαρεῖαν ὀλκήν. Ἀθανάσιος εἶπεν· Ὁ οὖν Κύριος πῶς ἐκοπίασε; Γέγραπται γὰρ· Ἰησους δὲ κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο. Ἄρειος εἶπεν· Συνήγαγές με, ὡς ἠθέλησας, ἐκ του παραδείγματος τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅτι οὐχ ὡς Θεὸς Λόγος ἐκοπίασεν, ἀλλ' ἵνα φανῇ ὅτι σάρκα, ἣν οὐκ εἶχε πρότερον ὁ Λόγος καὶ Θεὸς, ταύτην ἀνέλαβεν· διὰ τοῦτο τῇ σαρκὶ συνεχώρησε πάσχειν τὰ ἴδια, ἵνα φανῇ ὅτι σάρξ ἐστιν. Ἀθανάσιος εἶπε· Μέμνησο ὅτι προωμολόγηται ὅτι παντάχου πάρεστιν ὁ Λόγος καὶ Θεός. Ἄρειος εἶπεν· Ἀραρότως. Ἀθανάσιος εἶπεν· Εἰ οὖν πανταχου πάρεστι, τίνος ἕνεκεν ἔφασκεν, Ὁ Πατήρ μου ὁ πέμψας με μείζων ἐστιν; Ἄρειος εἶπεν· Παρακαλῶ σε, μὴ ὀκνήσῃς ἀποκαλύψαι τὸ κάλυμμα ἀπὸ του γράμματος ἐν τάχει. Λίαν γὰρ ἀνιῶμαι. Ἀθανάσιος εἶπεν· Τίς ἐστιν ὁ κεκοπιακὼς, ἄνθρωπος, ἢ ὁ Θεὸς Λόγος; Ἄρειος εἶπεν· Ἄνθρωπος. Ἀθανάσιος εἶπεν· Οὐκουν σόν ἐστι τὸ νοῆσαι λοιπόν, Ἄρειος εἶπεν· Κατελαβόμην σου τὸν νοῦν ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, ὅτι, τοῦ Θεοῦ Λόγου πανταχου παρόντος, δῆλον ὅτι διὰ τὴν σάρκα εἶπεν, Ὁ Πατήρ μου ὁ πέμψας με μείζων ἐστὶν, τὴν βαδίζουσαν καὶ κοπιῶσαν, καὶ ἀπό τόπου εἰς τόπον ἕτερον πορευομένην. Ἀληθῶς ὁρθῶς ἔχει τοῦτο.

6. Athanasius dixit: Quinam igitur fatigantur; hominesne, an angeli? Arius dixit: Angeli incorporei sunt, ut cum ipsi ministrant, nullum lassitudinis experimentum percipiant. At hominis proprium est fatigari, propter gravem nempe corporis molem. Athanasius dixit: Quomodo ergo fatigatus est Dominus? Scriptum enim est: *Jesus vero fatigatus ex itinere, sedebat*[8]. Arius dixit: Ut veluisti, eo me, angelorum hominumque exemplo, adduxisti, ut fatear Verbum non ut Deum fatigatum esse, sed ut appareret carnem hanc, quam antea Verbum et Deus non habebat, assumpsisse: idcirco carni quæ sibi erant propria pati permisit, ut carnem esse evidens fieret. Athanasius dixit: Memor sis, concessum jam esse Verbum et Deum ubique exsistere. Arius dixit. Recte admodum. Athanasius dixit: Si igitur ubique præsens est, quanam de causa ait: *Pater meus, qui misit me, major me est?* Arius dixit: Obsecro te, ne graveris velum a littera quam cito detrahere. Valde enim angor animo. Athanasius dixit: Quis fatigatus est, homone, an Deus Verbum? Arius dixit: Homo. Athanasius dixit: Tuum igitur jam est intelligere. Arius dixit; Percipio quid tuo hoc responso intelligas, nempe cum Deus Verbum ubique adsit, prorsus constare ipsum propter carnem dixisse: *Pater meus qui misit me, major me est.* Caro enim gradiebatur et fatigabatur, et a loco in locum migrabat. Certe id recte se habet.

Τοῦ ἁγίου Ἀμφιλοχίου ἐκ του κατὰ Ἀρειανῶν λόγου (8).

S. Amphilochii ex sermone adversus Arianos.

ζ'. Διὰ τουτο γὰρ πῇ μὲν ἀνηγμένους, πῃ δὲ ταπεινοὺς φθέγγομαι λόγους· ἵνα διὰ μὲν τῶν ὑψηλῶν του ἐνοικουντος λόγου ἀποδείξω τὴν εὐγένειαν, διὰ δὲ τῶν ταπεινῶν τῆς ἐνοικουμένης σαρκὸς γνωρίσω τὰ ἀσθενῆ. Καὶ πάλιν· Πῇ μὲν ἐμαυτὸν ἴσον λέγω τῷ Πατρὶ, πῇ δὲ μείζονα τὸν Πατέρα· οὐ μαχόμε-

7. Idcirco nunc sublimi, nunc humili oratione utor; nempe ut sublimi, inhabitantis Verbi nobilitatem demonstrem; humili autem, comitantis carnis infirmitatem significem. Et iterum: Modo me Patri æqualem, modo Patrem majorem dico: neque ipse mihi repugno, sed me Deum homi-

[7] Joan. IV, 22. [8] ibid. 6.

(6) Edit. Maurin. t. I, orat. 30, § 7.

(7) Edit. Maurin. t. II, p. 210. Porro vides Græcam sæculi XII synodum agnovisse ut genuinum Athanasii opus, quod postea Maurini aliique critici inter Spuria Athanasiana confidenter collocaverunt.

(8) In S. Amphilochii reliquiis apud Combefisium p. 149 citatur idem hic titulus; sermo vero ipse periit: ita tamen ut particula quædam Vaticani hujus fragmenti occurrat etiam apud prædictum Combefisium, p. 146, cum titulo: *In illud*, « *Pater major me est.* »

nemque demonstro; Deum, sublimitate sermonis; hominem, humilitate. Neque tamen cor vestrum turbetur, quia dixi vobis: *Pater meus major me est*; major enim est illo qui ad eum vadit, non illo qui in ipso est; nam quatenus Deus sum, in Patre sum; quatenus autem homo, ad Patrem vado. Illo igitur major Pater est, qui ad ipsum vadit; non illo qui semper in ipso est. Atque ut verba ad compendium conferam, major simul est atque æqualis: major sciscitante: *Quot panes habetis*[9]? æqualis populum universum quinque panibus saturanti: major interrogante: *Ubinam Lazarum posuistis*[10]? æqualis Lazarum jussu suscitanti: major dicente: *Quis me tetigit*[11]? æqualis perpetuum hæmorrhoissæ fluxum sistenti: major dormiente in puppe, æqualis mari increpanti: major eo quem damnavit Pilatus; æqualis ei qui mundum damnatione liberat: major eo qui alapam crucemque sustinuit cum latronibus; æqualis ei qui latronem gratis justificavit: major eo qui veste nudatus fuit, æqualis ei qui animam ornat: major eo cui propinatur acetum; æqualis ei qui proprium sanguinem ex vino facit: major eo qui dissolutionem templi (id est corporis sui) passus est; æqualis ei qui suum templum (id est corpus) suscitavit; illo, inquam, major, huic æqualis. Et iterum. Haud pluribus verbis vos morabor. Cernis, hæretice, quonam major sit Pater, eo nimirum qui ait: *Jam plura vobiscum non loquar*[12]; non eo qui dicit: *Non relinquam vos orphanos*[13]; etenim *vobiscum sum cunctis diebus usque ad sæculi consummationem*[14]. — *Venit princeps hujus mundi, neque in me quidquam invenit*[15]. Cernis quonam sit major; ille scilicet qui coram principibus damnatus fuit, non eo qui mundum fecit. *Surgite eamus hinc*[16]. Quonam major est Pater? nempe dicente: *Eamus*; non dicente, *Habitabo vobiscum et inambulabo*[17-18]. — *Ego sum vitis vera*[19]; cernis quonam major sit Pater nimirum dicente: *Ego sum vitis*; non dicente: Ego veram vitem plantavi.

νος ἐμαυτῷ, ἀλλὰ δεικνὺς ὡς Θεός εἰμι καὶ ἄνθρωπος· Θεὸς μὲν ἐκ τῶν ὑψηλῶν, ἄνθρωπος δὲ ἐκ τῶν ταπεινῶν. Ἀλλὰ μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία, ὅτι εἶπον ὑμῖν, Ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστι· μείζων γάρ ἐστι τοῦ πορευομένου πρὸς αὐτόν, οὐ τοῦ ὄντος ἐν αὐτῷ· ὡς γὰρ Θεός εἰμι ἐν τῷ Πατρί· ὥστε ὡς ἄνθρωπος πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα. Ἐκείνου οὖν μείζων ὁ Πατήρ, τοῦ πορευομένου πρὸς αὐτόν, οὐ τοῦ ἀεὶ ὄντος ἐν αὐτῷ· καὶ ἵνα συντόμως εἴπω, μείζων ἐστὶ καὶ ἴσος· ἴσος τοῦ ἐκ πέντε ἄρτων δῆμον ὁλόκληρον κορεννύντος· μείζων τοῦ ἐρωτῶντος, Ποῦ τὸν Λάζαρον τεθείκατε; ἴσος τοῦ τὸν Λάζαρον ἀνιστῶντος λόγῳ· μείζων τοῦ λέγοντος, Τίς μου ἥψατο; ἴσος τοῦ τὰς ἀκενώτους πηγὰς τῆς αἱμορροούσης ξηράναντος· μείζων τοῦ καθεύδοντος ἐπὶ τῇ πρύμνῃ· ἴσος τοῦ ἐπιτιμῶντος τῇ θαλάσσῃ· μείζων τοῦ κρινομένου ἐπὶ Πιλάτου· ἴσος τοῦ κρίσεως ἐλευτεροῦντος τὸν κόσμον· μείζων τοῦ ῥαπιζομένου, μείζων τοῦ συσταυρουμένου λῃσταῖς· ἴσος τοῦ τὴν λῃστὴν δικαιοῦντος δωρεάν· μείζων τοῦ γυμνουμένου τὴν ἐσθῆτα· ἴσος τοῦ στολίζοντος τὴν ψυχὴν· μείζων τοῦ ποτιζομένου ὄξος· ἴσος τοῦ τὸ οἰκεῖον οἰνοχοοῦντος αἷμα (9)· μείζων τοῦ λυομένου ναοῦ· ἴσος τοῦ καὶ μετὰ τὴν λύσιν τὸν οἰκεῖον ἐγείραντος ναόν· ἐκείνου μείζων, τούτου ἴσος. Καὶ πάλιν· Οὐκέτι πολλὰ λαλήσω μεθ' ὑμῶν. Ὁρᾷς, αἱρετικέ, τίνος μείζων ἐστὶν ὁ Πατήρ, τοῦ λέγοντος· Οὐκέτι πολλὰ λαλήσω μεθ' ὑμῶν· οὐ τοῦ λέγοντος· Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς· μεθ' ὑμῶν γάρ εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας. — Ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν. Ὁρᾷς τίνος ἐστὶ μείζων, τοῦ κρινομένου ἐπ' ὄψεσιν ἀρχόντων, οὐ τοῦ ποιήσαντος τὴν οἰκουμένην· Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν· ὁρᾷς τίνος ἐστὶ μείζων ὁ Πατήρ, τοῦ λέγοντος Ἄγωμεν· οὐ τοῦ λέγοντος· Ἐνοικήσω ἐν ὑμῖν καὶ ἐμπεριπατήσω· — Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή· Ὁρᾷς τίνος ἐστὶ μείζων ὁ Πατήρ, τοῦ λέγοντος· Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος· οὐ τοῦ λέγοντος, Ἐγὼ ἐφύτευσα ἄμπελον ἀληθινήν.

S. Cyrilli ex homilia in Ramos Palmarum.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ εἰς τὰ Βάϊα λόγου (10).

8. Sed quamvis rationalis natura nostra personaliter Verbo unita fuit, non tamen est æquata. Qui enim fieri potest, ut temporale exæquetur æterno; id quod habuit initium, ei quod sine initio est? Et paulo post, Quomodo inquit: *Ego et Pater, unum sumus*? ob cœlestem scilicet ante sæcula nativitatem. Quomodo *Pater meus major me est*? ob terrenum ex Virgine ortum,

η'. Ὅμως, εἰ καὶ ἡνώθη καθ' ὑπόστασιν τῷ Λόγῳ ἡ λογικὴ ἡμῶν φύσις, ἀλλ' οὐκ ἰσώθη· Πῶς γὰρ ἰσωθήσεται τῷ προαιωνίῳ τὸ πρόσφατον; ἢ πῶς ὁμοιωθήσεται τῷ ἀνάρχῳ τὸ ἔναρχον; Καὶ μετ' ὀλίγα· Πῶς φησίν· Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν; τῇ ἄνω πρὸ αἰώνων γεννήσει, Πῶς, Ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστι; τῇ κάτω ἐκ Παρθένου γεννήσει.

Ejusdem ex sermone ad reginas.

Του αυτου ἐκ του εις τὰς βασιλίσσας λόγου (11).

9. At quomodo is angelis minor evasit, qui ab illis adoratur, unaque cum Patre regni solium ob-

θ'. Πῶς οὖν ἠλάττωται παρὰ τοὺς ἀγγέλους ὁ πρὸς αὐτῶν φροσκυνούμενος, ὁ σύνεδρος Πατρί;

[9] Matth. xv, 34. [10] Joan, xi, 34. [11] Marc. v, 31. [12] Joan xiv, 30. [13] ibid. 18. [14] Matth. xxviii, 20. [15] Joan. xiv, 30. [16] ibid. 31. [17-18] Levit. xxvi, 12. [19] Joan. xv, 1.

(9) Notemus de eucharistica transsubstantiatione testimonium catholicum ecclesiastici Patris valde nobilis, qui sæculo quarto post Christum floreba.

(10) Edit. Paris, t. V, part. II, p. 497, 498.

(11) Edit. cit. t. v, part. II, p. 133. D.

Ἀλλ' ἔστι σαφὴς ἡ πρόφασις· καθίκετο γὰρ ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις, καὶ τὸ ἀποθνήσκειν πεφυκὸς σῶμα λαβών, ἴδιόν τε αὐτὸ ποιησάμενος, ἐν αὐτῷ πέπονθε ἐκών, καὶ ταῖς ἀνωτάτω δόξαις στεφανοῦται διὰ τὸ πάθος, ὡς δι' αὐτοῦ καταργήσας τὸν θάνατον, καὶ ἄπρακτον ἀποφήνας τὴν φθοράν· ἅτε δὴ καὶ ὑπάρχων ἀφθαρσία καὶ ζωή. Ὅταν οὖν Ἰησοῦν ὀνομάζῃ, καὶ ἠλαττῶσθαι λέγῃ παρὰ τοὺς ἀγγέλους αὐτόν, οὐκ ἄνθρωπον ἀνὰ μέρος καὶ ἰδικῶς, ἀλλ' αὐτὸν νοοῦμεν τὸν Μονογενῆ, παραχωροῦντα τοῦ προὔχειν οἰκονομικῶς τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις· ὅτι ἀληθείᾳ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ τῆς ἐκείνων ὑπεροχῆς ἠττώμενος· τὰ δὲ τῆς ὑπεροχῆς τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις, ὅτι καὶ ἔξω σαρκὸς, καὶ τοῦ τεθνάναι κρείττους εἰσί· γεγονότος ἐν τούτοις τοῦ Υἱοῦ διὰ τὴν ἑκούσιον κένωσιν. Ἀλλ' ὁ βραχύ παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένος, διά γε τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον, ἐν ὑπεροχῇ θεότητος ὤν, προσκυνεῖται παρ' αὐτῶν, καὶ ἐνίδρυται θώκοις, οὓς περιιστᾶσιν ἐκεῖνοι δοξολογοῦντες ἀεὶ, καὶ τῶν δυνάμεων αὐτὸν ὀνομάζοντες Κύριον.

A tinet? In promptu est responsio : Nam corpore, quod mori posset, assumpto, ad humanæ naturæ infirmitates se ipsum demisit, in eoque veluti proprio spontaneam mortem sustinuit. Ob eam porro mortem et passionem, summæ gloriæ coronam promeruit ; quippe qui ipsa vita et incorruptio est, et mortem abolevit, et corruptionem omni vi spoliavit. Cum Jesum ergo nominat, et angelis minorem prædicat, non simpliciter nos hominem, seorsumque ac per se positum, mente concipere oportet ; sed ipsummet Unigenitum propter incarnationis ordinem potiores partes angelis deferentem. Nam qui excellentiæ illorum cedere prædicatur, is vere homo factus dignoscitur. Illa autem sanctorum angelorum eminentia in hoc B præcipue posita est, et quod carne sunt immunes, et quod morti non sunt obnoxii : his autem infirmitatibus propter voluntariam exinanitionem subjectus fuit Filius. Verum enimvero, qui propter humanæ naturæ conditionem paululum infra angelos minoratus dicitur [20], is in deitatis excellentia exsistens, ab illis adoratur, considetque in iis majestatis thronis, quos illi venerabundi undequaque cingunt, indefesso laudum præconio illum extollentes, ac virtutum Dominum appellantes.

Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου κατὰ Ἀρείου, καὶ εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν, οὗ ἡ ἀρχὴ, « Τῇ προτέρᾳ Κυριακῇ » (12).

S. Joannis Chrysostomi contra Arium, et in Annuntiationem Deiparæ, homilia quæ incipit : Præcedente Dominica. »

ι'. Ἐὰν εἴπῃ· Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ, αὐτοῦ ἀκούετε· ἐὰν εἴπῃ· Ὁ ἑωρακώς με ἑώρακε τὸν Πατέρα, αὐτοῦ ἀκούετε· οὐ γὰρ δὴ ψεύδεται ἡ C Ἀλήθεια· ἐὰν εἴπῃ· Ὁ πέμψας με Πατὴρ μείζων μου ἐστι, τοῦτο μὴ θροήσητε· οὐ γὰρ θεότητα πρὸς θεότητα λέγει, ἀλλ' ὅτι θεότης τῆς ἀνθρωπότητος μείζων· πρὸς τὸ μεῖζον τὸ ἔλαττον ἁρμόζεται.

10. Si dixerit : Ego et Pater unum sumus, ipsum audite. Si dixerit : *Ego in Patre et Pater in me est*, ipsum audite. Si dixerit : *Qui vidit me, vidit Patrem*, ipsum audite ; Veritas enim non mentitur. Si dixerit : *Qui misit me Pater, major me est*, id vos ne terreat : neque enim divinitatem divinitati opponit; sed ait divinitatem majorem humanitate ; res minor ad majorem refertur.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν ἑρμηνειῶν τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς (13).

Ejusdem ex interpretatione Epistolæ ad Hebræos.

ια'. Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον, φησὶ, βλέπομεν Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου. Εἶτα χρηστὰ πάλιν, Δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. Εἶδες, πῶς αὐτῷ πάντα ἡρμοσε; Τὸ γὰρ βραχύ τίνι ἂν ἢ αὐτῷ ἁρμόσειε μᾶλλον τῷ τρεῖς ἡμέρας ἐν ᾅδῃ γενομένῳ μόνα ; Ἀλλ' οὐχ ἡμῖν τοῖς ἐπιπολὺ φθειρομένοις. Εἶτα πάλιν παρακατιὼν λέγει· Εἰ γὰρ ὁ προσκυνούμενος ὑπ' ἀγγέλων, φησὶν, ἠνέσχετο βραχύ τι παρ' ἀγγέλων ἔχειν διὰ σὲ, πολλῷ μᾶλλον σὺ, ὁ τῶν ἀγγέλων ἐλάττων, πάντα φέρειν ὀφείλεις.

11. *Aliquantulum infra angelos minoratum videmus*, inquit, *Jesum propter mortis passionem* [21]. Deinde rursus bona adjecit : *Gloria et honore coronatum* [22]. Viden' ut cuncta ad hominem accommodavit? Nam illud *aliquantulum*, cuinam magis quam ei congruerit qui tres tantummodo dies in inferis mansit? Certe nobis haudquaquam qui ad D longum tempus corrumpimur. Deinde progrediens ait : Nam si is qui adoratur, inquit, ab angelis, sustinuit quiddam minus habere quam angeli propter te. multo magis tu qui es minor angelis, debesomnia propter ipsum perferre.

Ἐκ τῆς ὁμιλίας τοῦ ἁγίου Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου εἰς το· « Ὁ ἀποστείλας με Πατὴρ μείζων μού ἐστι » (14).

Ex homilia sancti Amphilochii episcopi Iconiensis in illud : « Qui misit me Pater, major me est. »

ιβ'. Εἰπὲ κατὰ ποῖον λόγον λέγεις τὸν Πατέρα μείζονα

12. Dic mihi quonam sensu ais Patrem Filio

[20] Hebr. II, 9. [21] ibid. [22] ibid.

(12) Hanc homiliam inter Spurias collocat Montfauconius, t. XI, p. 858. At Græci certe sub Manuele Comneno genuinam existimabant. Verum ipsa materia codicis Vaticani est inedita. Imo vero idem sermo videtur, qui supra dicitur *contra Arianos*. Etenim locus apud nos (col. 209) citatus dicitur apud Combefisium ex sermone in illud : *Pater major me est.*

(13) Edit. Montf. t. XII, homil. IV, p. 41 A.

(14) Titulus hic exstat apud Combefisium, p. 145.

majorem? Haud ego, inquit, dico, sed dicenti credo. Ipsemet enim ait : *Qui misit me Pater, major me est.* Si dicenti credis, jam tu a contentione desiste, et ego quoque linguam cohibebo, ipsique Filio permittamus proprii sermonis interpretationem. Ain ergo, Domine, cur modo dicis : *Ego et Pater unum sumus*; modo autem : *Qui misit me Pater, major me est?* Si major, quomodo æqualis? si æqualis, quomodo major? Ego, inquit, utrumque affirmo : nam et major me est, et mihi æqualis : nempe secundum divinitatem, æqualis; secundum incarnationem, major. Ego æqualis illi sum, quatenus ab eo genitus : major ille me est, quatenus ego ex Virgine natus sum.

A τοῦ Υἱοῦ; Οὐκ ἐγώ, φησὶ, λέγω, ἀλλα τῳ λέγοντι πείθομαι· οὗτος γὰρ ἐστιν ὁ εἰπών· Ὁ ἀποστείλας με Πατὴρ μείζων μού ἐστιν. Εἰ τῷ λέγοντι πείθῃ, παῦσον καὶ σὺ τὴν μάχην κἀγὼ συστελῶ τὴν γλῶσσαν· καὶ δῶμεν τῷ Υἱῷ τὸν οἰκεῖον λόγον ἑρμηνεῦσαι. Εἰπὲ γοῦν, Δέσποτα, διατί ποτὲ μὲν λέγεις· Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν, ποτὲ δὲ, Ὁ ἀποστείλας με Πατὴρ μείζων μού ἐστιν; Εἰ μείζων, πῶς ἴσος; εἰ ἴσος, πῶς μείζων; Τὰ δύο λέγω· ἐπειδὴ καὶ μείζων μου ἐστὶ καὶ ἴσος· κατὰ τὴν θεότητα ἴσος, κατὰ τὴν οἰκονομίαν μείζων. Ἴσος αὐτοῦ εἰμι, ἐπειδὴ ἐξ αὐτοῦ ἐγεννήθην· μείζων μου ἐστὶν, ἐπειδὴ ἐκ τῆς Παρθένου ἐγεννήθην.

Ex epistola S. Leonis papæ Romani, quæ dicitur columna rectæ fidei.

13. Ita non ejusdem naturæ est dicere : *Ego et Pater unum sumus;* et dicere : *Pater major me est.* Quamvis enim in Domino Jesu Christo Dei et hominis una persona sit; aliud tamen est, unde in utroque communis est contumelia, aliud unde communis est gloria. De nostro enim illi est minor Patre humanitas; de Patre illi est æqualis cum Patre divinitas.

B

Ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Λέοντος πάππα Ῥώμης τῆς λεγομένης στήλης ὀρθοδοξίας (15).

ιγ'. Οὕτως οὐ τῆς αὐτῆς ἐστι φύσεως τὸ λέγειν· Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν· καὶ τὸ λέγειν· Ὁ Πατὴρ μου μείζων μου ἐστιν· εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ ἐν τῷ Δεσπότῃ Ἰησοῦ Χριστῷ, τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ ἀνθρώπου ἓν ἐστι πρόσωπον, ὅμως ἕτερόν ἐστιν ἐκεῖνο ἐξ οὗ ἐν ἑκατέρῳ κοινόν ἐστι τὸ τῆς ὕβρεως· καὶ ἕτερον, ἐξ οὗ κοινὸν τὸ τῆς δόξης καθέστηκεν· ἐξ ἡμῶν μὲν γὰρ ἐστιν αὐτῷ ἡ ἐλάσσων τοῦ Πατρὸς ἀνθρωπότης· ἀπὸ δὲ τοῦ Πατρός ἐστιν αὐτῷ ἡ μετὰ τοῦ Πατρὸς ἴση θεοτης.

S. Anastasii capitulum septimum ex sexdecim adversus Monophysitas.

14. Qui philosophice vel potius insipienter aiunt carnem factam esse divinam æquatamque Dei Verbo, dicant nobis utrum haud contrectabilis quoque, invisibilis, et incircumscripta post conjunctionem cum Dei Verbo caro evaserit. Quod si ita est, incarnatio quidem nihil aliud nisi phantasia spectrumque est. Sin vero has qualitates non habet, quomodo æquata est incircumscripto atque invisibili?

C

Ἐκ τῶν δεκαὲξ κεφαλαίων τῶν κατὰ τῶν Μονοφυσιτῶν τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου τὸ ἑβδομον.

ιδ'. Οἱ φιλοσόφως, μᾶλλον δὲ ἀσόφως λέγοντες ὅτι ἀπεθεώθη καὶ ἰσώθη ἡ σὰρξ τῷ Θεου Λόγῳ, εἰπωσιν ἡμῖν εἰ ἄρα καὶ ἀψηλαφήτος καὶ ἀόρατος καὶ ἀπερίγραπτος μετὰ τὴν ἕνωσιν ἡ σὰρξ τῷ Θεῷ Λογῳ. Εἰ δὲ τοῦτο, φαντασία πάντως καὶ δόκησις ἡ οἰκονομία· εἰ δ' οὐ ταυτα ἔσχεν ἡ σὰρξ, πῶς ἰσώθη τῷ ἀπεριγράπτῳ (16);

S. Gregorii Nysseni ex sermone de divinitate Filii sanctique Spiritus, et de Abrahamo.

15. Cum igitur Verbum dicit, *se non posse facere*, perspicuum est non deitati unigeniti Filii impotentiam attribuere; sed imbecillitatem nostræ naturæ impotentem esse testari. Infirma autem caro est, quemadmodum scriptum est : *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma* [18]. Ergo per utraque verum dicit divina Scriptura, dum et majorem Patrem confitetur, et æqualem Filium non negat; nam ubi Verbum humanam spectat naturam, eum qui non cernitur, majorem eo dicit esse qui per carnem cernebatur : sed ubi mentem ad divinitatem ducit, desinit hæc majoris et minoris comparatio; proque his unitas prædicatur : *Ego et Pater unum sumus.* At ea quæ per inæqualitatem variant, unum esse non possunt.

D

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Νύσσης ἐκ τοῦ λόγου αὐτοῦ τοῦ περὶ θεότητος Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος καὶ εἰς τὸν Ἀβραάμ (17).

ιε'. Ὅταν οὖν ἀποφαίνηται ὁ λόγος ὅτι οὐ δύναται ποιεῖν, δῆλον ὅτι οὐχὶ τῇ θεότητι τοῦ Μονογενοῦς τὴν ἀδυναμίαν προστίθησιν, ἀλλὰ τῇ ἀσθενείᾳ τῆς ἡμετέρας φύσεως προσμαρτυρεῖ τὸ ἀδύνατον. Ἀσθενὴς δὲ ἡ σὰρξ, καθὼς γέγραπται, ὅτι· Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής· οὐκοῦν δι' ἀμφοτέρων ἀληθεύει ἡ θεία Γραφὴ, καὶ τὸ μεῖζον ὁμολογουσα, καὶ τὸ ἴσον μὴ ἀρνουμένη· ὅταν γὰρ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον ὁ λόγος βλέπῃ, μείζονα ὁμολογεῖ τοῦ διὰ σαρκὸς ὁρωμένου τὸν μὴ ὁρώμενον· ὅταν δὲ πρὸς τὸ θεῖον χειραγωγῇ τὴν διάνοιαν, ἀργεῖ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος ἡ συγκριτικὴ αὕτη ἀντιπαράθεσις· καὶ ἀντὶ τούτου ἑνότης κηρύττεται· Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν. Τὰ δὲ παρηλλαγμένα κατὰ τὸ ἄνισον, ἓν εἶναι οὐ δύναται.

[18] Matth. XXVI, 41.

(15) Edit. Ballerin, t. I, p. 823.

(16) His sæpe similia sunt in *Hodego* apud Anastasium, præsertim cap. 13.

(17) Edit. Paris, t. III, p. 471 C.

Τοῦ ἁγίου Αὐγουστίνου.

ις'. Ἐπίγνωθι τὴν διττὴν φύσιν τοῦ Χριστοῦ· τὴν θείαν δὴ λέγω, τὴν ἴσην ὑπάρχουσαν τῷ Πατρί· καὶ τὴν ἀνθρωπείαν, ἧς μείζων ἐστὶν ὁ Πατήρ (18).

Τοῦ Δαμασκηνοῦ κεφ. ρ' (19).

ιζ'. Καὶ σεσάρκωται τοίνυν ὁ Λόγος, καὶ τῆς οἰκείας ἀϋλότητος οὐκ ἐξέστηκε· καὶ ὅλος σεσάρκωται, καὶ ὅλος ἐστὶν ἀπερίγραπτος· σμικρύνεται σωματικῶς καὶ συστέλλεται, καὶ θεϊκῶς ἐστιν ἀπερίγραπτος, οὐ συμπαρεκτεινομένης τῆς σαρκὸς αὐτοῦ τῇ ἀπεριγράπτῳ αὐτοῦ θεότητι. Ὅλος μὲν οὖν ἐστι Θεὸς τέλειος, οὐχ ὅλον δὲ Θεός· οὐ γὰρ μόνον Θεός, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος· καὶ ὅλος τέλειος ἄνθρωπος· οὐχ ὅλον δὲ ἄνθρωπος· οὐ μόνον γὰρ ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ Θεός.

Ἐκ τοῦ πρώτου βιβλίου τῶν Θησαυρῶν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ ἑνδεκάτου κεφαλαίου (20).

ιη'. Ὅταν λέγῃ Χριστὸς ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα μείζονα, ἴσταται πάλιν τῇ ἀνθρωπότητι πρέπων ὁ λόγος, οὐ τῆς θείας οὐσίας αὐτοῦ κατηγόρημα, ὡς ἐν ἐλάττοσι κειμένης, ἢ ἐν οἷς ἐστιν ὁ γεννήσας αὐτόν. Καὶ πάλιν προϊών· Ἴσος ἄρα τῷ Πατρὶ καὶ ὁμοούσιος ὁ Υἱός. Οἰκονομικῶς δὲ εἰρῆσθαι πιστεύομεν ἐπὶ τοῦ Πατρὸς τὸ μεῖζον. Ὅταν γὰρ ἐνανθρωπήσας φαίνεται, τότε καὶ τοῦτό φησιν ὡς ἄνθρωπος.

Τοῦ αὐτοῦ ἐν ἑβδόμῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν λόγῳ.

ιθ'. Ἀνθρωπότητι γὰρ καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν ἀπορρήτως συνενηγμένος ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος νοεῖται Χριστός· ἀνωτέρω μὲν ἀνθρωπότητος, ὡς φύσει Θεὸς καὶ Υἱός· ὑφιζάνων δέ τι βραχὺ τοῦ ἐν δόξῃ θεοπρεποῦς, ὡς ἄνθρωπος, Τοιγάρτοι ποτὲ μὲν ἔφασκεν· Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα. Καί, Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν. Ποτὲ δὲ αὖ πάλιν, Ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστιν.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐκ τοῦ πρώτου τοῦ περὶ Υἱοῦ λόγου (21).

κ'. Σὺ δέ μοι καταριθμει πρὸς ταὐτὰ τὰ τῆς ἀγνωμοσύνης ῥήματα· τὸ, Θεόν μου καὶ Θεὸς ὑμῶν· τὸ, μείζων· τὸ, ἔκτισε· τὸ, ἡγίασε. Καὶ μετ' ὀλίγα· Τούτων γὰρ ἕκαστον οὐ χαλεπὸν καὶ κατὰ μέρος ἐπεξιόντα ἐξηγεῖσθαί τοι πρὸς τὸ εὐσεβέστατον καὶ ἀνακαθαίρειν τὸ ἐν τοῖς γράμμασι προσκομμα· εἴ γε προσπταίεις ὄντως, ἀλλὰ μὴ ἐκὼν κακουργεῖς. Ἐνὶ δὲ κεφαλαίῳ τὰ μὲν ὑψηλότερα πρόσαγε τῇ θεότητι καὶ τῇ κρείττονι φύσει παθῶν καὶ σώματος, τὰ δὲ ταπεινότερα, τῷ συνθέτῳ καὶ τῷ διὰ σὲ κενωθέντι καὶ σαρκωθέντι.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

κα'. Τίς οὖν ἀντερεῖ λόγος κτίσμα μὲν λέγεσθαι

A

S. Augustini

16. Agnosce geminam substantiam Christi ; divinam scilicet, qua æqualis est Patri ; humanam, qua major est Pater.

Damasceni capitulum centesimum.

17. Et caro igitur Verbum factum est, et naturam suam materia expertem non amisit. Totum incarnatum est et totum est incircumscriptum. Minuitur corporaliter et contrahitur, divinitus autem manet infinitum : neque vero ejus caro extenditur ad ejusdem divinitatis infinitatem. Totus igitur est Deus perfectus ; neque tamen ejus universitas est Deus ; non enim tantummodo est Deus, verum etiam homo. Totus perfectus est homo ; non tamen ejus universitas est homo : neque enim tantummodo est homo, verum etiam Deus.

B

Ex primo libro Thesaurorum S. Cyrilli, cap. XI.

18. Cum Christus dicit, Patrem majorem se esse, sermo hic humanitati illius convenit, non autem divinam ejusdem essentiam lædit, quasi inferior sit Genitori suo. Et infra : Æqualis igitur est et consubstantialis Patri Filius. Incarnationis vero causa credimus Patrem majorem a Filio vacatum. Cum enim humanitatem assumpsit tum etiam ut homo hoc dixit.

Ejusdem in septimo sermonum ad Hermiam.

19. Humanitati per nexum hypostaticum ineffabiliter conjunctum Dei Verbum, Christus intelligitur : superior quidem humanitate, utpote natura Deus et Filius : minoratus autem aliquantum infra gloriam Deo dignam, utpote homo. Quamobrem modo dixit : *Qui vidit me, vidit Patrem.* Item : *Ego et Pater unum sumus.* Modo autem : *Pater meus major me est.*

C

S. Gregorii Theologi ex sermone primo de Filio.

20. Tu vero mihi illas vecordium hominum voces enumera : *Deus meus et Deus vester*, et *major*, et *creavit*, et *sanctificavit*. Et paulo infra : Hæc enim singula sigillatim persequi, pioque sensu explicare, minime difficile est ; atque offendiculum illud, quod in litteris exsistit, removere ; si modo vere offendis, et non potius de industria peccas. Ut autem summatim dicam, tu quidem sublimiora dicta divinitati, passionibusque et corpore experti naturæ, attribue ; humiliora autem composito homini tuique causa exinanito et incarnato.

D

Ejusdem ex eodem sermone.

21. Quænam ergo ratio vetat, quominus creatu-

(18) Vestiganti mihi occurrit hic locus apud Aug. in Joan. tract. LXXVIII, 3. Ibi tamen est *agnoscamus* non *agnosce*.

(19) In editione Lequienii, *De fid. orth.* lib. III, cap. 7, t. I, p. 215.

(20) Edit. cit. t. V, part. I, p. 85, A, et p. 86 B.

(21) Edit. Maurin, t. I, orat. 29, § 18.

ram Sapientiam dicamus secundum terrestrem nativitatem ; Filium autem secundum primam magisque incomprehensibilem ?

S. Joannis Damasceni ad eos qui rogant, sitne Christi persona creata, an increata.

22. Dei Verbi persona, ante carnem assumptam simplex erat, nec composita. corpore expers, et increata. Ex quo autem carnem suscepit, carni quoque persona facta est, compositaque evasit ex divinitate, quam nunquam non habuit, et ex carne quam assumpsit : geritque adeo duplicis naturæ proprietates, utpote quæ in duabus naturis noscitur. Quo fit ut una eademque persona et divinitatis ratione increata sit, et creata ratione humanitatis ; visibilis simul et invisibilis. Nam alioqui in eas angustias adducemur, ut vel unum eumdemque Christum dividamus, duas personas asserendo ; vel naturarum distinctionem inficiantes, conversionem aut confusionem inducamus.

Ejusdem capitulum CVI, *de naturarum proprietatibus.*

23. Eumdem porro Dominum nostrum Jesum Christum, et perfectum Deum, et perfectum homi nem prædicantes, hoc profitemur, eumdem et omnia habere, quæ pater habet, excepta ingeniti proprietate ; ei omnia item, quæ primus Adam, excepto solo peccato, hoc est, corpus et animam ratione et intelligentia præditam : quin habere etiam eum, uti duabus naturis consentaneum est, duplices naturarum duarum naturales proprietates ; hoc est, duas naturales voluntates, divinam et humanam : duas item naturales operationes, divinam et humanam ; duas naturales arbitrii libertates, divinam et humanam : ac denique sapientiam et scientiam duplicem, divinam et humanam. Nam cum ejusdem ac Pater substantiæ sit, libere vult et agit ut Deus : rursus cum consubstantialis sit nobis, libere item vult et agit, ut homo. Ipsius enim miracula sunt, ipsius quoque passiones.

Ex secunda S. Leonis papæ Romani ad Leonem imperatorem epistola, cujus est inscriptio : « Gloriosissimo et tranquillissimo filio Augusto Leoni, Leo episcopus. »

24. In vero Dei atque hominis Filio, Verbi et carnis una persona est, quæ inseparabiliter atque indivise communes habet actiones. Intelligendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates, et sinceræ fidei contemplatione cernendum est, ad quæ provehatur humilitas carnis, et ad quæ inclinetur altitudo deitatis : quid sit quod caro sine Verbo non agit, et quid sit quod Verbum sine carne non efficit ? Sine Verbi enim potentia nec conciperet Virgo nec pareret ; et sine veritate carnis obvoluta pannis infantia non jaceret. Sine Verbi potentia non adorarent Magi puerum, stella indice declaratum ; et

A τὴν Σοφίαν κατὰ τὴν κάτω γέννησιν, γέννημα δὲ κατὰ τὴν πρώτην καὶ πλέον ἀληπτον ;

Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ πρὸς τοὺς λέγοντας, ἡ ὑπόστασις τοῦ Χριστοῦ κτιστὴ, ἢ ἄκτιστος · Κεφ. ρκζ' (22).

κβ'. Ἡ ὑπόστασις τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς τὴς σαρκώσεως ἁπλῆ ἦν καὶ ἀσύνθετος καὶ ἀσώματος καὶ ἄκτιστος. Σαρκωθεῖσα δὲ αὐτη γέγονε καὶ τῇ σαρκὶ ὑπόστασις · καὶ γέγονε σύνθετος ἐκ θεότητος, ἣς εἶχεν ἀεὶ, καὶ ἐξ ἧς προσείληφε σαρκός · καὶ φέρει τῶν δύο φύσεων τὰ ἰδιώματα, ἐν δυσὶ γνωριζομένη ταῖς φύσεσιν. Ὥστε καὶ αὐτὴ μία ὑπόστασις, ἀκτιστός τέ ἐστι τῇ θεότητι, καὶ κτιστὴ τῇ ἀνθρωπότητι, ὁρατή τε καὶ ἀόρατος. Ἐπεὶ ἀναγκαζόμεθα διαιρεῖν τὸν B ἕνα Χριστὸν, δύο τὰς ὑποστάσεις λέγοντες, ἢ τὴν τῶν φύσεων ἀρνεῖσθαι διαφοράν · καὶ τροπὴν εἰσάγειν καὶ σύγχυσιν.

Τοῦ αὐτοῦ κεφάλαιον ρς' περὶ τῶν ἰδιωμάτων τῶν φύσεων (23).

κγ'. Τέλειον δὲ Θεὸν ὁμολογοῦντες τὸν αὐτὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τέλειον ἄνθρωπον, φαμὲν τὸν αὐτὸν πάντα ἔχειν ὅσα ὁ Πατὴρ, πλὴν ἀγεννησίας · καὶ πάντα ἔχειν ὅσα ὁ Ἀδὰμ ὁ πρῶτος δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας · ἄτινά ἐστι σῶμα καὶ ψυχὴ λογική τε καὶ νοερά · ἔχειν δὲ αὐτὸν κατ-αλλήλως ταῖς δυσὶ φύσεσι διπλᾶ τὰ τῶν δύο φύσεων φυσικὰ ἰδιώματα · δύο θελήσεις φυσικὰς, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην · καὶ ἐνεργείας δύο φυσικὰς, τήν τε C θείαν καὶ τὴν ἀνθρωπίνην · καὶ αὐτεξούσια δύο φυσικὰ, θεῖόν τε καὶ ἀνθρώπινον · καὶ σοφίαν καὶ γνῶσιν, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην. Ὁμοούσιος γὰρ ὢν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, αὐτεξουσίως θέλει καὶ ἐνεργεῖ ὡς Θεός · ὁμοούσιος δὲ καὶ ἡμῖν, αὐτεξουσίως θέλει καὶ ἐνεργεῖ ὡς ἄνθρωπος ὁ αὐτός. Αὐτου γὰρ τὰ θαύματα, αὐτου καὶ τὰ παθήματα.

Ἐκ τῆς δευτέρας ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Λέοντος πάππα Ῥώμης πρὸς Λέοντα τὸν βασιλέα, ἧς ἡ ἐπιγραφὴ, « Τῷ ὑπερενδοξοτάτῳ καὶ γαληνοτάτῳ υἱῷ Αὐγούστῳ Λέοντι, Λέων ἐπίσκοπος (24). »

κδ'. Τῷ ἀληθεῖ τοῦ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου Υἱῷ τοῦ τε Λόγου καὶ τῆς σαρκὸς ἓν ὑπάρχει πρόσωπον, D ὅπερ ἀχωρίστως καὶ ἀδιαιρέτως κοινὰς ἔχει τὰς πράξεις. Δεῖ νοεῖν ὅμως αὐτῶν τῶν ἔργων τὰς ποιότητας · καὶ τῇ κατανοήσει τῆς εἰλικρινους πιστεως δεῖ καθορᾶν, ἐπὶ ποῖα μὲν ἡ τῆς σαρκὸς προάγεται ταπεινοτης, ἐπὶ ποῖα δὲ τὸ ὕψος τῆς θεότητος ἐπικλίνεται · καὶ τί μὲν ἐστὶν, ὅπερ σὰρξ οὐ πράττει δίχα του Λόγου · τί δὲ εἴη ὅπερ ὁ Λόγος χωρὶς τῆς σαρκὸς οὐκ ἐργάζεται. Δίχα μὲν γὰρ τῆς τοῦ Λόγου δυνάμεως οὐδ' ἂν ἡ Παρθένος συνέλαβεν, οὐδὲ ἔτεκεν · δίχα δὲ τῆς ἀληθείας τῆς σαρκὸς οὐκ

(22) Edit. Lequien. *De fid. orth.* lib. IV, cap. 5.
(23) Oper. cit. lib. II, cap. 13.
(24) Edit. Ballerin. t. I, p. 1366.

ἂν κεκαλυμμένη τοῖς ῥάκεσιν ἔκειτο νηπιότης. Καὶ δίχα μὲν τῆς τοῦ Λόγου δυνάμεως οὐκ ἂν προσεκύνησαν οἱ Μάγοι τὸ παιδίον, τὸ ὑπὸ τοῦ μηνύοντος ἀστέρος δηλούμενον· δίχα δὲ τῆς ἀληθείας τῆς σαρκὸς οὐκ ἂν ἐκελεύετο τὸ παιδίον εἰς Αἴγυπτον μεταφέρεσθαι, καὶ τοῦ κατὰ τὸν Ἡρῴδην ὑπεξάγεσθαι διωγμοῦ. Καὶ δίχα μὲν τῆς τοῦ Λόγου δυνάμεως οὐκ ἂν ἔλεγεν ἡ φωνὴ τοῦ Πατρὸς, ἐξ οὐρανῶν ἀφεθεῖσα, Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· δίχα δὲ τῆς ἀληθείας τοῦ σώματος οὐκ ἂν προσεμαρτύρατο ὁ Ἰωάννης· Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Καὶ δίχα μὲν τῆς τοῦ Λόγου δυνάμεως οὐκ ἂν ἐγένετο τῶν τε ἀσθενούντων ἡ ῥῶσις καὶ τῶν τεθνεώτων ἡ ζωοποίησις· δίχα δὲ τῆς ἀληθείας τῆς σαρκὸς οὔτε τροφὴ τῷ νηστεύοντι, οὔτε μὴν ὕπνος ἀναγκαῖος ὑπῆρχεν τῷ κοπιάσαντι. Καὶ τὸ δὴ πέρας δίχα μὲν τῆς τοῦ Λόγου δυνάμεως οὐκ ἂν ἑαυτὸν ὁ Κύριος ἴσον τῷ Πατρὶ συγχάνοντα ὡμολόγει· δίχα δὲ τῆς ἀληθείας του σώματος οὐκ ἂν ὁ ἑαυτὸς ἔλεγε μείζονα εἶναι ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα· ὁπότε καὶ ἡ καθολικὴ πίστις ἑκάτερον δέχεται, καὶ ἑκάτερον ἐκδικεῖ, ἥτις κατὰ τὴν ὁμολογίαν τοῦ μακαρίου ἀποστόλου Πέτρου, ἕνα Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ ἄνθρωπον πιστεύει καὶ Λόγον. Εἰ καὶ τὰ μάλιστα τοίνυν ἐξ ἐκείνης τῆς ἀρχῆς, ἀφ' ἧς ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Παρθένου ὁ Λόγος γέγνε σάρξ, τουτ' ἔστι σάρκα ἔλαβεν, οὐδ' ὅτι οὖν ἦν διαιρέσεως μεταξὺ τῆς ἑκατέρας μορφῆς· καὶ δι' ἁπάσης αὐξήσεως σωματικῆς ἑνὸς προσώπου αἱ του παντὸς χρόνου πράξεις γεγόνασιν· ὅμως αὐτὰ ταῦτα, ἅπερ ἀχωρίστως γεγένηται, κατ' οὐδεμίαν ἐπιμιξίαν συγχέομεν· ἀλλὰ ποίας εἴη μορφῆς, ἐκ τῆς τῶν ἔργων ποιότητος αἰσθανόμεθα.

A sine veritate carnis non juberentur in Ægyptum transferri puer, et ab Herodis persecutione subduci. Sine Verbi potentia non diceret vox Patris missa de cœlo: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*[24]; et sine veritate carnis non protestaretur Joannes: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*[25]. Sine Verbi potentia non fieret redintegratio debilium, et vivificatio mortuorum; et sine veritate carnis nec cibus jejuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo sine Verbi potentia non se Dominus Patri profiteretur æqualem; et sine veritate carnis non idem diceret Patrem se esse majorem: cum catholica fides utrumque suscipiat, utrumque defendat, quæ secundum confessionem beati apostoli Petri, unum Christum Dei vivi Filium, et hominem credit et Verbum. Quamvis itaque ab illo initio, quo in utero virginis Verbum caro factum est, nihil unquam inter utramque formam divisionis exstiterit, et per omnia incrementa corporea unius personæ fuerint totius temporis actiones; ea ipsa tamen, quæ inseparabiliter facta sunt, nulla permistione confundimus; sed cujus formæ sit, ex operum qualitate sentimus.

B

C

Ἀθανασίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας τοῦ ὁμολογητοῦ (25).

S. Athanasii episcopi Alexandrini confessoris.

κε'. Ὅσαι τοίνυν ταπειναὶ λέξεις καὶ ἔργα, εἰς τὸ σῶμα τοῦ Υἱοῦ γεγραμμένα νόει· ὅσα δὲ ἔνδοξα ῥήματα, εἰς τὴν τοῦ Λόγου θεότητα. Ὅταν πεινᾷ μετὰ νὸ νηστεῦσαι, τοῦ σώματος ἐλάττωμα· ἡνίκα δὲ ἐκ πέντε ἄρτων τοὺς πεντάκις χιλίους ἄνδρας χωρὶς παιδίων καὶ γυναικῶν τρέφει, καὶ δώδεκα κοφίνους πλήρεις κλασμάτων περισσεύει, τῆς θεότητος τοῦ Λόγου τὸ ἔργον. Ἡνίκα δὲ ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον ἐν τῷ πλοίῳ κοιμᾶται, ἀναπαύσεως σωματικῆς ἔργον· ὅταν περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἀπειλῇ τοῖς κύμασι καὶ τοῖς ἀνέμοις, Σιώπα, πεφίμωσο, εὐθὺς ἀκούει παρὰ τῶν ἐν τῷ πλοίῳ μεθ' ὅρκων ὁμολογούντων, Ἀληθῶς Θεοῦ Υἱὸς εἶ. Ὅταν ἑστὼς πρὸς τῷ μνήματι Λαζάρου δακρύῃ, καὶ ὀπηνίκα πάσχειν ἔμελλε, λέγῃ· Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου, καὶ ἀσημονῇ· καὶ τὸ μὲν πνεῦμα τῆς θεότητος πρόθυμον εἰς πᾶσαν οἰκονομίαν λέγῃ, τὴν δὲ σάρκα ἀσθενῇ, τοῦ σώματος ἀσθένεια, τὸ λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν· ὅταν κελευστικῶς λέγῃ, Λάζαρε, δεῦρο ἔξω, καὶ ἀνέστη ζῶν ὁ νεκρὸς τετραήμερος ἤδη λελυμένος (ὃ οὐκ ἐγένετο ἀπ' ἀρχῆς τῆς κτίσεως), τῆς θεότητος τὸ σημεῖον.

25. Cunctas igitur humiles dictiones de Filii corpore scriptas existima: gloriosas autem dictiones ad Verbi divinitatem refer. Cum esurit post jejunium, corporis est infirmitas; cum autem quinque panibus virorum quinque millia, absque pueris mulieribusque, saturat, et duodecim cophinos fragmentis implet, hoc a Verbi divinitate procedit. Cum in navi capite reclinato dormit, id corporalis requiei proprium est: cum autem ambulans supra mare fluctibus ventisque imperans ait: *Sile, obmutesce*, statim audit navis socios cum sacramento affirmantes: *Vere Filius Dei es*[26]. Cum sepulcro Lazari astans lacrymatur; et cum passioni proximus dicit: *Tristis est anima mea usque ad mortem atque tædiat*; et divinitatis quidem spiritum ad omne opus incarnationis paratum ait, carnem autem infirmam; hæc est videlicet corporis infirmitas, quæ tristatur atque tædiat; cum vero imperative dicit: *Lazare, veni foras*, surgitque redivivus qui quatriduanus jam fœtebat (cujusmodi res ab orbe condito nunquam acciderat), hæc divinitatis demonstratio est.

D

[24] Matth. III, 17; XVIII, 5. [25] Joan. I, 29. [26] Marc. IV, 39.

(25) Sequentibus similia legebam etiam in spurio, ut dicitur, opere S. Athanasii de fide sua, quod exstat Latine in edit. Maurin. t. II, p. 629. Item paria habet Nicetas Aquileiensis in opusculo *De ratione fidei* a me divulgato.

S. Cyrilli ex libro nono operis de adoratione in spiritu.

26. Non igitur æquare poterit divinitatis excellentiam humana natura ; id enim fieri minime potest. Itaque, ut qui nostri similis factus esset, talisque intelligeretur, dicebat : *Pater major me est*, cum tamen idem ex natura divinitatis æqualis sit, et nihilo inferior excellentia Genitoris.

S. Cyrilli.

27. Nonne de ipso scriptum est inferiorem esse, quod ad humanitatem attinet, præstante angelorum natura ; infraque horum gloriam paulo minoratum ? Ita est. Dixit enim Paulus : *Eum autem qui modico quam angeli minoratus est, videmus Jesum, propter passionem mortis, gloria et honore coronatum*. At quid causæ sit, cur licet præstantiorem naturam nacti supernæ civitatis incolæ, et certissima atque indubitata prorsus Dei cognitione præditi, illum qui natura inferior est, et ipsorum gloriæ cedit, adorandum fecerint, expone, quæso. Equidem tuæ jam sunt hæ partes. Igitur, si est idem et inferior simul, et incomparabiliter excellens, facile tribuemus humanitati id quod inferius est, quod in eam congrue cadit (multum enim distat ab angelis natura hominis) : deitati vero omnia superanti, supereminere et attolli supra res creatas, et ultra omnem rationalem substantiam et omne nomen quod nominatur, substantialiter excedere concedemus. Sin autem etiam absque carne, et nondum humanitati velut insertum Verbum ipsis quoque angelis inferius esse censeatur, minus quidem erit ipsum suis creaturis, ac præterea adorator ; nec ei jam succurret aut patrocinabitur demum nostra defensio. Quod si hæc dicere ac sentire impium est simul ac fallacissimum, minor autem est, quoniam et homo est ; utique sequetur id esse cogitandum, scilicet adoratorem esse, quatenus homo est.

Ejusdem.

28. Cum autem apostolico dicto insultent, perinde ac si ad vulgarem aliquam hominem referretur, age totam sententiam ab initio repetamus, quatenus ad institutum sermonem pertinet. Scriptum itaque est : *Eum autem qui modico quam angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum. Et paulo infra*. Ecce enim, et quidem apertissime cum dicat minoratum infra angelos propter passionem mortis, atque ob id coronatum esse gloria et honore, manifeste illum ostendit de quo verba fecit, nimirum Unigenitum : participem enim ait factum esse carnis et sanguinis perinde ac nos.

(26) Edit.cit. t. I, p. 317 D.
(27) *De Trinitate*, dialog. IV, t. V, part. I, p. 624 D.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἀπὸ τοῦ ἐνάτου λόγου τοῦ περὶ τῆς ἐν πνεύματι λατρείας. Κεφ. β' (26).

κζ'. Οὐκοῦν οὐκ ἰσοστατήσει τῆς θεότητος ὑπεροχαῖς τὸ ἀνθρώπινον · πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν ὡς καθ' ἡμᾶς γεγονὼς καὶ νοούμενος · Ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστι, καίτοι κατὰ φύσιν θεότητος ἰσομέτρως ἔχων, καὶ τῆς τοῦ τέκοντος ὑπεροχῆς οὐχ ἡττώμενος.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου (27).

Τόμος τέταρτος. Ἐν τούτῳ κεῖνται πᾶσαι αἱ παλαιαὶ αἱρέσεις αἱ ἀναφανεῖσαι μέχρι τῆς Ἀρείου αἱρέσεως. Ἐγράφη δὲ πρώτη ἡ τοῦ Σίμωνος, καὶ ἡ ἐπ' αὐτῷ ἀντίρρησις, ἐν ᾗ δηλοῦται καί ὅπως ὁ Σίμων κακῶς ἐξέρρηξε τὴν ψυχήν· δευτέρα ἡ τῶν Νικολαϊτῶν· τρίτη ἡ τῶν Καρποκρατηνῶν· τετάρτη ἡ τοῦ Βαλεντίνου, ἐν ᾗ εἰρήκαμεν καὶ περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως· πέμπτη ἡ τοῦ Πτολεμαίου· ἕκτη ἡ τοῦ Μάρκου· ἑβδόμη ἡ τῶν Ἀσκοδρούγων ἔνθα καὶ περὶ τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου καὶ ἄλλα τινὰ τοῦ παλαιοῦ νόμου ἐρρέθησαν· ὀγδόη ἡ τοῦ Καλοδάρσου· ἐννάτη ἡ τῶν Ὀφιτῶν, ἐν ᾗ καὶ περὶ τοῦ, πῶς ἐκλήθη φρονιμος ὁ ὄφις, καὶ περὶ αἰώνων, καὶ περὶ τοῦ φυτοῦ τῆς γνώσεως, καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ παραδείσου ἐκβολῆς τοῦ Ἀδάμ· δεκάτη ἡ τοῦ Προδίκου, ὅς κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας παρεδίδου ἀκολούθως τῷ Πλάτωνι. Ἐνδεκάτη ἡ τῶν Καϊνῶν· δωδεκάτη ἡ τῶν Σηθιανῶν· τρισκαιδεκάτη ἡ τῶν Ἀρχοντικῶν· τεσσαρεσκαιδεκάτη ἡ τοῦ Κέρωνος καὶ Μαρκίωνος, ἐν ᾗ καὶ περὶ τῆς ὕλης. Πεντεκαιδεκάτη ἡ τοῦ Λουκιανοῦ· ἑξκαιδεκάτη ἡ τοῦ Ἀπελλῆ· ἑπτακαιδεκάτη ἡ τοῦ Σεβηριανοῦ· ὀκτάκαιδεκάτη ἡ τοῦ Τατιανοῦ· ἐννακαιδεκάτη ἡ τῶν Ἐγκρατητῶν· εἰκοστὴ ἡ τῶν Ἀσκοδρουγιτῶν· εἰκοστὴ πρώτη ἡ τῶν Κυντιλιανῶν καὶ Ἡρισκιλιανῶν καὶ Ἡπουζιτῶν, καὶ Ἀρτοτυριτῶν· εἰκοστὴ δευτέρα ἡ τῶν Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν, ἐν ᾗ καὶ περὶ τῶν θείων μυστηρίων· εἰκοστὴ τρίτη ἡ τῶν Ἀλόγων· εἰκοστὴ τετάρτη ἡ τῶν Ἀδαμιανῶν· εἰκοστὴ πέμπτη ἡ τῶν Σαμψαίων καὶ Ἐλκεσαίων, ἐν ᾗ καὶ περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Λόγου· εἰκοστὴ ἕκτη ἡ τῶν Θεοδοτιανῶν, ἐν ᾗ καὶ τὸ, πῶς νοεῖται, τῷ δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα βλασφημήσαντι οὐκ ἀφεθήσεται· εἰκοστὴ ἑβδόμη ἡ τοῦ Νοήτου καὶ τοῦ Ναβάτου· εἰκοστὴ ὀγδόη ἡ τοῦ Σαβελλίου· εἰκοστὴ ἐννάτη ἡ τοῦ Μαρκέλλου. τριακοστὴ ὡ τῶν Οὐαλησίων· τριακοστὴ πρώτη ἡ τοῦ Ὠριγένους, ἐν ᾗ καὶ διάφοροι δόξαι Ἑλληνικαὶ περὶ ψυχῆς, καὶ ἑρμηνεία τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ, ὃ φησιν, Ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ δοκιμάσει. » Τριακοστὴ δευτέρα ἡ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως· τριακοστὴ τριτη ἡ τῶν Μανιχαίων καὶ Κουβρίκων, ἐν ᾗ καὶ ἐξήγησις τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ λέγοντος, « Ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου φανῆναι τὸν Κύριον, καὶ σχήματι εὑρεθῆναι ὡς ἄνθρωπον· » τριακοστὴ τετάρτη ἡ τῶν Ἱερατικῶν· τριακοστὴ πέμπτη ἡ τῶν Κόλλυριδιανῶν· τριακοστὴ ἕκτη ἡ τῶν Μασσαλιανῶν, ἐν ᾗ καὶ τὰ κεφάλαια τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἀνατάττονται, καὶ διάφοροι κατ' αὐτῶν ἀντιρρήσεις· τριακοστὴ ἑβδόμη ἡ τῶν Κηρινθιανῶν· τρια-

κοστὴ ὀγδόη ἡ τῶν Ἰκετῶν· τριακοστὴ ἐννάτη ἡ τῶν Γνωσιμάχων· τεσσαρακοστὴ ἡ τῶν Θνητοψύχων· τεσσαρακοστὴ πρώτη ἡ τῶν Χριστολυτῶν· τεσσαρακοστὴ δευτέρα ἡ τῶν Ἐθνοφρόνων, ἐν ᾗ καὶ διάφορα περὶ ἀστρονομίας· τεσσαρακοστὴ τρίτη ἡ τῶν Παρερμηνευτῶν· τεσσαρακοστὴ τετάρτη ἡ τῶν Μελιτιανῶν. Ex argumento vero libri XXV desunt in nostro codice ultima verba, Ἡμεῖς γὰρ ταῦτα, κ. λ.

Indicem argumentorum sequitur inscriptio totius operis, hoc pacto : Συλλογὴ τῶν ὅλων σχεδὸν δοξῶν καὶ αἱρέσεων, καὶ ἱστορία τῶν ἀποτεκόντων αὐτὰς ἀνδρῶν· ἔτι δὲ καὶ ἀντιῤῥήσεις ἐπ' ἐνίαις τούτων, καὶ μάλιστα ταῖς παλαιτέραις· καὶ ἕτερα τινα χρήσιμα τοῖς εὐσεβέσι, πονηθέντα παρὰ τοῦ σεβαστοῦ Νικήτα τοῦ Χωνιάτου, τοῦ δὲ γεγονότος κριτοῦ τοῦ Βήλου, ἐπὶ τῶν κρίσεων ἐφόρου, γενικοῦ ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος (1), ἔπειτα δὲ καὶ μεγάλου λογοθέτου τῶν σεκρετῶν. *Collectio omnium fere opinionum et hæreseum, et historia hominum qui illas instituerunt ; insuper contradictiones adversus quasdam earum, et maxime antiquiores; et alia quædam piis hominibus utilia, elaborata a venerabili Niceta Choniata, electo judice Beli, judiciorum ephoro, ac generali imperialis fisci præfecto, deinde vero etiam magno secretorum logotheta* (2). Deinde Procœmium, cujus initium, p. 3 : Θεῷ καὶ θεοφιλέσιν ἀνδράσι τις ἂν ἀξία προσαγωγὴ γένοιτο ; Ὁ μὲν γὰρ τὸ ἀκροτατον ὢν ἁπάντων τῶν ἐφετῶν οὐδενὸς τῶν ὄντων ἐφίεται. Finis : Ὅπως μίαν ἀνελίττων βίβλον τῷ πολυειδεῖ τοῦ συγγράμματος χαίρῃς, κἀκ τούτου ἐρανίζῃ πανάκειαν τοῖς ὅλεθρίοις ἀντίμαχον δόγμασιν· ἔνθεν τοι καὶ τοῦ λέγειν, ἐνθένδε ἄρξομαι. Tum liber primus pag. 3 b. inc. Ἀδὰμ πρῶτος πλασθεὶς ἀπὸ γῆς ὑπὸ Θεοῦ, καὶ λαβὼν τὸ ζωογόνον ἐμφύσημα ἔσχεν ἐκ μιᾶς τῶν αὐτοῦ πλευρῶν Εὔαν ἑαυτῷ ὁμοίαν· βιώσας δὲ Ἀδὰμ ἔτη ἐννακόσια τριάκοντα, γεγέννηκε Κάϊν μετὰ παράβασιν τῆς ἐντολῆς, καὶ τὴν ἐκ τοῦ παραδείσου ἀπόπεμψιν. Liber ultimus des. Ἃ δὴ πάντα ἐμώρανεν ἡ τῆς μιᾶς θεότητος ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι δύναμις τῇ χάριτι καὶ ἁπλότητι τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος.

II, p. 362, b, Nicetæ Thesaurum excipit pars posterior Historiarum ejus, in libros duos divisa, quæ cum ab editionibus non modo quoad librorum distinctionem, sed etiam in phrasi, et in ipsis quoque rebus, libro præsertim posteriore, discrepet, digna profecto esset quæ, si nova pararetur hujus scriptoris editio, cum editis conferretur. Præcedit titulus : Ἐνταῦθα ἡ ἅλωσις τῆς πόλεως, καί τινα τῶν μετὰ ταῦτα συμβάντων. *Hic captivitas urbis, et quædam ex iis quæ postea acciderunt.* Liber primus incipit a cap. 8 lib. III Alexii Comneni, edit. Paris. pag. 345, Genev. p. 582, a verbis : Ἀλλὰ μέχρι μὲν δὴ τούτων εὔδρομος ἡμῖν ὁ λογος, καὶ διὰ λείας φέρων ὁδοῦ. Des. τῶν δ' ἡλικιῶτων ἐπὶ Κύριον τῇ παιδείᾳ σύνδρομος ἡ παράκλησίς τε καὶ ἐπανάκλησις. Liber secundus pag. 372 incipit a verbis capitis primi lib. de Constantinopolis statu edit. Paris. pag. 377. Genev. pag. 634, nimirum : Εἶχε μὲν οὕτω ταῦτα, καὶ ἡ Κωνσταντίνου καλλίπολις τὸ κοινὸν ἁπάντων ἐθνῶν ἐυρύφημά τε καὶ περιλάλημα, κ. λ. Des. Ὃς καὶ δίκαιον ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον δείκνυσιν ἐπιβαίνοντα, καὶ λέοντα καταπατοῦντα καὶ δράκοντα. Ubi notandum ex hoc posteriore libro fragmentum satis longum, in quo de urbis direptione, et de status ac monumentis post captam per Latinos CPolim eversis et conflatis agitur, utpote quod in impressis desideratur, a Fabricio referri loc. cit. a pag. 403 ad p. 418.

Tandem pro recensionis hujus coronide, cum Fabricius l. c. pag. 435. Indicem scriptorum, a Niceta Choniata in Historia Byzantina laudatorum exhibeat, nos quoque illius exemplum secuti, alium SS. Patrum et aliorum auctorum catalogum, quorum in ejusdem Nicetæ Thesauro referuntur loca atque sententiæ, in medium proferre voluimus, qui sequens est :

Agatho, p. 343.

Ambrosius Mediol. pag. 233, b. 343. Ἐκ τοῦ λόγου τοῦ κατὰ Ἀπολλιναρίου, p. 178 b. Ἐκ τῆ πρὸς Γρατιανὸν τὸν βασιλέα. Ibid.

Amphilochius Iconiensis Ἐκ τῆς πρὸς Σελεύκιον ἐπιστολῆς, p. 178 b. Ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρειανῶν λόγου, pag. 340. Ἐκ τῆς ὁμιλίας εἰς τὸ, « Ὁ ἀποστειλας με Πατὴρ μείζων μού ἐστιν. » Pag. ead. b.

Anastasius Sinaita ἐν τῆς βίβλου τῆς λεγομένης Ὁδηγοῦ, p. 177 b, 178, 188 b, 233 b. Ἐκ τῶν ις' κεφαλαίων τῶν κατὰ Μονοφυσιτῶν τὸ ζ, p. 341 b.

Andreas Cretensis ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὴν Βαϊοφόρον, p. 330.

Athanasius pag. 342 b, 341 b. Εἰς τὸ, « Οὐκ ἀεὶ ἦν Υἱός, » pag. 105 b. Κατὰ τῶν εἰσαγόντων τὸ ὁμοιούσιον, pag. 107 b. Ἐκ τοῦ περὶ πίστεως λόγου, pag. 178 b. Χρήσεις κατὰ Θεοπασχιτῶν, pag. 187 b. Πρὸς τοὺς λέγοντας, Ἔπαθεν ὁ Θεὸς ὡς ἤθελεν, pag. 188. Ἐκ τοῦ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγου, pag. 332. Ἐκ τῆς ἑρμηνίας τῆς εἰς τὸ βασιλικὸν ἱεράτευμα, pag. 333. Ἐκ τοῦ διαλεκτικοῦ λόγου, ὃν ἐποιήσατο πρὸς τὸν Ἄρειον, pag. 340.

Augustinus, p. 341 b. (3).

Basilius Magnus, pag. 104 b, 107 b, 108, 122, 190. Ἐκ τῆς πρὸς Γρηγόριον τὸν ἀδελφὸν ἐπιστολῆς, pag. 11 b, 240. Εἰς τὸ, « Ἀεὶ ὁ Θεὸς Πατὴρ, pag. 104 b. Ἐκ τῆς πρὸς Σωζοπολίτας ἐπιστολῆς, pag. 178 b.

(1) Κοιτὼν apud Græcos medii et infimi ævi, pro fisco, seu domo ærarii imperialis accipitur.

(2) Duo ejusdem operis exemplaria habentur in Biblioth. Regis Christianiss. et aliud in Biblioth. Baluziana, ut videre est in Palæograph. Græc. Montisfalconii loc. cit.

(3) A multis retro sæculis non pauca S. Augustini opera Græca fuere versa.

Ἐκ τοῦ πρὸς Εὐνόμιον πρώτου λόγου, pag. 234. Ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρείου λόγου, ibid. Ἀπὸ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον τὸν Ἰκονίου τριάκοντα κεφαλαίων, pag. 245 b. Ἐκ τῆς εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν ἐξηγήσεως, pag. 330 b. Ἐκ τῆς εὐχῆς, ἧς ἡ ἀρχὴ, Οὐδεὶς ἄξιος, κ. λ., pag. 332. Εἰς τὸ, « Ἐγὼ εἰμι ἡ ἄμπελος, » pag. 344. »

Cosmas Indopleustes ἐκ τοῦ εἰς τὸν ψαλτῆρα προιμίου ἐξηγουμένου ὡς ἐν παρόδῳ τὸ, « Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν, » καὶ τὰ ἑξῆς, pag. 333.

Cyrillus Alexandrinus, pag. 105, 106 a, 106 b, 107 a, 107 b, 109 b, 147 b, 190 b. Ἐκ τοῦ λόγου, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, Ἀπόδειξις διὰ τῶν ἀρχῆθεν γεγενημένων θείων χρησμῶν τοῖς θεσπεσίοις πατριάρχαις περὶ τῆς ἀμείψεως καὶ μεταθέσεως τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν ἐθνῶν, pag. 18. Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι Εἰς τρεῖς θεοὺς πιστεύομεν. P. ead. b. Κατὰ τῶν εἰσαγόντων τὸ ἧττον τῷ Υἱῷ ἐκ τοῦ τὸν Χριστὸν λέγειν ἐν Εὐαγγελίοις, « Ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστιν, » pag. 108. Περὶ τῆς προκοπῆς τοῦ Χριστοῦ, pag. 111 b. Ἐκ τῶν κατὰ τῶν Πνευματομάχων ἀντιῤῥητικῶν λόγων, pag. 123 b, 124, 125, 126. Ὅτι ὁ Μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐνανθρωπήσας ψυχὴν μετὰ σώματος ἀνέλαβεν, » pag. 131 b. Κατὰ Νεστοριανῶν ἐκ τῶν σχολίων τῶν περὶ ἑνώσεως τῶν δύο φύσεων τοῦ Χριστοῦ, pag. 133 b. Ἐκ τῆς πρὸς Ἀκάκιον ἐπιστολῆς, pag. 134, 135 b. Ἐκ τῆς ὁμιλίας τῆς περὶ ἑνὸς Υἱοῦ, pag. 134 b, 135. Ἐκ τοῦ περὶ ἐνανθρωπήσεως λόγου, p. 135 b. Ἐκ τοῦ κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν λόγου, pag. 136, 137 b, 138 b. Ἐκ τῆς πρώτης ὁμιλίας τῆς, Ὅτι οὐ χρὴ λέγειν ἄνθρωπον θεοφόρον, ἀλλὰ Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα, pag. 140 b. Ἐκ τῆς πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῆς, pag. 141. Ἐκ τῆς ὁμιλίας τῆς, Ὅτι εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, pag. 141 b. Ἐκ τοῦ πρὸς τὴν εὐσεβεστάτην βασιλίδα προσφωνητικοῦ, pag. 141 b. Ἐκ τοῦ λόγου τοῦ πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ μοναχοὺς, pag. 142, 143, 146 b. Ἐκ τοῦ εἰς τὰς δεσποίνας προσφωνητικοῦ, pag. 143. Ἐκ του ἕκτου ἀναθεματισμου, ibid. Ἐκ του ἑβδόμου αναθεματισμου, ibid. Ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῆς, pag. 179. Ἐκ του πρὸς Ἀλεξανδρεῖς προσφωνητικου λόγον, ibid. Ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῆς πρὸς Ἑκραίους ἐπιστολῆς, ibid. Ἐκ τῶν κατὰ Νεστορίου, pag. 188 b. Ἐκ του κατὰ Ἀρειανῶν τετάρτου λόγου, pag. 204, Ἐκ του τρίτου βιβλίου τῶν κατὰ Ἰουλιανου δογμάτων, ibid. Ἐκ τῆς ἑρμηνείας βιβλίου ὀγδόου, pag. ead. b. Πρὸς Ἑρμείαν περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος κατὰ πευσιν καὶ ἀπόκρισιν, pag. 233. Ἐκ τῆς πρὸς Ἐπίκτητον ἐπιστολῆς, pag. 234. Ἐκ του πρὸς Θεοδόσιον προσφωνητικου, ibid. Εἰς τὸ μυστικὸν δεῖπνον, pag. 332 b. Ἐκ τῶν ιβ' κεφαλαίων τῶν κατὰ Θεοδωρήτου, ibid. Ἀπὸ του πρὸς βασιλίδας λόγου, ibid. et pag. 340 b. Ἀπὸ τῶν περὶ ὑπακοῆς του Χριστου, pag. 332 b. Ἐκ του εἰς τὰ Βάϊα λόγου, pag. 340 b. Ἐκ του α' βιβλίου τῶν Θησαυρῶν, ἐν του ια' κεφαλαίου, pag. 342. Ἀπὸ του θ' λόγου τῆς ἐν πνεύματι λατρείας δύο pag. ead· b.

Cyrillus Hierosolymitanus ἀπὸ του εἰς τὴν Ὑπαπαντὴν λόγου, οὗ ἡ ἀρχὴ, Χαῖρε σφόδρα, κ. λ. pag. 322 b.

Dionysius Areopagita ἐκ του δευτέρου κεφαλαίου του περὶ ἡνωμένου καὶ διακεκριμένου, pag. 11. Ἐκ του ιγ' κεφαλαίου του περὶ του τελείου καὶ ἑνὸς, pag. ead. b. Περὶ Θεου, pag. 15. Ἐκ του πρώτου κεφαλαίου τῆς περὶ θείων ὀνομάτων, pag. 59 b. Ἐκ τῆς πρὸς Γάϊον τὸν θεραπευτὴν ἐπιστολῆς, ibid. Ἐκ τῶν θεολογικῶν στοιχειώσεων του ἁγίου Ἱεροθέου, pag. 40.

Του ἁγίου Ἐφραὶμ ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας, ἐξ ὧς ἐποιήσατο ἀπολογίας ὑπὲρ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, καὶ του τόμου του ἁγίου Λέοντος, pag. 207 b.

Eustratius metropolita Nicænus ἀπὸ του λόγου του πρὸς Γροσολάνον ἐπίσκοπον Μεδιολάνων περι τῆς του ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως, pag. 266. Ἐκ τόν αὐτου πρὸς αὐτὸν ἐπίσκοπον Μεδιολάνων δευτέρου λόγου, pag. 268 b. Ἐκ του αὐτου ἑτέρου λόγου, pag. 273 b. Του αὐτου κεφάλαια ἐπιστημονικὰ δι' ὧν δείκνυται ἀδύνατον εἶναι ἐκ του Πατρὸς καὶ του Υἱου τὸ Πνευμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, pag. 275. Ἐκ του δευτέρου περὶ τῶν Ἀζύμων λόγου, pag. 333 b.

Εὐθυμίου μοναχοῦ Ζιγαβηνοῦ κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, ἤτοι Ἰταλῶν, κεφάλαια ιβ' δηλουντα, ὡς οὐκ ἐκ τοῦ Υἱου ἐκπορεύται τὸ Πνευμα τὸ ἅγιον, pag. 296.

Gregorius Nazianzenus ἐκ του περὶ Υἱου πρώτου λόγου, pag. 12, 105, 108 b, 109, 342. Ἐκ τοῦ περὶ Υἱοῦ δευτέρου λόγου, pag. 40 b, 106 b, 109 b, 110, 178 b, 190, 340. Ἐκ του λόγου του περὶ δόγματος καὶ καταστάσεως ἐπισκόπων, pag. 12. Ἐκ του λόγου του πρὸς Ἀρειανοὺς, καὶ εἰς ἑαυτὸν, pag. 12 b. Ἐκ του μεγάλου ἀπολογητικοῦ, pag. 16. Ἐκ του λόγου του εἰς τὰ γενέθλια, pag. 40. Ἐκ του εἰς τὰ Φῶτα λόγου, pag. ead. b. Ἐκ του πρὸς Κληδόνιον δευτέρου λόγου, ibid. Ἐκ του εἰς τὸ Πάσχα δευτέρου λόγου, ibid. Ἐκ του λογον του προτρεπτικου εἰς τὸ βάπτισμα, ibid. Ἐκ του λόγοῦ του εἰς τὴν τῶν ρν' ἐπισκόπων παρουσίαν, pag. 107. Ἐκ του λογου του περὶ ἀκαταλήπτου γεννήσεως του Υἱου καὶ Θεοῦ, pag. 108. Περὶ του ἁγίου Πνεύματος, pag. 121, 122, 123. Ἐκ του πρὸς Κληδόνιον πρώτου λόγου, pag. 127 b. 128.

Gregorius Nyssenus, pag. 105 b. Περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως ἐκ του κατηχητικου λόγου, pag. 40 b. 246. Ἐκ του λόγου του πρὸς Θεόφιλον Ἀλεξανδρείας, pag. 129. Ἐκ του πρὸς Ἀπολλινάριον ἀντιῤῥητικου λόγου, pag. ead. b. 130, 131, 179. Ἐκ του λόγου του περὶ θεότητος Υἱου καὶ ἁγίου Πνεύματος, καὶ εἰς τὸν Ἀβραὰμ, pag. 341 b.

Πίστις ἀποκαλυφθεῖσα τῷ ἁγίῳ Γρηγορίῳ τῷ Θαυματουργῷ, ὡς ἐν διδαχῇ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.

καὶ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἰωάννου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ, pag. 28. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς κατὰ μέρος πίστεως ῥήσεις περὶ τῶν δύο τοῦ Χριστοῦ φύσεων, pag. 178 b.

Ignatius S. apostolus, episcopus Antiochenus, pag. 188 b.

Joannes Chrysostomus, pag. 343. Ἐκ τῆς βιβλου τῆς περὶ ἀκαταλήπτου, p. 16 b. Ἐκ τῆς πρὸς Ἀκάκιον ἐπιστολῆς, p. 179. Ἐκ τῆς ξέ ὁμιλίας τῶν ἑρμηνειῶν τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου, p. 204. Ἐκ τῆς ζ' ὁμιλίας τῆς πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῆς, pag. 233 b. Ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρείου, καὶ εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν ὁμιλίας, ib. et p. 340 b. Ἐκ τοῦ τρίτου λόγου τοῦ περὶ ἱερωσύνης, p. 330 b. Ἐκ τῆς κατὰ Ἰουδαίων βίβλου, p. 331. Ἐκ τῆς εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἑρμηνείας, ibid. Ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς, pag. 331 b, 340 b. Εἰς τὸν ἀπόστολον Θωμᾶν, pag. 331 b. Ἐκ τοῦ εἰς τὰ Φῶτα, ibid. Ἐκ τῆς κζ' ὁμιλίας εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἅγιον Εὐαγγέλιον, pag. 341.

Joannes Damascenus, pag. 106, 107 b, 109 b, 112, 146 b, 147 b, 173 b, 174 b, 175, 186 b, 201 b, 202, 334, 339 b. Ἐκ τοῦ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος διακεκριμένη ἅμα καὶ ἡνωμένη θεολογία, pag. 13. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ διαφόρων Πατέρων, pag. ead. b. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, pag. 19 b. Περὶ τῆς συλλήψεως τοῦ Χριστοῦ, pag. 34 b. Περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἀντιδόσεως, pag. 42. Ὅτι πᾶσα ἡ θεία φύσις ἐν μιᾷ τῶν ἑαυτοῦ ὑποστάσεων ἡνώθη τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, καὶ οὐ μέρος μέρει, pag. ead. b. Περὶ τῆς ἐν εἴδει καὶ ἀτόμῳ θεωρουμένης ὑποστάσεως καὶ διαφορᾶς ἑνώσεως καὶ σαρκώσεως, pag. 43. Περὶ φυσικῶν καὶ ἀδιαβλήτων παθῶν, pag. ead. b. Περὶ τοῦ Τρισαγίου, pag. 189. Περὶ τῆς θεανδρικῆς ἐνεργείας, pag. 202 b. Πρὸς τοὺς λέγοντας, εἰ δύο φύσεων καὶ ἐνεργειῶν ὁ ἄνθρωπος, ἀναγκη ἐπὶ Χριστοῦ τρεῖς φύσεις λέγειν, καὶ τοσαύτας ἐνεργείας, pag. 235. Ἐκ τοῦ περὶ τῶν ἁγίων καὶ ἀχράντων τοῦ Κυρίου μυστηρίων κεφαλαίου πς', p. 330 b. Πρὸς τοὺς λέγοντας, Ἡ ὑπόστασις τοῦ Χριστοῦ κτιστὴ, ἡ ἄκτιστος, κέφαλ. ρκζ' pag. 342. Περὶ τῶν ἰδιωμάτων τῶν φύσεων, κεφαλ. ρυί. *Idem.*

Ἰωάννου Ἱεροσολύμων ἐπιστολὴ καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων πρὸς Ἰωάννην τὸν Κωνσταντινουπόλεως, ἐπικυροῦσα τὰ κατὰ Σεβῆρον πραχθέντα, pag. 167. b.

Isidorus Pelusiota ἐκ τῆς πρὸς Θεωνᾶν ἐπιστολῆς, p. 236.

Julius Romæ, p. 188 b.

Justinianus imperator ἐκ τῆς πρὸς Ζωΐλον τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Ἀλεξανδρείας δογματικῆς ἐπιστολῆς, pag. 208. Διάταξις κατὰ Ἀνθίμου, Σεβήρου, Πέτρου, καὶ Ζωόρα, pag. 166. Ἐκ τοῦ ἰδίκτου, οὗ μέμνηται καὶ Ἀγάθων ὁ ἁγιώτατος πάπας Ῥώμης ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ σταλείσῃ ἐπιστολῇ πρὸς τοὺς ἀοιδίμους βασιλεῖς Ἡράκλειον καὶ Τιβέριον, τῇ καὶ κειμένῃ ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῆς ἕκτης συνόδου, pag. 236.

Justinus philosophus et martyr ἐκ τοῦ περὶ πίστεως λόγου pag. 178 b.

Leo papa ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς λεγομένης στήλης ὀρθοδοξίας, pag. 341 b. Ἐκ τῆς δευτέρας ἐπιστολῆς πρὸς Λέοντα βασιλέα, ἧς ἡ ἐπιγραφὴ, Τῷ ὑπερενδοξοτάτῳ καὶ γαληνοτάτῳ υἱῷ αὐτοῦ Λέων ἐπίσκοπος, pag. 342.

Τοῦ κυρίου Λέοντος τοῦ Βουλγαρίας τοῦ πρώτως προβλη..... παρὰ τοῦ μακαρίτου βασιλέως κυρίου Βασιλείου ἐκ τῆς περὶ τῶν Ἀζύμων ἐπιστολῆς αὐτοῦ, pag. 330 b.

Ἐκ τῶν κεφαλαίων Λεοντίου τῶν κατὰ Σεβήρου, pag. 180, 181.

Γράμμα τοῦ βασιλέως κυρίου Μανουὴλ πρὸς τὸν καθολικὸν τῆς Ἀρμενίας, pag. 216 b.

Maximus, pag. 168, 169, 170, 194, 196 b, 197, 199, 331 b. Περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος διακεκριμένη ἅμα καὶ ἡνωμένη θεολογία, p. 13. Περὶ Θεοῦ κοινῶς, pag. 16. Περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως ἀπὸ τῆς ἐκθέσεως τοῦ περὶ τῆς ὁμολογίας λόγου, pag. 41 b. Ἐκ τοῦ λόγου τοῦ, ὅτι ὁ ἀριθμὸς οὔτε διαιρεῖ, οὔτε διαιρεῖται, pag. 168 b. Ὅτι οὐχ, ὡς ἔλεγεν ὁ Πύῤῥος, νεύματι τοῦ ἐνωθέντος Λόγου ἡ σὰρξ ἐκινεῖτο, pag. 199 b. Ἐκ τῆς πρὸς Πύῤῥον διαλέξεως, pag. ead. et 200 et 205 b. Ἐκ τῆς πρὸς Νίκανδρον ἐπιστολῆς, pag. 201. Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι μίαν Χριστοῦ χρὴ λέγειν τὴν ἐνέργειαν κατ' ἐπικράτειαν, ibid. Πρὸς τοὺς λέγοντας ὅτι ὥσπερ ὀργάνου καὶ τοῦ κινοῦντος μία ἐνέργεια, οὕτω καὶ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος μία ἐνέργεια, ibid. Πρὸς τοὺς λέγοντας μίαν σύνθετον ἐπὶ Χριστοῦ ἐνέργειαν, p. ead. b. Ἐκ τοῦ πρὸς Ἀπολλινάριον τὸν αἱρετικὸν ἀντιῤῥητικοῦ λόγου, pag. 188 b.

Melito Sardensis, pag. 188 b.

Nicephorus patriarcha CPolitanus. *Vide infra in voce* Photius.

Nicolaus Methonensis episcopus, p. 307. Ἐκ τοῦ κατὰ Λατίνων ὑπὲρ τοῦ Πνεύματος λόγου, pag. 262. Κεφαλαιώδεις ἔλεγχοι τοῦ παρὰ Λατίνοις καινοφανοῦς δόγματος, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, συνοψισθέντες παρ' αὐτοῦ ἐκ τῶν διὰ πλάτους ἐν διαφόροις λόγοις γεγραμμένων, pag. 296 b.

Photius patriarcha CPolitanus ἐκ τῆς περὶ τοῦ Πνεύματος ἐγκυκλίου ἐπιστολῆς, ἐν ᾗ αἰτιᾶται τοὺς Λατίνους, ὡς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι λέγοντας, pag. 288. Ἐκ τοῦ λόγου τοῦ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος μυσταγωγίας, pag. 332. Ἐκ τοῦ λόγου, οὗ ἡ ἀρχὴ, Πῶς θελητὸς τῷ Πατρὶ ὁ θάνατος λέγοιτ' ἂν εἶναι τοῦ Χριστοῦ, κ. λ., pag. 334. Χρήσεις κατὰ Εἰκονομάχων ἐκ τῶν συγγραμάτων, Νικηφόρου καὶ Φωτίου τῶν πατριαρχῶν Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου, pag. 210.

Πρόκλου χρήσεις, pag. 235 b.

Sophronius patriarcha Hierosolymitanus ἐκ τῆς συνοδικῆς ἐπιστολῆς, p. 206 b, 343 b.

Συλλογισμὸς τοῦ μεγάλου δρουγγαρίου κυρίου Στεφάνου, pag. 333 b.

Ἐκ του συνοδικοῦ τοῦ ἀναγινωσκομένου ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ, pag. 334.

Ἔκθεσις Σωτηρίχου τοῦ παντευγενεστάτου παριστῶσα, ὅπως ἐφρόνει περὶ τοῦ δόγματος, ὅ φησι, Σὺ εἶ ὁ προσφέρων, καὶ προσφερόμενος, pag. 327 b. Τὸ ἐπὶ τῷ ἀναφυέντι δόγματι κατὰ τοῦ παντευγενεστάτου Σωτηρίχου γεγονὸς σημείωμα, pag. 334 b.

Theodoretus Ἐκ τοῦ κδ' κεφαλαίου τῶν εἰς τὰ ἀπόῤῥητα τῆς Ἐξόδου ἑρμηνειῶν, οὗ ἡ ἀρχὴ, Διατί φεύγουσιν ἐπιτελέσαι προσέταξε τοῦ Πάσχα τὴν ἑορτὴν, pag. 330 b.

Ἐκ τοῦ περὶ τῶν Ἀζύμων καὶ του Πνεύματος λόγου του. . . . . .κυρου Θεοδώρου Σμυρναίου, pag. 293 b.

Theodorus Studita. *Vide supra in voce* Photius.

Theophylactus archiepiscopus Bulgariæ ἐκ τῶν περὶ του Πνεύματος, pag. 275. Ἐκ τῆς του Τετραευαγγέλου ἑρμηνείας, pag. 332 b. Εἰς τὸ ῥητὸν τῆς πρὸς Κολοσσαεῖς Ἐπιστολῆς του μεγάλου Παύλου τὸ φάσκον, «Καὶ δι' αὐτου ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτὸν, » pag. 333.

Ex synodis afferuntur, prima generalis pag. 178 b. Synodus IV Chalcedonensis pag. 152 b, et synodus sexta pag. 193.

III. In ultima tandem pagina iambici quidam versus leguntur, quibus instar tituli hæc præcedunt: Του Θεσσαλονικου Μεσοποταμίτου τινὸς διελθόντος τὴν βίβλον ἑτοίμου στιχηρὸν προσφώνημα ὡς ἐν εἴδει ἐπιγράμματος. . . . . (4). Του φιλοπονήσαντος τὴν συνθήκην τῆς βίβλου προκειμένης, διπλῆν πραγματείαν, τήν τε προταχθεῖσαν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν, καὶ τὴν πρὸς τὸ τέλος. . . . . .Thessalonici Mesopotamitæ cujusdam in librum, quem legerat, extemporanea ex iambis acclamatio instar epigrammatis. . . . in qua studuit hujusce libri compositionem, duplicemque tractationis scopum exprimere, videlicet præpositam historiam ecclesiasticam, et quæ in fine. . . .

Iambici vero versus ita habent:

Εὐαγγελικὸς ἄλλος οἰκοδεσπότης	Evangelicus alter paterfamilias
Θησαυροφυλάκιον ἠνοίχθη στόμα·	Os adaperuit thesaurum continens;
Ἐξάγεται δὲ καὶ παλαιὰ καὶ νέα,	Proferuntur autem nova et vetera,
Ἀρχαῖκὰ δόγματα καὶ καινοὶ λόγοι.	Antiqua dogmata, et nova oracula.
Ἡ βιβλιακὴ σύνθετος διαρτία	Hæc libri bene digesta compositio
Ἀνθρωπικὸν σύγκριμα μικτὸν δεικνύει,	Humanam repræsentat mixtam fabricam,
Ψυχὴ δοκεῖ καὶ σῶμα, γνῶσις καὶ φθίσις,	Anima videtur et corpus, cognitio, et corruptio,
Κἂν οὐρανὸς πρὸς ὕψος, ἂν δὲ γῆ κάτω,	Ac si cœlum sursum, terra vero deorsum,
Κόσμου μίμημα δέλτος ἡ προκειμένη,	Vera mundi imago est præsens libellus,
Τὰ θεῖα πρῶτον, ὕστερον τὰ πρακτία.	In quo divina primum, et deinde humana.
Καὶ μετρικὸν μὲν γράμμα τὴν Ἰλιάδα	Ac metricum quidem illud opus Iliados
Σμαραγδογλυφὴς ἐνθαλαμεύει θίβη·	Recubuit in arcula smaragdina:
Ἀλεξάνδρου καὶ τουτο τῆς εὐψυχίας,	Quod Alexandri ostendit animi præstantiam,
Βασιλικῆς γνώρισμα φιλοδωρίας,	Et regiæ fuit munificentiæ indicium,
Ἀνακτορικῆς δεῖγμα λαμπρᾶς καρδίας,	Regalis et vere splendidi cordis testimonium,
Χλωρὰ λίθος, βλάστημα λειμῶκως λόγου,	Vivens lapis, germen prati, ut est sermo,
Σαφὴς διόπτρα του πρὸς Ὅμηρον πόθου.	Lucida dioptra in Homerum affectus.
Ὕλη δέ τις καλύπτρα ταύτης πυκτίδος·	Sed quædam abscondita materies est hujus libri;
Τὰς καρδιακὰς πτύχας ἐξανοικτέον,	Cordisque sunt evolvendæ paginæ,
Καὶ τὴν μεταξὺ χώραν ὑφαπλωτέον.	Totusque medius explicandus locus.
Κλίνην Σολομώντειον εὐτυχησάτω·	Bene ei lectus Salomonis convenit:
Τοιουτος οἶκος ἄξιος ταύτης τόπος,	Hæc ejus digna domus, hic dignus locus.
Ζωῆς ἔμαθον βίβλον, ἀλλ' ἰδοὺ βλέπω,	Vitæ librum perlegi, et ecce video.
Τὰ ζωτικὰ ῥήματα γράμματα φέρει,	Vitæ verba continent litteræ,
Κἂν θνητὰ, μικτὰ τοῖς ἀθανάτοις λόγοις,	Licet mortalia, mixta dictis immortalibus,
Προφητικῆς πλήρωμα θεσπιῳδίας,	Propheticæ implementum vaticinationis,
Τῆς ἑπτάδος μέρισμα καὶ τῆς ὀκτάδος,	Septenarii divisionem, et octenarii,
Εἰ μή τις ἄλλην ἄλλος ἑπτάδα λέγει	Nisi quis alius alium malit septenarium dicere,
Τὴν ἑπτάκαυλον συνοδικὴν λυχνίαν,	Septemplicem illam synodicam lampadem,
Ἥτις ἀνῆψεν ὧδε σωστικὸν σέλας.	Quæ super nos accendit ita salutare lumen.

Codex Græcus chartaceus ms. in fol. sæc. XIII, in cujus ultima pagina, codicis integumento affixa, ab eadem, ut videtur, manu notatum legitur: Βίβλιον του παπᾶ κυρίου Μάρκου του πνευματικου. Constat foliis scriptis 385.

(4) Ubi puncta illa interposita vides, ibi verba tineis corrosa sunt ac mutilata.

CIRCA INITIUM SÆCULI XIII

GRÆCORUM

AD INNOCENTIUM III PONTIFICEM ROMANUM

EPISTOLA

SCRIPTA POST CAPTAM A LATINIS CONSTANTINOPOLIM, REGNANTE HENRICO IMPERATORE.

(Ex Joan. Bapt. Cotelerii Monum. Eccl. Græcæ, tom. III).

—

Δέσποτα, εἰ μὴ τὴν τοῦ μέλλοντος θείου Σαββά- A του Παρασκευὴν τὴν παροῦσαν ζωὴν ἐγινώσκομεν, γοερὰν ἂν ἐπλέξαμεν πρός σε τραγῳδίαν, καὶ θρήνοις μακροῖς τοῦ νέου λαοῦ τὴν ἅλωσιν ὠδυράμεθα. Ἐπεὶ δὲ καλῶς ἐπιστεύσαμεν, ὡς πάντοτε συμπαρὼν ἡμῖν ὁ Χριστὸς, τὴν φθαρτὴν ἡμῶν ταύτην ζωὴν πρὸς τὴν ἄφθαρτον ἐκείνην μεταπλάττει καὶ κρείττονα, ἰδοὺ συντριβόμενοι διὰ τὴν εἰς τὸ κρεῖττον ἀνάπλασιν χαίρομεν· εὐχαριστοῦμεν δὲ καὶ αὐτῷ τῷ μεθ' ἡμῶν, καὶ πάλιν ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν ἑλομένῳ Χριστῷ· οὐ γὰρ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ προσκυνεῖσθαι ἴσα τῷ Θεῷ καὶ Πατρί· ἀλλὰ καὶ πάλιν ἑκὼν παρεδόθη, καὶ σὺν ἡμῖν ἁλοὺς ἐσκυλεύθη καὶ ἀπηνέχθη καὶ παρεδόθη, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ τὸ αἷμα πρὸς τὴν γῆν πεσὸν καὶ ῥυ ἐν ἐπατήθη, καὶ πάντα ὑπέμεινεν, ἵνα τοὺς δύο B συνάψῃ λαοὺς, ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν, ἢ μᾶλλον τὸ εἰς δύο σχισθὲν αὐτοῦ σῶμα, ἑνώσῃ πάλιν εἰς ἕν· « Τίς σοφὸς, καὶ φυλάξει ταῦτα. Τίς ἱκανὸς, » καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς θαυμάσεται θείαν προμήθειαν; Ἐντεῦθεν ἡμῖν γλυκὺ τὸ ἁλῶναι, ἡδὺ τὸ παθεῖν, καὶ τὸ αἰχμαλωτισθῆναι φίλον καὶ χάριεν. Πῶς γὰρ ἐμέλλομεν τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν ἑνωθῆναι, οἷς οὐδὲ προσομιλῆσαι πρὶν ἠνεσχόμεθα; Ἀλλὰ δεινὰ τὰ εἰς ἡμᾶς γεγονότα; Ναὶ πάνυ δεινὰ, ὡς τῶν Λατίνων μὲν τὰς ψυχὰς λυμηνάμενα, τῶν δὲ Ῥωμαίων τὰ σώματα. Πλὴν ὁ παρακύψας εἰς τὰ θεῖα μυστήρια ὄψεται τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ, ἀμέτρητον ἄβυσσον. Πολλοὶ πατριάρχαι καὶ βασιλεῖς ἐπεθύμησαν ἰδεῖν τὴν ἡμέραν ταύτην, ἀλλὰ τὴν χάριν ταύτην οὐκ ἔλαβον. Σὺ, δέσποτα, μετὰ πολλὰς γενεὰς ἠξιώθης ταύτης τῆς C χάριτος, ἑνῶσαι τὴν Ἀνατολὴν καὶ τὴν Δύσιν, καὶ ἀπόστολος τρισκαιδέκατος γενέσθαι καὶ ὀνομάζεσθαι. dignus habitus es, ut Orientem ac Occidentem mineris.

Οἶδας δὲ, τίμιε δέσποτα, τὸ παρὰ Θεοῦ δοθὲν τοῖς ἀνθρώποις φρόνημα, καὶ ὅτι βουλομένων, οὐ

Domine, nisi sciremus præsentem vitam esse futuri divini Sabbati Parasceven, lugubrem ad te tragœdiam concinnassemus, longisque lamentationibus novi populi captivitatem deflevissemus. Quia vero bene credidimus. Christum, qui nobis semper adsistit, mortalem hanc nostram vitam ad immortalem illam et præstantiorem transformare; ecce contriti, propter reformationem in melius, lætamur; sed et agimus gratias ipsi Christo, qui nobiscum est, iterumque pro nobis pati voluit. Non enim rapinam arbitratus est adorari æqualiter cum Deo et Patre; verum iterum sponte traditus est; et nobiscum captus, spoliatus est [1], abductus ac proditus, ipsiusque corpus et sanguinem in terram dejecerunt ac effuderunt, atque conculcaverunt; necnon cuncta sustinuit, ut duos populos connecteret, interficiens inimicitias [2], seu potius corpus suum in duo scissum rursus in unum conjungeret et adunaret: « Quis sapiens, et custodiet hæc [3]? Quis idoneus [4], » et divinam erga nos providentiam admirabitur? Dehinc nobis dulce est captos fuisse, suave pati, in captivitatem duci carum et gratum. Quo enim modo cum fratribus nostris unionem fecissemus, cum quibus ne vel colloqui antea sustinebamus? Sed gravia sunt quæ adversus nos acta fuere? Profecto plane gravia, ut quæ Latinorum quidem animas, Romanorum vero seu Græcorum corpora labefactarint. Verum qui in divina secreta introspexerit, judicia Dei, immensam abyssum conspecturus est. Multi patriarchæ et imperatores diem hunc videre desideraverunt, sed eam gratiam non sunt consecuti. Tu, domine, post multas generationes hac gratia unias, et decimus tertius apostolus fias ac nomineris.

Nosti autem, honorande domine, quis sensus hominibus a Deo datus fuerit, quodque volentium,

[1] Philipp. II, 6. [2] Ephes. II, 15, 16. [3] Psal. CVI, 43. [4] II Cor. II, 16.

non tyrannicam vim passorum sit pietatis sacramentum. Hoc enim si ita non esset, ipsos quoque Judæos baptizaremus invitos. Quia igitur in dogmatibus pœnam quidem irrogare et cogere absurdum est, facillimum quippe, ac potentis cujuslibet; persuadere autem, dogmatum principiis utendo, boni viri est et colentis veritatem; electurusne es, domine, nobis vim absque examine adhibere, tanquam brutis animantibus, ut mutemur, an potius sermones nostros admittere, et rationem orationemque nobis impertiri, quo divinarum rerum veritas expendatur et cognoscatur. Scito namque, a nobis posterius probari et quæri, quod illi divinitus tradito verbo obtemperemus : « Scrutamini Scripturas[5]. » Per violentiam autem nemo nostrum capi potest; sed cuncti quasi pro Christo periclitabimur. Porro existimamus admodum verisimiliter, spiritum sapientiæ tuæ jure merito nos ea in re laudaturum. Laudabilis enim est quicumque ad synodicum judicium, illincque procedentem sententiam appellat.

A τυραννουμένων τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, καὶ αὐτοὺς τοὺς Ἑβραίους οὐχ ἑκόντας ἂν ἐβαπτίσαμεν. Ἐπεὶ τοιγαροῦν τὸ μὲν ἐπιτιμᾷν ἐν τοῖς δόγμασι καὶ βιάζεσθαι ἄτοπον· ῥᾷστον γὰρ καὶ τοῦ δυναμένου παντός· τὸ δὲ πείθειν χρώμενον ταῖς τῶν δογμάτων ἀρχαῖς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ σέβοντος τὴν ἀλήθειαν· πότερον ἕλοιο, δέσποτα, τὸ βιάζεσθαι ἡμᾶς ἀνεξετάστως, ὡς ἄλογα, πρὸς μετάθεσιν, ἢ προσδέξασθαι τοὺς ἡμετέρους λόγους καὶ μεταδοῦναι λόγον ἡμῖν, ὡς γυμνασθῆναι καὶ γνωσθῆναι τὴν τῶν θείων πραγμάτων ἀλήθειαν; Ἴσθι γὰρ ὅτι τὸ μὲν δεύτερον ἐπαινοῦμεν καὶ ζητοῦμεν, τῷ θεοπαραδότῳ ἕπει πειθόμενοι, λέγοντι· « Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφάς· » τῇ βίᾳ δὲ οὐδεὶς ἐξ ἡμῶν ἁλωτός· ἀλλὰ πάντες ὡς ὑπὲρ Χριστοῦ κινδυνεύσομεν. Οἰόμεθα δὲ καὶ λίαν εὐστόχως, ὅτι καὶ τὸ πνεῦμα τῆς σῆς σοφίας δικαίως ἐπὶ τούτου ἡμᾶς ἐπαινέσεται. Ἐπαινετὸς γὰρ ἅπας ὁ συνοδικὴν ἐπικαλούμενος κρίσιν καὶ τὴν ἐκεῖθεν διάγνωστιν.

Itaque quandoquidem exiguum interstitium Latinos inter et Græcos est, quod unius Ecclesiæ continuitatem solvit, statue synodum œcumenicam congregari, et majestatis tuæ vicarios mittito, fiatque colloquium, omniumque controversorum solutio. Si tu quoque, juxta magnum apostolum Paulum [6], Dei fueris adjutor, prompti sumus, domine, nos quoque a diœcesi Constantinopolitana discedere, atque migrationem in Orientem vel Occidentem suscipere. Sed et putamus dominum habere imperatorem nostrum Sirerrim, atque sub ejus umbra vivere, mercede servire, agros colere, pascere, mare navigare : absque nobis autem non implebitur area, neque torcular, non comedetur panis, non caro, non piscis, non olus; sed nec stabit vita et conversatio humana. Et hæc quidem elaboramus fratribus nostris Latinis, atque conferimus, ex deteriori vitæ nostræ portione, mortali nimirum illa et dissolvenda; cupimus autem etiam juxta potiorem eadem sentire, tum quandiu vivimus, tum post mortem, ut qui membra simus unius corporis immortalis : ideoque scribimus quotidie ad Occidentales per regionem fratres nostros, comministros et coepiscopos, paratos esse ad Constantinopolim convenire. Quin etiam in quacumque provincia positis suggerimus, ut in locum defunctorum pontificum, alios juxta canonum præscripta ordinent; maximeque præ omnibus, in urbe regia. Oportet enim cunctos in synodo considere, tum nostrum patriarcham, tum metropolitas, aliosque pontifices, nihilque mutilum imperfectumque inveniri apud nos.

Τοίνυν ἐπεὶ μικρόν ἐστι τὸ μεταξὺ τῶν Λατίνων καὶ τῶν Ῥωμαίων μεταίχμιον, ὃ λύει τὴν τῆς μιᾶς Ἐκκλησίας συνέχειαν, θέλησον σύνοδον οἰκουμενικὴν ἀθροισθῆναι, ἐξαποστελεῖς δὲ τοποτηρητὰς τῆς σῆς μεγαλειότητος, καὶ λαληθήτω, καὶ λυθήτω πᾶν τὸ ἀμφισβητούμενον. Ἐὰν εἶης καὶ αὐτὸς συνεργὸς Θεοῦ, κατὰ Παῦλον τὸν μέγαν ἀπόστολον, εὐχερῶς ἔχομεν, δέσποτα, καὶ αὐτοὶ ἀπᾶραι τῆς διοικήσεως Κωνσταντινουπόλεως, καὶ μετοικίαν σταλῆναι πρὸς τὴν ἀνατολὴν, ἢ τὴν δύσιν. Ἀλλά γε οἰόμεθα αὐθέντην ἔχειν τὸν βασιλέα ἡμῶν Σιρρέριν (1), καὶ ὑπὸ τὴν σκιὰν τούτου ζῆν, καὶ θητεύειν καὶ γεωπονεῖν, καὶ ποιμαίνειν, καὶ πλέειν θάλασσαν· χωρὶς δὲ ἡμῶν οὐ πληρωθήσεται ἅλως, οὐδὲ ληνὸς οὐδὲ βρωθήσεται ἄρτος, οὐ κρέας, οὐκ ἰχθύς, οὐδὲ λάχανον· ἀλλ' οὐδὲ ἀνθρωπίνη ζωὴ καὶ πολιτεία σταθήσεται. Καὶ ταῦτα μέντοι πονοῦμεν τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν τοῖς Λατίνοις, καὶ συγκομίζομεν, κατὰ τὸ χεῖρον τῆς ζωῆς ἡμῶν μέρος, τὸ θνητὸν καὶ λυόμενον· εὐθέλομεν δὲ καὶ κατὰ τὸ κρεῖττον ὁμοφρονῆσαι καὶ ζῶντες, καὶ μετὰ θάνατον, ὡς μέλη σώματος ἑνὸς ἀθανάτου τυγχάνοντες· καὶ διὰ τοῦτο γράφομεν καθεκάστην καὶ πρὸς Δυτικοὺς τῆς χώρας ἀδελφοὺς ἡμῶν καὶ συλλειτουργοὺς καὶ συνεπισκόπους, ἑτοίμους εἶναι συνελθεῖν εἰς Κωνσταντινούπολιν. Ἀλλὰ καὶ τοῖς κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν ὑποτιθέαμεν, ἀντὶ τῶν τελευτησάντων ἀρχιερέων, ἑτέρους χειροτονῆσαι κανονικῶς· καὶ μάλιστά γε πρὸ πάντων εἰς τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν. Δεῖ γὰρ πάντος ἐν τῇ συνόδῳ συνεδριάζειν, καὶ τὸν ἡμέτερον πατριάρχην, καὶ τοὺς μητροπολίτας, καὶ τοὺς ἄλλους ἀρχιερεῖς, καὶ μηδὲν ἡμῖν ἐλλιπὲς εὑρεθῆναι.

Opus autem nobis est etiam ante synodum patriarcha ejusdem sententiæ ac vocis, qui doceat

Χρεία δὲ ἡμῖν καὶ πρὸ τῆς συνόδου ὁμογνώμονος πατριάρχου καὶ ὁμοφώνου, διδάξαντος τὰ συνήθη

[5] Joan. v, 39. [6] I Cor. III, 9.

(1) Σιρρέριν. Scribo Συρερρῆν, aut Σιρερρῆν, Σιρερῆν, *Sire Henry*. Est enim Ἐρρῆς seu Ἐρῆς, Henricus, Errieus, Herricus, Ericus. Γέριος in *Hist. concil. Florent.*, p. 20, 40.

καὶ μεταδώσοντος, καὶ ὑποδεξαμένου τὰς ἡμετέρας ἐξαγορείας. Διὰ ταῦτα γὰρ καὶ εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, ἑνὸς ῥηγὸς ὄντος, δύο ἦσαν ἀρχιερεῖς, καὶ εἰς τοὺς Ῥωμαίους, καὶ εἰς τοὺς Λατίνους, ὁμογνώμων αὐτοῖς καὶ ὁμόγλωττος, αὐτοῖς πάλιν ὅμοιος. Οὐδὲ γὰρ ἦν θεμιτὸν, δι' ἑρμηνέως πρὸς ἑτερόγλωσσον πατριάρχην ἐξομολογεῖσθαί τινα τὰ κρύφια, κἂν ἴσως καὶ ὁμογνωμοσύνη παρῇν. Χρὴ τοιγαροῦν ταῦτα μέχρι τῆς ἑνώσεως καὶ εἰς ἡμᾶς φυλαχθῆναι. Ἐθέλομεν γὰρ καὶ εὐχόμεθα τὴν οἰκείαν αὐθεντίαν ἔχειν πάλιν τὰ ἀποστολικὰ καὶ συνοδικὰ καὶ βασιλικὰ καὶ νομικὰ διατάγματα, ὅσον τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἑκάστης ἀρχιερεῖς παρὰ τοῦ πρώτου τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας ἐκλέγεσθαι καὶ χειροτονεῖσθαι διακελεύονται. Αἰτούμεθα δὲ καὶ τὸ σὸν ἀρχιερατικὸν μεγαλεῖον προσδέξασθαι τὸ παρὸν τῆς ἡμῶν εὐτελείας γράμμάτιον, καὶ θελῆσαι σύνοδον οἰκουμενικὴν συναχθῆναι, ὥστε διαγνωσθῆναι τὴν τῶν θείων δογμάτων ἀλήθειαν. Ἀδύνατον γὰρ ἀληθεύειν ἄμφω τὰ μέρη κατὰ τὸ φρόνημα · ὅτι μηδὲ τἀναντία, ταυτά. Γεωμετρικαῖς γὰρ ἀνάγκαις εἷς ἀκροφωνιαῖος λίθος, συνδέτης τῶν πλαγίων εὑρίσκεται, καὶ μία ἐστὶν ἡ ὀρθὴ γωνία, μὴ παραδεχομένη μήτε τὸ μεῖζον μήτε τὸ ἔλαττον. Ἐκτραπεῖσα μὲν γὰρ πρὸς τὸ μεῖζον, ἔσται ἀμβλεῖα · πρὸς δὲ τὸ ἔλαττον, ἔσται ὀξεῖα · ἑκάστη δὲ τούτων, ἀόριστος.

Ἐπεὶ δὲ ὁ θεοπρόβλητος καὶ φιλόχριστος ἡμῶν βασιλεὺς ὑπέθετο ἡμῖν, τὴν ἀνήκουσαν τιμὴν εὐμενῶς προσνεῖμαι τῷ ὕψει σου, ᾠδέσθημεν τῆς ἡμερότητος αὐτοῦ τὸ ἐπίταγμα, καὶ κατετιθέμεθα τιμὴν σοὶ νεῖμαι, δέσποτα, πρέπουσαν, ἥτις ἐστὶν εὐφημία, ταῖς βασιλικαῖς εὐφημίαις ἰσόρροπος, οὕτως ἐπὶ λέξεως ἔχουσα · « Ἰνοκεντίου δεσπότου πάππα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, πολλὰ τὰ ἔτη· » ὀφείλουσα λέγεσθαι παρ' ἡμῶν μετὰ τὴν τελευταίαν εὐχὴν τῶν συνάξεων, μέχρις ἂν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον σύνοδον συναγάγῃ, καὶ μυσταγωγήσῃ ἡμῖν τοῦ δόγματος τὴν ἀκρίβειαν. Τότε γὰρ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ἐπὶ ἄμβωνος, καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀναφορᾶς, οὐ μόνον ἡμεῖς, ἀλλ' Αἰθίοπες ἅμα καὶ Λίβυες, Αἰγύπτιοί τε καὶ Σύροι, Ῥῶσοι, Ἀλανοὶ, Γότθοι, Ἴβηρες, καὶ πάντα τὰ ἔθνη τὰ τοῖς δόγμασιν ἡμῶν ὑποκείμενα, τὸ σὸν ἀνακηρύξουσιν ὄνομα, καὶ πρό γε πάντων, αὐτὸς ὁ Χριστὸς ταῖς ἁγίαις βίβλοις ἐγγράψεται · ὃς εἴη μάρτυς ἡμῖν, ὅτι οὐ νικῆσαι ποθοῦμεν, ἀλλ' ἡττηθέντες ὡς χρὴ χαρησόμεθα · μόνον εἰ τὴν ἡμέραν ἀθροίσαιμεν. Ὁ γὰρ ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ οὐκ ἀσφαλὴς ἐν τοῖς δόγμασιν οἴσεται θανὼν τὴν ζημίαν, πῦρ καὶ σκότος κληρονομήσας, ἀνθ' ὧν τὸ φῶς οὐκ ἐγνώρισε. Ταύτην μὲν οὖν ἡμεῖς τὴν ζημίαν προϋποθέντες, καὶ ἐλεήσαντες τὰς πολλὰς μυριάδας τῶν ἀπολλυμένων ἀνθρώπων, γράφομεν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἐπιφωνηματικῶς πρὸς τὴν σὴν ἁγιότητα · ἵνα τάχιον φροντίσῃς σύνοδον οἰκουμενικὴν ἀθροισθῆναι, πρὸς τὸ συμφέρον τῶν Χριστιανῶν, καὶ σωτηρίαν τῆς ἁγίας ψυχῆς σου.

consueta et impertiat, nostrasque suscipiat confessiones. Eapropter namque Hierosolymis et Antiochiæ, cum unus rex esset, duo erant pontifices, Romæis, alter, alter Latinis, ejusdem cum iis opinionis et linguæ, adhucque ipsis consimilis. Neque enim fas est ut quispiam per interpretem occulta confiteatur patriarchæ alterius linguæ, quamvis forsan sententiarum consensus adsit. Oportet igitur hæc usque ad unionem erga nos observari quoque. Volumus siquidem et optamus, ut iterum sua auctoritate potiantur apostolicæ, synodicæ, imperatorum legumque constitutiones, quatenus præcipiunt uniuscujusque provinciæ pontifices a primo ejusdem provinciæ eligi atque ordinari. Petimus etiam a tua pontificali magnificentia, ut præsens tenuitatis nostræ epistolium admittat, velitque synodum generalem cogi, quo divinorum dogmatum veritas dijudicetur. Cum fieri nequeat utramque partem in vera esse sententia ; quoniam quæ contraria sunt, non sunt eadem. Geometrica enim necessitate unus invenitur lapis imus angularis, obliquorum connexor, unusque exsistit rectus angulus, qui neque majus neque minus admittit. Siquidem in majus mutatus, erit obtusus, in minus vero, acutus; atque horum uterque indefinitus.

Cæterum quoniam a Deo promotus et Christi studiosus imperator noster præcepit nobis, ut convenientem honorem celsitudini tuæ benevole tribuamus, reveriti sumus clementiæ ejus edictum, et constituimus tibi, domine, congruum honorem deferre, qui est laudatio et acclamatio imperatoriis laudibus acclamationibusque æqualis, ita ad verbum : « Innocentii domini papæ veteris Romæ, multos annos ; » quæ a nobis proferri debeat post ultimam collectarum orationem ; donec Spiritus sanctum concilium coegerit, nosque ad sacri dogmatis perfectam duxerit cognitionem. Tunc enim nudo capite, ex ambone, inter ipsam sacram oblationem, non solum nos, sed Æthiopes simul ac Libyes, Ægyptii et Syri, Russi, Alani, Gotthi, Iberi, omnesque gentes quæ doctrinæ nostræ subjiciuntur, tuum nomen proclamabunt; necnon ante cunctos ipse Christus sanctis libris inscribet ; qui nobis testis sit, quod vincere non gestiamus, sed prout oportet victi, gavisuri simus ; dummodo lucem conspexerimus. Nam qui in hacce vita erga dogmata cautus tutusque non est, damnum in morte feret, ignem ac tenebras in hæreditatem accepturus, pro eo quod lumen non agnoverit. Hoc nos igitur damno præsupposito, multaque hominum pereuntium dena millia miserati, ad sanctitatem tuam in sancto Spiritu cum exclamatione scribimus ; ut citius universale concilium congregari cures, ad utilitatem Christianorum, sanctæque animæ tuæ salutem.

ANNO DOMINI MCCXX

MICHAEL ACOMINATUS CHONIATA

ATHENIENSIS ARCHIEPISCOPUS

—

NOTITIA.

MICHAELIS ACOMINATI VITA, RES GESTÆ, SCRIPTA[*].

—

Græciæ per medium ævum historia tenebris obruta tandiu fuit, donec vir cel. Ducangius decimo septimo sæculo, isque fere solus, lumen ei aliquod aspersit ; novissimis autem temporibus Villemanii, Fallmereyeri, Tafelii, Zinkeisenii, Paparrhigopuli. et præsertim Buchonii, ejusce generis studiis præmatura morte erepti, utilem operam experta est. Sic igitur noctem dies excepit, et operæ pretium erit de viris ingenio aut virtute claris mentionem facere, quantum per coævorum testimonia vel aliter licebit. Melius enim de populi alicujus indole, ingenio judicabimus, ubi unius mores, agendi rationem ante oculos habemus. Quocirca operæ pretium me facturum arbitror, si de nobilissimorum aliquo medii ævi Græcorum verba fecero, probe gnarus hocce meum opusculum tantorum, quos nominavi, virorum auctoritate minime dignum esse. In quo tamen id mihi assumo dicere, libellum quem litterarum cultoribus offerro, majus aliquid præstiturum fuisse, si in bibliotheca Florentina ac Parisiensi codices Michaelis Choniatæ manuscriptos oculis lustrare mihi contigisset. Sed tum temporis (cur enim dicere erubescam quod mihi cum viris doctioribus commune fuit ?) hujus scriptoris ne nomen quidem noveram.

Nostris quidem temporibus Tafelius, prof. universitatis Tubing., reipublicæ litterariæ egregie consuluit opere cui titulus : *Dissertatio de Thessalonica ejusque agro*, quam in usum convertimus nostrum, ut et plura alia quæ huc spectant opera.

§ I. *Varia Athenarum, durante medio ævo, fortuna usque ad finem sæculi* XII.

Athenæ Cecropia civitas, quam Theseus Atticæ metropolim, Solon orbis antiqui legislatricem, Themistocles marium Græcorum dominam constituerant; quæ ex ruinis quas a bello Persico traxerat, Periclis et sociorum opera splendidior resurrexerat; cujus favorem post Lysandri ac Philippi victoris tempora magnus hujus filius ambire non erubuerat, quam posteriores e Macedonia domini, quam Ptolemæi libertate ultro oblata et splendidis ædificiis honorabant; cujus civibus contumacibus consul Rom. victor, paternæ gloriæ habita ratione, veniam dabat ; cui Hadrianus et Julianus imperatores, uterque Athenis educatus, magnam pristinæ gloriæ partem restituerant ; quæ porro Gallieno regnante, Dexippo duce, Gothorum invasionem repulerat, et quæ Alarici tempore classibus Byzantinis commodum præbuerat refugium, quæ solidioris doctrinæ et morum puriorum gloria inter urbes Orientis refulserat, donec Justinianus philosophorum scholas claudi jussit in Palladis urbe quæ, paganismo imbuta ac nutrita, diutius quam cæteræ Græciæ urbes Christianismi introductoribus restitit: illæ Athenæ antiquæ quæ per viginti sæcula in varia fortuna, si non potentiam ac libertatem, saltem indolem particularem et nationis robur servaverant, Justiniani illustris tempore Slavorum ferro et igne ubique grassantium invasionibus occubuerant. At quidem, ut Persarum tempore, ante 1000 annos, Athenienses contra hostium furorem in vicina Salamine insula refugium quærebant, sed vario eventu. Tum enim in mari

[*] Michaelis Acominati vitam et res gestas egregie illustravit ejusque scripta recensuit Dr Adolf Ellissen in libro Gottingæ anno 1846 vernaculo sermone edito cui titulum fecit : *Michael Akominatos von Chona, Erzbischof von Athen. Nachrichten über sein Leben und seine Schriften, mit Beifügung der letztern, soweit sie bekannt sind, im Original und in deutscher Uebersetzung, ein Beitrag zur politischen und literarischen Geschichte Athens im Mittelalter.* Is est fons sane uberrimus ex quo sequentia Latinitate donata in usum nostrum derivavimus.

vicino victoriam, libertatis et cultus præcipuam causam vidit; postea autem exigua eadem insula per quadringentos annos exsilii locum dabat, per quos custodes Acropolis Byzantini non impediebant Slavos quo minus Atticam in desertum, Athenas autem in desolationis abominationem mutaverint. Ampelaciæ quoque Salaminis in urbe dum morarentur Athenienses, res gravissimas passi sunt: iram imperatoris, dein anathema, quod una cum Ægæi maris insulis imperatoribus Isauricæ domus Iconoclastis resistere ausi fuerant. Huc accedit quod morbis, fame, piratis, ignibus subterraneis, qui campos in Attica terra fœde vastabant, mirum in modum vexarentur. Post ubi exsulum Athenienisum reliquiæ cum aliis imperii colonis patriam desertam repeterent, novas e ruinis domus excitaturi, paucitas eorum urbem qualis et quanta fuerat circa Acropolim restituere non valuit. Athenienses ad sua redeuntes (sæc. X et ineunte XI) dura a Bulgaris rapacibus, Atticam imo totam Græciam ferro et igne vastantibus, perpessi sunt. Ea tempestate annus 1019 in Annalibus Atticis aliquantisper refulget, quo Basilius II imperator, Βουλγαροκτόνος cognominatus, debellatis ad Achridam hostibus, Deiparæ ecclesiæ Athenis dona splendidissima obtulit (1).

Uzorum gens septentrionalis quæ, Constantino X Duca, anno 1065, Macedoniam et Græciam septentr. invasit, utrum Atticam populata sit, apud Jo. Scylitzen Curop. altum silentium. Utut est, Athenarum municipium Byzantinum XI et XII sæculis tristem faciem præbuisse et majore jure quam Arcadii tempore *δίρμα πάλαι ποτὲ ζώου* præsentasse videtur. Vid. Synes. ep. 135. Cf. Zygomalas et M. Crusii *Turco-Græcia*.

Vellus aureum (ita enim Athenas appellitaverim) quo tempore Crucigeris, novo Argonautarum generi, succumbere videbatur, dynastis Byzantinis non restituendum, imo barbarorum Asianorum ferro subigendum, in ipsa Athenarum urbe virum obvium habemus qui, licet alienigena, adeo de Athenis meruit, ut inter medii ævi Athenienses memoratu dignos, una cum Irene imperatrice, quæ et ipsa externa Ἀτζαίωλῶν familia oriunda, præcipuum locum occupare dignus sit; de Michaele Choniate archiepiscopo loquimur.

§ II. *Michaelis ejusque fratris pueritia Chonis et Constantinopoli acta.*

Quemadmodum fratres Michael et Nicetas Acominati dum vivebant mutua pietate, qualis inter magistrum et discipulum esse debebat, et intellectuali commercio juncti erant, ita alter alterius vitam et studia in lucem edendo hoc novo vinculo uniti videntur, ut in hoc nostro tractatu de Michaele non possimus Nicetæ vitam silentio præterire, quippe qui in opere de rebus quæ post Cpolin per Latinos captam evenerunt fratris cum merita laude mentionem facit, qui ipse superstes fratrem defunctum in biographia et panegyri debitis elogiis honoravit.

Michael Acominatus circa quadragesimum sæculi XII annum, initio regni Manuelis Comneni Chonis vel Colossis Phrygiæ urbe natus est, quam frater ejus Nicetas (*Hist.* ed. Par. p. 115) opibus divitem et hominibus frequentem vocat (3*). Patre eumdem usum fuisse opulento, nulli dubitamus. Qui enim filios Byzantium in artibus liberalibus ibi misisset educandos? qua dein ratione iidem ad imperii dignitates nisi pecunia aulæ corruptibili data, evecti fuissent? Affinitatis quodam splendore non caruerunt, siquidem Nicetas clericum aliquem Choniatem, cujus Manuel imperator utilem operam in bello contra Turcos expertus est, consobrinum appellat et urbis metropolitano patre spirituali usus est.

Pauca tantum de ineunte Michaelis ætate comperta habemus, eaque in sola parentatione in fratris defuncti memoriam dicta hæc in verba exposita : « Pater meus, qui litteras non minus quam liberos suos diligebat, me adolescentulum qui in grammatica et poetica satis provectus eram, ex Asia Byzantium traductum artium liberalium et philosophiæ magistris instituendum tradidit. » Horum magistrorum in numero Joannes et Isaac Tzetzæ fuerunt, quorum vita in 1130-1160 incidit. Michael Nicetam fratrem utroque parente *κασίγνητον* germanum sibi novennem ea lege traditum a patre esse dicit ut nutritoris, institutoris, imo patris loco ei esset. Michael ipse affirmat cum majore se, quam fratrem decet, pietate, triplex illud officium explevisse. Pietatis et animi grati certamen inter fratres intercedebat, ita tamen ut Michael archiep. Athen. factus pro modestia sua se fratri ad altissimas dignitates evecto multorum in se collatorum beneficiorum debitorem evasisse asserat. Est etiam ubi Michael fratri quoad ingenii dotes, se inferiorem fatetur, ubi de communibus ipsorum studiis mentionem facit. Dum enim ipse ad *μαθήματα* animum attenderet, Nicetam inde a puero rerum majorum exercitationi ac studiis deditum eo pervenisse, ut audaciori volatu in regiones *τῶν θεωρημάτων* evolaverit, id est, proprio marte meditatus sit.

(1) Καὶ ἐν Ἀθήναις γενόμενος καὶ τὰ τῆς νίκης εὐχαριστήρια τῇ Θεοτόκῳ δοὺς, καὶ ἀναθήμασι πολλοῖς λαμπροῖς καὶ πολυτελέσι κοσμήσας τὸν νεὼν, ὑπέστρεψεν εἰς Κωνσταντινούπολιν. Georg. Cedr. ed. Par. p. 717. Templum Minervæ, Erichthonii matris, Parthenon illud in S. Virginis ac Deiparæ ecclesiam est mutatum, ut et Thesei templum ecclesiæ sancti Georgii qui draconem interemit, locum cessit.

(2) Chonarum nomini postea Colossarum substitutum esse urbis Phrygiæ, quæ præsertim Pauli ad Christianos ejus civitatis epistola innotuit, citra dubium est. In lexico Mich. Pselli geographico quod P. Morellus citat, legimus : Κολοσσαι, πολις Φρυγίας, αἱ νῦν λεγόμεναι Χῶναι, et Nicetas ipse dicit in *Thesauro fidei orthod.* IV, 22 : Ὡς ὁ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς τοὺς πατριώτας μοι Κολοσσεῖς Ἐπιστολῇ θεολογεῖ κτλ.

Quo tempore Nicetas ὑπογραμματέως βασιλικοῦ titulo aut sub Manuele Comneno ante a. 1180, aut Alexio II regnante, usque ad a. 1183 ad rerum administrationem accessit, ubi postea ad maximos honores provectus est, Michaeli, minus prospera uso fortuna, archiepiscopus tantummodo Athenarum ut fieret contigit. Sed ut nominis Attici gloriam prætereamus, archiepiscopus Atheniensis e numero præcipuorum inde a IX sæculo metropolitanorum diœcesis Illyriæ erat, et decem quidem episcopi Aulonis in Phocide, Daulliæ et Coroneæ in Bœotia, Orei, Euripi, Porthmi, Carysti in Eubœa, et insularum Scyri, Andri et Syræ ei ut suffraganei subjecti erant. (Cf. Le Quien, *Oriens Christianus* II, p. 167 sqq.).

§ III. *Michael Athenarum archiep.—Byzantium rerum statum permutat; legum per Græciam abolitio.*

Michael, si asserit se per triginta annos munere sacerdotali functum esse, sub finem (1175) sæc. XII sub Charitone patriarcha munus iniisse videtur. Casim. Oudinus (*Comment. de scriptor. eccles.* p. 1536 et 1712) duos in XII sæculo metropolitas Athenienses, Michaelis nomine designatos memorat quorum priorem anno 1170 assignat, et Const. Manassis et Simeonis Metaphrastæ contemporaneos facit; quo errore Harlesius quoque obstringitur (Fabricii *Bibl. Gr.* ed. nov. XI, p. 188, not.), quamvis opera ab Oudino majori Michaeli attributa, nostro Michaeli Acominato, idque jure, ascribit. Inter ista opera orationem habes Athenis muneris iniit die habitam, et cujus verba introductoria sola apud Bandinium (*Epist de Michaele Acominato*), Τὸν μὲν δὴ προσήκοντα, et ultima : Ἵνα καὶ αὐτοὶ ναὸς Θεοῦ εἴημεν ἐν αὐτῷ Χριστῷ, etc., legimus. Michael licet antiquo more educatus, in ista phrasi divina ut et in cæteris omnibus quæ scripta reliquit, orthodoxiam ex oculis non amittit, quæ καλοκαγαθίας antiquæ loco Græci cujuslibet supremam laudem constituit. Quodsi Michaelem nostrum Atticis innutritum artibus et litteris Athenis quæ templis, statuis abundabant, Periclei ævi monumenta inspirabant, idem, qua Christianus ac sacerdos, divini quasi ætheris flamina experiebatur. Ante eum D. Paulus Atheniensibus in Areopago pacem, et in templo Dei incogniti Deum in Christo manifestatum annuntiaverat; et ibidem Dionysius Areopagita primus episcopus memoratur, idem martyr Græcus, quem Gallia quoque apostolum et patronum suum venerata est eo tempore, quo ipsa novi Evangelii apostolos per omnem orbem, præsertim in eam regionem emisit, unde præter Christianismum perantiqua libertatis civilis traditio ei venerat, in Græciam dico (1).

Michael Athenas sacras oratione celebrat in Leonidem martyrem et socios habita; heroici ejusdem civitatis ævi, in allocutione ad prætorem Demetrium Drimetem, Athenas reducem, meminit : Τὸν Θησία φασὶν ἐκεῖνον. Eustathii postea archiepiscopi Thessalon., interpretis cel. carminum Homeri, quo familiarissime utebatur, mors profanarum æque ac Christianarum meditationum ansam præbuit; ejus memoriam oratione funebri honoravit, cujus initium : Ὦ στυγνὸς αἰών, ὡ τλήμων ἡμεῖς γενεά, finis καὶ λατρεύοντες. Paucæ hæ voces de monodiæ pretio statuere non permittunt; at hocce sæculum et nostrum genus accusare licebit negligentiæ, cui solus Tafelius remedium apportavit, qui in Dissertatione *De Thessalonica ejusque agro* etiam Monodiam in Eustathium publici juris fecit.

Eustathii Thessalon. mors (a. 1198) sex annis catastrophen antecessit, quæ Michaeli occasionem dedit ostendendi se non solum bonum ovium pastorem pacis tempore esse, sed qui, urgente necessitate, lupum Argolicum fortiter a grege repellat, licet mox feris occidentalibus cedere coactus fuerit.

Atque hoc quidem loco dicendum est qui fuerit Acominatorum sermo justo magis metaphoricus (2). Cujus rei ut majorem fidem faciamus, Nicetæ verba quibus in Michaelis fratris Vita utitur, repetamus, usurpationem antea memorantes imperii Byzantini per Alexium III Angelum (a. 1195), quam octo annis postea expeditio Italorum Gallorumque Constantinopolin versus, et post redintegrationem Isaacii cæcati cum filio ejus Alexio IV impotentemque Alexii V Ducæ Murzuphli dominationem, secunda Cpolis expugnatio per Francos (12 Ap. 1204) et imperii Latini fundatio secuta est. Nicetæ Acominati Historiæ libri V ultimi (XVII-XXI) et J. Villharduini Annales Gallice conscripti magnam circa eas res auctoritatem habent. Nicetas quidem usque ad a. 1206 progreditur, quamvis in fine libri XIX dicat : Οὐκ ἂν ᾠσάμην τὰ βαρβάρων αὐτὸς, οὐδ' ἐσοίμην παραπέμπων τοῖς ἔπειτα πράξεις πολεμικὰς, ἐν αἷς μὴ νικῶσιν Ἕλληνες. Οἱ γὰρ βάρβαροι κατὰ τὸν ἐμπρήσαντα τὸν ἐν Ἐφέσῳ ναὸν τῆς Ἀρτέμιδος οἰχέσθωσαν ἄϊστοι τε καὶ ἄπυστοι, μηδὲ προσρήματος γοῦν τινος, ὑφ' ἡμῶν ἀξιούμενοι, ἕως οὗ παρέλθοι ἡ ἀνομία κἀπὶ τοῖς δούλοις αὐτοῦ

(1) Contra Gregorium Turon., Bedam et quosdam alios Dionysium Gallicum ab Atheniensi distinguendum et tertio demum post Christum natum sæculo accensendum esse arbitrantes, auctoritati Sim. Metaphrastæ et Mich. Syngeli, abb. Hilduini et multorum virorum sine dubio orthodoxorum et doctorum obtemperamus, qui unum Dionysium agnoscunt. Persuasum enim habemus criticam quam vocant historicam ad Acta sanctorum haud impune applicari.

(2) Nicetæ quidem dictio obscurissima est in *Præfatione ad Historiam* ubi maxime monet nullibi magis quam hic claritate et simplicitate opus esse. Inde versus sequentes ad marginem cod. Fugger. scripti et a Wolfio Alexandro Chartophylaci attributi :

Οὐκ οἶδα τί φῂς ἐνθάδε, Χωνειάτα,
Σοφὸν τὸ σαφὲς συγγράφων εἶναι λέγεις,
Εἶτα γπιφώδη καὶ βαραθρώδη γράφεις.
Nescio, Choniata, quid dicere velis.
Dictionis claritudinem virtutem dicis.
Et nihil tu ipse nisi per ampullas componis.

τὸ θεῖον παρωλιθήσεται. *Absit ut ego res gestas Barbarorum decantem, aut ea bella memoriæ posterorum prodam, in quibus non vincunt Græci. Imo illi, ut is qui Ephesiæ Dianæ templum incendit, pereant ignoti et obscuri; nec ullo verbo quisquam nostrum eos dignetur, donec transierit iniquitas et Deus servos suos clementer respexerit.* Nicetas fusius refert ea quæ ipse post captam Cpolin passus sit, ac memorat se virginem quamdam e barbari alicujus manibus, asserendo eam sibi nuptam esse eripuisse, repetente idem Michaele (1), non sine laudibus justo majoribus, siquidem fratrem Herculi et Theseo, Abrahamo, Isaaco ac Levi, Simeoni, Davidi ac Danieli præponit, imo cum Christo comparat, qui pro Ecclesia, sponsa sua, mortuus est.

Nicetas postquam de rebus abominandis quarum capta Cpolis testis fuit, retulit, de provinciis a Latinis expugnatis ac inter duces exercitus distributis loquitur. Dein ad regnum Thessalonicense Bonifacio Monteferratensi (ὁ Μόντης Φεράντης μαρχέσιος Βονιφάτιος) sub conditionibus feudi traditum, et ea quæ ipse contra Græciam conatus est facere procedit. Ibi enim, rebus jam dudum turbatis adjuti in fine regni Alexii III in multis urbibus usurpatores Græci surrexerant qui contra Francos non minus pertinaciter quam contra imperatorem Græcum libertatem suam defendebant. Ex his in Ætolia et in Epiro australi circa Nicopolin et Epidamnum nothus aliquis ex familia Ducæna oriundus regnabat; dux Græcus quidam in Dolopiæ montibus; in Messenia Theod. Melissenus e gente Comnenorum; in Laconia Leon Chamaretus non minus tyrannice quam Nabis ipse: in Argolide et Corinthi Leo Sgurus sæviebat. Hujus cum Atheniensibus sub Mich. Acominato, et cum Francis sub marchione Monteferratensi pugnas Nicetam fusius narrantem hinc inde introducimus (*Hist.*, ed. Paris, p. 390 sqq.)

§ 4. *Michael cum Leone Sguro certamen init, fratre ipsius Niceta referente.*

« Leo Sgurus, Nauplio ortus, aliquandiu vi magis quam voluntate popularium principatum tenuit « a patre susceptum, ad cujus imitationem non sine sanguine imperavit. Sed confusione rerum auc- « tus, et turbulentis temporibus, ut torrentes imbribus et turbinibus undæ, tumefactus, e parvo ma- « gnus exstitit. Argos dolo, Corinthum latrocinio cepit: et grassando subinde progressus ipsas Athe- « nas cum bellicis navibus et exercitu per Isthmum traducto est adortus, ea spe se arcis facile po- « titurum, aut machinis adductis imbelle præsidium facile territurum. Cæterum ea agitabat animo et « frustra conabatur, quæ ad exitum perduci non poterant. Nam Athenarum summus pastor Michael « Choniates, frater meus (meus inquam: nam laudi mihi duco cognationem ejus, et ei me sanguine « propinquum esse gaudeo, licet a virtute et eloquentia ejus remotissimus), cum sui muneris esse « intelligeret consilio et precibus rem publicam juvare, Sguri castris visis, pie cum eo agere instituit, « an hominem, præsertim non ignotum sed sæpe collocutum, amovere posset. Itaque ex urbe tan- « quam superiore loco monitorum sagittas ejaculatur, et pastorali funda divina verba jacit. Ali- « quando etiam spiritualibus minis tanquam arietibus animum illius sternere instituit. Non enim « decere eum qui Christianus sit et inter Romanos nomen suum profiteatur, Romanos bello petere « nisi forte solis labiis Christianum agat, ut et veste et lingua duntaxat Romanum, corde vero a Chris- « tianis sit remotissimus. Quam vero causam habeat oppugnandi Athenas? nam Argivis ob vicini- « tatem posset forsitan aliquid crimini dare, quo illorum expugnatio excusetur, quemadmodum et « Corinthiis nuper archiepiscopi eorum crebras insidias objecerit, unde Romanum exercitum Nau- « plium accurrere et naves hostiles appellere nunquam recusarit, et suavitate orationis ejus magis « afficiatur quam mellis dulcedine, eaque semper frui cupiat, hic vero ipsum in spiritualium libero- « rum numerum retulerit. Ac hujusmodi armis usus Michael precabatur ut inde recederet. Sgurus « vero non dissimulanter prætendens se vim posse facere, et tempora intueri jubens quæ pro viri- « bus quemque agere monerent, cum omnium urbium princeps afflictissima esset, denique postulabat « ut quidam adolescens ad necem sibi dederetur. Quem etsi alius aliquis etiam non petenti libentis- « sime dedidisset, ut semen uniquum et multis auctorem interitus, pessima quæque et manu et « consilio contra patriam machinari solitum, ille apertum patriæ persecutorem et spiritualis nutricis « Ecclesiæ violatorem et insidiatorem, cujus violentos conatus sæpius et ipse expertus erat, in eorum « numero habuit quos evangelice diligeret, neglectoque Sguro supplicem defendit. Sed cum leonem « illum sapientibus hisce monitis placare non posset, aspidis in morem ultro aures obturantem et « omnis generis tela in arcem conjicientem, orato Deo ut in nefarium hominem et subnascentium « malorum auctorem cladem omnem converteret, machinas et ipse in mœnibus disponit, ibidemque « sagittarios et funditores collocat. Nam quid ille ad propulsandos hostes non effecisset, vir omni doc- « trina sacrarum et profanarum litterarum perpolitus summaque facundia ornatus? qui si voluisset, « igni pluere super temerarios aut crabrones in exercitum immitere potuisset, aut aliquid aliud eis

(1) In *Monodia*, infra, col. 373.

« perniciosum divinitus impetrare. Neque enim cunctatus esset Deus, si manus ille sustiliisset aut « labia ad invocationem numinis aperuisset. Sed a tali vel cogitatione, nedum facto, eum abduxit is « qui filio tonitrui compescuit, ne ignem cœlo elicerent, cum diceret : « An nescitis cujus spiritus « sitis ? »

« Sgurus autem, desperata victoria, adversarii aciei instruendæ tam periti, tam diserti, tam in- « comparabili virtute præditi, et irrita oppugnatione rupium arcis intellecta, iram suam contra eam « urbem exstimulat cujus arcem expugnare non poterat, villas incendit, greges armentaque rapit. « Et post dies aliquot soluta obsidione Thebas oppugnat ; quibus primo impetu captis, ulterius con- « tendit, ac Thermopylis superatis per Œtam montem descendendo Larissæ cum Alexio imperatore « se conjungit. Is enim a septentrionalibus lateribus avulsus et urbe imperatrice excussus in Thessa- « lica Tempe pervenerat. Ac filiam illius Eudociam uxorem ducit, quæ prius Stephano Triballorum « duci nupta, ab eoque repudiata et Byzantium reversa, post captam urbem et desertam, Alexio « Ducæ cognomento Murzuflo, qui Romanum imperium postremus invasit, nupserat. Sed ne is qui- « dem illam ad senectutem usque tenuit. Nam Eudociæ pater Alexius, haud scio qua re impulsus, dolo « eum comprehensum luminibus orbavit, erro erroni infestissimus, et imperio dejectus simili cala- « mitate conflictato inimicissimus. Neque multo post excæcationem a Latinis comprehensus Ducas « Byzantium reducitur, et ob dominum et imperatorem suum comprehensum et laqueo enectum in « judicium adductus, pro sui defensione attulit, illum patriæ proditorem exstitisse et dignas suo sce- « lere dedisse pœnas. Neque se unum id fecisse, sed et reliquos illius cognatos. Verum illi, spreta « ejus oratione, et iis quæ adjungere cupiebat plane repudiatis, capitis hominem condemnant, novo « et violentissimo supplicii genere. Nam in altissimam columnam, quæ in Tauro stat, perductum « præcipitant. Is vero aliquandiu in pedes descendens, deinde in caput subversus et humi allisus « miserabiliter interiit. Sgurus autem ducta Eudocia, marchione in Græciam transituro, ut paulo ante « dixi, Thermopylarum angustias et altum montem eis imminentem, cæteraque loca quæ Græciæ « aditum intercludunt, accurate custodiebat. Verum nihilominus ille iis locis facillime potitus est ob « nostrorum ignaviam ac degeneres abjectosque animos, subinde potentiores colere volentium ; id- « que cum non magnum adduceret exercitum nec inter se consentientem, sed plerisque in rebus, « quippe ex multis urbibus collectum, dissidentem. Et cum ipsam Bœotiam invaderet, tam cupide « susceptus est quam quisquam qui ex longinqua et diuturna peregrinatione domum revertitur. Pro- « gressus etiam Attica potitur et arci præsidium imponit. Cum autem idem archiepiscopus, ut pridem « Sgurum, ita et tunc marchionem propulsare posset, tamen tempus a resistendo alienum esse ratus, « quippe urbe imperatrice expugnata et tam Orientalibus quam Occidentalibus provinciis Latinæ has- « tæ umbram subeuntibus, citra dimicationem munitione cedit. Postremo Eubœa quoque, omissa « defensione, supplices ad marchionem manus tendit, et exercitui Euripo concitatiori pontem subs- « ternit ; et in ipso freto castellum ædificatum, in eoque sedentem exercitum cernit, a quo « mutabiles insularium animi et callida consilia a defectione coercerentur. Sed quid meam orationem « barbari antevertunt et historiæ cursum occupant, nec ab ullo adversario destinentur? nam hæc « ut Thebis spoliatis et Athenis occupatis in Eubœam transierint, adhuc refert : illi vero, non ut pedi- « tes, sed ut aeriæ volucres, alis supra historiam evecti, ad Isthmum tendunt, oppositum ibi Roma- « num exercitum profligant, urbem in Isthmo sitam locupletem olim Corinthum intrant. Unde Argos « transeunt ; Laconiam pervagati impetum in Achiam faciunt. Inde Methonem petunt ; ad Pylum Nes- « toris, patriam contendunt. Ad Alpheum etiam accessuros arbitror, ex eoque potos et lotos veterem « jucundam fabulam audituros, fluvium eum Arethusæ fontis Siculi, quem Italorum filii bibunt, amore « liquescentem vereri ne suæ aquæ successus Latinorum et res quas contra Græcos gesserint inscrip- « tas ad populares eorum perferre cogatur. Verum, o Græce fluvie Alphee, latex per salsuginem ma- « nans potabilis, res auditu mira, amoris incendium, cave Græcorum calamitates Siculis barbaris « explices, aut commemores quantas res populares eorum contra Græcos gesserint, ne choreæ du- « cantur, ne pæanes cantentur, ne plures hostes appellant. Paulisper exspecta. Multæ sunt belli vices; « tesseræ instar volvuntur res mortalium. Nunc his, nunc illis favet victoria ; ne Alexandro quidem « ferunt omnia successisse ex sententia, nec Cæsaris fortuna caruit offensionibus. Per ipsam Arethu- « sam te obtestor. «

Huc usque Nicetas, ex cujus narratione traditio de regionibus Græcis a Latinis expugnatis per 41 iambos trimetros in chronicum metricum ab Angelo Maio an. 1828 editum transiit ; compositum autem est chronicum illud ad Ephraim, monacho Byzantino, qui Thermophylas in municipium Atticæ convertit, et certamen ducem Naupliotam inter et archiepiscopum Atheniensem in hocce tetrasticho absolvit :

Τέλος προσαῤῥάσσει δὲ καὶ ταῖς Ἀθήναις·	Postremo Athenas ipsas adoritur.
Ἀλλ' ἀποκρουσθεὶς ἀρχιποιμένος λόγοις	Sed repulsus sapientissimi antistitis
Τοῦ Χωνειάτου Μιχαὴλ τοῦ πανσόφου,	Michaelis Choniatæ eloquentia,
Θήβαις ἐφορμᾷ ταχέως ἱπταπύλοις.	Thebas confestim Bœotias invadit.

Brevius dein de Atticæ et regionum vicinarum expugnatione:

Μαρκίσιος δὲ τὴν Βοιωτίαν φθάσας, Marchio Bœotiam ingressus,
Ταύτην παρεστήσατο ταῖς στρατηγίαις· Armis eam subegit :
Κρατεῖ προιών Ἀττικῆς σὺν Εὐβοίᾳ. Atticam cum Eubœa suæ ditionis fecit.

§ V. *Quæ Athenis post Michaelis tempora acciderunt.*

Niceta auctore Sgurus post cladem ad Thermopylas acceptam Acrocorinthum se recepit, ubi ut bellua in antro se abdidit, corpusque contra Latinos defendit. Athenas deinde (unde Michael excesserat, et cujus arx a multis Francorum copiis custodiebatur) et Bœotiam Bonifacius, rex Thessalonicæ, eminentissimo e consiliariis suis, Ottoni de Rupe gubernanda tradidit; utriusque autem provinciæ sicut Eubœæ et Bodonitzæ dominium Guillelmo de Champlitte cessit, quia ex Achaia et Elide profectus Peloponesum subjugare cœperat.

Καὶ ἐκεῖνος γὰρ ὡς εὐγενὴς καὶ ῥήγας ὁποῦ ἦτον, Ille autem generosus ut rex erat,
Τοῦ ἔδωκε καὶ ἐχάρισεν τῆς Ἀθηνοῦ τὸ ὁμάτζιο. In homagium ei dedit Athenas;
Μέγαν Κύρην τὸν ἔλεγαν, οὕτως τὸν ὠνομάζαν Ut Magnus Dominus sultani nomen accepit,
Ἐκεῖνον ὁποῦ αὐθέντευεν ἐτότε τὴν Ἀθήναν· Qui illo tempore Athenas imperio rexit;
Ἐκ τῶν Ἑλλήνων τὸ εἴχασι τὸ ὄνομα γὰρ ἐκεῖνο. Nomen autem a Græcis mutuati sunt.
Ὡσαύτως γὰρ τοῦ ἔδωκε τρία ὁμάτζια τοῦ Εὐρίπου, Item tria homagia super Euripum
Τῆς Πονδενίτζας ἀλαδὴ, τὸ ἐκράτησεν ὁ Μαρκέζης, Et super Bodonitzam, concessit marchio lege san-
Νὰ τὰ κρατοῦσιν ἀπ' αὐτὸν καὶ αὐθέντη νὰ τὸν [ciens ut incolæ
[ἔχουν. Eum pro domino suo agnoscerent.
Ο αὐθέντης δὲ τῆς Ἀθηνοῦ ἀπὸ Βουργουνιάν ἦτον, Oriundus autem erat Athenarum gubernator ex
[κτλ. (1) [Burgundia, etc.

Ab Ottone de Rupe (Ὀθῶν ντὲ λὰ Ῥῶτζε), Burgundione, Athenarum moderatore, cujus nepoti ac successori Ludovicus sanctus, rex Franciæ, principis Achaiæ dignitatem concessit, i. e. anno 1205, series incipit principum Francorum qui per ducentos quinquaginta annos ad 1453 usque Athenas regebant, qua in urbe inde a Codro et Pisistratinis rex nullus sederat, et ubi quinque sæculis post illum Burgundionem, alteri cuidam Ottoni, Germani sanguinis, reservatum erat, ut magnam Græciæ partem cum dignitate et honore leni sceptro subjecerit.

Una cum domino sæculari eoque usurpatore Athenarum, Michaelis expulsi sedem archiep. Romanus, nomine Berardus occupavit, quem non nisi ex epistolis quas Innocentius III PP. ei scripsit, novimus. In notis quas editor Fr. Bosquetius adjecit (ed. Tolos., not. p. 9) Michaelis Choniatæ mentionem facit ita duriuscule scribens : « Græcis rerum dominis Atheniensi Ecclesiæ præerat Michael Choniates, qui captis Athenis a marchione Montisferrati urbe cessit, ut narrat ejus frater Nicetas, qui eum nobis *Græca fide* et fraterno affectu *sanctum prædicat.* » Nihilominus idem alio in loco, hunc Michaelem cum archiepiscopo Romano confundere videtur, ad quem Innocentius litteras scripsit. Ex istarum epistolarum una patet, ut Schlosserus quoque (*Hist. exped Crucig.* II, p. 63) declarat, a Latinis e pluribus diœcesibus, civitatibus, etc., expulsos fuisse Græcos eadem inclementia, qua postea a Turcis (2). Videre etiam e duobus aliis epistolis Papeæ ad archiep. Thebanum (l. I, ep. 110) et archiep. Amyclæensem (l. IV, ep. 98), Ottonem in certaminibus sæcularibus et ecclesiasticis anathema incurrisse, cujus rei pertæsus, dignitate abdica, anno 1221 nepotem Guidonem sibi succedere voluit et in Franciam reversus est.

§ VI. *Michaelis senectus et obitus.*

Michael exsul non minus tragice quam Nicetas aulicus, totius imperii Romæorum miserrimum statum, gregis custodiam ereptam et exsilium deplorat (3) : «Lamentationis copiosa mihi materia adest tum ob communem calamitatem tum propter meam ipsius, eapropter quod templum illustre, opulentum, proh Deum immortalem ! quod majores nostri Deiparæ consecrarant, cujus altare meæ custodiæ creditum erat, ante oculos meos ab hominibus sacrilegis spoliatum vastatumque est. Ipse autem post triginta annos quos ibidem peregeram, ut truncus aridus, inutilis, vi ventorum e sacrario Domini ereptus, contra ripas, contra rupes, in imum mare abreptus vix jam vivo. Ecce exsilio damnatus, sine sacerdotio, sine festorum solemnitate, sine urbe, sine civibus, bubonis instar de calamitate omnium et in eo ipsius infortunio amare lamentor. » Ex inscriptione porro nonaginta, quas codex Bibl. Laur. asservat, epistolarum videmus, insulam Ceon pro refugio eum habuisse : τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολαὶ ἃς ἔγραψεν ἀπὸ τῆς νήσου τῆς Κέω· Id quod tenore epistolarum confirmatur, siquidem P. Morellus monasterium S. Prodromi in ista insula ut asylum ejus designat.

Hoc in loco senem exulem annuntiata fratris mors mirum in modum afflixit quem sibi superstitem

(1) Βιβλίον τῆς κουγκεστας νης Ῥωμανίας καὶ τον Μωραίως, p. 59, Ed. Buchon. Paris, 1845.

(2) « Dilectus filius Otto de Roca, dominus Atheniensis, per litteras vestram petiit providentiam admoneri, ut in castris suis et villis in quibus duodecim Latini abundantes certas habuerint mansiones, proprios sacerdotes, quibus integræ a Latinis laicis decimæ persolvantur, instituere curaretis, » etc. INNOC. III, *Epist.* lib. XIII, ep. 418.

(3) Vide infra, col. 371.

fore desideraverat. Nicetas Acominatus, post captam Cpolim, ut omnes ii qui ingenio, virtutibus, in patriam amore excelluerant, cum uxore et liberis Nicæam Bithyniæ se recepit, ubi apud Theodorum Lascarin imperatorem non minus quam apud Comnenos auctoritate valebat, id semper agens ut civibus Bizantii exsulibus auxilio ac præsidio, fratri autem seni exsuli solatio foret. Michael quidem in *Monodia* hæcce dicit: « Licet procul a me viveret, quoties eum vivere ac valere nuntii attulissent, quasi novo spiritu afflatum me sensi.Et ut David animæ suæ solamen reperiri non posse dicit, exhilarari autem ubi primum Dei memoria ipsi in mentem venerit; ita ego quoque ubi præsentium ærumnarum pondere molestarer, mirum solamentum sensi ubi fratrem valere accepi. Quotiescumque itaque epistola fraterna manu signata afferebatur, vultus ac sermonis ejus intime memor caput et manus tangere et osculari mihi videbar; et extemplo atra cura ex animo excessit et gaudio novo locum dedit. » Hæc cum legeris amoris fere plus quam fraterni testimonia, jam non miraberis, si idem dicit se umbra mortis obstringi ob gubernaculum vi ipsi ereptum morte fratris Nicetæ, qui Michaeli et Joanni consobrinis æque flebilibus Romæorum imperio in morte successerit. « Si tanti viri obitus, Michael adjicit, Europam et Asiam æquo dolore ac desiderio afflixit, adeo ut mortem tuam, o anima charissima, ferre non sustineant, quis tandem nostrarum lacrymarum ac gemituum modus erit? » Sequitur de luctu communi gentis Acominatorum per Europam et Asiam disseminatæ, cujus individui defuncti splendore illustrarentur, et qui ejus auxilium multifariam experti sunt. Deinceps de dolore viduæ loquitur, nepte magni Belisarii, quam uxorem ducturus Nicetas, sicut in omnibus gravioribus rebus fratris consilium expetierat; de luctu liberorum teneræ ætatis, e quibus unus errabundus vagabatur; de proprio suo luctu et plaga irremediabili quam fratris mors acerba inflixit. Jam sibi lacrymas præ doloris magnitudine deesse queritur, unde sibi calamitates vitæ futuras siccis oculis ferendas fore, donec ipse in remoto terræ angulo aut in medio mari projectus, senex juniori fratri successerit. Vir pius cum esset, Deo ipsi diem dicit, adeo dolor mentem occæcarat: « Dolor adeo me stimulat ut voces proferam quæ impietati ac temeritati forte dabuntur. Cur enim ego canum caput et annis gravis, inutile tandem terræ pondus ac ulcus diutius in hoc carcere retineor? »

In promptu non est dicere quo anno Michael vinculis corporis liberatus decesserit; jam enim vita otiosa in monasterio transigenda graviter incommoda sub finem esse debebat. Eum tamen anno 1215 in vivis fuisse epistola quam ad Manuelem patriarcham dedit probare videtur: ad alium neminem enim scripta esse potest nisi ad Manuelem Charitopulum illo ipso anno ad patriarchatum evectum.(V. Le Quien, *Oriens Christ.* t. I, p. 278). Hæc eadem epistola et plures aliæ quas in Ceo insula composuit probare possunt Michaelem, quamvis solitarium, ut ipse quidem dicit nihilominus sub finem vitæ præstantissimis imperii viris per litteras saltem conjunctum fuisse, ipsumque Lascarim imperatorem in ejus amicorum numero fuisse. Sed quare non orthodoxi hujus et amici principis domum habitavit? Cur non Nicææ vivere maluit prope Phrygiam, ubi frater dilectissimus cum suis vixit et in medio populo demortuus est, quam in Ceo insula petrosa Ægæi maris, hæreticisque vicinus occidentalibus, de quibus in epistola ad Euthymium scripta queritur? Ad hanc is fere quæstionem respondebit qui in patria Bacchylidis ac Simonidis Hymettum et Brilessum sub auroram coruscantes vidit; qui Michaelem in Thesei urbe per generationem pedum Dionysii Areop. manibus portasse et postremo Dexippi gladium non sine gloria strinxisse meminerit.

§ VII. *Scriptorum Michaelis catalogus, in bibliotheca Florentina secundum Bandinium. Præfatio.*

Scripta a Michaele opera, non minus quam ossa in Cei ripis, in Occidentis bibliothecis oblivioni data esse videbantur. Huc usque non nisi orationum satis multarum summaria, tractatus, epistolæ, carmina quorum pauca aliqua Græce, duo maximi momenti Latine tantum a Michaele Choniata supersunt.

Anno 1767 bibliothecæ Laurentianæ quæ Florentiæ est, custos, A. M. Bandinius Academiæ Parisiensi libellum misit sub titulo *Epistola de Michaele Acominato ejusque scriptis*, quem anno sequenti in catalogo codicum Græcorum bibliothecæ Laurentianæ reproduxit. Nos catalogum collectionis Michaelis scriptorum integræ, quorum summum jam Montfaucouius in *Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum*, I. p. 355 seqq. dedit, e Bandiniano catalogo extractam, nulla habita titulorum latinorum ratione, damus, et Bandinii exemplum secuti, titulos eodem, quo in codice leguntur, ordine in medium proferimus, præmissa Anonymi ad Michaelis opuscula Præfatione, quam primus edidit doctissimus Tafelius in Dissertatione *De Thessalonica ejusque agro*.

I. p. 1. Προθεωρία εἰς τὴν παροῦσαν βίβλον τοῦ . . . .

(Nihil amplius; scriptoris nomen in lacuna intercidit. (V. Tafel, *l. l.*, p. 376 *et seqq.*)

Φιλόλογος ὁ τοῦ βιβλίου τοῦδε πατὴρ, καὶ σοφίας ἐραστὴς ἑκατέρας, τῆς ἡμετέρας φημὶ καὶ τῆς θύραθεν, ὡς ἔστιν ἀπ' αὐτῶν τῶν συγγραμμάτων γνῶ-

Litterarum et omnis sapientiæ vere amicus hujusce libri auctor est, quod lector benevolus ex ipso scripto facile dijudicabit. Sed longiorem hac

ναι τὸν ἐντυγχάνοντά. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν δέοιτο πλείονος, οἶμαι, λόγου, ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον προδιοριστέον, ὡς τῶν λόγων ἔνιοι μὲν πρὸ τῆς ἱερωσύνης ἐγράφησαν (ὁ πρῶτος δηλονότι, ὁ πρὸς τοὺς αἰτιωμένους (1) τὸ ἀφιλένδεικτον· καὶ ὁ ἐφεξῆς, ὁ τοῦ μακαρίτου ἀρχιεπισκόπου Χωνῶν ἐγκωμιαστικός· καὶ ὁ μετ' αὐτὸν, ὁ πατριαρχικός)· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες μετὰ τὴν ἱερωσύνην. Καὶ δεῖ μὴ ἀγνοεῖν τοῦτο τὸν σὺν ἐπιστήμῃ τοῖς λόγοις ἐντευξόμενον καὶ συγγνωσόμενον τῷ ἀνδρὶ, εἰ νῦν μὲν πρὸς τὸ νεανικώτερον ἀποθρασύνεται, καὶ τοῖς ἐκ ποιητικῆς ὀνόμασιν ὡραΐζεται, κουρίζων, ὡς ἄν τις εἴποι, καὶ ὑπὸ θερμότητος ἀφερόμενος· νῦν δὲ ὕπαυχμος φαίνεται τὰ πολλὰ, καὶ τὸ ἀγλευκὲς περιπτύσσεται· Αἰτία γὰρ οὐ τοσοῦτον ἡ ὕλη τῶν ὑποθέσεων, ὅσον ἡ τῶν βίων διαφορά. Πλὴν καὶ οὕτως ἡ ὁμοιότης ἁπάντων διαφαίνεται, καὶ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς φῦναι τούτους κἀκείνους κατηγορεῖ. Ἔτι κἀκεῖνο προθεωρεῖν ἀναγκαῖον, ὡς, ἡνίκα μὲν ἦγε σχολὴν, καὶ περὶ μόνους εἶχε τοὺς λόγους, ἐπιδείξεως χώραν οὐδ' ἐπὶ κοινοτέρου ἀκροατηρίου ἐθεατρίσατο· εἴ τι δὲ ἐπονήσατο, καθ' ἑαυτὸν, ὅ φασιν, ᾄδων ἐπονήσατο· τοῦτο δ' ὅσον κολούει τὴν ἐπὶ λόγοις ἀκρίβειαν ἅμα καὶ φιλοτιμίαν, ἴσασιν οἱ εἰδότες. Ἐπεὶ δὲ ἱερωσύνης ἐπέβη καὶ παρὰ τοῦ ἐπαγγέλματος τὸ τοῦ λέγειν καὶ γράφειν ἐνδόσιμον ἔλαβεν, οὐδ' ἐνταῦθα τὰ τῆς ἐπιδείξεως εἶχε προβάλλειν φιλοτιμότερα· τοῦτο μὲν τῆς ἱερωσύνης οὐ προσποιουμένης οὐδὲ τὰς ἐν λόγῳ ἐπιδείξεις, ὥσπερ οὐδὲ τὰς ἐν ἑτέρῳ οἱῳδηποτοῦν κατορθώματι, ὅτι μὴ καὶ μᾶλλον κηλῖδας νομιζούσης καὶ μειρακιώδη ἀθύρματα, ἢ σπουδάσματα· τοῦτο δὲ τῶν ἀκροωμένων Ἀθήνησιν οὐκέτ' ὄντων φιλομαθῶν, οὐδὲ προσεκκαιόντων τὴν τοῦ λόγου θερμότητα, μᾶλλον δὲ ποιούντων ἐπινυστάζειν, οἷς ὑπόκωφον ἐνδείκνυνται τὴν ἀκρόασιν, ἵνα μὴ λέγω, ὅτι ὅσα καὶ λύρας ὄνος, κατὰ τὴν παροιμίαν, τοῦ περισσόν τι λέγοντος ἐπιστρέφονται· Ἡ γε μὴν ἀσχολία καὶ τὸ ὑπὸ πραγμάτων ἀνθέλκεσθαι οὐκ ἐῶντων ἐξακριβοῦσθαι τὰ τοῦ λόγου, μᾶλλον δὲ καὶ πάρεργα προσδιαζομένων λογίζεσθαι, τρίτον ὂν τῇ ἀπαριθμήσει, πρῶτον τῇ δυνάμει φαίνεται.

Ταῦτα συννοοῦντα τὸν ἐντευξόμενον, χρεὼν μὴ βαρὺν λογιστὴν καθέζεσθαι, ἀγάπης δὲ μᾶλλον, εἰ μὴ πάνυ τι τοῦ ἀκριβοῦς τὰ οὕτω πεπονημένα ἐκπέπτωκεν, ἀλλ' ἔστιν οὗ καὶ τῆς τέχνης ἐξέχεται, καὶ τὰς ἰδέας τοῦ πολιτικοῦ λόγου συγκίρνησι, καὶ οὔτε τὸ καθαρὸν ἔχει πεπατημένον καὶ εἰς χυδαιολογίαν καταβεβλημένον οὔτε τὸ περιβεβλημένον σφόδρα περιηγκωνισμένον καὶ λαβυρινθώδες, ἀλλὰ καὶ ἡ περιβολὴ διευκρίνηται, καὶ τὸ σαφὲς περιβέβληται, καὶ μετρίως ἀμφότερα. Ἥρμοσται δὲ καὶ ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἰδεῶν, ἐς ὅσον ἐξῆν· μάλιστα δ' εἰς μέγεθος αἴρεται, καὶ πλέον, ἢπερ ὁ τοῦ πολιτικοῦ θεσπίζει κανών. Καὶ οὐ κακία τοῦτο δήπου τοῦ λόγου, ὅτι μηδὲ σφόδρα βουλομένῳ οἷόν τε ἦν, ὅσον ἐπὶ σεμναῖς ἐννοίαις μὴ διαίρεσθαι, αἷς πᾶσα χριστιανικὴ ὁμιλία κοσμεῖται· οὐ μόνον ἐν λογογραφίαις, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐν τῇ ἁπλῇ κοινωνίᾳ τοῦ λόγου. Ὅσα γὰρ, φησὶν ὁ ῥήτωρ τῆς Ἐκκλησίας, σεμνὰ, εἴ τις ἀρετὴ καὶ εἴ τις ἔπαινος, ταῦτα καὶ λογίζεσθε. Εἰ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἱερωσύνην

de re sermonem concinnare operæ non est pretium; id unum notandum est, plures eum orationum suarum antequam sacerdotii munus iniisset, scripsisse, et primam quidem: Ad eos qui indignabantur quod lumen suum sub modio posuisset; dein orationem laudatoriam in beatum archiepiscopum Chonarum; tertiam denique in patriarcham; cæteras autem omnes post initum sacerdotale munus editas fuisse; quas cum legerit aliquis mente candida, auctori ignoscet, ubi cum temeritate juvenili, flosculis poeticis pueriliter inhæret, et alibi oratorem se aridum et nudum gerit; cujus rei causa non dissertationum materia, sed differentia annorum habenda est, quibus illas composuit. Omnes tamen sic quoque similitudinem aliquam præ se ferentes ab eodem se scriptore exortas esse satis clamant. In quo id quoque prænotare juvat quod, si decoro cum otio litteris solis studeret, non auditorum benevolentiam captaret, id unum agens ut sibi ipsi sufficeret. Hoc quantum noceat operi conficiendo, rerum hujusmodi periti probe norunt. Sed post sacerdotium quoque initum, ubi dicendi scribendive locus erat, vir parum ambitiosus longe ab omni ostentatione abfuit. Nec mirum; sacerdotes enim de operibus a se scriptis non magis quam de quacunque re mundana spiritus sumere decet; quæ omnia e contra pro nugis ac quisquiliis habenda sunt. Huc adde quod Athenienses nostri temporis, audiendi parum cupidi, arte oratoris difficulter excitantur, imo inter concionem obdormire solent, et parvi pendere eum qui egregiam aliquam rem protulit, a qua non minus quam asinus a lyra abhorrent. Si tertium dein impedimentum admittere voles, memento, otii absentiam, negotiorum urgentiam facere ut stylum et dictionem, rebus parvi momenti nimis intentus, minus cures.

Cujus rei memor lector non rigidus judex sedebit, sed indulgebit operi minus expolito, ubi artis vestigia aliqua in vocibus, ubi orationum ornamenta non contemnenda comprehendet cum claritate sufficiente. Sæpissime enim stylus ad sublime usque ascendit ultra quam fas est et ars oratoria permittit. Id quoque nullo modo cum vituperio notandum est si orator in edendis divinis meditationibus sublimitatem affectat, id quod nec in eloquentia Christiana, nec in oratione pedestri displicuerit. Namque Ecclesiæ summus orator dicit: Quæcunque pulchra, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate (*Philipp.* IV, 8). Si vero post munus sacerdotale initum, orationes elegantiam poeticam redolent, quippe quæ aliter politæ esse nequibant, non est quod lectorum veniam expetas haud ignorantium hodiernarum declamationum bacchicum furorem a sola Calliope oriundum, ut omittam

(1) In inscriptione hujus or. apud Band.. Πρὸς τοὺς ἀχθομένους διὰ τὸ ἀφιλένδεικτον.

Demosthenica illa : Per terram ! per fontes ! per flumina ! per rivos ! et alia his similia plus quam dithyrambica. Qui autem majorum nostrorum scripta utpote antiqua exempla perlegere amant, meminerint velim, antiquos scriptores elegantiarum et leporis haud parcos fuisse, ut Socratici Plato et Xenophon. Sed et Polemo præfractim dixit, scripta pedestria humeris, poetica in plausiris amovenda esse, quod novum rei nostræ documentum affert.

Λόγοι ποιητικοῖς ὀνόμασιν ἔστιν οὓς διανθίζονται, ἐπειδὴ οὐκ ἐξὴν ἄλλως μετέχειν τι καὶ τοῦ ἀβροῦ, τοῦτο οὐδὲ παραιτήσεως ἄξιον πρός γε τοὺς εἰδότας, ὅπως τὰ τῶν νῦν ῥητορευόντων παράδαχχα πνέουσιν, ὡς κάτοχα τοῦ τῆς Καλλιόπης ἀτεχνῶς ἄσθματος· οὐ λέγω, κατ' ἐκεῖνα τὰ τοῦ Δημοσθένους, μὰ γῆν, μὰ κρήνας, μὰ ποταμούς, μὰ νάματα· ἐπὶ πλέον δὲ πολλῷ καὶ τῶν διθυράμβων φρονιμώτερον. Τοὺς δ' ἀποβλέποντας εἰς τὰ τῶν παλαιῶν συγγράμματα, ὅσα καὶ πίνακας (ὅ φασιν) ἀρχαίας χειρὸς, ἐκεῖνο ἀπόχρη καὶ μόνον ὑπομνῆσαι, ὡς οὐδ' οἱ παλαιοῖ τὰ τε ἄλλα τῆς ποιητικῆς, καὶ δὴ τὸ τῆς λέξεως ἄνθος παράπαν ἀπεδοκίμασαν, καὶ μᾶλλον οἱ σοφώτεροι ἐκείνων, τοὺς Σωκρατικοὺς λέγω, ὧν ἐν τοῖς μάλιστα Πλάτωνα καὶ Ξενοφῶντα οἰδαμεν. Τοῦ δὲ Πολέμωνος οὐ μόνον ὁ ῥοῖζος, ἀλλὰ κἀκεῖνος. Τὰ μὲν καταλογάδην ὤμοις δεῖ ἐκφέρειν, τὰ δὲ τῶν ποιητῶν, ἀμάξαις, πᾶσαν τὴν τοιαύτην παραιτεῖται νέμεσιν.

II, p. 3, b. Πρὸς τοὺς ἀχθομένους διὰ τὸ ἀφιλένδεικτον. Inc. Ὁμήρῳ τῷ μεγαλοφωνοτάτῳ. Fin. : ἢ ῥαθ' ὑπίρρυκος κοίλην εἰσέπτατο πέτρην.

III. Ἐγκώμιον εἰς τὸν μακάριον ἀρχιεπίσκοπον Χωνῶν κύριον Νικήταν. Inc. Κωρὸς μὲν ἀνήρ. Fin. Τοῦτο γέρας ἔχεις λαβών.

Vix credere possum Bandinium, Caveum, Oudinum, Harlesium, hunc archiepiscopum cum Michaelis fratre Niceta historico confudisse, qui, ut omnes sciunt, munere sæculari fungebatur, et de cujus uxore ac liberis sæpe sermo est.

IV, p. 19. Λόγος ἐκδοθεὶς τινι τῶν ῥητορευόντων εἰς τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην κύριον Μιχαὴλ. Inc. Ἔστι που Εἰκελικός τις λειμών. Fin. Ὡς στίλεχος φοίνικος πολὺν χρόνον.

V, p. 24. Τοῦ αὐτοῦ λόγος ὅτε πρῶτον ταῖς Ἀθήναις ἐπέβη. V. p. 12.

VI, p. 27, b. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία ῥηθεῖσα κατὰ τὴν τρίτην κυριακὴν τῶν νηστειῶν, ἐν ᾗ καὶ ὁ τίμιος καὶ ζωοποιὸς σταυρὸς προτιθέμενος προσκυνεῖται. Inc. Καὶ ὁδοιπόρος ὀρθίας ἐλαύνων. Fin. Καὶ ἀκαταλύτῳ ἑορτῇ ἡμῶν. Ἀμήν.

VII, p. 28. Εἰς τὴν ἑορτὴν τῶν βαΐων. Inc. Ὁ μὲν προφητικώτατος. Fin. Καὶ λέγειν κατὰ Θεόν. Αὐτῷ ἡ δόξα κτλ.

Hujus orationis versio Latina integra exstat auctore Franc. Combefisio in *Bibl. Patrum concionatoria*, ed. Venet. t. IV, p. 419 sqq. Hæc quidem homilia, quam Combefisius elegantem orationem appellat, non nisi deumbratio est eloquentiæ Michaelis, quam certe nemo sanus cum Periclis ac Demosthenis facundia comparabit. Id certe non negabis, calorem quemdam et vim et dicendi suavitatem inesse huic certe *in Dom. Palmarum* homiliæ, ac Voltarium haud vere dixisse affirmando, Græcos istius temporis a majoribus præter garrulitatem nihil hæreditasse. Admonitio quidem quæ in fine legitur, ad virum quemdam quasi prorumpens adolescentem illum in memoriam revocat, de quo Nicetas in Historia de obsessis per Sgurum Athenis ut contemptore Ecclesiæ maligno atque adversario archiepiscopi loquitur evangelico ipsum amore protegentis ; qui num idem cum nostro fuerit non hujus loci est disquerere.

Sequitur de Michaelis scriptis. Fragmentum panegyridis in imperat. Is. Angelum dictæ; ad archiepiscopum Thessalonicensem Eustathium epistolæ.

VIII, p. 30, b. Προσφώνημα εἰς τὸν πραίτωρα κύριον Νικήφορον τὸν προσοῦχον ταῖς Ἀθήναις ἐπιστάντα. Inc. Τίς λαλήσαι τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου. Fin. Καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως ᾧ ἡ δόξα κτλ. XV epist.

IX, p. 38. Εἰς τὸν ἅγιον ἱερομάρτυρα Λεωνίδην καὶ τὴν συνοδίαν αὐτοῦ. Inc. Εἶτα πάλαι μὲν Ἀθήνησι, ς'. Ἧς γένοιτο τυχεῖν καὶ ἡμᾶς ἐν αὐτῷ Χριστῷ, κτλ.

X, p. 39, b. Προσφώνημα εἰς τὸν πραίτωρα κύριον Δημήτριον τὸν Δρίμυν ταῖς Ἀθήναις ἐπιστάντα. Inc. Τὸν Θησέα φασὶν ἐκεινον. Fin. Καὶ γῆρας παρεκτείνων ἀκρότατον. XIX epist.

XI, p. 52, b. Ὁμιλία ἐπιστάντος τῷ κατ' Εὔβοιαν Εὐρίπῳ. Inc. Ὁ μὲν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων. Fin. Καὶ ὢν καὶ καλούμενος, νῦν τε καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

XII, p 54. Θρηνῳδὰ ἐπὶ τῷ μακαρίτῃ κυρίῳ Θεοφυλάκτῳ τῷ Βελισαριώτῃ. Inc. Θρήνους μὲν πλέκειν ἀμετρους. Fin. Καὶ ποιμένος καὶ ἀμνοῦ δι' ἡμᾶς. Ἀμήν.

XIII, p. 57. Λόγος ἐγκωμιαστικὸς εἰς τὸν βασιλέα κύριον Ἰσαάκιον τὸν Ἄγγελον. Inc. Εἶτα βασίλισσα μὲν νότου. Fin. Καὶ τοὺς ὅρους τῆς ζωῆς ἐπεκτείνοντος.

Hanc se panegyrim in imperatorem qui Andronici Comneni tyrannidi finem imposuit, publici juris facturum esse promiserat Tafelius in ed. sua. Opp. min. Eustathii Thessal. p. 8, sed septem annis post nonnisi sequens exiguum fragmentum edidit demonstraturus in quam misero statu Attica languesceret, quippe quæ præ indigentia tributum imperatori regnum ineunti solvi solitum pendere nequiret.

Athenæ coronam auream capiti victoris imponere non poterant ; caret enim urbs denario, ut ipsa parum locuples est, imo incolis fere destituta in eo est ut penitus intereat, nisi, benevola aliqua

Αὕτη (urbs Athenarum) χρυσοῦν μὲν στέφανον οὐχ οἵα τε ἦν προσενεγκεῖν, καὶ τὴν νικηφόρον κεφαλὴν ἀναδῆσαι· ἀχρήματος γὰρ ἡ πόλις καὶ πενιχρὰ καὶ τοῦ κύκλου διαγραφῇ καὶ τῶν πόλεων

(*l.* πολιτῶν), καὶ παράπαν ἀφαντωθῆναι κινδυνεύουσα, εἰ μὴ νῦν ἀνενέγκοι μικρὸν καὶ συλλέξοι πνεῦμα, παρὰ τῆς μεγαλουργοῦς καὶ πλουτοδότιδος ἀναλαμβανομένη δεξιᾶς, καὶ μετὰ τῆς κοινῆς ἀναζώσεως ἀπολαύσοι καὶ ἰδίας ἐμπνεύσεως.

A manu auxiliante spiritum recuperat. Nam non nisi cum regno renascente ipsa renasci posse videtur.

Hanc panegyrin undecim epistolæ sequuntur.

XIV, p. 73. Ἐπιταφίος εἰς τὸν μακαρίτην ἀρχιμανδρίτην τῶν ἐν Ἀθήναις μοναστηρίων κύριον Νέοφυτον. Inc. Εἰ καὶ Σολομῶν ἔφη που γνωματεύων. Fin. Ἡ πρότερον ἱλεούμενος.

Post hæc codex orationem funebrem in archiepiscopum Thessalonicensem Eustathium exhibet. Sed ne ordinem temporum perturbemus, epistolas sex ad illustrissimum illum Ecclesiæ antistitem missas huic loco inserimus, textu Græco e Tafellio sumpto (*a*).

XV, p. 78, b. Μονῳδία εἰς τὸν ἁγιώτατον Θεσσαλονίκης κύρον Εὐστάθιον.

XVI, p. 86. Ὑπομνηστικὸν εἰς τὸν βασιλέα κύρ. Ἀλέξιον τὸν Κομνηνόν.

Monendus erit lector ut hocce scriptum ad Alexium III Angelum tantummodo referat, qui auctore Niceta (*Hist.* p. 295 B), postquam fratrem regno spoliasset, sive ejusdem odio, sive quod nomen gentis, quæ per annos supra centum purpuram gestaverat, et unde ipse per matrem ortus erat, nobilius ducens, Comneni nomen adoptasset. Ut verum dicamus, de Alexio II imp., qui anno 1183 sextum decimum agens annum interfectus est, hoc loco cogitare haud licet, quod ordo chronologicus, quem Michael nunquam non religiose servavit, ejusmodi monogrammate turbaretur. De Alexio autem V aut VI sermo esse non potest, quia nusquam Comneni nomen assumpserunt, gentis nomine Angeli et Ducæ contenti; imo vero simile est de ipsorum regno brevi eoque tumultuario Athenienses parum curasse. Pius noster archiepiscopus, quem Atheniensibus a feroci Sguro obsessis quamcunque posset opem pro virili parte tulisse vidimus, hoc ipso christo demonstrat se a sacris suis meditationibus non eum in modum absorptum fuisse, ut civium suorum salutem ac prosperitatem ex oculis amiserit. Quod dictionem auctoris nostri attinet, et quam justo devotiorem aliquis dixerit, memineris in omnibus quæ ad imperatores suppliciter scriberentur, summam semper humilitatem requisitam fuisse. Id autem minime silentio erit prætereundum Michaelem ore liberrimo imperatorem de prætorum ac magistratuum concussionibus et malis artibus monuisse, id quod nostris quidem temporibus iniquioribus certe auribus acciperetur. Ad politicam quidem Athenarum historiam illustrandam libellus præsens plus quam ad Eustathii litterariam dilucidandam contribuerit, quippe quæ nobis monstrat, certas Athenis immunitates fuisse non spernendas quæ vi prætorum usurpativa nefarie læderentur. Dictionis deinde Michaelicæ barbaries et obscuritas gravissima in aliam linguam traducentibus obstacula præbent. Hanc scriptiunculam in codice Laurentiano octodecim epistolæ sequuntur.

XVII, p. 93. Προσφώνημα εἰς τὸν γυναικάδελφον τοῦ βασιλέως Βασίλειον τὸν Κομνηνόν. Inc. Τὸν μεγαλουργὸν Ἡρακλῆν. Fin. Τῆς μετεώρου λυχνίας τῶν ἀνακτόρων.

XVIII, p. 98, b. Προσφώνημα εἰς τὸν μέγαν Δούκαν τὸν Στρυφνόν. Inc. Ἔδει μὲν διαμεμενηκέναι Ἀθήνας. Fin. Καὶ πρὸς τοὺς ἐκεῖσε γαληνίους λιμένας μεθορμίζοντος. *Postrema hujus allocutionis recentiori manu suppleta sunt propter unius folii defectum ante pag.* 104, *cujus propterea prima verba* τῇ δόξῃ · δεδοξασμένα δὲ ὅμως πάντα κτλ. *quo pertineant ignoramus; ultima tamen esse alicujus homiliæ, patet ex conclusione, quæ ita habet* : Ὧν ἐν μεθέξει καὶ ὑμεῖς εὑρεθείημεν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, κτλ· BANDIN, p. 15.

Quatuordecim epistolæ non parvi momenti, siquidem rerum maximarum, quarum Michael testis fuit, ut Constantinopolis captæ, belli contra Sgurum et Latinos gesti, auctoris exsilii usque ad mortem fratris documenta exhibent.

XIX, p. 116, b. Μονῳδία εἰς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ κύριον Νικήταν τὸν Χωνιάτην. Inc. Ὦ πονηρᾶς ἀγγελίας, ὦ πικρᾶς ἀκοῆς, ἧς ἀδοκήτως μοι ἐπιπεσούσης ὥτα μὲν ἀθρόως περιβομβηθέντα ἀμφοτέρα ἤχησε! *O acerbum nuntium ac tristissimum, quo aures meæ mire resonant.*

Superest hæc oratio funebris in Latinum tradita sermonem a Petro Morellio, et legitur in *Historia rerum in Oriente gestarum*, Francof. 1568 et in Bibliothecis PP. Post Monodiam 78 epistolæ leguntur :

XX, p. 164. Προθεωρία εἰς τοὺς ἀπὸ ψυχῆς καὶ σώματος λόγους. Inc. Τὴν τοῦ λογικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς διαφοράν. Fin. Ταῦτα ἔδει προθεωρηθῆναι, καὶ δὴ προτεθεώρηται. Ex orat. animæ : Εἰ μὲν παρ' ἄλλοις οὐκ εἰδόσιν ἐπ' ἀκριβὲς τὴν κατ' ἐμοῦ ἐπήρειαν τοῦ συζυγοῦς τότε σώματος. Fin. Δι' ὑμῶν κτλ. — P. 169. Ex orat. corporis : Ὅσην μὲν ὕβριν καὶ λοιδορίαν καὶ ἠλίκα σκώμματα ξυμφορήσασα κατέχειμου ἡ σεμνὴ ψυχή. Fin. Ψῆφος καὶ τὰ πρακτέα, καὶ μὴ διορίζουσα. — P. 176. Ἡ διαίτησις τῶν δικαστῶν. Inc. Ἐπειδήπερ καὶ ἀμφοτέρων τοὺς λόγους ἠκούσαμεν ἀνὰ μέρος. Fin. Εἰς τὴν χώραν τῶν ἀσεβῶν ἀπενεχθῆναι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κτλ.

Prolixa hæc et absurda *Prosopopœia*, quam Morellius nominat, non Michaelem auctorem habet, sed Gregorium Palamam, archiep. Thessal., qui apud Catholicos Romanos hæreseos promotor audiebat: Tales enim Michaelem, senem calamitosum, in animo pueriles ludos egitasse longe a vero abhorret.

XXI, p. 177. Τοῦ αὐτοῦ σχέδος. Inc. Εἰ καὶ μὴ χρόνιο ; ἦν ἐν γῇ βαρβάρων. Adde locum mutilum : Οὑτωσὶ εἰσεκώμασε τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, καὶ τὸ μήπω...

(*a*) Michaelis scripta infra colligemus : ideo titulos hic tantum exhibemus. EDIT. PATR.

Dein versus aliquot iambici sequuntur, quorum primus :

Ἀλλ' ὦ κατοικῶν οὐρανοῦ κῦτος μέγα, κ. τ. λ. Qui amplum incolis firmamentum.

XXII, p. 180. Carmen hexametrum cum hac inscriptione : Τοῦ Ἀθηνῶν (archiepiscopi Athenarum).

Præcedunt tituli loco septem versus minio exarati, nullo prorsus metro, et procul dubio librarii ignorantia aut negligentia male habiti. Quos, nulla adhibita emendatione, secundum Bandinium subjicimus.

Ἡσυχίης τόδ' ἄθυρμ' ἐμὸν, τελέσχη μακρά,	Quos vides otii fructus, nugæ sunt, nævi;
Ἀνδρὸς ἀκηδιόωντος ἀήματι νυσταλόεντι,	Quales somniator male sanus excitat;
Οὐ μὰν ἄμουσον πάμπαν, ὅλον τε πόνῃ πέπαικται.	Nec tamen Musarum afflatu prorsus carent,
Ἀλλ' ἐπιμὶξ τῆς παιδιῆς ἔσθ' ἅκεν ἐσπούδασται·	Imo joci seriis misti exhibentur,
Οὐδέ γε αὖ ἱερῇ πολιῇ καθάπαξ ἀπεοικός,	Quales senem venerandum non dedecent.
Οὔνομα καὶ Θεανὼ κικλήσκεται, οὔνομα σεμνόν,	Theano nomen cuivis audienti sacrum;
Καί κε σὺ τοῦτο γνώσεαι, ὦ φίλος, αὐτίκ' ἐπελθών.	Sed id tu ipse ubi volueris, cognitum habebis.

Primus carminis versus legitur :

Κόσμον ἐμῶν προθύρων συκίην σκιόεσσαν ἀείδω. Ficum cano ædes meas obumbrantem.

Ultimus :

Δουλοσυνάων ἀργαλέα προταμὼν ζυγοδέσμα. Servitutis vincula prementia dirimens.

XXIII, p. 185, b. Septem carmina, quorum quatuor prima : Εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν, εἰς τὸ θεοτόκιον et εἰς τὸν μονόχειρον (*sic!*) numeris hexam., tria posteriora, Εἰς τὴν σταύρωσιν, εἰς τρίμορφον et εἰς ἀγγέλους, metro iambico composita sunt.

XXIV, p. 187. Ἀρχαί τινων διαφόρων ἐπιστολῶν 23 numero, styli exercendi gratia, sicut Bandinius autumat, exaratæ.

Hinc inde Bandinius (p. 19-36) universas Michaelis epistolas ordine chronologico in codice observato enumerat, addendo : *Epistolarum* CLXXX *Michaelis Acominati, Atheniensis metropolitæ, recensio per alphabeti litteras digesta.*

En, ordine alphabetico quoad nomina eorum ad quos missæ fuere, epistolarum Michaelis seriem damus, additis aliquibus notulis e Lequienii *Oriente Christiano* aut Ducangii *Glossario ad Scriptores mediæ et infimæ Græcitatis* desumptis.

Τῷ γέροντι τῆς μονῆς τοῦ Κομνηνοῦ κυρ. Ἀθανασίῳ. — Τῷ πατριάρχῃ κυρ. Βασιλείῳ. — Τῷ λογοθέτῃ κυρ. Βασιλείῳ τῷ Καματηρῷ. — Τῷ γυναικοθείῳ τοῦ βασιλέως σεβαστοῦ Λασκαρίνης κυρ. Βασιλείῳ τῷ Καματηρῷ (1). — Τῷ Πικριδίῳ κυρ. Βασιλείῳ, τῷ λογαριαστῇ (2) τοῦ πραιτωρίου. — Τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ τῷ Βελισσαριώτῃ. — Τοῖς Βελισσαριώταις. — Τῇ Βεριδοήσσῃ. — Τῷ τεσσάρακοντα πήχῃ κυρῷ Γεωργίῳ. — Τῷ μεγάλῳ σκευοφύλακι (3) (ἔπειτα τῷ πατριάρχῃ) κυρῷ Γεωργίῳ τῷ Ξιφιλίνῳ. — Τῷ Παδυάτῃ κυρ. Γεωργίῳ. — Τῷ ἀναγραφεῖ (4) κυρ. Γεωργίῳ τῷ Κολυμβᾷ. — Πρὸς τὸν αὐτὸν καὶ τὸν σύντροφον αὐτοῦ κυρὸν τὸν Νομικόπουλον. — Τῷ Καμάκωνι κυρ. Γεωργίῳ. — Τῷ ἀνεψιῷ αὐτοῦ κυρῷ Γεωργίῳ τῷ σεβαστῷ. — Τῷ ἀρχιτρῷ κυρῷ Γεωργίῳ τῷ Καλλίστῳ. — Τῷ υἱῷ αὐτοῦ κυρῷ Γεωργίῳ. — Τῷ Βαρδύνῃ κυρ. Γεωργίῳ. — Τῷ πιστοφίλῳ κυρ. Γεωργίῳ. — Τῷ Θηβῶν γραμματικῷ. — Τῷ ᾧ στκ. (fort. πρωτασηκρήτῃ, B) κυρ. Δημητρίῳ τῷ Δρίμῃ. — Τῷ σεμνῷ καὶ ἐπὶ τοῦ κανικλείου (5) κυρ. Δημητρίῳ τῷ Τορνίκῃ. — Τῷ λογοθέτῃ (τοῦ δρόμου) κυρ. Δημητρίῳ τῷ Τορνίκῃ cum voc. initial. : Αἰεὶ παῖδες οἱ Ἕλληνες (6). — Τῷ μεσάζοντι (7), τῷ Τορνίκῃ κυρ. Δημητρίῳ. — Τῷ Καρύστου κυρ. Δημητρίῳ. — Τῷ μακρεμβολίτῃ κυρ. Δημητρίῳ. — (incipit : Οἴμοι, οἴμοι, ὅτι τῆς ὑπερορίας). — Τῷ Γαρδικίου (8) καὶ Περιστερᾶς ἐπισκόπῳ κυρ. Ἐπιφανίῳ. — Τῇ τυχο (*superscr.* μρ.) κυρᾷ Εὐγενείᾳ. — Τῷ Νέων Πατρῶν ὑπερτίμῳ κυρ. Εὐθυμίῳ. Πρὸς τὸν αὐτὸν Ἀθηνῶν τοῦ ὑπερτίμου Νέων Πατρῶν κυροῦ Εὐθυμίου. Τῷ Τορνίκῃ κυρ. Εὐθυμίῳ. — Τῷ αὐτῷ καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἁγιοσοφίταις. Πρὸς τὸν κυρὸν Εὐθύμιον. — Τῷ Θεσσαλονίκης κυρ. Εὐσταθίῳ. — Τῷ ὁσιωτάτῳ κυρ. Ἡσαΐᾳ τῷ Ἀντιοχείτῃ. — Τῷ Φουρνίτῃ τῷ Θεογνώστῳ. — Τῷ πατριάρχῃ κυρ. Θεοδοσίῳ. (9) — Τῷ Ματζούκι κυρ. Θεοδοσίῳ. — Τῷ (ἐπὶ τοῦ κανικλείου) σεμνῷ κυρ. Θεοδώρῳ (10)

(1) Basilius Camaterus fuit patriarcha Constantinopolitanus ab a. 1183 ad a. 1186, ac Theodosio in insulam Terebinthum secedenti successit. Bandini. (Cf. Nicet. Hist. p. 169 A).

(2) Λογαριαστῶν duo genera erant; primi dicebantur λογαριασταὶ τῆς αὐλῆς, ii nimirum, qui in palatio merentibus stipendia exsolvebant; alteri λογαριασταὶ τῆς πλόας, qui classis rationes expendebant : prioris generis erat hic Basilius. B. (Cf. Goar ad Codin. ed. Par. p. 33, n. 64, Gretser, ib. p. 212).

(3) Σκευοφύλαξ erat qui sacra ecclesiæ vasa custodiebat. B. — (Cf. Gretser et Goar. l. l. p. 161, et p. 10, n. 8). — Georg. Xiphilinus ex magno sceuophylace creatus est patriarcha Constantinop. a. 1192. B.

(4) Ἀναγραφεύς, proprie descriptor, erat tributorum exactor B. (Du Cange, l. l. p. 47).

(5) Κανίκλειον, caniculus, erat atramentarium imperatoris, cui qui præerat, ὁ ἐπὶ τοῦ κανικλείου dicebatur; hoc autem illi nomen est inditum, sive quod caniculi formam referret, sive quod caniculis fictitiis, ut hodie etiam fieri solet, sustentaretur. B.

(6) Plat. Tim. ed. Stephan. p. 22.

(7) Μεσάζοντες dicebantur, qui in aula imperatoris primas obtinebant, scilicet rerum ministri. B. (Du Cange, glossar. gr. p. 909, conf. Goar. l. l. p. 72, n. 38).

(8) Gardicium unus erat ex episcopatibus metropolitano Larissæ in provincia Thessaliæ subjectis. B. (Cf. Le Quien, *Or. chr.* II, p. 103).

(9) Fuit monachus collis S. Auxentii et patriarcha Constantinopolitanus ab a. 1178 ad. a. 1183. B. (Conf. Nicet. p. 139, 158, 164 et 168).

(10) Ille est fortasse Theodorus Irenicus, cognomine Copas, qui anno postea 1215 Nicææ patriarcha electus est. B.

τῷ Εἰρηνικῷ. — Τῷ Εὐρίπου κυρ. Θεοδώρῳ. — Τῷ κρατίστῳ κυρ. Θεοδώρῳ τῷ Δούκᾳ. — Τῷ Βελισσαριώτῃ κυρ. Ἰωάννῃ· — Τῷ Θηβῶν κυρ. Ἰωάννῃ. — Τῷ Θεσσαλονίκης κυρ. Ἰωάννῃ. — Τῷ παρακοιμωμένῳ (10*) κυρ. Ἰωάννῃ τῷ ἡνονπό (ντῳ). — Τῷ καλῷ καιρῷ κυρ. Ἰωάννῃ. — Τῷ Ναυπάκτου κυρ. Ἰωάννῃ. — Τῷ καθηγουμένῳ τοῦ ἁγίου Μελετίου κυρ. Ἰωαννικίῳ. — Τῷ καθηγουμένῳ τῆς μονῆς (11) τοῦ κυνη (γίου) τῶν φιλοσόφων. — Τῷ καθηγουμένῳ τῶν ἁγίων ὁμολογιτῶν. — Τῷ καθηγουμένῳ τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς Καισαριανῆς. — Τῷ πανεντιμουπερτάτῳ θείῳ τοῦ βασιλέως Κασταμονίτῃ. — Τῷ Πηγονίτῃ κυρ. Κωνσταντίνῳ. — Τῷ θεοφιλεστάτῳ σπαύαρίῳ (12) κυρ. Κωνσταντίνῳ. — Τῷ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς σακέλλης (13) κυρ. Κωνσταντίνῳ τῷ Μεσοποταμίτῃ. — Τῷ λογοθέτῃ τοῦ δρόμου κυρ. Κωνσταντίνῳ τῷ Τορνίκῃ. — Τῷ Κρήτης ἀρχιερεῖ. — Τῷ βασιλεῖ τῆς Ἀνατολῆς τῷ Λασκάρει. — Τῷ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ κυρ. Λεοντίῳ (14). — Τῷ ὁσιωτάτῳ μοναχῷ κυρ. Λουκᾷ. — Τῷ ἀρχιμανδρίτῃ κυρ. Λουκιανῷ. — Τῷ καθηγουμένῳ τῆς μονῆς τοῦ στουδείου κυρ. Λευκιανῷ. — Τῷ Θηβῶν κυρ. Μανουήλ. — Τῷ σεβαστῷ κυρ. Μανουὴλ τὸν Ὑαλέα. — Τῷ Βιριδόῃ κυρ. Μανουήλ. — Τῷ πατριάρχῃ κυρ. Μανουήλ. — Τῷ πανοσιωτάτῳ καθηγουμένῳ τῆς σεβασμίας μονῆς τοῦ Προδρόμου κυρ. Μαρτενιανῷ. — Τῷ Αὐτωρειανῷ κυρ. Μιχαήλ. — Τῷ ἀνεψιῷ αὐτοῦ κυρ. Μιχαήλ. — Πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ κύριον Νικήταν τὸν Χονιάτην. — Τῷ ἀνεψιῷ αὐτοῦ κυρ. Νικήτᾳ. — Τοῖς ἀνεψιοῖς αὐτου τῷ τε κυρ. Νικήτᾳ καὶ τῷ κυρ. Μιχαήλ. — Τῷ Βιριδόῃ κυρῷ Νικηφόρῳ. — Τῷ μεγαλυπερόχῳ πρωτονοταρίῳ καὶ πραίτωρι κυρ. Νικολάῳ τῷ Τριψύχῃ. — Τῷ ἰατρῷ κυρ. Νικολάῳ τῷ Καλοδούκῃ. — Τῷ Πιστοφίλῳ κυρῳ Νικολάῳ. — Πρὸς τὸν Νέων Πατρῶν τὸν Μεσοποταμίτην καὶ Κοστομήρην λεγόμενον. — Τῷ σακελλαρίῳ τῷ Πλευρῇ. — Τῷ ἐπισκόπῳ ῥε (*superscr.* δς).— Τῷ μεγάλῳ δουκί τῷ Στρυφνῷ. — Τῷ σακελλαρίῳ τῶν Ἀθηνῶν τῷ Φωκᾷ.

§ X. *Alia Michaelis scripta quæ in Bibliothecis Oxoniensi ac Parisina asservantur. Carmen de Athenis. Conclusio.*

Post Epistolarum Michaelis catalogum Bandinius (§ 44 sqq.) plura de tribus Greg. Naz. epistolis, tum de Theophylacti, Bulgarorum archiepiscopi, scriptis in Bibl. Florent. asservatis in medium profert, quæ hujus loci non sunt. Memoratu autem digna videntur aliquot Michaelis scripta, quæ dum in *Bibliotheca* Medicæa desunt, in Oxoniensi visuntur, sec. Catalogum libr. mss. Angliæ et Hiberniæ (Oxon. 1697), quibus tituli : *Catechesis prima* ; *Homilia de creatione hominis, et Lamentatio demortui Adyephi*; deinde in Bibliotheca Parisina *Tractatus de cruce*, quem Fabricius perperam in *orationem* permutavit, et qui forsitan rectius carmen iambicum *de pristina urbis Athenarum dignitate* esse videtur, quodque Boissonadius in tomo V *Anecdotorum* publici juris fecit.

Ob ultimos hujus carminis versus non immerito exordium longioris poematis suspiceris. Ut ut est, certe lamentationem licet mutilam habes scriptam de Athenarum fatali sorte ab ultimo antistite ejus urbis, qui cantico, ut ita dixerim, olorino fatum ejus urbis fatale memoriæ prodidit. Restat ut carmen Morelli, finem haud spernendum dissertationi nostræ imposituri, lectoribus mente benevola impertiamur :

Cecropidum præsul Michael, dum tristia fratris
Nicetæ queritur funera Choniatæ,
Cygnea testatur tua vox, o Græcia, quænam
Viribus effetis, cum morerere, fuit.
Atticus ille lepos, Xenophon quo scilicet olim
Nobilis a teneris claruit unguiculis,
Occidit,heu! tecum tumulumque subivit eumdem
Fædaque successit nec mora barbaries.
Qui volet ergo tuas cognoscere, Græcia, vires,
Cum Xenophonte legat funera Choniatæ :
Ille tuas cunas nascentis floribus ornat,
Hic tua fraterno funere fata gemit.

(10*) Παρακοιμώμενος, præpositus cubiculi ; ac prioribus sæculis dignitas erat eunuchis tributa ; extremis vero temporibus duplicis fuit generis ; alius enim erat παρακοιμώμενος τον κοιτῶνος, cubicularius imperatoris ; alius παρακοιμώμενος τῆς σφενδόνης, annuli signatorii custos. B.

(11) Μονὴ est μοναστήριον. V. Du Bange l. I. p. 949, de καθηγούμενος (Abbas, Prior), p. 473.

(12) Σπαθάριος, armiger. Du cange, p. 1415, Cf. Goar. l. I. p. 29, n. 34.

(13) Ὁ ἐπὶ τῆς σακέλλης idem valet ac σακελλάριος. B. p. 26. Sacellarius erat ecclesiasticæ pecuniæ curator et custos. Σακέλλη enim sive σακέλλιον dicebatur sacculus pecuniarius, h. e. ærarium ecclesiæ, quo eleemosynæ asservabantur. Id. p. 21.

(14) Septem tantum menses patriarchalem sedem obtinuit Constantinopoli Leontius a. 1190, dictus Theotocoistes, quod per Θεοτόκον, quam sibi apparuisse dicebat imperator (Is. Ang.), electus fuisset. B. (Cf. Nicet. 259. C·).

MICHAELIS ACOMINATI

CHONIATÆ

SANCTISSIMI ATHENARUM METROPOLITÆ

ORATIO

HABITA IN DIE FESTO PALMARUM.

(Combefis. Biblioth. concionat., tom. III, p. 417).

Præclarissimus regum propheta David, immensam solis pulchritudinem, indefessamque celeritatem admirans, et ipse ait : *Tanquam sponsus procedens de thalamo suo : exsultabit ut gigas ad currendum viam suam : et occursus ejus usque ad summum cœli, nec est qui se abscondat a calore ejus* [1]. Miratus quippe vir sapientissimus est, sidus hoc maximum, quanta prænitens pulchritudine in morem sponsi in orientali horizonte oritur, giganteaque celeritate atque vigore ad horizontem pervadit e diametro oppositum, nihil obscurato tantis illis annorum voluminibus ipsius decore ac specie, neque vi dissoluta, sed eodem semper modo exsultare, rerumque universitatem nullo labore lustrare, nec non vitali micantissimæ lucis defluo implere. Quin etiam ego qui ipsum justitiæ solem Christum, atque siderum conditorem, nova pompa procedentem videam, eadem cum Davide ut canam adducor, nempe quod ipse sponsi in morem procedens de thalamo suo exsultarit ut gigas ad currendam viam suam, per mediam Jerusalem, inauditi sæculis omnibus triumphi ac miraculum omne vincentis specie extemporaneus ovans. Ac quidem exitus ejus a summo cœlo : inde siquidem nostræ salutis causa nihil loco dimotus, viam secare cœpit ; et occursus ejus usque ad extrema cœli, infimas scilicet inferni partes ; illic namque dispensationis cursus terminum habuit, ut nec inferna illa loca ab ejus se calore absconderet : indeque rursus velut ab occidente, matutinus exortus, iisdem cœli sedibus restituitur. Prius tamen quam in infernum descendens inter mortuos splendeat, divinam quamdam velut præmisit vocem, ea quatriduanum a mortuis suscitans [2], quem unum ex animarum extraxit caveis, cujus victoria, pompa hodie procedit, ac præsentem ex tempore triumphum instituit ; nempe Sionis Rex ille mansuetus [3], non aureis phaleris instrato equo, seu alias curru aureo, sed pauperculo asello paupere A comitatu vectus, adversus infernum velitatione functus Rex gloriæ, inferni proxime prædam aggressus est, primasque inde charissimum Lazarum tulit manubias. Unius vocis sono tyranni perterruit arces, exque mediis cuncta vorantis feræ faucibus, ovem suam bonus Pastor extraxit. Sua in specu correptum latro Lazarum detinebat : mox tamen audita Dominica voce infremuit, atque ad lucis auram redivivum emergere dimisit. Non enim fas erat obdormire in mortem velut natum ex muliere, sed expergisci qui ipsi vitæ charissimus esset. O ingentis virtutis, quin imo omnipotentem vocem ! qua portæ mortis metu panduntur, infernique janitores stupore obriguerunt, ac quatriduanus exsiliit mortuus. Vere catulus leonis Christus [4] ; nuncque solo rugitu feram exterruit : *Leo enim rugiet*, inquit, *et quis non pavebit* [5] ? Brevi autem post ipse quoque recubans dormiet : at ubi conserto veluti pede cum morte congressus fuerit, penitus profligabit. Nunc quidem tremendum ac ingentem cetum solo eminus clamore subegit : mox vero Jonæ in morem ejus sponte rictu absorbendus est, quo ipsius disrupto ventre, quos a sæculo absorpsit omnes extraxerit [6]. Tametsi terra erat, et in terram abierat Lazarus, at Christus erat qui hominem e terra condiderat [7] ; ex quo etiam clamore, uti et spiraculo, mortuo iterum figmento animam refudit. Jam quidem fœtebat tabo resolutum cadaver atque corruptum ; at Christi vox vitæ illi odor fuit. Quod mortis vinctus institis astrictus erat, vetuit nihil quin longe progrederetur, jubente scilicet Christo : *Veni foras* [8], qui educit vinctos in fortitudine ; similiter eos qui habitant in sepulcris [9].

Psallat jam Lazarus cum Davide : *Non dereliquisti animam meam in inferno, nec dedisti sanctum tuum videre corruptionem* [10], et, *Implesti me lætitia cum vultu tuo* : non enim oblivioni traditus sum, sicut mortuus a corde [11] ; sed mortuo mihi

[1] Psal. XXIII, 6 seqq. [2] Joan. II, 41. [3] Zach. IX, 9. [4] Gen. XLIX, 9. [5] Amos. III, 3. [6] Joan. II, 1. [7] Gen. II, 7. [8] Joan. II, 44. [9] Psal. LXVIII, 7. [10] Psal. V, 10. [11] Psal. XXX, 13.

fecisti mirabilia [12]. Sane quidem complura Christus exhibuit magnifica opera, quibus sensu destitutis Judæis suam manifestam fieri gloriam voluit; multosque mortuos suscitavit, nempe servum centurionis, lari filiam, viduæ unicum filium. Ac quidem mortui, audito, *Puella, surge* [13], et, *Adolescens, tibi dico, surge* [14], confestim dicto audientes erant, lumenque redivivi cernebant; hi autem, ne sic quidem videntes videbant, nec audientes audiebant. Idcirco etiam ad extremum Lazari suscitationis opus, quod prodigii novitate cuncta vinceret, ceu cujus vis major esset, remedium admovit. Nam illos quidem mortuos statim suscitavit; hunc vero cum jam putruisset, inque elementa quibus concreta corporis fabrica erat, diffluerat. Atque illic quidem defuncti loculum tetigit, ac puellæ manum apprehendit ad vitam instaurans contactu vivifici corporis : hic autem sola voce vitam reparavit, voce nimirum, quam Judaicus populus non audivit, ut quos, juxta Davidem [15], mors pasceret; quæ nimirum velut oves, qua ii laborabant cæcitate, in inferno ipsos poneret : Lazarus vero tanquam ovis Christi, revocantem pastoris vocem confestim sensit, infernique barathro dimissus ad vocantem rediit. Quodque Mosem quidem se scire, Dominum autem nescire se incircumcisi asserebant [16], manifestius seipsum hodie ostendit, libere triumphans, regioque magis cultu procedens ; lactentes denique infantes producens, qui Dominum suum agnoscant, ac testes sint, ipsum Dominum esse qui custodit parvulos [17], ac quem David vaticinatus est perfecisse laudem ex ore infantium et lactentium [18]; Zacharias vero Sionis Regem prædixit, mansuetum et salvantem, ac qui asello vehatur [19]. Cum enim Scribæ et Pharisæi velamen cordi impositum [20], dum prophetæ ac Moses leguntur, habeant, ac clavem scientiæ tenentes nedum ipsi non ingrediantur, sed et ingredi volentes prohibeant [21], infantium ora, quæ de Christo sunt, vaticiniis promendis laxantur, ac quibus linguæ usus negatus, pueri balbutientes, Scripturarum obscura dilucidissime explanant; docentque surdos parentes, ac qui more aspidum aures obturant [22]. Docti a Deo pueri, sumpto Davidico psalterio, lectisque, quæ sint apta atque congruant, ejus canticis, Solem justitiæ aquilarum visus acumine clare prospiciunt, ac parentibus qui acute cernere nolint, nec aquilæ juventute renoventur, sed litteræ vetustate cæcutiant, adaperiunt: *Hosanna*, aiunt; *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel* [23]. Vix non digito monstrant infantes, atque predicant Sionis Regem esse, mansuetum illum ac salvantem. Idem enim valet *Hosanna*, ac, *Salva, quæso*. Haud tamen miraculum in pueros convertit qui incircumcisi cordibus essent : unde neque in cœlorum regnum ingressi sunt. Erant enim utres veteres ac putres [24], nec gratiæ vinum tanquam novi, ac Spiritus capaces, poterant capere. Proh cæcitatem, callumque ! *Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui* [25]; Israel autem Regem suum non cognovit, sed deprehensus est bove dementior, et asino stupidior, cognoscendo Dominum suum ; idque cum infantes minime bovem in lingua ferrent, sed Regem asello insidentem, pompaque hodie procedentem, ac quod olim vaticinio proditum esset, implentem, prædicarent; alligare scilicet ad vitem pullum suum [26], quod est, novum ex gentibus populum, quem necdum quis jugo manciparat, ad vitem ex Ægypto translatam colligare [27].

Enimvero, eorum quæ mysterio insunt, miraculorum vim intelligamus; quin potius celebritatis miracula in nobis ipsi exhibeamus. Efficiamur Lazari Christi amici ; sorores nobis sapientiam atque virtutem faciamus ; ac si quando velut homines infirmari contigerit, seu etiam in mortem obdormire, fuerimusque tanquam in specu quadam in præsenti sepulti sæculo, aderit, qui est vita, Christus, magnaque evangelicorum documentorum voce clamabit : *Venite foras* [28] a sæculi morte ; atque ut alio quodam loco dicit, *Surgite eamus hinc* [29], nos inde transferens, atque a sæculi morte educens ; ac statim e sæculo egrediemur, nulloque prohibente ad vitam procedemus, tametsi institis ligari, quod maxime novum ac inauditum ; nempe etiam carnis vinculis astricti : ab eo enim quod est vincire animam, Græca voce δίμας (ac si vinculum dicas) sapientibus corpus nuncupatur. Nihil tamen illud vetat, quin mundi hujus mortem afferentis necessitudine excedamus, dum solum Domini vocem audierimus, atque ad ipsum extra castra exeamus, velut qui manentem hic civitatem, ut divinus Apostolus loquitur [30], non habeamus, nec vitæ reparandæ spem abjiciamus, vel si mundi libidine quatriduani fœtemus ; qui nimirum quatuor ætates, pueritiam, adolescentiam, virilem, ac senectutem mortui egerimus, atque ad ipsam dissolutionem venerimus : quippe Christus qui mortui sint delictis [31] suscitare novit. Ad hæc jumenti indolem apud Salvatorem Davide auctore [32] induamus, ut pompa pro nobis adversus mortem procedentem ipsum vehamus. Sternamus ei vestimenta, nempe carnem spiritui subjicientes, humilitatem colamus. Si necdum licet in arbores juxta aquarum exitus consitas [33], puta palmam, aut cedrum Libani, sive olivam fructiferam (cujusmodi arbor Job ille justus erat, cujusmodi divinus David adolescere : vel ramos ex sanctis illis arboribus, virtutum scilicet stolones, quibus illi scatentes eluxuriabant, tollamus, plausuque venien-

[12] Psal. LXXXVII, 11. [13] Luc. VIII, 54. [14] Luc. VII, 14. [15] Psal. XLVIII, 15. [16] Joan. IX, 29. [17] Psal. CXIV, 6. [18] Psal. VIII, 3. [19] Zach. IX, 9. [20] II Cor. III, 15. [21] Luc. II, 52. [22] Psal. LVII, 5. [23] Psal. CII, 5. [24] Matth. IX, 17. [25] Isa. I, 5. [26] Gen. XLIX, 11. [27] Psal. LXXIX, 9. [28] Joan. II, 44. [29] Joan. XIV, 31. [30] Hebr. XIII, 13. [31] Coloss. II, 13. [32] Psal. I, 3.

tem accipientes, Salvatori prætendamus. Si fuerimus justi homines, veraces, sine crimine, Dei cultores, ab omni re mala nos abstinentes, sic Jobi more [34] perfectæ exstiterimus arbores, qui nimirum ut sublimis frondosaque palma efflоruit; aiebat enim fore ut senesceret ætas sua, sicut truncus palmæ: rursusque erimus uti David oliva fructifera [35], si ejus pariter fortitudinis, ac mansuetudinis æmulatores fuerimus, quo vir cordi placens, exque ejus moribus a Deo inveniamur. Quod si nostra segnitie non possumus omnem illorum virtutem imitari, flores illos, fructuum copiam, patientiam, laborum certamina, vel Davidis saltem mansuetudinem, aut modestiam colamus [36], quatenus etiam se vermem, non vero hominem appellabat [36*]: vel mores pacificos cum iis, qui pacem oderunt [37], animum nihil injuriarum tenacem, lenitatem, rursusque Jobi in tentationibus invictam constantiam, liberare pauperem de manu potentis, pupillum juvare cui desit adjutor [38], induere justitiam, ac tanquam diploide se vestire judicio; oculum esse cæcorum, claudorum pedem, invalidorum patrem. Harum virtutum opera si exhibuerimus, ex arboribus a Deo satis ramos excidimus, ac Salvatoris cultus gestavimus.

Ad hæc nos a malis abstineamus: infantium simplicitatem imitemur, *talium enim est regnum cælorum* [39]. Ex horum etiam ore nunc Deus laudem perfecit. Si Ecclesiæ filius es, humiliare sicut ablactatus super matre sua [40]. Noli malitiæ hærere ac superbiæ, nutrici in spiritu adhære. Quorsum cum Deo pugnas, qui adversus Christi sponsam insania feraris? *Maledictio matris eruit fundamenta* [41]. Sin autem illa etiam Christi sponsa est, ejus maledictio quid non præstabit? Noli qui per baptisma Dei filius factus es, in vipere fetum demutari, eam mordentem ac exedentem quæ te spirituali partu enixa est; neque ingratus deprehendaris, qui velut asinus lacte distentus in altricem calcitres. Terreat flagellum, quo plexo hodie Christus, contemptores, ac qui profanarent domum orationis, cædendo abegit [42]. Terreat te proditoris restis, ne et ipse in eam incidas, qui locelli causa magistrum tradidit; neve nefarii eorum consilii socius efficiaris, quibus cum Caipha et Pilato pastorem percutere ac oves dispergere convenit. Hactenus enim omitto dicere de Core, Datham et Abiron, quorum seditiosa adversus Aaronem coitio, dehiscente terra ac absorbente viventes cum familia in infernum detrusit [43]. Nec jam mihi Samuelis erit mentio, cujus spreti injuriam in seipsum Deus recepit. *Non enim*, inquit, *te spreverunt, sed me* [44]. At nos neque Samuel, neque Elias, neque Aaron sumus, qui *invocabant Dominum, et ipse exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos* [45]: nec velut illi dii sumus, neque filii Excelsi [46]; sed sicut homines morimur, et sicut unus e principibus cadimus. Veræ hæc objicis, o bone; ac nos quidem, inquit, tales sumus; tu vero unde nobis novus repente Daniel ortus est [47]? Quis tibi presbyterium dedit, ut judicibus judicium ponas, ac illumines oculum, qui pes, aut manus, vel auris exsistas, atque ovis pastorem pascas ac regas, doctorique discipulus sancias? quorum leonum ora frenasti [48]? cujus draconis, sine saxo ac fuste medium ventrem dirupisti [49]? Quænam tibi futurorum revelata mysteria? Proh cæcitatem, qua festucam in fratris oculo vides, nec in te maximam trabem advertis [50]! Non sumus Samuel, neque Aaron; neque enim sicut illi Dei testimonia custodimus, et mandata Dei quæ dedit nobis: non tamen propterea qui non spernas, seu alias judices, justificaberis; aut, quod miserabilius, a pœna immunis eris, partim docente Christo ut quæ dicunt sacerdotes sequaris, neque quæ agunt curiosius inquiras [51]; partim monente Paulo ut præpositis obedias, ac illis subjectus sis; quippe qui vigilent tanquam rationem pro animabus nostris reddituri [52]. Vides, jussus ipse sum ut vigilem ac quæ te spectant, diligentius scruter, velut rationem pro te redditurus; non tibi præceptum ut easdem in me partes exsequaris. Lege mihi cautum ut populi lepram dispiciam, ac qui hac ægritudine laboret vel mundum, vel immundum pronuntiem: parce igitur dignitati, eique reverentiam habe, quæ Aaronico ac Samuelis sacerdotio atque ordine venerabilior exsistat. Serviebant illi umbræ futurorum, nos autem Christi sacerdotii unctione delibuti sumus. Quis majori Caipha abominatione habendus, qui Christum condemnavit [53]? Ille nihilominus talis ceu pontifex anni illius prophetia fungitur, ceditque lingua illa Spiritui organum, quæ morti Christum addixit. Sic Deus sacerdotium honorare novit, ut ejus causa etiam Spiritu afflet qui impii sunt: tu vero cum te deceret sacerdotium vereri, ac nostræ propensius infirmitati parcere; secus vero ejus occasione ac prætextu inconcessa præsumis illisque pueris succenturiaris, qui Elisæi calvum caput subsannarunt, cum nescirent, quot quantisque caput illud donis Spiritus ornaretur [54]. Vide igitur, ne tu quoque ferarum præda factus, docearis prophetæ non illudere, quod glaber sit ac depilis; juvenum scilicet capillitio carens, sed venerari ac colere, quod unctus Spiritus est, velut etiam unguento quod in Aaronis capite, in venerabilem illam barbam descendit [55]. Hæc a me paterne ac disciplinæ causa dicta sunt, non reprehendendi aut ulciscendi libidine. Non enim tantum valeat fraterna injuria, ut Christi penitus

[34] Job XXIV, 18. [35] Psal. LI, 10. [36] Psal. LXXXVIII, 21; Act. XIII, 22; [37] Psal. CXIX, 7. [38] Psal. CXIX, 7. [38*] Job XXIX, 12, 14, 15. [39] Luc. XVIII, 16. [40] Psal. CXXX, 2. [41] Eccli. III, 11. [42] Joan. II, 15. [43] Num. XVI, 33. [44] I Reg. VIII, 7. [45] Psal. LXXXVIII, 6, 7. [46] Psal. LXXXI, 6. [47] Dan. XIII, 4. [48] I Reg. XVII, 34. [49] Dan. XIV, 26. [50] Matth. VII, 3. [51] Matth. XXII, 3. [52] Hebr. XIII, 17. [53] Joan. XI, 49. [54] IV Reg. II, 23. [55] Psal. CXXXII, 2.

patientiam explodat, quibus nulla alia ratio earum quas nunc agimus celebritatum exsistat, quam longa illa Christi tolerantia atque lenitas, qua nedum patitur, fertque impertubati animi firmitate turpissima sputa, verba, alapas, verum etiam Deum ac Patrem, pro iis qui in crucem egissent interpellat, ut cuncta reconciliet, et in unum concordiæ vinculum cogat : qui et nos in uno spiritu unoque animo coagmentans, idipsum sapere atque dicere secundum Christum inducat. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

MICHAELIS ACOMINATI

CHONIATÆ

EPISTOLÆ AD EUSTATHIUM THESSALONICENSEM ARCHIEPISCOPUM.

Α'. Τῷ Θεσσαλονίκης, κυρῷ Εὐσταθίῳ.

Ὤμοι ἐγώ ! τί ποτε τοσοῦτος ὑπερρύη χρόνος, καὶ γράμμα τῆς σῆς οὐκ ἐδεξάμην ἁγιότητος, μακαριώτατε δέσποτα, ἵν' ἀκριβῶς εἰδείην, ὅπως ἤνυσταί σοι τὰ τῆς ὁδοιπορίας, ὅπως ἐς τὴν Θεσσαλονικέων ἀφίκου ; Μήποτ' ἡ νυμφευσαμένη σε πόλις αὕτη κατὰ τὰς βαρυζήλους τῶν γυναικῶν οὐκ ἀνίγεται ἐπιστρέφεσθαι σε πρὸς τὴν Κωνσταντίνου τὴν βασιλίδα, οὔτε μὴν ἐπιστολὰς οἷον μηλοβολεῖν, ἀλλ' αὐτῆς ὅλον εἶναι, καὶ πάντα τῇδε χαρίζεσθαι ; Ἢ τοῦτο μὲν οὐχί · οἶσι δ', ὥσπερ τἄλλα τοῦ παρόντος ἄπιστα καιροῦ, οὕτω καὶ τὸ περὶ σὲ φίλτρον οὐκ ἔμπεδον, καὶ παρὰ τοῦτο οὐδ' αὐτὸς ἐθέλεις φυλάττειν θερμὸν τὸν ἀντέρωτα ; Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐ μὰ τὴν σὴν ἱερὰν κεφαλήν. Μᾶλλον μὲν οὖν νῦν οἱ ποθοῦντες πλέον τῷ πόθῳ κάμνουσι, παρόσον τῇ ἀποστάτες πλέον τῷ πόθῳ κάμνουσι, παρόσον τῇ ἀποστάσει μανθάνουσιν, οἷον ἔχοντες ἀγαθὸν ἐλάνθανον ἑαυτούς · ἐπεὶ καὶ θαλῆς ἡλίου, καὶ ὑγεία, καὶ ἅπαν καλὸν τότε μᾶλλον θυμάζεται, ἡνίκα βαρὺς ἐμπεσεῖται χειμὼν, καὶ νόσος εἰσφθαρῇ, καὶ τὰ τῆς ἐναντίας ὅλως συστοιχίας ἀντεισαχθῇ. Οὕτω καὶ Ἀθηναῖοι Σωκράτην ἔχοντες μὲν ἐβάσκαινον, μετὰ δὲ τὴν κύλικα ὡς σοφὸν ἐθαύμαζον · καὶ ὅπερ ᾔδεσαν ἔχοντες ἀγαθὸν, τοῦτο ἀποβαλόμενοι, ἐπόθουν ἀνακαλούμενοι. Σοῦ δὲ καὶ πρότερον περιειχόμεθα, καὶ νῦν ἔτι μᾶλλον ποθήσειν ἐμέλλομεν. Ἐπεὶ τοίνυν ἔχεις μαθὼν τὴν περὶ σὲ νῦν ἐνταῦθα διάθεσιν, ἐπίστειλε, σόφωτατε. Φεῖσαι κἀμοῦ διατεθρυλλημένου τὰ ὦτὰ παρὰ τῶν πυνθανομένων τὰ περὶ σοῦ. Διατηροίη σε Θεὸς πολυχρόνιον.

Β'. Τῷ Θεσσαλονίκης, κυρῷ Εὐσταθίῳ.

Εὐδαίμων οὗτος ἀνὴρ, καὶ εἴ τις ἄλλος. Πάλαι μὲν τῇ ; πρὸς τὴν σὴν ἁγιότητα συνηθείας ἔσχεν εὐτυχῶς, σοφώτατε δέσποτα · εἶτα δ' ἐπὶ χρόνον τινὰ τοῦ καὶ ἀγγέλοις αὐτοῖς αἰδεσίμου προσώπου διαστὰς, αὖθις τὴν αὐτοψίαν τοῦδε κατὰ θεῖον ηὐτύχησε, σκιερὰν δ' ὑπὸ φηγὸν, ἀελίου φρύγοντος, ὁδοιπόρος ἔδραμεν ὡς τις. Ἡμῖν δὲ τοῖς περὶ τοῦ σοῦ πόθου κάμνουσιν ἀμήχανον τὸ δεινὸν, ἕως ὁ καθ' ἡμᾶς σὺ μόνος ζέφυρος τὴν μὲν σὴν πανευδαίμονα Θεσσαλονίκην εἰς περιεχῶν, ἡμᾶς δ' οὐκέτι ζωσγόνον περιπνέοις, καὶ τὸ λυποῦν ἅπαν ἀναψύχοις ὡς ποότερον. Εἶτα τίνας

I. *Domino Eustathio, Thessalanices archiepiscopo.*

Me miserum ! quantum tempus elapsum est, ex quo epistolam a sanctitate tua non accepi, quæ me de itinere tuo et in urbem Thessalonices adventu certiorem faceret. Nunc forte urbs, recens tibi nupta, more feminarum quæ zelotypia vexantur, non tibi permittit oculos in Constantini reginam convertere, nedum poma favoris ei mittere ei soli unice deditum ? Nonne est ita ? At de perfidia queritur ; te ipsum inconstantiæ in amore accusat. In quo fallitur, per sacrum tuum caput ! Interea autem amici tui desiderio laborant ; ex oculis enim sublatum te recuperare gestiunt. Sic sol, sic sanitas tum maximi penditur, ubi hiems dura, aut morbus aut aliud malum quodcunque irruperit. Sic Athenienses Socratem calumniabantur quamdiu cum iis vivebat ; veneno absorpto mortui sapientiam in cœlum tollebant, et virum antea spretum ex intimo animo desiderare non cessarunt. Nos quoque amorem quo te semper amplexi sumus, in nobis jugiter crescere sentimus. Nunc igitur, vir sapientissime, cum te adeo diligi vides, tandem nobis rescribe. Parce, quæso, auribus meis quas circumstrepunt clamores eorum qui quomodo valeas perscrutantur. Deus te protegat per multos annos !

II. *Domino Eustathio, archiepiscopo Thessalonices.*

Fortunatus hicce vir inter omnes. Prius enim ei cum sanctitate tua vivere contigit, nunc autem postquam vultus tui ipsis angelis venerabilis aspectu per tempus aliquod privatus fuisset, te fortuna sic volente, denuo aspiciendi copiam adeptus est, ut per calores æstivos viator in fagi umbra quietem petit. Nos autem, tui desiderio vexati, omni jam solamine privati sumus, ex quo tu, quo uno zephyro gaudebamus, dilectam habitas Thessalonicen, nihil jam nobis aspirans lenimenti. Ad quos, nisi ad nos, calamitatibus oppressos

verba aliqua consolatoria miseris? Quam regionem, nisi nostram igne ardentem, magis vexatam ignibus appellaris quam Thessalonicen? Liquefacti nos prorsus nimio calore, in cinerem redigemur, quando epistolis tuis ultra privati erimus. O me miserum! Quamvis enim Euxinus boream lætum mittit quo tota regio refrigescit, animus tamen mihi ob sanctitatis tuæ absentiam igne inexstinguibili devoratur. Crede mihi : quoties animum mœrore oppressum relaxare cupio; quoties de iis quæ inter legendum minus bene comprehendo, cum amico aliquo loqui volo, vicinos quidem, sed frustra quæro. Quid igitur? Ad magnum Thessalonices pastorem oculos converto, et Patrem spiritualem, consolatorem, consiliarium, in omnibus auxiliatorem cum fiducia invoco. Hinc fumus gemituum e pectore ascendens ignem intus ardentem accusat, qui epistolis tuis aliquantisper lenitur, nunquam vero plane exstinguitur. Has epistolas si quis ex ordine componeret, totidem gradus strueret per quos tu nos consolaturus descendere dignaris; tu, inquam, qui maximas virtutes omni tempore exerces; quamobrem si non angelorum choro annumeraris, at saltem paulo iis inferior habendus es, quippe qui per eadem cum illis scalam ascendis ac descendis. Ego contra de rebus meis desperans timebam ne ex oculis Providentiæ abriperer, ignarus te mihi angelum custodem fidelem additum esse, qui non tantum, ut prius, res meas administrahat, in litteris viam monstrabat, omnia quæ ad cultum necessaria suppeditabat, quibus opus erat. Denique neque temporis nec spatii ratione habita desiderium sui in nobis renovat, libri instar divini, ubi nomina nostra referuntur. Thessalonicensium lumen bene sibi habeat nobisque per nocturnas hujus vitæ pugnas lucem suam impertiat.

παρ' ἡμᾶς ὡς ὑπερεκκαιομένους ἡμῶν ὁ συμπαθὴς A
ἐλεεῖν ἔγραψες, ἢ τίνα παρὰ τὰ καθ' ἡμᾶς πυρφόρα
ἐκάλεις κλίματα, ὡς τοῦ κατὰ Θεσσαλονίκης καυ-
ματωδέστερα; Ἡμεῖς τοι κἂν διατακέντες ἐλύθη-
μεν, κἂν εἰς τέφραν ἀπῃθαλώθημεν, εἰ μὴ γραμμά-
των αὖραις ἐζώγρεις ἐκλείποντας. Ὤ μοι! Καὶ γὰρ
εἰ λαμπρὸν ἀπαρκτίαν ὁ Εὔξεινος καταγει, καὶ τὸ
περιέχον περιψύχει, πῦρ δ' ἄλλο ὑπονέμεται τὰ
οπλάγχνα θερμότερον διὰ τὸ τῆς ἁγιωσύνης ἀπόδη-
μον. Μή μοι διαπιστήσῃς. Εἴποτε βουλοίμην κενῶσαι
τῆς ψυχῆς τὸ λυπούμενον, ἤδη γεγονὸς ὑπεραντλῶν,
ἢ τῶν ἀνεγνωσμένων, ὅσα προσίσταταί μοι, πρὸς
ἐπιστατικώτερον ἀνακοινώσασθαι νοῦν, ἢ πυθέσθαι
τι, ἢ ξυμβουλεύσασθαι, καὶ ὧδε κἀκεῖσε τῇ διανοίᾳ
περικλεψάμενος οὐδένα ὁρῶ, παραχρῆμα ἐς τὸν μέ- B
γαν τῶν Θεσσαλονικέων ποιμένα ὑπὸ τῆς ποίμνης
ἀνάγομαι, καὶ στένων ἀνακαλοῦμαι τὸν κατὰ πνεῦμα
πατέρα, τὸν καθηγητήν, τὸν παρήγορον, τὸν ἀγαθὸν
σύμβουλον, τὸν ἐς ἅπαν, ἐφ' ὅτῳ ἄν τις δέοιτο, ικα-
νώτατον. Καὶ ἐπὶ τούτοις στεναγμοῦ καπνὸς ἐκ τῶν
στέρνων ἀναθρώσκων καὶ τὸ ὑποτυφόμενον ἔνδον
ὑποσημαίνων πῦρ· ὅπερ ὡς διά τινων σβεστηρίων
ὀργάνων, τῶν σῶν γραμμάτων, ὑπολέγει μὲν, ἀλλ'
οὐ καὶ παράπαν ἀποσβέννυται. Ὦ γραμμάτων, ἃ
διὰ τὸ συνεχῶς ἄλλα ἐπ' ἄλλοις ἁρμόττεσθαι καὶ
συντίθεσθαι βαθμίδας οὐκ ἀκόμψως θείη τις ἄν, δι'
ὧν πρὸς χθονίους ἡμᾶς καθιέναι προνοητικῶς οὐκ
ὀκνεῖς, ὁ τὰς ἀναγωγοὺς τῶν ἀρετῶν πάλαι καὶ νῦν
ἀνειρόμενος· ὡς ἐντεῦθεν, εἰ καὶ μὴ τῷ χορῷ τῶν
ἀγγέλων ἐντάττεσθαι, παρ' ἀγγέλους γοῦν οὐδὲν ἧ
βραχύ τι ἐλαττοῦσθαι καὶ σὲ, ἅτε τὴν αὐτὴν ἐκεί- C
νοις ἀναβαίνοντα καὶ καταβαίνοντα κλίμακα. Ἐγὼ
δὲ ὁ δύσελπις ἀεὶ ᾠμην τῶν τῆς Προνοίας πανδερκῶν
βλεφάρων ἔζω που πίπτειν, οὐκ εἰδώς, ὡς ἀγγέλῳ
τοιῷδε πεπίστευμαι, ᾧ τὰ κατ' ἐμὲ θαυμασίως οἰκο-
νομοῦνται. Οὐκ ἀπέχρησε τὰ τῆς προτέρας προμη-
θείας φιλότιμα· τὸ περὶ λόγους φῶς· ἡ κατ' οἶκον εἰσοί-
κισις· ἡ κατὰ πνεῦμα εἰσποίησις· ὁ πορισμὸς, ὁπόσων ἐνδεὴς ἐγὼ ἄνθρωπος. Οὐκ ἀπέχρησε ταῦτα, ἀλλ' ἔτι μὴ
τοπικῷ ἢ χρονικῷ διαστήματι διειργόμενος, τὴν ἡμῶν θέλπει μνήμην, καὶ τῆς περὶ ἡμᾶς ἐπιστροφῆς ἐμπυρεύει
ἄσβεστον ἔνανσμα. Ὦ νοῦς πανδεχής! ὦ δέλτος ψυχῆς μνήμονος! βιβλίον ἀτεχνῶς Θεοῦ, ἐν ᾧ μυρίοι γεγράμμεθα.
Ἀλλὰ διατηρηθείη τὸ τῶν Θεσσαλονικέων εὐφεγγέστατον φῶς ἄσβεστον, ὡς ὑπὸ λοιπῷ τούτῳ πυρσῷ κατὰ τὴν τοῦ
βίου νυκτομαχίαν λαμπώμεθα.

III. *Domino Eustathio, archiepiscopo Thessalonices.*

Maxime te effero laudibus, sanctissime domine, quod me sustinueris vacillantem manibus ne caderem, aut lapsum elevasti, sicut quis puerum nandi vix ac ne vix quidem peritum manibus arreptum super aquas tollit, ne ab undis absorbeatur. Equidem si ex voragine rerum emergebam, ut aquam salsam pusillanimitatis biberem, littora tamen vitæ legere nequivi. Tu vero bonum pretiosum cœlitus missum, oculus Christi illuminator ubi, quo in statu essem cognoveras, epistolam porrexisti salutarem; et extemplo qui lapsus erat erigebatur, et qui undis tantum non absorptus erat valida manu retinebatur. Inus quidem velum non vidi, quod Ulyssis per mare fluctibus jactati membris expansum mirum in modum auxiliabatur. Epi-

Γ'. Τῷ Θεσσαλονίκης, κυρῷ Εὐσταθίῳ.

Ὑψώσω σε, θειότατε δέσποτα, ὅτι ὑπέλαβές με D
εἴτε τοῦτό ἐστι τὸ ὑπολαβεῖν, περιτρεπομενον ἤδη
τινὰ μεγάλαις χερσὶν ὑποδέξασθαι καὶ ἀπεῖρξαι τοῦ
πτώματος, εἴτε ὑποκουφίσαι καταδυόμενον· ὡς εἴ
τις ἀβαλάττωτον παῖδα καὶ τοῦ νήχεσθαι ἀρτιμαθῆ,
τὰς χεῖρας ὑπολαβὼν, μετεωρίζει, καὶ οὐκ ἐᾷ πί-
πτειν ὑπόβρυχα. Ἔγωγε γὰρ κἂν ἀνατέτραμμαι
σκοτοδινιάσας ἐκ τῆς ἀστάτου τῶν πραγμάτων πε-
ριστροβήσεως, κἂν ὕδωρ ὀλιγοπιστίας ἐξέπιον ἁλ-
μυρὸν, οὐχ οἷός τε ὢν οὐδὲ ταῖς τοῦ βίου ἀκταῖς
ἐπινήχεσθαι. Ἀλλὰ σὺ, ὦ θεῖον καὶ κοινὸν ἀγαθὸν,
ὦ φωσφόρον ὄμμα Φριστοῦ, ὡς εἶδες, ὡς ἔγνως
οὕτως ἔχοντα, οἷα χεῖρα γενναίαν καλὸν γράμμα
ὑπώρεξας. Καὶ παραχρῆμα ὄρθιος ὁ πίπτων, καὶ ὁ
μικροῦ καταδὺς τῶν κυμάτων κατωχρήσατο. Καὶ τὸ

μὲν κρᾴδεμνον τῆς Ἰνοῦς οὐκ οἶδα, ὁ τί ποτε τῷ τλήμονι Ὀδυσσεῖ συνεισήνεγκεν, ὅτε θαλαττομοχθοῦντι τοῖς στέρνοις αὐτὸ ὑπετείτετο. Τό γε μὴν σὸν γράμμα, ὃ ἐν τοῖς στέρνοις φέρω, τὸ πᾶν ἡμῖν καὶ τὸ ὅλον τῆς σωτηρίας εἴργασται· καὶ ταῦτα, ὅτε οὐκ ἦν ἡμῖν ἐλπὶς τοιοῦδε καλοῦ, τὸ ἄσχολον εἰδόσι τῆς σῆς ἁγιότητος· ὡς μᾶλλον ἂν ἐπεπείσμην τὸν Αἰθιοπικὸν τουτονὶ γραμματοκομιστὴν εἰς λευκοχρώτα μεταβαλεῖν, ἢ γράμμα τῆς ἱερωτάτης σου ψυχῆς μετὰ χεῖρας ἄρτι λαβεῖν· ὃν πάνυ καταλλήλως εἰς Μωσῆν ἐξεδέξω, διὰ τὸ οἷον ἐκ γνόφου κατέρχεσθαι ὅλον ὑπόζοφον. Ἐγὼ δὲ καὶ τὸ ἑπόμενον συλλογίζομαι, ὅτι καὶ ὡς ἐκ Θεοῦ πλάκας κομίζει τὰ παρὰ σοῦ γράμματα. Μήποτε δέ, ὦ Δέσποτα, καὶ βάτῳ καιομένῃ που ὀρειβατῶν ἐντετύχηκεν, εἶτ' οὐκ ἐνόησεν ἀποστρέψαι τὰς ὄψεις, καὶ παρὰ τοῦτο τὸ πρόσωπον κατησβόλωτο; Ἀλλ' ὁ μὲν ἕως ἡμῖν γραμματοφορεῖ καὶ μηνύει λευκὰς περὶ σοῦ ἀγγελίας, καὶ εἰς ἄγγελου φωτὸς καὶ ἡμέρας υἱὸν τεταξεται, κἂν ἐπισθερμίδι σαρκὸς μελαίνης σκιάζηται. Σὺ δὲ εἶης ἀεὶ πίπτοντας ἔξω τοῦ καλοῦ ἐπανάγων διδασκαλικῶς ἅμα καὶ πατρικῶς. Τὸ ἐπιτείχισμα τοῦ δεινοῦ καὶ δυσκόλου γείτονος τωτέως μὲν εἰς κενὸν ἔσχασε καὶ μυρίαι κορῶναι αὐτῷ ἐπικρώζουσιν. Εἰ δ' ἐπιτετήναιτό τι καὶ ἔτι, οὐκ οἶδα. Ἐταλάνισα, μὰ τὴν σὴν σοφίαν, τὸ σαπτὸν γερόντιον, οἷς (?) σοροπηγεῖν ἑαυτῷ λαθόμενον, ἐποικοδομεῖν κατὰ τῶν γειτονούντων ἐπεβάλετο μέγαρα ἠνεμόεντα ἄλλως, οἷς ἀνεμιαῖα ἠλέγχθησαν, καὶ ὡς αὔραι λυθέντα διεφυσήθησαν. Τοῦ περὶ νηστείας λόγου οὕπω γεγεύμεθα, τῆς δὲ μονῳδίας τοσοῦτον, ὅσον εἰ καὶ τράπεζαν παραφέρων τις, ὄψων πολλῶν καὶ καλῶν γέμουσαν, πρὶν ἢ καὶ χεῖρας ἐπιβαλεῖν, εὐθὺς ἥρπασε, τὸν δαιτυμόνα ἀφεὶς ἐπιχαίνοντα, καὶ μόνῃ τῇ ὄψει ἀνιαρῶς παραψαύσαντα. Δοίη σοι Θεὸς ζωὴν μακροχρόνιον.

A stola quidem tua, quam tanquam pectorale gestas benefica fuit in me salvando, idque tempore quo tu minime otio abundabas. Hominem sane Æthiopicum non suspicabar litteras abs te nobis portare; quem cum Moyse comparaverim qui facie umbratili e tenebris prorupit, et si tabulas divinas Moyses, tuus epistolas divinas portavit. Num in monti bus errans rubum vidit ardentem qui ejus palpebras combussit? Nos eum dummodo epistolas tuas affert prosperas, luminis nuntium et diei filium veneramur, licet cum cute nigra. Tu autem perge succurrere ut pater et præceptor omnibus qui circa virtutem in errore deprehenduntur. Quod vicinus hostis contra nos propugnaculum fecerat dirutum est, graculorum crocitantium domicilium evasit. B Opusne præterea aliud conficiatur ignoro. Ego quidem senem istum ex animo deplorabam qui, nescius se mortem sibi maturare, contra vicinos domos ventosas et aerias construere studuit. Orationem tuam de jejunio nondum gustavi, et Monodiam vix inchoavi, ei plane similis qui tabulam lautis cibis refertam, priusquam tangere possis, removet et hospitem falsis escis illicit, postremo decipit. Deus te longævum reddat!

Δ'. Πρὸς τὸν αὐτὸν αὐτὸν Θεσσαλονίκης.

Ὁ δ' αὖ πάλιν ἔμφορτος πολλῶν γραμμάτων καπνοῦ, τάχ' ἂν πρὸς τὸν γραμματοκομιστὴν τὸν παρόντα κομψεύσαιο· καὶ μάλ' ἀληθῶς. Οὐδὲν γὰρ τὰ ἡμέτερα ταῦτα ἢ καπνός· τεκμήριον μόνον τοῦ παρ' ἡμῖν ἀσβέστους ὑποκάεσθαι ἔτι τοὺς σοὺς θερμοὺς ἔρωτας· τὰ δέ γε ἄλλα εἰς ἀέρα σκιδνάμενος καὶ λυόμενος. Εἰ δέ σοι καὶ φίλτατος, ὅτι τῇ λόγῳ σε θρεψαμένης ἀποθρώσκει, τοῦτο λέγοις μὲν αὐτός· ἀκούομεν δὲ ἡμεῖς. Πλὴν καὶ οὕτω καπνός. Καὶ παρὰ τοῦτο, οἶμαι, καὶ ὁ κομίζων καπνηρὸς ὅλος καὶ γρηῒ καμινοῖ ἴσος. Ἀλλ' ὁ τοιόσδε καὶ ὢν καὶ ἔχων ἐνθένδε στιλπνὸς ἡμῖν ἐπανήκοι — πῶς εἶποις — καὶ ἰδεῖν ἥδιστος καὶ φαιδρὸς λάμποντι προσώπῳ, ἐκ τῆς σῆς δήπουθεν αὐτοπτήσεως, καὶ τοῦ κεστοῦ τῶν γραμμάτων σου ἐπισχεδιάζοντος αὐτῷ τὸ ἐπιχαρι· ὃς καὶ τῇ σῇ ἁγιότητι αὖθις ἀναγγελεῖ τὰ καθ' ἡμᾶς, ὅπως ἔχουσιν. Ἵλεως εἴη μοι Θεός, διὰ τῶν σῶν ἱερωτάτων ἐντεύξεων.

C IV. *Ad eumdem Thessalonices archiepiscopum.*

Ecce iterum hominem vapore epistolari admodum oneratum, dices, tabellarium nostrum videns, et omni jure. Quidquid enim scribimus vapor inanis est simulque amoris nostri ardentis indicium. Quem si amas quia ex urbe ascendit quæ litteris te imbuit dic nobis; volupe enim nobis est. Vapor id quod esse non desinit, quare etiam qui portat, niger est ut atramentarius. Utcunque id sit, redux nobis candidus visu ac splendidus apparet postquam te facie contemplatus est abs teque epistolari zona cinctus fuerit. Ab eo sciscitando sanctitas tua quomodo nos ipsi valeamus comperiet. Dominus precibus tuis exauditis propitius mihi esto!

Ε'. Τῷ Θεσσαλονίκης, κυρῷ Εὐσταθίῳ.

Ἁγιώτατε δέσποτα, οἶδα τὴν ἱερωτάτην σου ψυχὴν τὴν αὐτὴν οὖσαν, οὐ μᾶλλον ἐν τῷ ἀναλλοιώτῳ τῶν λοιπῶν καλῶν ἢ τῇ περὶ ἡμᾶς διαθέσει σου· οὐδενὸς γὰρ καλοῦ μεταπίπτειν μεμάθηκας, ἀλλ' ἐς ακριβέστερον μᾶλλον ἐγκάεσθαι. Καὶ γράμμασι μὲν εὐδὲν ἢ μικρῷ προσέχεις διὰ φιλίαν χαραττομένοις, εἰς ψυχὴν δὲ μᾶλλον προκύπτεις, κἀκεῖθεν λαμβάνεις τὸ τῆς ἀγάπης ἐχέγγυον. Οἶδα, ὅτι νῦν μᾶλλον ἢ πρότερον τὰ καθ' ἡμᾶς ἔλεεῖς ὁ φιλάνθρωπος· καὶ πλέον ἐλεῶν προσπάσχεις ῥιμύτερον· τὸ δὲ

D V. *Domino Eustathio Thessalonices archiepiscopo.*

Sanctissime domine, probe novi, candidam tuam animam tum quod bonum rectumque est semper sequi, nosque eodem semper amore amplecti. Nunquam ab honestis artibus recessisti, imo earum vestigia semper pressisti. Commercium epistolare inter amicos te parum movet, qui ex sola anima amoris pignus et certitudinem hauris. Id quoque scio te pro humanitate tua res nostras cordi habere et nos amore continuo amplecti ac fovere. Si dein amatus redamas, ego tibi similis non sum; quod

enim publicani faciunt, quomodo res magni momenti esse poterit? Me amantibus eo quo par est animi affectu sanitatem et longævitatem opto.

Præsens monachus timidioris indolis frater est venerabilis Demetrii Thessali, cui auxilio tuo opus est. Fruatur igitur benignitate tua ac paternitate. — Deus mihi propitius esto ob sacras preces tuas.

ἀφθονώτερον τρίφει τὸ τῆς ψυχῆς διακείμενον. Εἰ δὲ τὸ μὴ ἀγνοεῖν ἀγαπώμενον οἶδε τίκτειν ἀντέρωτα, τοῦτο ὀκνῶ κομπάζειν ἐγώ, ὅτι μηδὲ πάνυ σεμνὸν καὶ τὸ παρὰ τελώναις αὐτοῖς κατορθούμενον· ἐπεύχομαι δὲ τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς ὡς αἰτίῳ καὶ τῆς ἀνταγαπήσεως ὑγιεινὴν ζωὴν καὶ μακρόβιον. Ὁ εὐλαβὴς οὗτος μοναχὸς ἀδελφός ἐστι τοῦ μακαρίτου Δημητρίου τοῦ Θετταλοῦ, καὶ δεῖται τῆς σῆς ἀντιλήψεως***** Ἀπολαυσάτω γοῦν τῆς σῆς ἀγαθότητος, δι' ἣν τε εἶχες εἰς ἐκεῖνον πατρικὴν διάθεσιν, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν ἀξίωσιν. Ἵλεως εἴη μοι Θεὸς διὰ τῶν σῶν ἱερωτάτων εὐχῶν.

VI. *Domino Eustathio, Thessalonices archiepiscopo.*

Tecum esse velim, domine sacratissime, luctusque vestri particeps esse, et concinere cum Jeremia aut etiam Ezechiele nostro, quia urbs tua eadem, qua olim civitas sancta, calamitate premitur. Sed cum hoc maxime tempore separati sumus, has tibi litteras luctus mei testes mitto. Quæ urbs ab hostibus capta est! Prima videlicet post primam et omnium vere reginam! quantum Romæorum infortunium sol vidit! Eheu, armorum Italorum vim perniciosam! Quot naves cum ipsis nautis mare Siculum absorpsit! Quam urbem inundavit! Væ Telchinis! Proh invidiam, quæ urbis secundis rebus adversaria terra marique repit, utrinque protectam funditus perdidit. Cujus tandem urbs sancta criminis rea neque patroni urbani, nec archiepiscopi venerabilis, nec omnium piorum supplicationibus salvari potuit? quis enim pro Thessalonice pia vota, communi hospitio non fecisset? Preces nostræ vanæ fuerunt; Deus enim amaritudinis calicem omnibus hauriendum obtulit et civitatem luxuriosam perdidit. Quem unquam Thessalonice aut Byzantio advenientem aut in quemvis locum proficiscentem hospitio non excepit? quæ instar cordis in imperio sita erat uni Byzantio postponenda, multis in rebus æquiparanda, nunc communi plaga flagellata jacet. Nec mirum, te, sanctissime, plus quam cæteros perpessum esse. Deus enim qui omnium vires metitur, adæquatum cuique onus imponit, et dum homini effeminato nil portare valenti parcit, fortissimis quibusque quorum tu numero ascribendus videris, durissima pericula, utpote honorem inde consecuturis obeunda proponit. Quare absurdum esset virum consolari voluisse qui nos ipsos omnem sapientiam edocet, et quem Deus per multos annos conservet!

ς'. Τῷ Θεσσαλονίκης, κυρῷ Εὐσταθίῳ.

Ἤθελον αὐτὸς συμπαρεῖναί σοι, μακαριώτατε δέσποτα, μαὶ ξυναυλίαν θρηνεῖν, καὶ τοῦ ὀλοφυρμοῦ κοινωνεῖν τῷ καθ' ἡμᾶς Ἱερεμίᾳ εἴτ' οὖν Ἰεζεκιὴλ, καθότι παραπλήσιον ἐκείνοις τοῖς πάλαι τῆς αἰχμαλωσίας τῆς σῆς παραπήλαυσας πόλεως. Ἐπεὶ δὲ ἀνάγκη διεστάναι, γράμματι τφτίως ἀφοσιοῦμαι τὸ συμπενθεῖν καὶ δακρύουσαν καὶ ὃ φασιν ἀχνυμένην ταύτην πέμπω σκυτάλην. Ὢ οἵα πόλις ἑάλω, πρώτη μετὰ τὴν πρώτην καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἁπασῶν βασιλεύουσαν! οἵαν Ῥωμαίων συμφορὰν εἶδεν ὁ ἥλιος! Φεῦ ἡλίκον ἴσχυσεν Ἰταλικὴ αἰχμή! Ὅσον Σικελικὴ ἀνερροίβδησεν ἄμπωτις! οἵαν πόλιν ἐπέκλυσε! Φεῦ τοῦ φθόνου, φεῦ τῶν Τελχίνων! Φθόνος ἦν ὁ τοῖς ἀγαθοῖς βασκήνας τῆς πόλεως· φθόνος κατὰ γῆν στρατεύει, καὶ κατὰ θάλατταν ἕρπει, καὶ τὴν δορυφορουμένην παρ' ἑκατέρων στοιχείων ἑκατέρωθεν πορθεῖ καὶ κατάκρας αἱρεῖ. Οἴμοι! τί τοσοῦτον πολις πεπλημμέληκεν εὐσεβὴς, ἵνα καὶ μάρτυρος πολιούχου ἐντευξις αἰσχυνθῇ, καὶ σοφοῦ ἀρχιερέως ὁσία εὐχὴ, μᾶλλον δὲ παντων εὐσεβῶν δέησις; Τίς γὰρ οὐκ ἐδεῖτο ὑπὲρ Θεσσαλονίκης θεοκλυτῶν, ὡς κοινῆς πατρίδος καὶ καταγωγίου κοινοῦ; Ἀλλ' ἠλέγχθημεν μάτην εὐξάμενοι· πᾶσι γὰρ, οἶμαι, κεραῖσαι πικρίας ποτήριον Θεὸς ἐδεικαίωσε, καὶ παρὰ τοῦτο τὸ κοινὸν ἐντρύφημα προῦδωκε. Τίνα τῶν ἁπάντων οὐκ ἐδεξιοῦτο Θεσσαλονίκη, ἐκ Βυζαντίου ἢ ἐς Βυζάντιον ἢ ὁπουδήποτε παροδεύοντα; Οἵα γὰρ τις καρδία τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς τὴν μέσην αὐτῆς ἔλαχε χώραν, καὶ πασι κοινὸν ἀγαθὸν ἐξέκειτο· καὶ τῇ Κωνσταντίνου, ὅσα κεφαλῇ καὶ πόλει τοῦ κράτους, ὑφιζάνουσα, τῶν λοιπῶν ἀγαθῶν ἠμφισβήτει. Οὐ γὰρ πλέον τι λέγειν ἢ περὶ τὴν βασιλεύουσαν αἰδὼς δίδωσιν. Ἐπὶ κοινῇ γοῦν, ὡς ἔφην, μάστιγι τὸ κοινὸν ἑάλω παραμύθιον. Εἰ δὲ πλέον αὐτὸς, ἀγιώτατε καὶ σοφώτατε δέσποτα, τῆς πικρίας ἐγεύσω, καινὸν οὐδέν. Φιλεῖ γὰρ τὸ Θεῖον τὰς δυνάμεις μετρεῖν, καὶ ταῖς δυνάμεσιν ἐπάγειν τὸ βάρος τῆς πείρας ἀνάλογον. Καὶ ὥσπερ τὸν μαλακὸν καὶ οἷον μηδὲν φέρειν οὐδὲ τὴν ἀρχὴν καθῆκεν εἰς οὐδὲν δυσχερὲς, ἵνα πρὸς τῷ μηδέν τι κερδᾶναι καὶ τῇ λύπῃ καταποθῇ, οὕτω τῷ γενναίῳ κατὰ σὲ καὶ τὴν πεῖραν τῶν ἀδουλήτων καὶ ὕλην ποιουμένῳ εὐδοκιμήσεως θερμοτέραν τὴν παρα τῶν κινδύνων ἐπήνεγκε πύρωσιν· Ἀπειρόκαλον οὖν τοιῷδε ἀνδρὶ παραμυθητικὸν ἐπιστέλλειν, ὃν ἔχομεν αὐτοὶ πάσης φιλοσοφίας διδάσκαλον, ἀεὶ φυλαττόμενον παρὰ Θεοῦ πολυχρόνιον.

ΜΟΝΩΔΙΑ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΩΤΑΤΟΝ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΚΥΡΟΝ ΕΥΣΤΑΘΙΟΝ

MONODIA

IN

SANCTISSIMUM THESSALONICES EPISCOPUM

DOMINUM EUSTATHIUM

Ὦ στυγνὸς αἰών, ὡ τλήμων ἡμεῖς γενεά! οἷα πεπόνθαμεν! Πῶς ἐκτραγῳδήσω τηλικοῦδε κακοῦ μέγεθος; Πῶς ὀλοφύρωμαι; Μέχρι γὰρ τινὸς ἀφασίᾳ πίσσω τὸ ἄλγος καὶ κωφοῖς δάκρυσι, μέχρι τινὸς ὑπομινυρίζω θρηνῳδὸς κατ' ἐμαυτόν· τὰ μὲν αἴφνης ἐκπεπληγμένος ὡς ἤχῳ σκληροτέρας βροντῆς τῷ ἀδοκήτῳ τῆς σκυθρωπῆς ἀκοῆς, ἢ καὶ ὡς καταιβάτῃ βεβλημένος σκηπτῷ, καὶ στεναγμὸν μόνον τωτέως ὡς καπνὸν ἀφιείς, τῆς ἐμπιπρώσης ὀδύνης ἐναργὲς σήμαντρον· τὰ δὲ μὴ θέλων οὕτω ῥᾳδίως βαρυτάτῃ πιστεύειν ἀγγελίᾳ ὡς ἀβουλήτῳ μοι, ἐπιπολὺ δ' ἀπειθεῖν καὶ διαπιστεῖν ὡς ἂν μάτην οὕτω ῥεούσῃ κἀκείνα λογοποιούσῃ, ὅσα μὴ θέμις προφέρειν εἴτε προσίεσθαι· Ἴσης γὰρ ἀτοπίας εἴτε καινοτομίας ἐνόμιζον πυνθάνεσθαι καὶ πιστεύειν ἀστέρα τινὰ διαφανέστατον οὐρανόθεν χαμαὶ πεσεῖν, καὶ τὸν μέγαν Εὐσταθιον ὑποδῦναι γῆν.

A

O sæculum exsecrabile! O infortunatos nos ipsos! Quomodo hujus calamitatis magnitudinem deplorem? Unde verba luctum satis testantia sumam? Longo a tempore dolorem meum edo, mutis tantum lacrymis effusis. Nuntium quidem de Eustathii morte mentem ut tonitru, ut fulmina improvisa percussit, nec aliud nisi fumum, doloris intimi quo crucior, indicem emitto. Primo quidem fidem rei novæ habere nec potui nec volui, at per longum tempus lucidissimam stellam de cœlo delapsam Eustathium sepulcro conditum esse incredulus acceperam.

Οὕτω μὲν οὖν καὶ διὰ ταῦτα αὖος ἔστην ἐς δεῦρο καὶ ἐνεός, εἰ καὶ ἄλλως, ὡς ἔφην, ἀλαλήτοις στεναγμοῖς ἐκοπτόμην, καὶ περιελιμναζόμην ὑποβροχίοις δάκρυσι καὶ πρὸ καιροῦ διαζομένοις τὴν ἔκρηξιν. Νῦν δὲ ἀλλὰ καὶ πέπεισμαι, ὡς οὐκ ὤφελον, ἀληθευούσῃ τῇ πικρᾷ ἀγγελίᾳ, καὶ πῶς μικρὸν τῆς ἐκπλήξεως ἀνενεγκών, ἔκπυστον ἀνοιμώζω καὶ γοερὸν, καὶ φωνὴν ἀφίημι κλαυθμῷ σύμμικτον. Τάχα γὰρ, οὕτω τοῦ ἄλγους τῇ γεγωνοτέρᾳ προσεκκλεύσει κενουμένου θύραζε πρὸς βραχὺ, κουφισμόν τινα τοῦ λυποῦντος εὕρω· καὶ ἅμα τῷ κειμένῳ κόσμον οἰκεῖον ἀποδώσω τοῦτον καὶ δικαιότατον ὄφλημα. Καί τοί γε ἄλλως ἐπ' ἀμφοτέρᾳ τῇ γνώμῃ ῥιπτάζομαι, διαπορῶν, ποτέρως ἂν μᾶλλον τηλικούτῳ πάθει καταλληλα φαινοίμην ἀφοσιούμενος ἄρα τῇ χθὶς βαθείᾳ σιωπῇ καὶ τοῖς ἀφώνοις στενάγμασι τὸ ὑπερβάλλον τοῦ πάθους παραδεικνὺς, ὡς οἱ παρὰ τοῖς μύθοις ἀποδενδρούμενοι καὶ λιθούμενοι· ἢ μᾶλλον ἀνοιμώζων καὶ θρήνου κατάρχων σήμερον κατὰ τοὺς ποιουμένους παρὰ τῷ προφήτῃ κοπετὸν ὡς δρακόντων, καὶ πένθος ὡς θυγατέρων σειρήνων; Ἔοικε γὰρ ἑκάτερον, οὐκ ἔξω πίπτον καιροῦ, παραμετρεῖν συμφορᾶς μέγεθος.

B

Sic inter lacrymas et gemitus hærens voce intercluса mei compos non fui, ubi nuntium verum esse, proh dolor! compertum habui. Sed et cum apertam calamitatem non minus plango; nunc quoque lacrymæ vocem occludunt. Attamen ubi dolor vocem non impediverit lenimenti aliquid invenero, et amico defuncto officium debitum persolvero. Sed quid tandem faciendo dolorem meum melius manifestare videbor? Obmutescamne ut heri eorum ad instar qui secundum fabulam præ nimio dolore in arbores aut saxa mutati sunt; aut gemam fremamque ut modo, ad exemplum eorum qui secundum Prophetam planctum faciunt velut draconum, et luctum quasi struthionum? Utrumque mihi e re esse videtur ob magnitudinem calamitatis.

Φεῦ τοῦ κοινοῦ πάθους! φεῦ τοῦ παγκοσμίου κακοπραγήματος! Εἷς ὑπολέλειπτο βίου λαμπτὴρ,

Væ commune infortunium! væ jactura universalis! Una supererat vitæ stella, fax una litteris,

unum luminare mundi, unus sol sacri ordinis. Sed res ne fando quidem audita: hic quoque exstinctus est, nos in æternum deseruit. Quomodo, o sol, sustinuisti solem terrestrem amplius non videre, qui inter mortales fuit quod tu inter astra? At nunc atra caligo universo mundo incubat, tenebræ et nox illunis vitam persequitur; nos errantes sicut quondam Ægyptii pastorem ereptum desideramus qui sapientia pastoritia inter omnes, sicut pastor inter pecora, eminebat; nos philosophiæ amici regem scientiarum, parentem eloquentiæ deflemus. Jure enim majori Eustathius de nomine regio gloriari poterat quam sophista ille Atticus; synodus sacra quoque oculum suum et vocem illam quærit quæ verba rege digna longe lateque pronuntiaverat.

εἷς λόγου πυρσὸς, ἓν κόσμου μέγα φῶς, εἷς τῆς καθ' ἡμᾶς ἱερωσύνης ἥλιος. Καὶ νῦν (ὢ τῆς τοῦ παντὸς συγχύσεως !) καὶ οὗτος (ἀλλὰ πῶς γλῶττα θρασεῖα, τὸ τοσοῦτον ἂν φθέγξαιο;) ἀπέσβη, παρῴχετο· τὸ φροῦδος ἡμῖν τοῦ λοιπου. Εἶτα πῶς ἀνέσχες αὐτὸς, ὦ ἥλιε, οὐκέτ' ὀψόμενος τὸν ἀντανισχοντά σοι γῆθεν ἀνθήλιον καὶ τοῦτ' ὄντα τοῖς ὑπὸ σὲ, ὅπερ σὺ τοῖς λοιποῖς ἀστράσι ; Ζόφος οὖν ἀκοσμίας ἐπικέχυται τῷ παντὶ διὰ ταῦτα, καὶ σκότος ἀλαμπὲς τὸν ἡμέτερον βίον κατέσχε, καὶ συμφορας ἄναστρος νυξ· καὶ ὡς Αἰγύπτιοι πρότερον ὑπὸ ψηλαφητῷ σκότῳ πλαζόμενοι, ποθοῦμεν οἱ ποιμαίνοντες λογικὼς τὸν ἐπιστήμη ποιμαντικῇ τοσούτῳ πάντας ὑπερβαλόντα, ὅσα καὶ νομεὺς βοσκήματα, οἱ περὶ λόγους τὸν βασιλέα τῶν λογων καὶ πατέρα τῆς λογιότητος. Δικαιότερος γὰρ ὁ μέγας Εὐστάθιος τῇ βασιλείῳ κλήσει σεμνύνεσθαι, ἥπερ ἐκεῖνος ὁ Ἀττικὸς σοφιστής, καθότι καὶ τὴν σοφίαν οὗτος ἐκείνου πολὺ βασιλευτερος. Ζητεῖ καὶ σύνοδος ἱερὰ τὸν ἑαυτῆς διαφανέστατον ὀφθαλμὸν, καὶ τὰ βασίλεια περιλαλοῦσαν ταῦτα φωνὴν καὶ περιαγρυμένην τοῖς πέρασιν.

Civitas Thessalonice heri felicissima, hodie perquam infortunata, quia tanto filio privata quanto cum luctu sponsum, pastorem bonum, præceptorem sapientem, salvatorem, genium tutelarem, popugnatorem, uno verbo columnam, ut cum Pindaro loquar, immobilem, et si quid aliud laudabile et salutare cogitari potest, quanto, inquam, cum lectu reposcit! Sic igitur mœrore confecta quasi secunda vice capta et destructa foret, humi jacet et metuit ne pejora experiatur. Prius namque, Italis terra marique irruentibus ac muros destruentibus, e manibus hostium erepta fuit ab Eustathio nostro qui virtutum suarum fama adeo hostes ipsos commovit ut vultum ejus aspicere non ausi sint, imo exercitus ferox ad ipsius pedes sponte procubuerit. Nunc vero hoc tanto propugnaculo destituta misere humi jacet, quasi vi capta nullis jam mœnibus defendatur.

Ἡ γε μὴν εὐδαίμων χθὲς δι' ἐκεῖνος Θεσσαλονίκη, καὶ νῦν οὐκ εὐδαίμον ἐκείνου χήρα γεγωνότερον οἰμώζουσα, παρόσον καὶ διαφερόντως τῶν ἄλλων τῆς συμφορᾶς ᾔσθετο, οἷα κατολοφύρεται, καὶ μεθ' ὅσων καὶ οἵων τῶν δακρύων ἀνακαλεῖται τὸν ὡραῖον νυμφίον, τὸν καλὸν ποιμένα, τὸν καθηγητὴν, τὸν σοφὸν, τὸν σωτῆρα· τὸν πολιοῦχον, τὸν προβολον καὶ κίονα, κατὰ Πίνδαρον, ἀστραβῆ· καὶ εἴ τι ἄλλο ἐράσμιον καὶ σωτήριον πρᾶγμα καὶ ὄνομα. Οὕτω δὲ ἄρα πενθεῖ, καὶ πρὸς τοῦ πένθους ἀπάγεται, ὡς ἂν εἰ κατάκρας ἑάλω, καὶ τοῦτο δεύτερον ἐκπεπόρθηται· ἢ καὶ σχετλιώτερα πάσχειν οἴεται. Πρῶτον μὲν γὰρ, Ἰταλῶν ἐκ γῆς καὶ θαλάττης ἐπικωμασάντων αὐτῇ καὶ καθυπερτέρα τῆς ἁλώσεως ἵστατο τῷ φρονήματι, τοῦ πολιούχου ταύτης ἐκείνου περιοντος, καὶ πλείστην ὅσην καὶ δυσαντίβλεπτον ποῖς πολιορκηταῖς προβαλλομένου τὴν ἐκ τῆς ἀρετῆς αἰδὼ, καὶ μόνον οὐχ ὑπὸ πόδας τὸν ἀγέρωχον στρατὸν ῥιπτάζοντας. Νῦν δὲ τοιοῦδε προβόλου γεγυμνωμένη, καταβέβληται τῇ γνώμῃ παρὰ τοῦ πάθους, ὡς νῦν ὄντως ἐκπεπελίορκεκένη καὶ πάντα περικεκαρμένη κρήδεμνα.

Quid tandem urbium regina in hoc rerum discrimine facit? faciliusne an ægrius infortunium portabit, cui Eustathius beneficia in eum collata largo fœnere et cum grati animi pignoribus reddidit? Quæcunque enim dum in ea viveret, sapientiæ thesauros honestarum artium amantibus benigne largitus est; fuit enim eloquentiæ prytanem, sapientiæ focus universalis, hortus nulli non apertus, ager fertilis sub auspiciis divinis, eloquentiæ fons perennis. Hinc evenit ut discipuli gratis metere gratis haurire possent nec amplius artium ac litterarum disciplinam sitirent. Brevi enim tempore sine præludiis, sine prolegomenis, sine certaminibus aut studiis prævis philosophia se imbutum sensit quicunque illum adibat, quasi ex ipsius Aristotelis schola exiisset. Quamvis enim torpore profundo languesceret ignorantiæ, ubi primum ille cibum spiritualem obtulisset, discipulus quasi a Musis ipsis afflatus discessit. Sed non amari ut folia lauri fuere fructus hujus arboris sapientiæ; imo dulciores sicut epistola quam

Τί δ' ἡ πόλεων βασιλὶς ; Πότερον κουφότερον ὑποίσει τὴν κοινὴν δυσπραγίαν, ἡ πολλῇ ἐπαχθεστερον οἷς ἐλευθεριώτατα καὶ κάλλιστα παρ' αὐτῇ τεθραμμένος, ὡς ἐν ἀποδόσει τροφείων πάσας χάριτας φιλοτίμως ἐξέτισεν· οὐχ ὅπως κοσμος ἄξιως αὐτῇ καὶ λαμπρότατον γενομενος ὄνομα, ἀλλὰ καὶ, ὃν ἱδρῶτι πολλῷ συνελέξαθο παρ' αὐτῆ πλοῦτον σοφίας, τοῦτον μεταδιδοὺς ἀφθόνως τοῖς φιλοπονοις, κοινὸν πρυτανεῖον λογου, καὶ σοφίας πανδεχὴς ἑστία, καὶ ἄλλως Ἑλικὼν προκείμενος ; Κῆπος γὰρ ἦν ἄκλειστος σοφίας, καὶ πλήρης ἀγρὸς, ὃν εὐλόγησε Κύριος καὶ πηγὴ λόγων ἀσφράγιστος. Καὶ παρῆν τοῖς μαθητιῶσι δρέπεσθαι προῖκα, καὶ ἀρύεσθαι, καὶ κατεμφορεῖσθαι. καὶ μετέτι πείνην ἢ δίψην τοῦ ἀκούσαι λόγον τεχνικὸν εἶτ' ἐπιστημονικὸν. Ἐν βραχεῖ γὰρ χρόνῳ, καὶ ὅσον ἐγκυκλίου προπαιδείας γεύσασθαι ἢ συφιστικοῖς παλαίσμασι προσγυμνάσασθαι, ἢ προθύρων ἐπιβῆναι φιλοσοφίας, εἴ τις περοίτηκε παρ' ἐκεῖνον, εὐθὺς ὁ παρὰ τῷ Σταγειρίτῃ πεπαιδευμένος ἐωρᾶτο, καὶ ὁ παρὰ τῶν Μουσῶν ἐμπνευσθεὶς τὴν ποίησιν. Εἰ γὰρ ὑπ' ἀγροικίας βαθεῖ κάρῳ

καθεύδοι, ἀλλ' ἅμα μικρ' ἄττα ἐψωμίζετο παρ' ἐκείνου, καὶ παραχρῆμα διυπνίζετο, μουσικοῦ τινος κάτοχος ἄσθματος. Πλὴν οὐκ ἔμπικρα ἦν, ὡς τὰ θάφνης πέταλα, τὰ ψωμιζόμενα παρ' ἐκείνου, τῆς τῶν σοφῶν ἐπιφυλλίδος, καὶ νῦν οἴμοι! τετρυγημένης θανάτου τομῇ, γλυκάζοντα δὲ μᾶλλον, ὡς ἡ κεφαλὶς ἡ βεβρωμένη τῷ Ἰεζεκιὴλ προφητικῶς ὀνειρώττοντι. Μέλιτος γὰρ ἀπίσταζον αἱ τῶν ὁμιλιῶν Εὐσταθίου χάριτες, ὡς ἀτεχνῶς ἀπορρῶγές τινες νέκταρος· ὅθεν καὶ εἰς ἄκρον ψυχῆς μυελὸν τοῖς ἀκροαταῖς εἰσδυόμενα τὰ διδάγματα, καὶ ἄντικρυς ἐγκαθήμενα, διετηροῦντο ἀνέκπλυτα λήθης ῥεύματι. Τὸ γὰρ ἡδονῇ ψυχῆς ἐκτυπούμενον μάθημα μνημονικωτέρᾳ δέλτῳ φρενὸς ἐγκολάπτεται, ὡς θᾶττον ἂν ὑπιδέσθαι καὶ περὶ τούτου ὁ καὶ περὶ σοφιστοῦ τινος παλαι λόγος διέρρει, ὡς ἄρα Χαλδαϊκαῖς τισι μαγγανείαις τοὺς ὁμιλητὰς ἐργάζοιτο μνήμονας. Τοιούτῳ φαρμάκῳ τὸ μνῆμον εἰς βάθος τοῖς μαθηταῖς ἐνεχάραττες, ὦ Χαρίτων ἁπασῶν ἀνάκτορον σὺ, καὶ Ἰύγγων καὶ Σειρήνων ἐπαγωγότερε, καὶ πείθων τὰ μέχρι σοῦ μυθευόμενα, ὡς ἀληθῆ τοῦ λοιποῦ πιστεύεσθαι· ὥσπερ καὶ τὸ πολυμαθὲς καὶ πολλῶν ἐπιστῆμον ἐναπετίθεις σφίσιν ἐν χρόνῳ βραχεῖ διὰ τῶν ὡς ἑκάστοτε ὁμιλιῶν σου τῶν ἀποβαπτομένων εἰς πᾶσαν λογικὴν μέθοδον. Οὐ γὰρ τῆς χροιᾶς βίβλου μόνης τὸν νοῦν ἀνέπτυασσες ἐν ταῖς ὁσημέραι συναναγνώσεσιν, εἴτε τὰ τῆς ἑρμηνείας, εἰ ὑπό τι μελαίνοιτο, διελεύκαινες· ἀλλὰ γε καὶ τῶν ἄλλων πολλὰ ξυνεφόρεις παραμιγνὺς, οὐκ ἐξώροις παραβρομαῖς τῶν προκειμένων φιλοτιμούμενος, παρὰ δὲ τῆς αὐτόθεν προκυπτούσης ἀφορμῆς δεχόμενος τὸ ἐνδόσιμον, καὶ τὴν παρέκβασιν οὐ παρὰ θύραν (τὸ τοῦ λόγου) ποιούμενος, ὡς ἂν εἰ καὶ παραφανέντος ὄνυχος ὅλος λέων κατὰ τὴν παροιμίαν διήρθρωτο.

A Ezechiel per somnium edidit. Mel enim Eustathio lingua, flumina nectare saturata distillabat; quare præcepta ejus in intimum penetrabant animum neque ulla vi eradicari valebant. Omnium enim mentes, quas doctrina ac disciplina sua adimplesset, philtris Chaldaicis, ut ita dicam, imbuisse videbatur. Tu Castellum Gratiarum, artificiis jucundis discipulos docebas, et voce tua Sirenum vocem superante eo perduxisti ut quæ antea fabulosa habita fuerant, nunc pro veris ducerent. Quofactum est ut felicissima alios instituendi methodo multis multa communicaveris. Non enim librum aliquod cum aliis legens ea quæ necessario interpretanda venerunt, explicuisti, locos, si qui erant difficiles dilucidando, sed alia plurima sponte immiscendo quæ ad rem facere videbantur.

B

Ἀλλ' οὐκ ἀκλαυτὶ ταυτὶ διηγεῖσθαι οἷός τέ εἰμι· μικρὸν γὰρ τοῦ πάθους ἀνανήψας, ὦ παρόντες, εἰς ὀλοφύρσεις καταῤῥέω πάλιν. Τῶν γὰρ ὁμιλητῶν ἐκείνου τὸν κύκλον ἀναπληρῶν καὶ αὐτὸς, φιλοτιμότερον ἐφιλοφρονούμην παρ' αὐτῷ, καὶ ὑπὸ κρατῆρι σοφίας μείζονι· ταύτῃ καὶ ἡ μνήμη τούτων προσπίπτουσα στρέφει μου τὴν καρδίαν, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ συμπιέζουσα αἷμα εἰς δάκρυα προσαναβλίβει, κατὰ βρομβους αἵματος συλλειβόμενα. Πλὴν πειρατέον καὶ αὖθις ἀναφέρειν, καὶ ὡς ἔξον ἀνακωχεύειν τὸ δάκρυον, ἵνα μὴ μόνον ἀφοσιωσώμεθα τῷ ἀνδρὶ τὸ ἀπολοφύρασθαι, ἀλλά καί τι τῶν ἐκείνου καλῶν θαυμασώμεθα. Χρὴ γὰρ κἀνταῦθα μνήμην δικαίου γενέσθαι μετ' ἐγκωμίου μετρίου καὶ διαπλεκομένου τοῖς πένθεσι· καὶ τοῦτο οὐ μετὰ ῥυθμοῦ κομψοῦ τινος ἡ περιφοντος ἔξωρα. Μουσικὰ γὰρ ἐν πένθει, κατὰ τὸν σοφὸν, διήγησις ἀκαιρος.

C Sed, o chari amici, siccis hoc oculis referre non valeo, et in pristinum mœrorem semper relabor. Memini enim quanta comitate ego ipse, qui in ejus discipulorum numero eram, exceptus ab eo fui, ut plenum sapientiæ calicem exhaurirem. Me miserum! Præteritorum temporum reminiscentia cor occupat et lacrymas cum sanguine miscet. Sed, Mitte lacrymari, mihi ipsi dico, ut virum defunctum non lugeamus tantum, sed admirationis ei debitum officium ob claras ejus virtutes persolvamus. Justorum enim memoria modica laude eaque simplici et rite limitata, honorauda est. Musica enim, in luctu, secundum Sapientem, importuna narratio,

Ὁ γοῦν ἐλέγομεν, μικρὰ μὲν ἅμα τελεῖσθαι καὶ μεγάλα μυστήρια τοὺς αὐτοὺς οὐκ ἦν ποτε θεμιτὸν, οὔτε μὴν χορεύειν δαδουχεῖν τε καὶ ἐποπτεύειν κατὰ ταυτόν. Ἀμαθὲς γὰρ καὶ σφαλερὸν οἶδεν ἡ παροιμία τὸ ἐν πίθῳ τὴν κεραμεῖαν διδάσκεσθαι. Παρ' ἐκείνῳ δ' ὅμως ἱεροφαντοῦντι τὰ λογικῶν τεχνῶν ὄργια ἅμα τὰ Μουσων πεπάτηκέ τις προπύλαια, καὶ παραχρῆμα καὶ τὰ τῶν ἀνακτόρων ἐπώπτευεν ἄδυτα, καὶ τῆς τελετῆς οὐδὲν ἦν, ὅπερ ὑπελείπετο πάντη τοῖς νεοτελέσιν ἀνέκφορον. Ἀλλά τις τῶν φοιτώντων πυκτίδα ποιητικὴν ὑπὸ μάλης φέρων, ἐδεῖτο μέτρων μὲν νόμους μυεῖσθαι, καὶ ῥυθμοὺς ἁρμονίας, καὶ τοῦ ἐτύμου τῶν ὀνομάτων ἀνάπτυξιν, ψυχαγωγεῖσθαί τε πράξεων ὀρχαιολογουμένων μυθεύμασιν· εἶθ' ὑπέστρεφε τούτων τε θεωρὸς ἐντελὴς καὶ τῶν μυστικωτέρων οὐ παράπαν ἀτέλεστος. Οὐδὲ γὰρ διεσπουδάζετό οἱ τούτων τὴν ἕρεσιν ἀποπλῆσαι μόνον τοῖς μύσταις, ἀλλὰ γε καὶ

Jam alidi diximus contra normam esse initiari ad magna simul et parva mysteria; jam enim in proverbio est stulti esse in vase pretioso artem figulinam discere velle. Sub ipsius autem auspiciis qui ut sacerdos initiator sapientiæ mysteria ac rhetoricen docebat, discipuli Musarum propylæa ingrediebantur, palatii sanctissimum contemplabantur; nulla enim provincia mysteriorum occlusa erat neophytis. Quid? quod si discipulorum aliquis versificationis rhythmum et harmoniam ediscere cupiebat aut vocum etymologiam, Eustathium habebat ducem peritum in docendis antiquitatis traditionibus et in brevi temporis momento solutionem problematum desideratam obtinebat. Id enim fecit ut adolescentium studiis favendo ad rerum multitudini occultarum cognitionem januas reseraret. Quotusquisque non lacte, sed fortiori cibo et ingenii maturitate saturatus inde rediit!

D

Sed majora memoremus. Multi quidem ad eloquentiæ fastigium se evectos autumabant atque idoneos ad docendum alios quod ipsi scire se putabant, donec sub Eustathii auspiciis quantum ignorarent intelligerent. Multi in Gratiarum se mysteria initiatos credebant, donec ipso monente, errorem suum cognoscerent. Plures in philosophia maximopere profecisse sibi, videbantur, donec sese cum illo viro artium ac litterarum peritissimo se conferrent. Igitur postquam cognovissent se nil scire, ad ipsa rudimenta redire non erubescebant et in optimi magistri schola jam ætate provectiores meliora melius addiscere. Equidem alumnorum omnibus horis domum ejus frequentantium agmina contemplando, Homeri de apum examinibus loquentis memini, quarum ad instar innumeri omnium ætatum homines ejus audiendi causa quotidie convenerunt ad eum qui virtutis normam et regulas non verbo tantummodo, sed proprio exemplo dare posset.

τὰ τῶν μύθων παραπετάσματα διασχεῖν, καὶ θοῦναι εἴσω χωρῆσαι, καί τι τῶν πολλοῖς ἀνεφικτων ἐποπτεῦσαι θέαμα. Πόσοι προσίοντες νήπιοι ἐλάνθανον ἀντὶ γαλακτος στερροτέραις μαθημάτων τροφαῖς ἐξανδρούμενοι τὰ αἰσθητήρια τοῦ νοῦ ἐπανήκοντες· καὶ χθὲς μὲν ταῖς γλώτταις ὑποψελλίζοντες, ἔντρανον δὲ καὶ τορὸν φθεγγόμενοι σήμερον. Εἶπω τὸ καινότερον· πόσοι μέχρι τούτου γραμματικὴν ἠκριβῶσθαι τοσοῦτον ὤοντο, ὡς ἐπαγγέλλεσθαι καὶ ἄλλοις καθηγεῖσθαι τῆς τέχνης, ἕως ἐκείνῳ κανόνι καὶ ποτὶ σπάρτον φασὶ λίθον παραθεῖναι τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἔγνωσαν. Πόσοι μέχρι τούτου ῥητορικαῖς χάρισι θύειν ἐνόμιζον, ἕως τῶν Εὐσταθίου Σειρήνων ἠκροάσαντο. Πόσοι φιλοσοφίαν μέχρι τούτου πρεσβεύειν ἐδόκουν, ἕως ἐκεινῳ τεχνοῦντι τέχνας καὶ πάσας ἐπιστήμας ἐπιστημοῦντι παρέβαλον· Τὸ δ' ἐντεῦθεν γνόντες ἑαυτοὺς, κἀκεῖνο πρῶτον καλῶς σοφιζόμενοι τὸ περὶ ἑαυτῶν, ὡς οὐδὲν εἰδότων, εἰδέναι σαφῶς, τὸ εἶναι τοῦ οἴεσθαι τὸ λοιπὸν ἀντηλλάττοντο. Ταύτῃ τοι καὶ στρεφόμενοι καὶ ὡς παῖδες ἀρτιμαθεῖς γινόμενοι, ἠγάπων, ἢ νῦν γοῦν ἀρχόμενοι παρ' ἐκείνῳ μεταδιδάσκοντι μαθητεύοιντο, καὶ γηρῷεν μανθάνοντες. Ὅτε καὶ τοὺς ἀεὶ προσφοιτῶντας καὶ ἀποφοιτῶντας θεώμενος, τῆς Ὁμηρικῆς ἀνεμιμνησκόμην εἰκόνος· Ὡς γὰρ πέτρης ἐκ γλαφυρῆς ἔθνη μελισσῶν ἔξεισιν, οὕτω καὶ τῷ Εὐσταθίου μελισσῶνι προσίπταντο καὶ ἀφίπταντο βοτρυδὸν ὁσημέραι φιλολόγων σμήνη μυρία, καὶ εἴ τινες ἄλλως ἀρετῆς τι μετεποιοῦντο, καὶ ῥυθμίσοντος προσεδέοντο. Νόμος γὰρ ἦν ἔμψυχος ἀρετῆς, καὶ μεγίστη πρὸς ἀρετὴν παράκλησις, οὐ μόνον φθεγγόμενος, ἀλλὰ καὶ μόνον βλεπόμενος.

O vultum, o staturam magis veerandam quam Periclis, quam Xenocratis, utpote quæ morum integritatem primo intuitu revelabat! O sermones acutos simul et venustos, facetiis ac nugis pariter alienos ac a rigore et duritie verborum, imo sale divino, ut Apostolus præscribit, suffusos! Totos sane dies eum audire, ab eo discere juvabat, et patriæ ipsius, ut illi apud Lotophagos, oblitus esses. Quæ ingenii acies, quæ in omnibus rebus prudentia, quæ constantia animi in rebus adversis, quæ strenuitas in agendo! Qualis fons virtutis et sapientiæ in unius morte exstincta est cujus memoria ac desiderium omnium oculos lacrymis replet! Quis mihi linguam, quis virtutem Eustathii dabit ut eum pro dignitate collaudem? sine quibus laudatio mea vituperium esse mihi videtur.

Ὦ προσώπου σεμνοῦ! ὦ εὐσχήμονος σχήματος καὶ Περικλέους καὶ Ξενοκράτους αἰδεσιμώτερον, μόνῳ τῷ φαίνεσθαι σωφρονίζοντος τοὺς ὁρῶντας, πρὸς τὴν ὄψιν μεταβαλλομένους αὐτὴν καὶ τυπουμένους ἐς ἠθῶν ἐπικόσμησιν! Ὦ διαλέξεων ἀποβαπτομένων μὲν εἰς νοῦν, παντοδαπαῖς δὲ σταζομένων χάρισιν! Ὦ λόγων ἐκεινων, μήτε βωμολόχοις εὐτραπελίαις γελοιαζόντων σκηνικώτερον, μήτε ἀηδιζόντων στρυφνότητος ὀμφακιζούσης βαρύτητι, ὑποσέμνῳ δὲ κεκραμένων ἀστειοσύνῃ, καὶ κατὰ τὴν ἀποστολικὴν ὑποθήκην θείῳ παρηρτυμένων ἁλατι· ὡς τὸν ἀκροώμενον διημερεύειν ἀσμένως, τῶν οἴκοι κατὰ τοὺς λωτοφαγοῦντας λαθόμενον! Ὦ σωφροσύνης ἄκρας! ὦ φρονήσεως ἐντεχνοῦς! ὦ ψυχῆς ἐν τοῖς δεινοις ἀτρέπτου, καὶ βεβαιούσης τὴν κλῆσιν τοῖς πράγμασιν! Ὅσος ἀρετης πλοῦτος, ὅσον χῦμα σοφίας ἐνὶ τετελευτηκότι ἀνδρὶ συναπέῤῥευσε, μνήμην κατελελοιπότι μόνην ἡμῖν, καὶ τὸ ἐπι τῇ μνήμῃ θαῦμα καὶ δάκρυον! Τίς ἂν μοι δοίη γλῶτταν Εὐσταθίου, καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ γλῶτταν Εὐσταθίου θαυμάσομαι ὅσον ἀξιον; Ὡς νῦν γε τοὺς ἐπαίνους τούτους ἴσα καὶ ψόγους αἰσχύνομαι.

Eustathius vitæ integerrimæ exemplo et summa sermonis inter omnes præfulgebat; magnus enim in utroque fuit; ad quem comparati nos umbra sumus. Quis alius præter illum philosophiæ ac theologiæ antistes æquo lumine fulsit? Israelitis olim Deus per diem in columna nubis, et per noctem in columna ignis viam ostendit: Eustathius non altero munere fungebatur, qua orator ignivomus, qua dux in semita virtutis, imo hinc orator altisonans inde sacerdos purus et eloquens omnibus errantibus ut pharus viam præmonstrabat: quoties enim pro rerum gravitate verba facienda erant, qua vi audientium animos movebat, adversarios ipsos convincebat, ita antiquitas tota vix similis oratoris exemplum

Ἀνὴρ γὰρ ἐκεῖνος μόνος, ὡς ἔοικεν, ἀπαραμίλλον ἄλλοις ἀπεδείξατο βίον, καὶ βίῳ γλῶτταν ἀνθαμιλλον, καὶ οἷός τοι κατ' ἀμφότερα πέπνυτο· οἱ δὲ σκιαὶ ἐίσομεν. Ἀμέλει καὶ ὡς ἄμφω φάεα καλὰ, βίου καὶ λόγου, προβεβλημένος, ὡς ἐπὶ τριωπὴν δυοῖν λυχνίαιν, σοφιστικοῦ καὶ ἀρχιερατικοῦ θρόνου, μετεωρίζεται· τῷ μὲν ἐνιδρυθεὶς μικρῷ πρότερον, τῷ δ' ὕστερον. Καὶ τοῦ παλαιοῦ μὲν Ἰσραὴλ ἡμεράς ἡγεῖτο στῦλος νεφέλης, νυκτὸς δὲ στῦλος πυρός· Εὐστάθιος δὲ οὐκ ἀνὰ μέρος ἡγεῖτο, πῇ μὲν ὡς ῥήτωρ περίπνους, πῇ δ' ὡς πνευματικῷ βίῳ προλάμπων (πνεύματος γὰρ νεφέλη σύμβολον). Ἀλλ' ὅτε ῥητορικῶς (τὸ τοῦ λόγου) ᾖρ' ἄρματος ὕστραπτε, καὶ πνευματικῶς προσεπέλαμπε· καὶ ὅτε

διεφύγαζεν ἀρχαιρατικῶς, καὶ ῥητορικῶς διεπύρσευε, καὶ τῶν κατ' ἀμφότερα πλανωμένων ἡγεμόνευεν ἀμφοτέρωθεν· Ὡς γὰρ πρὸ τοῦ ἐπαγγέλματος ἀπητεῖτο τὴν πομπικωτέραν τῶν λόγων ἐπίδειξιν, πῶς ἂν εἴποιμι, ὅσοις καὶ οἵοις ἐχειροῦτο τὸ θέατρον πάθεσιν, ἐκπλήττων ἅμα καὶ θέλγων καὶ συμπείθων τοῖς καθ' ἑαυτὸν, ὡς οὐδὲ τὰ τῶν παλαιῶν ἄρα θαύματα καθάπαξ μεμύθευτο ; Ἀεισδὲ μὲν γὰρ κλέα βασιλέων μεγαλουργῶν, καὶ ὑψιθρόνων πατριάρχων· τὰ δ' ἐπέρρεον ἔθνεα σοφιστῶν καὶ παντοίων ἑτέρων ἀκροατῶν, ὡς ὑπὸ κρουμάτων Ὀρφέως ἑλκόμενα. Ἐξέπληττε δ' αὖ ἀστράπτων καὶ βροντῶν ὑπὲρ τὸν ξυγκυκῶντα ποτὲ τὴν Ἑλλάδα δημηγορίᾳ Περικλῆν, οἷς ὑπερεφώνει τὴν ὑπέρτονον Δημοσθένους ἠχὼ καὶ τὸν ὑψήγορον ῥοῖζον Ὁλέμωνος, καὶ οἷς οὐδέν τι τῶν κοινῶν ἠνείχετο μὴ οὐ καινῶς φραζειν ἐκ τῆς τοῦ φράζειν πολλῆς πιριουσίας καὶ καινοπρεποῦς ἀφθονίας καὶ περιττότητος, οὐκ ἀλλόκοτα ὀνοματοθετῶν, ἢ μεταφέρων ἀνασε συρμενα, ἢ παφλάσμάσι διθυράμβων ἐκτραχυνόμενος, ἢ παρακρήμνοις ἐκτραχηλίζόμενος δριμυτησι. Ταῦτα γὰρ τῶν τηνικαῦτα παρανομίαις τῆς τέχνης χρωμενων πλημμελήματα οἳ τοῦ μὲν ἀληθοῦς ὕψους τῶν λόγων οὐκ ἐφικνούμενοι, ἐπὶ τὸν ὑπόκενον καὶ πομφολυγώδη κενεμβατοῦντες ὄγκον κατέπιπτον. εἶτα τὴν ἐνιοχοῦσαν οὐκ ἐχοντες ἐπιστήμην, ἀλογιστως ἤγοντό, τε καὶ ἐφέροντο, κεινῇ ὄχεα καθ' Ὅμηρον κροτέοντες. Εἰ δὲ καὶ κἄλλους τοῦ περὶ λόγους ἐρασθείεν, τοῦ μὲν ὄντος, ὡς ὁ Ἰξίων τῆς Ἥρας καὶ τῆς Πηνελόπης οἱ φνηστῆρες, ἀπεσφάλλοντο· εἴδωλον δέ τι ἀνεμώλιον ἢ θεραπαινίδιον πορνικῇ κομμωτικῇ διεσκευασμένον πειρώντες ἠλάνθανον ἑαυτούς. Ὥσπερ καὶ, ὅτε βουληθείεν ἐξαλλάττοντες ἀλλοῖοί τινες φαίνεσθαι, τοῦ μὲν καινοτέρου τρόπου, καὶ ὅσον ἢ σχῆμα γοῦν ἢ ὄνομα ἐκ τοῦ καθωμιλημένου εἰς τὸ ἀθικτότερον μεθαρμόσασθαι, εἴδες ἂν τοὺς ἄνδρας οὐδ' ἐγγὺς ἥκοντας, τῆς ποητικῆς δὲ μόνον τὴν τραχυτέραν συμφορούντας ἁμαξαις, τῷ καταλογάδην καὶ πεζαιτέρῳ, καὶ οἷον ἐπίβλημα πορφύρας φαύλοις ἐπιῤῥίπτοντας ῥάκεσί, μᾶλλον δὲ τῆς ἐθάδος καὶ Ἑλληνος ῥητορικῆς, ἔκφυλόν τινα σκευὴν μεταμπισχομένους, ἐπὶ τῷ σφῶν αὐτῶν οὐκ εὐσχήμονι, ὡς καὶ τὴν Περσικὴν στοχὴν τῆς Μακεδονικῆς φασι μετενδύσασθαι τὸν Ἀλέξανδρον· ἕως ὁ πολὺς τὴν γλῶτταν Εὐστάθιος προστάτης καὶ σωτὴρ ἀνεφάνη τῆς τέχνης κινδυνευούσης, εἴπερ ποτὲ τηνικαῦτα, κατὰ τὴν Πλατωνικὴν διαβολὴν τοῦ χορου τῶν τεχνῶν διαγράφεσθαι, καὶ μηδὲ πολιτικοῦ τινος καλεῖσθαι μορίου εἴδωλον. Οὐ γὰρ πρότερον ἀνῆκεν ἐπιστρέφων καὶ μεταῤῥυθμίζων (τοῦτο μὲν οἷς ἐθεμίστευεν ἀπὸ τεχνικῶν ἀξόνων· τοῦτο δὲ, οἷς ἐπιστημονικῶς ἐξεπονεῖτο πρὸς τὰ τῆς τέχνης ἀρχέτυπα), ἕως τοὺς οὕτως ἀτόπως ἐκτετοπίσμένους συμφύλων νόμων ῥητορικῆς ἐπανάγων κατά βραχὺ, πρὸς τὰ τῆς τέχνης τελευτῶν κατήγαγε πάτρια. Ἅτε καὶ οὗτοι ποιοῦντες εὖ ἐνεκαλύπτοντο, παρόσον τὰ μὲν κατ' αὐτοὺς ἐκ παραθέσεως ἐξουδενοῦντο ὡς ὕδωρ εἰκῇ διαπορευόμενον, τὰ δ' Εὐσταθίου ὑπερεθαυμάζοντο, ὡς ἀτεχνῶς ἐοικότα χρυσίου ποταμῷ ῥέοντι καὶ ῥοιζοῦντι δ' — ἂν εἴποιεν — ἀτὸ τοῦ Λιβάνου κατὰ τὸ Σολομώντειον ᾆσμα, ὅσοι τὸ ῥεῖθρον τῶν τοῦ ἀνδρὸς λόγων ὡς εἰς πηγὴν ἀρχέγονον τὸν ἐκεῖθεν ἐπωνυμοῦντα καὶ ῥέοντα σοφιστὴν, ἀναφέρουσιν, οὐκ

offerre possit. Qui ubi regum præclare facta, aut illustrium patriarcharum gloriam celebrabat, omnis generis studiosi quasi Orphica lyra allecti undique confluebant ad eum, cujus in labiis tonitru ac fulmen plus quam in ipsius Periclis residebat, qui Demosthenis vim et Polemonis vehementiam æque superabat; qui antiquis novitatem dare callebat; qui quæcunque dicebat decus conservando novo aliquo modo ac colore efformabat ob ingenii particularis abundantiam, æque alienus ab ostentatione ac duritie, vitiis quæ peculiaria sunt iis qui veram orationis sublimitatem attingere non valentes ad ampullas descendunt, et laxatis habenis, omnibus fastidiosi, curribus illis inanibus apud Homerum similes tantum crepitant. Ut enim sermonis venustatem ament et magni faciant, peculiarem tamen ejus amorem non magis quam Ixion Junonem aut Pene lopem proci attingunt; nec vident se a simulacro aliquo vel lenocinii artibus deceptos esse. Fuere etiam qui tironum more inusitatis verbis ac tropis uterentur, nec tamen quod tentabant nec in poesi nec prosa oratione ab iis tractata, ubi pannum vilibus corporibus purpureum assuebant, nec in rhetorica obtinuerunt. In hac enim propriæ vili formæ vestem non vernaculam circum imponebant (sicut Alexander paludamento Macedonico vestem Persicam superimposuisse fertur), donec Eustathius fortiter orando artis oratoriæ sospitator exstitit, quæ tum maxime in eo erat, ut ex artium choro deleretur, quæ hucusque artis principia docendo et ad exemplarium antiquorum imitationem exhortando eos qui rhetorices regulas imprudenter neglexerant, ad novum brevi tempore cultum reduxit ejus artis qua majoribus nostris nihil antiquius erat. Ejusmodi igitur discipuli si proprias declamationes cum Eustathii scriptis compararent, non videre nequibant ingentem distantiam qualis est aquæ stagnantis a Pactolo qui jucundo cum strepitu e summo Libano delabitur, ut cum Salomone loquamur [1]; ita quicunque elocutiam auctoris nostri sophisticam censent, iniqui æstimatores mihi quidem erunt. Non enim sicut Macedones in Pyrrho Epirota Alexandrum sibi redditum credebant propter celeritatem in pugnando et stremitatem morum; sic ab Eustathio imago illustris alicujus oratoris ob oculos ponebatur audientium; imo una Eustathii figura quidquid præclarissimum est ac typum venustatis oratoriæ præferebat, ut artifex aliquis a pluribus feminis quod quæque eximii offerebat, sumendo picturam confecit omnibus numeris absolutam.

[1] Cant. IV, 15.

ἀκριβῶς οἶμαι φυλοκρινοῦντες τὸν ἄνδρα καὶ διακωδωνίζοντες. Οὐ γὰρ, ὥσπερ οἱ Μακεδόνες ἐν τῷ Ἠπειρώτῃ Πύρρῳ μαχομένῳ βλέπειν ᾠοντο ὄψιν καὶ τάχος Ἀλεξάνδρου καὶ κίνημα καὶ τῆς παρὰ τοὺς ἀγῶνας φορᾶς ἐκείνου σκιὰς καὶ μιμήματα, οὕτω καὶ ἐν τῷ Εὐσταθίῳ λογογραφοῦντι τῶν ἐπὶ λόγοις ὀνομασθέντων ἑνὸς οὑτινοσοῦν χαρακτῆρα τοῖς ἀκροαταῖς ἐποίει φαντάζεσθαι. ἀλλὰ μίαν μὲν ἰδέαν ὁρᾷν, ἁπάντων δὲ κρατίστων ἐκμεμαγμένην τὰ κράτιστα καὶ διεκπεπονημένην εἰς ἓν τι λόγου κάλλος ἀμήχανον. ὡς καὶ τις τῶν σοφῶν χειρὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀρίστων γοναικῶν ἑκάστης μέλος, καθότι τῶν λοιπῶν περιῆν, ἀπομιμούμενος, εἰκόνα καλλίστην ἔγραψεν.

Quemadmodum igitur is qui picturæ pulchri- A tudinem in una ejus parte positam diceret, perperam judicaret in pingendi arte; ita hoc quoque loco qui egregium oratorem unius tantum virtutis gratia eum maximo aliquo veterum oratorum comparat male admodum de ipso viro judicaverit, ut nec solem integrum contemplando satis admiraretur qui cum ex uno radio mensuraverit. Melius autem aliquis auctorem nostrum judicaret qui poetam imitando qui Agamemnoni oculos Jovis, Martis staturam, pectus Neptuni attribuit, qui, inquam, eum quem nunc laudamus, huic compararet, deinde alii ob aliam virtutem, cum tertio denique ob tertiam virtutem, et ob eam rem cujus causa perfectus esse credebatur, ad ultimum quæ fuerit Eustathii perfectio oratoria, compertum habueris. B

Ὡς γοῦν εἴ τις ἐκεῖ πρὸς μίαν ἠντινοῦν ὅλον τὸ κάλλος τῆν εἰκόνος ἀνέφερε διὰ τὴν πρός ἓν τι τῶν ἐκείνης ὁμοίωσιν, γελοῖος ἂν ἐδόκει τῆς γραφικῆς κριτὴς, οὕτω κἀνταῦθα, εἰ ἑνί γε τῷ τῶν παλαιῶν προσεικάζοι καθ' ἓν τι τῶν τοῦ λόγου μερῶν τὸν ἐξ ἁπάντων ἄριστα ἡρμοσμένον, οὐχ ἑώρκε τὸν ἄνδρα, ὡς θέμις ὁρᾷν, οὔτε τὸν ἥλιον ὅλον βλέψας ἐθούμασεν ἀκτῖνι παραμετρῶν. Γένοιτο δ' ἂν εἰκαστὴς τοῦ ἀνδρὸς οὐκ ἀνάξιος, εἰ ζηλοίη τὸν σοφὸν ποιητήν· καὶ ὡς ἐκεῖνος τὸν Ἀγαμέμνονα ὑπογράφων ὄμματα μὲν, φησὶ, καὶ κεφαλὴν ἔκελον Διΐ, Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνα δὲ Ποσειδάωνι, οὕτω καὶ οὗτος πρὸς τόνδε μὲν ἀντεξεταζος τὸν νῦν ἐπαινούμενον κατὰ τόδε, πρὸς ἐκεῖνον δὲ κατ' ἄλλο, καὶ καθ' ἕτερόν τι πρὸς ἕτερον καὶ καθ' ἕκαστον τῶν ἄκρων, καθ' ὃ τῶν λοιπῶν ἄκρος ἐδέδοκτο· καὶ τάχ' ἂν οὕτω τὴν παναρμόνιον πολυφωνίαν Εὐσταθίου ὁποσοῦν ὑπογράψαιμεν.

Jam paucis eloquentiam ejus verbis designemus. Qua idearum abundantia, qua creandi facultate lætabatur! Vox ejus quam sonora, actio quam virilis! quæ lineamentorum concinnitas! quæ vocum in loco idoneo opportunitas! quæ oris rotunditas! Equidem censeo, si quid in scientia, si in eloquentia deesse videatur, auditorem aut æmulatorem sapientiæ et sermonis Eustathiani deficere. Satis cuique erit decoris, satis dignitatis ubi sermoni suo Eustathiani aliquid immiscere poterunt, quamvis levidense fuerit. Sic omnium studia ex eo tanquam eloquentiæ deo dependebant, adeo ut quidquid profabatur vocis divinæ ac normæ C loco esset, nec absurde de illo Pythagoreorum dicto: Ipse dixit, cogites.

Ἐγὼ δ' ἵνα τὸν περὶ τῶν λόγων λόγον συνέλω (οὗ γὰρ ἐφίησιν ὁ καιρὸς ἐπιξιέναι)· ὅσον μὲν τὸ ἐνθυμηματικὸν ἐκείνου καὶ γόνιμον! ὅσος δὲ ὁ τόνος! οἷα δὲ ἡ φορὰ, ὅτε πνεύσειεν! ἡλίκη δὲ ἡ δεινότης καὶ ἡ ἀμήχανος ὥρα τῷ στρογγύλῳ καὶ κομψῷ τῶν περὶ τὴν ἑρμηνειαν ἐπιμειδιῶσα μετὰ τῆς γλαφυρᾶς τῶν νοημάτων χάριτος! Ἐκεῖνο φημί· ὡς, εἴ τι ἦ περὶ λόγου τέχνην ἠντινοῦν ἢ ἐπιστήμην ὄφελός ἐστι νῦν τῷ καθ' ἡμᾶς βίῳ, τῶς Εὐσταθίου σοφίας καὶ περιττῆς γλώττης ὁμιλητὴς ἐστιν ἢ καὶ ζηλωτής. Ἀπόχρη γὰρ πᾶσιν εἰς λογον ἀπολαμπρύσματος καὶ σεμνώματος ἀντὶ ποσῶν ἰδεῶν, εἰ πρός ἓν γέ τι τῶν ἰδίων ἐκείνου καὶ ἀμυδρῶς γοῦν ἀναφέροιτο. Οὕτως ἅπαν τὸ φιλολογοῦν ὡς εἰς θεόν τινα λόγιον ἐπέστραπται τοῦτονί καὶ ὅ τι ἂν φθέγξοιτο, φωνή τίς ἐστι θεία καὶ θεσμὸς τεχνογίας ἀπάσης ὑπερανεστηκώς, καὶ κανόνων κανών μὴ κινούμενος, καὶ ὡς τοῖς Πυθαγορικοῖς τὸ Αὐτὸς ἔφατο προβαλλόμενος.

Nil mirum igitur si duæ terræ partes talem virtutis sapientiæque arcem sibi vindicant. Jam enim hæc nostra urbs a pluribus diis dilecta fuit; jam ob id certamen olivetum et Piræei amphitheatrum nuncupantur. Quod idem fere apud nos quoque contigit. Lyciæ caput suum te vindicavit, o vir egregie, qui animæ candore omnes coævos superas; te enim Ecclesiæ ad Christi instar antistitem præ- lucere decebat, qui jam antea justitia ut veste sacerdotali indutus eras. Sed antequam epithalamium sacerdotale inchoasses, Thessalonice dilecta, recognita et æmulæ talem sponsum invidens viduam simulavit ut sponso potiretur. Acre itaque certa- men inter utramque Ecclesiam exarsit, vereque ali- D quis dixerit Europam atque Asiam certasse utra te possessura foret. Una enim tibi studet utpote qui

Οὐκ ἂν οὖν θαυμάζοιμι λοιπὸν, εἰ τοιάδε καὶ οὕτως ἀρετῆς καὶ σοφίας ἀκρόπολις δυοῖν ἠπείροιν ἀμφήρευτος γέγονεν· ὡς καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς αὐτὴ πόλις θεοῖς τισι παιδικά ποτε γενέσθαι μεμύθευται, καὶ σύμβολα τῆς κατ' ἔρωτα φασὶν ἔριδος τὸν τῆς ἐλαίας θαλλὸν καὶ τοῦ Πειραιῶς τὸ μηνοειδὲς καὶ νήνεμον ῥόθιον· Οἷα γὰρ καὶ ἡ περὶ τούτου καινοτομία. Ἐμνηστεύετο μέν σοι, ὦ κάλλει τὰ πάντα καὶ κάλλει ψυχῆς ὡραῖε σὺ παρὰ πάντας τοὺς νῦν υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ἡ τῆς Λυκίας μητρόπολις· ὅτε καὶ τῆς ἱερωσύνης, ὡς ἄλλου καλοῦ παντὸς, ἐχρῆν σε τῇ Ἐκκλησίᾳ προκεῖσθαι μετὰ Χριστὸν ἐκτυπὲν ἀρχέτυπον, τὸν καὶ πρὸ τοῦ σεμνοῦ ποδήρους τὴν καπόλου δικαιοσύνην ἐνδεδυμένον ἱεροθρεπέστατα Πρινὴ δὲ ἅσαι τὸν πνευματικὸν ὑμέναιον, ὑ πολυέραστος καὶ πολυμνήστη Θεσσαλονίκη αἰσθομένη

τοῦ γενομένου, καὶ ὡς βαρεῖά τις ἀντίζηλος δεινὸν ἠγησαμένη, εἰ τοιοῦδε νυμφίου ἑτέρᾳ παραχωρήσειε, χηρεύει τε παραχρῆμα ὥσπερ ἐπίτηδες, καὶ μεθέλκειν πειρᾶται πρὸς ἑαυτήν. Δεινὴ δέ τις ἄρα ἔρις αὐτὴ ταῖν Ἐκκλησίαιν ἀμφοτέραιν· ταύτὸν δὲ εἰπεῖν, Ἀσία καὶ Εὐρώπη ἀνέῤῥωγεν. Ἡ μὲν γὰρ ὡς ἤδη μνηστῆρος ἀπρὶξ περιείχετό σου, καὶ δεινὰ πάσχειν ᾤετο, εἴπερ ἐγγυηθεῖσά σοι, ἄλλως δὲ καὶ ὑπερκειμένη, καὶ πάσας τὰς ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν εὖ γεγονυίας ὑπεραίρουσα προσέτι δὲ καὶ πατρικῶν μύρων ἀπόζουσα ἥδιον, εἶτα παραγκωνισθεῖσα καλοῦ μνηστῆρος διαζυγήσεται· ἡ δ' αὖ πάλιν, ἅτε μετὰ τὴν βασιλίδα πολιν πρώτη δυσμόθεν ἀνίσχουσα πανευδαίμων, καὶ ὀσφραδίοις μαρτυρικοῖς ἀντιπνέουσα οὐκ ἀνασχετὸν ἡγεῖτο παρευημερηθῆναι καὶ ἀποσφαλῆναι τοιοῦδε καὶ οὕτως ἐρασμίου καλοῦ. Οὔκουν ἀνῆκε λέγουσα πάντα καὶ πράττουσα, ἕως τῷ καλῷ σοι νυμφίῳ, καὶ οἵῳ οὐδέπω πρότερον, ἥρμοστο, οἶμαι. μᾶλλον δὲ οἶδα σαφῶς, ὡς οὐδ' ἐσαῦθις ἁρμοσθήσεται ποτε, ὅτι μηδ' ὁ ἐσόμενος χρόνος, οἷός τε ἔσεται φῦσαι ἀνθρώπου τοιόνδε χρῆμα, ὁποῖον σὲ τελευταῖον τῶν κατὰ Χριστὸν ἀρχιερέων σοφῶν ὡς ἐν γήρᾳ καὶ ὀψίγονον ἔτεκεν ὁ πάντα γεννῶν καὶ φθείρων· ὡς καὶ τῶν Ἑλληνικῶν στρατηγῶν ὕστατον εἴρηκέ τις τὸν ἀρχαῖον Φιλοποίμενα.

olim ipsi sponsus eras, et ægre prorsus ferebat si sponsa ut fuerat, ac præterea cœlo orientali ac myrrha vernacula gaudens alteri postponeretur. Altera, secundum urbem imperialem prima inter civitates Occidentis et pretioso martyrum cruore madefacta te privari, tali tantoque viro moleste ferebat. Quare nihil intactum nec dicendo nec agendo reliquit donec tua fieret sponsa. Equidem compertum habeo nunquam fore ut meliori adjungatur; nunquam enim ætas futura virum tibi similem ferret. Ut enim olim Philopœmen ultimus ducum Græcorum insignis fuit, sic te ultimum in Christo antistitem tempus ferax rerum edaxque in lucem edidit.

Τίς γὰρ, οἷος σὺ, τοῦ λοιποῦ ὑψηλὸς τὸν βίον, τὸν λόγου μετέωρος, τὴν ἱερωσύνην αἰθέριος, καὶ ὡς ἀπ' αὐτοῦ τοῦ θρόνου Χριστοῦ θεμιστεύων ἄντικρυς, εἶπω δ' ἄν, καὶ ὡς ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκρωρείας τοῦ Σινᾶ χρηματίζων λογιζόμενος, ὅπως βίου μὲν τοῦ κατὰ σὲ προβῆναι περιωτῇ, ἢ ἐπ' αὐτὸν ἐλάσαι τὸν βατῆρα τοῦ λόγου, οὐδ' ἂν ἑνὶ τῶν ἁπάντων ἐγγένοιτο; Εἶσω δὲ δῦναι νεφέλης τῶν παρὰ σοὶ νοημάτων, καὶ λογικῶν ἀκοῦσαι μεθόδων, οὐδὲ τοῦτο προστυχόντος, ὅτι μὴ Μωσαϊκοῦ τινος ἦν ἀνδρός· ὁ δέ γε σύμμικτος καὶ πολὺς κάτω που περὶ τὰ κράσπεδα τοῦ ὄρους εἱστήκει, μόνης τῆς θεσπεσίας ἠχοῦς ἀγαπητῶς ἀκροώμενος. Πολλοῦ γε μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς ἔδει τὴν σὴν καταθαρσεῖν ἔντευξιν θηρίον ὁτιποτοῦν, ὡς ἐγγὺς γενέσθαι μὴ μετὰ φρικῆς καὶ δείματος, εἴτε τις φορολογικὸς ἦν λέων καὶ ἔγκατα πάντα λαφύσσων, εἴτε δυνάστης ἐνδαπὸς ποικίλη πονηρίᾳ στικτὸς ὡσεὶ πάρδαλις, εἴτε λύκος ἅρπαξ τῷ ποιμνίῳ ἐμπίπτων καὶ λυμαινόμενος. Πεφόβητο γὰρ ἅπαν τοιοῦτο καὶ περιίστατο φυλαττόμενον, μὴ τοῖς σοῖς λόγοις ὡς λίθοις βιβλήσεται. Καίτοι τι τοῦτο ὡς τι θαυμαστὸν εἴρηται, ὅτε καὶ βασιλεῦσιν αὐτοῖς οὐκ ἀσπουδεὶ παρῆν ἐντυγχάνειν σοι, καὶ ὡς τοῖς ἄλλοις, ἐκ τοῦ ὑπέρφρονος, σὺν αἰδοῖ δὲ μᾶλλον καὶ ὑποστολῇ, ὁποίαν σχεῖν ἂν καὶ μαθηταὶ πρὸς διδάσκαλον; Ἅγιον μὲν οὖν καὶ φοβερὸν ἀνυμνοῦσι τὸ ὄνομα Θεοῦ οἱ ψαλμοί, καὶ Θεὸν αὐτὸν οὐ μόνον φῶς, ἀλλὰ καὶ πῦρ καταναλίσκον ᾄδουσι· καὶ πολυόφθαλμοι Σεραφεὶμ βλέπουσι μὲν διαπαντὸς τοῦτο τὸ πρόσωπον· οὐκ ἀτενέστερον δὲ κατεμβλέπουσιν, οὔτε ὅλον καὶ ὅλοις ἀναπεπταμένοις καὶ ὄμμασιν, ὑφ' ὅσον αἱ πτέρυγες, αἵτινές ποτέ εἰσιν αἱ πτέρυγες αὗται, παρισταλμένοις δὲ παρρῶσι, καὶ παρανοίγουσι. Καὶ ἥλιος δὲ οὗτος ὁ αἰσθητὸς, οἷς μὲν ἀπόχρη μόνων ἀπολαύειν ἀκτίνων, ἥδιστος ἀστέρων καὶ οἷον ὀφθαλμοῖς ἐστιν ὄψεως· εἴ τις δὲ ἀναιδέστερον ἀντιβλέπειν αὐτῇ τῇ παγαίᾳ τῶν ἀκτίνων σφαίρᾳ φιλονεικήσειε, θᾶττον ἂν ὑφέξει δίκην τῆς ἀσυμμέτρου ταῖς κόραις ἀντοφθαλ-

Quis enim alius præter te nascetur cum pari morum dignitate, fulmen eloquentiæ, orator, judex sanctus, ut ita dicam, quasi e Christi throno, ut e summo Sinai oracula reddens? Quis te vitæ sanctitate, quis eloquentiæ vi unquam æquabit? Cogitationum porro tuarum cursum sequi, te docentem audire paucis admodum dabatur, quos vel ad montis radices vocis divinæ sonum audire juvabat. Quo magis igitur te præsente nemo non delectabatur, si forte animal rapax apparebat, sive leo tributorum exactor intestina nostra devoraturus, sive panthera maculata, id est dynasta domesticus, sive lupus gregis inimicus et insidiator processerit. Hi omnes enim te præsente absconditi consistebant loco, ne verbis tuis quasi totidem lapidibus tangerentur. Quid mirum? siquidem ne reges quidem ipsi te coram immoto vultu æquave mente aspicere sustinuerunt, imo, ut alumni, dicto audientes et modestos se gerebant. Psalmi nomen Dei ut sanctum, ut lumen, imo ut ignem devorantem prædicant. Seraphim multoculi vultum ejus non directe, sed ex obliquo et oculis semiapertis contuentur, et parum alas suas explicant. Pari modo sol hic visibilis iis tantum astrum jucundissimum erit qui radiis ejus fruentes contenti sunt. Qui autem rectis illud oculis intueri ausus fuerit, haud impune et cum maximo visus detrimento fecerit. Sic tibi quoque nemo nisi plane imprudens et temerarius, tibi qui solem divinum reddis, inania loquens aut incongrua faciens appropinquaverit; quicunque enim abs te reprehendebatur idem pati putabat quam si terra ante pedes dehisceret. Tu enim in tradendis Musarum artibus vera et doctrina et disciplina utebaris, aliter ac *ille vir strenuus qui*, teste Homero, *insontem quoque culpæ* accusarit. Ratione item, non vehementia duce, sontium ac reorum animos culpam confitentium et reprehensionem vitæ admittentium ad pœnitentiam compellebas. Sic tibi, vir maxime venerande, casta venustas ade-

rat, et incantamentum honorificum te ut sanctitatis propugnaculum ubique sequebatur. Tu homines qui a principio minus te digni videbantur, rationis et orationis auxilio, ac nonnunquam aquæ purificatoriæ ope ad resipiscendum perduxisti. Ille Clearchus, Laco natione, Xenophonte teste, vultu tetro, rauca admodum voce erat, quod tamen nequaquam obstaculo fuit quin militibus suis in pugna splendidus hilarisque antesignanus fuerit. Tua morum lenitas jucundo semper tenore occurrentibus arrisit, idque tum quoque, ubi justa ira in malos exardescebas. Quis autem abs te vituperatus, dummodo non cum anima vili esset, non contentus fuerit, verba audiens consolatoria magis quam vituperatoria, rosas plus quam spinas ea æstimando? Sic nec mansuetudo tua sine aculeo erat, quo opus habebat ad vim admonitionibus dandam; nec acrimonia jucunditate carebat: utrumque enim felicissima mistura consociatum erat. Tu ipse probe nosti nihil eorum quæ aut cum sudore elaborasti, aut per ludum composuisti, litterarum studiosos fugere, siquidem res tuæ in foro et viis publicis fando repetitæ in proverbium abierunt.

μήσεως. Κατὰ ταυτὰ καὶ τῶν προσιόντων σοι, τῷ καθ' ἡμᾶς θεοειδεστάτῳ ἡλίῳ, οὐκ ἀνδρεῖος ἦν, ἀλλ' ἄνους καὶ ἰταμός, ἀγνοῶν, ὅποι ποτὲ κινδύνου φέρηται, ὁ μὴ πάνυ τι εὐλαβῶς προσιὼν παὶ πεφυλαγμένος, μήπου τι ἐκμελὲς παραφέγξαιτο, ἢ ἄλλως ὑπαγροικίσαιτο. Τὸ γὰρ ἐπιτιμηθῆναι παρὰ σοῦ ἴσον ἦ τῷ γε μαινομένῳ, καὶ τὴν γὴν διαστῆναί οἱ αὐτόν. Οὐ γὰρ ψυχαγωγῆσαι μόνον ἐμμούσως ἐπαγωγότατος ἦσθα καὶ χαριέστατος, ἀλλὰ καὶ ἐπιπλῆξαι παιδευτικῶς ἐμβριθέστατος· οὐ κατὰ τὸν παρ' Ὁμήρῳ δεινὸν ἄνδρα, ὃς τάχα κεν, φησὶ, καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο. Τὸ γὰρ εὐλόγῳ καὶ καιρίῳ πλέον ἢ τῷ σφοδρῷ βάλλων, ἐπέστρεφες τὸν ὑπαίτιον, ὡς μηδ' ἂν αὐτὸν τὸν ἐπιτιμώμενον ἀπαρνεῖσθαι τὸ μὴ οὐ δικαίως εὐθύνεσθαι. Οὕτως ἦ τε ἁγιοπρεπὴς χάρις ἐπεμειδία σοι, μακαριώτατε ἀνδρῶν, καὶ τὸ φοβερὸν ὥσπερ τι θεῖον ἁγιότητος παρείπετο δορυφόρημα· ὡς τοὺς ἐντευξομένους, ὑφορωμένους μὴ τῶν σῶν χαρίτων ἐκπέσοιεν, ἢ ταῖς σαῖς ἐπιτιμήσεσι περιπέσοιεν, συνάγειν εὐλόγῳ δέει τὸν νοῦν, καὶ κατὰ τοὺς τελεσθησομένους μόνον οὐ περιῤῥαντηρίων δεῖσθαι καθάρσεων. Καὶ Κλέαρχος μὲν ὁ Λακωνικὸς, ὥς που Ξενοφῶν ἱστόρηκε, καὶ στυγνὸς ἦν ὁρᾶν καὶ τραχὺς τῇ φωνῇ· ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον στυγνὸν ἐν τοῖς δεινοῖς, φησὶ, φαιδρὸν τοῖς στρατιώταις ἐφαίνετο. Σοῦ δὲ καὶ τὸν ἀεὶ μὲν χρόνον ὁρωμένου καὶ φθεγγομένου, φαιδραὶ τοῖς προσομιλοῦσι προσεγέλων αἱ χάριτες· διεφαίνοντο δὲ οὐδὲν ἧττον, καὶ ὅτε ζήλῳ δικαίῳ παρεθερμαίνου κατὰ τῶν μοχθηροτέρων καὶ δεομένων τραχυτέρας τῆς ἐμβριμήσεως. Καί πού τις ἐπιπληττόμενος, μὴ πήνυ τι συώδης ὢν τὴν ψυχὴν, ἧττον ἐδόκει δάκνεσθαι ἢ ᾄδεσθαι, μέμψεων ἐπακούων γλυκυθύμων πλέον διὰ τὸ εὔχαρι, ἢ δακεθύμων διὰ τὸ ἐπίχολον· καὶ ῥόδοις χαρίτων πένεσθαι πάττεσθαι, ἢ κέντροις ἐπιστρέφουσι βάλλεσθαι. Οὕτως οὔτε τὸ χαριέν σου ἄκεντρον ἦν (ἀνειμένου γὰρ ἂν ἦν, καὶ πρὸς νουθεσίαν ἀμβλύτερον), οὔτε τὸ παροξυνόμενον ἄχαρι τῷ παντι· Ἑκάτερον δὲ δι' ἑκατέρου περιχωροῦν ἄριστα κεκραμένον ἐγκατεμέμικτο. Οὐκοῦν τίνα τῶν σῶν, εἴθ' ὅσα σπουδάζοντί σοι πεπόνηται, εἴτε σχολάζοντι πέπαικται χαριέντως, οὐκ ἀνὰ στόμα τοῖς φιλολόγοις φερόμενα περιᾴδονται; Ὧν οὐκ ὀλίγα κἀπὶ ταῖς ἀγοραῖς καὶ τριόδοις ἀκούσαι τις ὡς τὰ παροιμιώδη περιλαλούμενα.

Tanti et tam boni viri mortem luctus omnium civium secuta est, præsertim ejus urbis quæ, ut uxor marito privata, luctu oppressa humi sedet, imo omne solamen recusans in defuncti tumulum projecta adeo mœrori indulget ut lacrymæ ipsius genas permeent, ut cum Jeremia loquar [2]. Jam enim corona ab ejus capite delapsa erat, et uxor inhumari quam conjuge privari malebat; imo si daretur, se ipsam marito sacrificare parata erat, ut apud Xenophontem Panthea uxor mariti amantissima.

Εἰκότως οὖν ἐπὶ τοσούτῳ καὶ οὕτως ἀγαθῷ ἀνδρὶ καὶ κοινωφελεῖ τετελευτηκότι κοινὸν καὶ πένθος ἁπάντων καθίκετο· μάλιστα δὲ τῆς ἴδιον ἀγαθὸν λαχούσης ἐκεῖνον πόλεως, ἣ καὶ νῦν, ὥσπερ τις γενναία γυνὴ παρθενικὸν αὐτῆς ἄνδρα πενθοῦσα, κάθηται χαμαὶ, μᾶλλον δὲ περὶ τὸν πολυδάκρυτον τάφον κυλινδομένη κατολοφύρεται ἀραράκλητα· καὶ τὰ δάκρυα αὐτῆς, εἴποι ἂν Ἱερεμίας κατοικτείρων αὐτὴν ὡς τὴν πάλαι Σιὼν, ἐπὶ σιαγόνων αὐτῆς. Ἔτεσι γὰρ ὁ στέφανος τῆς κεφαλῆς αὐτῆς, καὶ τὴν αὐτὴν ὑποδῦναι γῆν πρὸ τοῦ περιεῖναι, μονουμένης ἐκείνου, τίθεται. Εἰ δ' ἐξῆν, κἂν ἐπίσφαξεν ἑαυτὴν τῷ ἀνδρὶ, ὡς ἡ παρὰ τῷ Ξενοφῶντι καλὴ καὶ φίλανδρος Πάνθεια.

Hæc fere autem lugens gemensque dixerit: « Quis sine gemitu profundo, quis sine lacrymis nuntium allatum audiverit? Me miseram! Obiit pastor egregius qui vitam pro me dedit; decessit vir sapiens qui multimoda virtute valebat, antistes meus, magnus Eustathius, nomen venerandum, celeberrimum! Me miseram quæ sponsum perdidi, cui quondam feliciter nupta fui, et qui mihi nunc morte ereptus est; qui nuper, ut cum Davide loquar [3], vestiebat me coccino in deliciis et præbe-

Ἄγε μὴν ἐξάρχουσα τοῦ θρήνου εἴποι ἄν . « Τίς ἀκούων οὐκ ἂν ἐπιστενάξοι βαρὺ, καὶ πολύκρουνον ἐπισπένδοι δάκρυον; Τάλαινα ἐγώ· οἴχεταί μοι ὁ καλὸς ποιμὴν, ὁ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ ἐμοῦ τιθείς. Οἴχεταί μοι ὁ σοφὸς, ὁ πολὺς παντοίαν ἀρετὴν, ἐμὸς ἀρχιερεὺς, ὁ μέγας Εὐστάθιος, οἴμοι! τὸ σεμνὸν καὶ πολυύμνητον ὄνομα. Ἴμοι τῇ δυστήνῳ! φροῦδος ὁ καλὸς νυμφίος ἐμοῦ, ᾧ πάλαι μὲν ὑπὸ νυμφα γωγῷ τῷ πνεύματι εὐτυχῶς ἥρμοσμαι, νῦν δὲ θανάτῳ διέζευγμαι δυστυχέστατα· ὃς ἐναγχος μὲν

[2] Jerem. IX, 18. [3] Psal. XLIV, 10.

(χρησάτω γάρ μοι καὶ Δαυὶδ ἐκ τῶν ἑαυτοῦ θρήνων) ἐνεδίδυσκέ με κόκκινον καὶ χρυσοῦν κόσμον, τοὺς πολυτιμήτους ἐκείνους καὶ λαμπροὺς λόγους· νῦν δὲ σιωπῶντος ἀποκεκόσμημαι, καὶ ὄρφνινα περιβέβλημαι, καὶ οἷα καταμελαίνειν οἶδεν ὑπὲρ πᾶσαν ἀσβόλην ἡ λιγνυώδης καὶ καπνηρὰ τῆς χηρείας κάμινος. Μὴ εὐαγγελισάσθω τις τῇ πρεσβυτάτῃ Ῥώμῃ τὸν Εὐσταθίου μόρον, μηδ' ἀγγειλάτω ταῖς ὑπ' αὐτὴν Ἰταλικαῖς πόλεσι, μήποτε ἐφησθῶσιν οἱ ἀλαζόνες καὶ ὑπερήφανοι, καὶ τὰς ἐπὶ δογματικοῖς προβλήμασι διαλεκτικὰς προσβολὰς θαρσήσωσιν, ἃς τωτέως ἀντιπεριίσταντο, τὸ τῆς ἐκείνου γλώττης ἄμαχον ὑφορώμενοι. Πέπτωκεν ἀνὴρ, οὗ πᾶς ὁ κόσμος οὐκ ἦν ἄξιος· πέπτωκε, φεῦ! ὁ ὑπανέχων με, ὁ φέρων ὑψοῦ. Καὶ πῶς οὐκ ἤδη πεσοῦμαι δεῖλαία καὶ αὐτὴ, ὑποσπασθέντος τοῦ ὑπερείδοντος; Τίς οὐκ ἐπικλύσει με φλοῖσβος ὑβριστὴς, τὸν μέγαν ἀποβεβλημένην προβλῆτα, περὶ ὃν ἅπας κλύδων προσαράσσων εἰς ἀφρὸν διελύετο; Ὦ οἷον λειμῶνα χαρίτων θάνατος ἐπιστρατεύσας ἐδήωσεν οὗ καὶ Σικελικὸς πόλεμος, καίπερ διαφθείρων πάντα θεῖά τε καὶ ἀνθρώπινα πράγματα, ὡς ἀψαύστου καὶ ἱεροῦ τινος ἄλσους ἐφείσατο! Ὦ οἷον μύρον σοφίας εἰς ᾅδου κατέῤῥευσεν, οὗπερ τῷ μαρτυρικῷ μου τούτῳ προσεπιπνέοντος ἥδιστον εἰς ὀδμὴν πᾶς τις φιλόκαλος ἔθειεν! Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν ἐν ἄσμασι νύμφην ἐν μύροις ἐστηριζόμην, καὶ μύροις διπλοῖς, τῷ τε ἀφ' αἱμάτων μαρτυρικῶν καὶ τῷ ἐξ ἱδρώτων ἀρχιερατικῶν ἀπατμίζοντι· καὶ τῆς ἀπ' ἀμφοῖν εὐωδίας Χριστοῦ, κατὰ Παῦλον, χθὲς εἰς μὲν ὀσμὴν ὠσφραινόμην ζωῆς, νῦν δὲ ῥιγίστῃ θανάτου ὀδμῇ εἰς θάνατον ἀποπίνομαι. Οἷον στόμα χάρισι βρύον, καὶ παῤῥησίας εὐλόγου πέλεκυς, ὕστατα μέμυκεν! Οἵα χάρις χειλέων μυρίπνους κέχυται κατὰ γῆς! Οἵα γλῶττα πυρίπνους ἀπέσβηκεν! Ἰλίκη διέπτη φωνή! Ὦ σχῆμα καὶ πρόσωπον, αὐτοσεμνότητος ἄγαλμα, εὐλαβείας ἀκρόπολις! Ὦ ὄμματα, τῆς ἔνδον σταθηρᾶς γαλήνης ἄγγελοι, ὦ αἰδοῦς λύχνοι, ὦ σοφροσύνης θάλαμοι, ποῦ ποτε οἴχεσθε; Δεῦρ' ἴθι, φιλοσοφία σεμνή. Δεῦρ' ἴθι, χλιδῶσα δι' ἐκεῖνον ῥητορική. Παρομάρτει καὶ σύ, γραμματικὴ μετὰ χοροῦ, ὅσος ἐγκύκλιος. Καλῶ γὰρ ὑμᾶς ὡς σοφὰς, κατὰ τὸν προφήτην, καὶ θρηνούσας ἢ συνθρηνούσας, ὡς συγχηρευούσας ἐμοὶ νυμφίου κοινοῦ· ὅτι μὴ δυοῖν ἀδελφαῖν ἐπιστήμαιν κατὰ τὸν θεῖον Ἰακὼβ, ἀλλ' ἁπασῶν ἁπαξαπλῶς ἦν ἀνὴρ ὁ ἀνὴρ· οὐδ' ἔθνους ἑνὸς φυλάρχους δώδεκα, τῶν δ' ἑκασταχοῦ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς σχεδὸν ἁπασῶν ἐκκλησιῶν ἡγεμόνας δι' αὐτὸν ἐτεκνώσατο. Ὥστε καὶ πάσας ἐκκλησίας ὡς ὀρφανίας προγόνου κοινοῦ κατὰ λόγον συγκαλέσω τοῦ θρήνου συναπάρχεσθαι, καὶ πρό γε πασῶν τὴν πρεσβυτάτην ἁπασῶν μητέρα, τὴν νέαν Σιών, ὡς τοῦ καλλίστου, ὃν ἠγάπα, πεσόντος κατὰ τὴν προφητικὴν ἀπειλήν. Οὕτω γὰρ τραγικώτερον περιστήσομαι κύκλον εἰς ξυναυλίαν πένθους κοινοῦ καὶ συμφορᾷ κοινῇ πρέποντος. Ἤ που καὶ ὡς Αἴγυπτος ἐπὶ πολὺ τὸν Ἰακὼβ τοῖς περὶ τὸν Ἰωσὴφ

bat ornamenta aurea cultui meo, id est orationibus splendidissimis. Nunc autem ubi silet, ornamento exuta, nigris induta vestibus incedo et caligine viduitatis omni nigredine atriori. Absit ut quis veteri Romæ aut cæteris Italiæ urbibus Eustathii mortem ut lætum afferat nuntium, ne superbi et invidi de calamitate nostra gaudeant et novo ardore fidei quosdam aggrediantur articulos, quod hucusque facere ausi non sunt, Eustathii eloquentiam victricem timentes. Sic vir e vivis secessit, quo totus non dignus erat mundus. Eheu! occidit præsidium meum. Et quomodo egomet rebus desperatis ipsa non cadam? Diri posthac fluctus me propugnaculo privatam vexabunt, qui antea scopulis allisi in spumas abierant! Quod pratum amœnum mors vastavit, quod bellum Siculum, quod omnia divina et humana ædificia destruxit, tanquam lucum diis sacrum intactum reliquit. Jam pretiosum sepientiæ balsamum profusum est, quod odoris suavitate omnes qui res præstantes amant allexit; et ex utroque ego heri secundum Pauli verba Christi dulcem odorem vitæ gustavi; nunc autem mortis horribili odore suffocor. Cum eo vita defuncto os gratiosum, instrumentum magnæ libertatis, periit! Labia balsamica obmutuerunt; lingua ignivoma exstincta est. O vultum archetypum summe venerandum, arcemque prudentiæ! O oculos perpetuos veræ lætitiæ indices, qui verecundiam, qui castitatem demonstrabatis, quid evasistis? Adesto, Philosophia, adesto, Rhetorica, ab Eustathio tantopere promota! Adesdum tu quoque, Grammatica, cum satellitibus tuis. Lamentatrices vos statuo sapientes, secundum verba prophetæ [4], ut, viduæ cum sitis et ipsæ, magnum sponsum mecum plangatis. Non enim tantum ad instar Jacobi patriarchæ, scientias geminas uxores ducebat, sed omnium una maritus erat; nec unius populi duces numero decem, sed omnium provinciarum Romanarum duces procreavit. Hanc ob causam omnes civitates avo communi orbatas in spiritu convoco ut planctum mecum ineant; sed ante omnes omnium avitam, novam Sionem, cujus præstantissimus filius (secundum prophetæ verba) quem unice diligebat, decessit. Ita enim majori lugentium caterva stipatus ero, ut in communi calamitate convenit. Quemadmodum enim Ægyptii cum Josepho ejusque familia Jacobum diu lugebant, ita multi exteri cum Romæis salem apostolicum terræ, solem universi evangelicum qui hinc inde virtutis ac sapientiæ splendorem effundit, desiderio suo prosequuntur. Hic enim sol non ad me solum, sed per universam almam terram radios suos emisit. Nunc autem, ubi communis omnium pharus exstincta jacet, caligo non brevis, sed diuturna, imo æterna tellurem occupat, postquam sepulcrum sidus coruscans devoravit. Per has tenebras, animalibus rapacibus ac furibus justo

[4] Jerem. IX, 17.

amiciores, que me miseram calamitas manet! Publicanis et vectigalium exactoribus præda facilis et grata ero, quam pastor egregius non amplius custodit, curaque particulari ac sollicitudine prosequitur. Somnum enim æternum dormit Eustathius telis exutus, quibus nos contra malos defendebat; qua pastor alter Davides [5] erat qui ursum ac leonem raptorem, ove e gula erepta, occidit, « sicut pastor, teste Scriptura [6], de ore leonis duo crura aut extremum auriculæ eruit. » Aut enim ad Dominum preces effudit, aut regum animos permovit, et mala fortuna evanuit. Nunc vero, proh dolor! postquam quieti se daturus in lectulo recubuisset, me insalutato, diem obiit supremum. Tanto viro quomodo misera ego superstes ero? »

A συνεπάνθησεν, οὕτω καὶ τῶν ἑτεροφύλων, πολλοὶ Ῥωμαίοις συνολοφύρονται τουτονί, τὸ ἀποστολικὸν ἅλας τῆς γῆς, καὶ κόσμου παντὸς εὐαγγελικὸν ἥλιον, καὶ ὡς ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ διϊκνούμενον ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ σοφίας καὶ ἀρετῆς περιλάμψεσιν. Εἰ γὰρ καὶ ὡς ἐν δίσκῳ τῷ κατ' ἐμὲ περιβόλῳ περιεγράφετο, ἀλλὰ τὰς ἀκτῖνας ἐς πάντα πολυφόρβου πείρατα γαίης ἐξέτεινε. Καὶ νῦν τούμοῦ καὶ κοινοῦ λαμπτῆρος ἐκλελοιπότος, σκότος τῷ παντὶ σχεδιάζεται, οὐκ ἐν μορίῳ χρόνου βραχεῖ, ἀλλ' ἐς τὸν ἀεὶ καὶ εἰς ὅσον ὁ στυγερὸς οὗτος τοῦ τάφου λύχνος, ὡς λύχνῳ μέδιμνος ἀντιφράττων, ἐπιπροσθήσειν. Ὑπὸ δὲ ζόφῳ τοιῷδε, κλέπταις καὶ θηρσὶ νυκτὸς ἀμείνονι, τί τῶν δεινῶν ἡ σχετλία οὐ πείσομαι; Πάντως φορολόγοις ἐκκείσομαι· πάντως δασμολόγοις βρωθήσομαι, ὡς ἑτοίμη καὶ ἀγαθὴ θήρα, καὶ τοῖς ἀνθρωποφάγοις τούτοις θηρσὶν ἔκδοτος· Οὐκέτι γὰρ ἐπαγρυπνήσει μοι ἐκεῖνος ὁ μέγας ἐμὸς ποιμήν, καὶ μυρίοις διεγκηγορὼς ὄμμασιν· οὐ φυλάξει νυκτὸς καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπ' ἐμὲ φυλακάς· καθεύδει γὰρ ὕπνον οὕτως παγκρατῆ καὶ τοῦ συνήθους μακρότερον· ἀτρεμὴς δὲ σφενδόνη λόγων ἐκείνου, καὶ οὐκέτι φοβεῖ θηρία πονηρὰ βάλλουσα. Ἄλλος γὰρ ἦν οὗτος τὴν ποιμαντικὴν Δαυὶδ ἄρκτον τύπτων καὶ πατάσσων λέοντα, εἴποτε λάβοι τι τῆς κατ' αὐτὸν ἀγέλης ἐπιών, ὅπερ καὶ ἐξέσπα τοῦ στόματος· « ὡς ὅτου ἐκσπάσῃ, φησίν, ὁ ποιμὴν δύο σκέλη, ἢ λοβὸν ὠτίου ἐκ στόματος λέοντος. » Ἡ γὰρ ἀλαλήτως ἐδόα πρὸς Κύριον, ἡ βασιλεῦσιν ἐπέστελλε, καὶ παραυτὰ τὸ λυποῦν ὥσπερ τι νέφος παρίπτατο. Νῦν δὲ ἀλλὰ καὶ ὁ τοιόσδε φεῦ! ἁρπάγη θανάτῳ νυκτὸς ἐπιπεσόντι, ὅτε πρὸς βραχὺ τοῖς μεθημερινοῖς μόχθοις ἐπινυστάξας κατακλιθείη ἐπὶ στρωμνῆς, οὐδὲ λοισθίου μεταδούς μοι προσφθέγματος, οὐκ ἐπισκήψας τὰ ὕστατα, οὐ τὰ ἐξιτήρια συνταξάμενος. Εἶτα τοιοῦδε ἀνδρὸς ἐκπεσοῦσα, ἐπιβιώναι ἡ δυσδαίμων ἀνέξομαι;

Hæc et alia hujusmodi cum gemitu clamans Thessalonice mortuum deplorabit et in vanum evocabit: semper enim tam chari capitis, præsertim inter res adversas, memor erit. Tu quidem, beatissime ac sapientissime antistes, cum summa tranquillitate e vita excessisti, nullo morbo, nulli curis terrestribus vexatus; corpus enim tanquam indusium sine animi dolore exuisti. Corporis enim membrorum rationi consentaneum gessisti curam, ut mortem quam longissime procrastinares. Ut enim globus uno tantum puncto terræ superficiem tangit, sic quoque corpus tuum quam minime animam contrectabat, ne per sensuum voluptates damnum inferretur. Cum dein in somnum qui curas solvit labereris, oculis temporibusque quietem dabas; dein primo somno alterum, somno interrupto somnum diuturnum, brevi longum, leni durum substituisti, et sic somnum sanctorum Dei dormivisti qui Domino placet. Manus non mortales oculos tuos clauserunt, aut membra tua frigore contracta in lecto reposuerunt; sed somnus dulcis atque incantator te sopitum et animo lætum per somniorum portas ad mortem, aut, ut verius dicamus, ex hoc domicilio terrestri in cœlestem illam patriam traduxit, quemadmodum Ulysses post varios casus ex insula non sua somno sepultus in sua appellit ubi in lucem editus fuerat. Ad Jacobi enim patriarchæ exemplum, finitis mandatis quibus filios instruebas, pedes tuos super lectulum collegisti, et obiisti [7]; tu ut Jacob scalam

B Πολλὰ τοιάδε Θεσσαλονίκη πολλάκις ἀνοιμώζουσα καὶ κωκύουσα, ποθήσει τὸν οὐκέτι παρόντα, καὶ μάτην ἀνακαλέσεται, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς δεινοῖς μεμνήσεται. Σὺ γάρ, ὦ τῶν πώποτε πανσόφων ἀρχιερέων μακαριστότατε, μετέβης ἐνθένδε ἵλεως, καὶ ἄτρυτος νόσοις, καὶ πάσης θνητῆς δυσχερείας ἀπηλλαγμένος, ὡς χιτωνίσκον ἐκδεδυκὼς τὸ σῶμα, εἶτ' οὖν ἀποθέμενος, οὐ βίᾳ περιπλεκομένου καὶ ἐπισπωμένου ἀπερρωγώς. Πάλαι γὰρ τὰς σχετικὰς τοὐδε ἀντιλαβὰς ἐξαλυσκάζων, ἀπεστάτεις φιλοσόφῳ μελέτῃ θανάτου· ἀκροθιγῶς δὲ παραψαύων καὶ βραχεῖ ποδὶ καὶ οἷῳ ἄν τις ἐν ἐπιπέδῳ ἐπιφανείας ἐφαπτοιτο σφαῖρα, τοσούτῳ περιέκεισο ἢ παρήρτησο τούτο, ὅσῳ μὴ ζημιοῦσθαι τὰ παρ' αὐτοῦ εἰσφερόμενα τῇ ψυχῇ φυσικά τε καὶ ὀργανικὰ πρὸς ἀρετὴν C ὑπουργήματα· ὡς ἐπὶ λυσιμελεῖ δὲ ὕπνῳ ἀνακλιθείς, δέδωκας ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ τοῖς κροτάφοις ἀνάπαυσιν· εἶτ' ἐλελήθεις ὕπνῳ ὕπνον ἐπισυνάψας, τῷ διακοπτομένῳ τὴν ἐγρήγορσιν τὸν συνιχῆ τῷ βραχεῖ τὸν μακρότατον, καὶ τῷ ἀδεδαίῳ τὸν χάλκεον· καὶ οὕτως ὑπνώσεις εἰς θάνατον ὁσίων Θεοῦ καὶ Θεῷ τιμιώτατον. Οὐ χεῖρες θνηταὶ καθεῖλον ὄμματα σά, ἢ μέλη, ἐπὶ λέχους νεκρούμενα ἥρμοσαν· ὕπνου δὲ πανάπαλος ἐπαφή, τοῖς φίλοις ἑαυτῆς θελγήτροις εὐνάσασα καὶ κλινοπετῆ ῥυθμισασα, ἀτάραχον οὕτω καὶ ἔποχον ὑπνηλῇ γαλήνῃ καὶ ὡς δι' ὀνειρείων πυλῶν εἰς θάνατον προὔπεμψεν, ἢ (προσφυέστερον εἰπεῖν) ὡς ἐξ ἀλλοδαπῆς τῆσδε τῆς παροικίας εἰς τὴν ἐκεῖσε πατρίδα διεπόρμθευσεν· ὡς καί τις ἡρωϊκὸς καὶ πολυπλανὴς

[5] I Reg. XVII, 34. [6] Amos III, 12. [7] Gen. XLIX, 32.

σοφὸς ἐξ ἀλλοτρίας νήσου παρὰ τῇ ποιήσει καθεύδων εἰς τὴν ἐνεγκαμένην νῆσον κομίζεται. Κατὰ γὰρ τὸν θεσπέσιον Ἰακὼβ ὡς κατέπαυσας ἐπιτάσσων τοῖς κατὰ πνεῦμα υἱοῖς σου, ἐξάρας ἐπὶ τὴν κλίνην τοὺς πόδας ἐξέλιπες· ὅτε καὶ ὕπαρ, οὐκ ὄναρ, κατ' αὐτὸν ἑώρας, ὃν αὐτὸς ἑαυτὸν διεβαθμίδωσας κλίμακα· ὡς κρηπῖδα μὲν βαλόμενος πολιτευτικὴν μετριοπάθειαν, τῇ δὲ μετριοπαθείᾳ τὴν καθαρτικὴν ἐποικοδομησάμενος ἀπάθειαν, ἐπὶ δὲ τῇ ἀπαθείᾳ τὴν νοερὰν ἐνέργειαν, ἐπὶ δὲ τῇ νοερᾷ ἐνεργείᾳ τὴν ἐπὶ πᾶσι βάθραν τῆς θεώσεως· ἐφ' ἣν καὶ ἄγγελοι πάντως ἀνέβαινον καὶ κατέβαινον, ὁδοποιοῦντές σοι τὴν ἄνοδον καὶ προπέμποντες ἀνιόντα· ἐκ μὲν συναγελαστικοῦ καὶ σπουδαίου ἀνδρὸς εἰς θεωρίαν κεκαθαρμένον, ἐκ δὲ θεωρητοῦ πρὸς νοερόν, ἐκ δὲ νοεροῦ πρὸς Θεόν. Οὕτω καὶ ἡ κατὰ σὲ κλίμαξ ἐστηρίκτο μὲν ἐν τῇ γῇ, τὴν δὲ κεφαλὴν εἶχεν ἀφικνουμένην εἰς οὐρανόν, ἐφ' ἧς καὶ ὁ Κύριος ἐπεστήρικτο, εἰς ὃν ἀνῆλθες ἐξ ἡμῶν τῶν χαμαὶ ἐρχομένων διὰ τῆς ἀναγωγῆς ταύτης κλίμακος, Θεὸς ἀγγέλοις καταιοῦσι καὶ συναναιοῦσι δορυφορούμενος. Ἔχοιμ' ἂν λέγειν, καὶ ὡς ἀποστολικῶς τὸν δρόμον τετέλεκας. Ἀμέλει τοι καὶ ὡς ἐν φυλακῇ, τῷ βίῳ τῷδε, καὶ σὺ κατὰ τὸν κορυφαῖον Πέτρον τηρούμενος, ἐδέδεσο δυσὶν ἁλύσεσιν, ὑπνῳ καὶ δεσμῷ φυσικῷ· ἀλλ' ἐπέστη σοι ἄγγελος Κυρίου, ὡς ἐκείνῳ κειμένῳ νυκτὸς, καὶ παραχρῆμα ἐξέπεσον ἀπὸ σοῦ αἱ ἁλύσεις αὗται, καὶ τῆς φυλακῆς ἐξῆεις ἄδετος, καὶ ἠκολούθεις τούτῳ ψυχαγωγοῦντί σε. Τάχα που καὶ ὅραμα κατ' ἐκεῖνον ἐδόκεις βλέπειν ἀμφιγνοῶν, εἰ ἀληθές ἐστι τὸ δι' αὐτοῦ γινόμενον· ἕως τῆς σιδηρᾶς πύλης αὐτομάτως ἀνοιχθείσης σοι, τῆς φερούσης εἰς τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν ἐξῆλθες, ὄντως καὶ σαφῶς, ἔγνως, ὅτι ἀληθῶς ἐξαπέστειλε Κύριος τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἐξείλετό σε ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου. Μᾶλλον δὲ ὁ Κύριος αὐτὸς μέσης νυκτὸς ἐλθών, ἐγρηγορότα σε ὑπὸ λύχνῳ διακρίσεως καιομένῳ, καὶ σωφροσύνῃ τὴν ὀσφὺν περιεζωσμένον εὗρεν. Εἰ γὰρ καὶ φυσικῶς ἐκάθευδες, ἀλλ' ἡ καρδία σου ἄλλως ἠγρύπνει, κατὰ τὰς φρονίμους παρθένους ἄσβεστον τὴν λαμπάδα κοσμήσασα. Τούτῳ τοίνυν καὶ τῷ καλῷ νυμφίῳ ἀωρὶ τῆς νυκτὸς ἐλθόντι ἑτοίμως ἀπήντησεν.

non per somnum, sed veram vidisti, cujus gradus pertransiisti, a moderatione in rebus mundanis ut fundamento exorsus, animam a cupiditatibus liberans, spirituale instituens regnum, summum autem gradum divinitati attribuens; scalam, inquam, per quam angeli ascendebant et descendebant, viam tibi monstrantes, et Eustathium, qui per episcopatum ad contemplationem præparatus erat, a contemplatione a Dei ipsius intuitionem perducentes. Sic quoque scala ante oculos tuos posita cœlum attingebat, et in cujus apice Deus residebat; per quam, nobis humi relictis, per medios angelos, deus factus ipse, ad Deum ascendisti, et ut apostolus iter tuum confecisse mihi videris. Nam procul dubio, sicut Petrus princeps apostolorum, tu quoque in carcere duabus vinctus catenis, somno ac corpore tenebaris, sed angelus Domini ut illum quondam noctu, nunc te adiit, et confestim catenæ ceciderunt de pedibus tuis, et vinculis exemptus eum qui animam tuam traducebat, sequebare. Tu quoque fortasse, ut Petrus, visionem videre tibi videbaris, et utrum ab angelo facta vera essent dubitabas, donec porta ferrea sponte aperiretur et in urbem egregie obmunitam egressus videres, Dominum vere angelum suum misisse qui te è mortis manibus eriperet. Quin Dominum ipsum media nocte expergefactum zona honestatis te cinctum reperiisse crediderim. Quamvis enim corpus tuum dormiret, mens tamen tua vigilans, ut virgines prudentes, lampadem ardentem ornabat. Quare ad obviam Sponso eundum hora noctis intempestiva paratus eras.

Ὄντως τοῦ πάλαι χρυσοῦ γένους κόμμα σὺ λοιπόν· καὶ παρὰ τοῦτο κατὰ τὰ πάτρια ἐκείνου βιοὺς, οὕτω καὶ τέθνηκας μαλακῷ δεδεμένος ὑπνῳ· μᾶλλον δὲ συζεύξας ξυνωρίδα ἀδελφῷ διδυμεύοντι, ὕπνον καὶ θάνατον, ξυνωρικεύσω, καὶ ἐπετάσθης εὐθὺ τοῦ χώρου τῶν ζώντων, καὶ τῶν οὐρανοῦ πυλῶν ἀνοιγομένων σοι χαίρων εἰσίδυς, κατὰ στολὴν ἀρχιερατικῆς δόξης ἠμφιεσμένος, καὶ τοῖς ἀμφιπονουμένοις τὸ ἐκεῖσε θυσιαστήριον προστιθέμενος. Ἔνθα τῶν μὲν περὶ τὸν Ἀαρὼν καὶ Σαμουὴλ ὁ θίασος ὑπανίστανταί σοι καὶ προεδρίας παραχωροῦσιν, αἰδούμενοι οὐ μόνον ὡς ἱεραρχίᾳ σεμνοτέρᾳ τῇ κατὰ Χριστὸν ἐπιπρέποντα, ἀλλὰ καὶ ὡς λαμπροτέροις τῶν παρ' ἐκείνοις χρυσῶν ῥοΐσκων καὶ κωδώνων κυκλούμενον, οἷς εὐαγγελικῶς ἅμα καὶ ῥητορικῶς ὑπερήστραπτές τε καὶ ὑπερεβρόντας τὰ κατὰ τὸν ὑπόζοφον νόμον καὶ ἰσχνόφωνον σύμβολα. Τῶν δ' ἐν τῇ χάριτι πάλιν ἄκρων καὶ σοφίας στεφάνῳ τὴν ἱερατικὴν ἐπικεκοσμηκότων κίδαριν ἔνθεν μὲν Κλήμεντες καὶ Διονύσιοι προσυπαντῶσι καὶ περιπτύσσονταί σε, χαίροντες τῷ ὁμοίῳ καὶ

Ætatis aureæ tu revera superstes esse videris, et, ut tum fiebat, dulci somno irretitus mortuus es, imo post obitum in biga somni ac mortis vectus e viventium terra ferebaris, et per portas cœli apertas lætus, gloriæ archiepiscopalis veste indutus ingressus, iis quibus sacra peragere demandatum erat, accensebaris. Ibi coram te, inque tuum honorem surgent qui circa Aaronem ac Samuelem sacra faciunt, non tantum quia inter Ecclesiæ antistites mirum in modum excellis, sed quia tunica tua pluribus quam illorum tunica malis punicis ac tintinnabulis aureis interstincta erat; quam ob rem ut Evangelii prædicator et ut orator legis obscuræ symbola fulgurando superabas. Ibi tu viros ingenii ac animi dotibus ornatissimos, Clementes ac Dionysios obvios habebis et de te ut fratre gaudentes, qui ad ipsorum exemplum, philosophiam Græcam Christianæ philosophiæ, servam diligentem dominæ sanctæ subjecisti. Te Basilii et Gregorii gratissimum advenam excipiunt, et dignum qui cohæres sis judicant cum iis qui sicut tu orationibus exi-

miis et plus quam argenteis vel aureis Ecclesiam condecoraverunt. Phineæ quoque collegium eine odio et invidia te ad ipsorum partes trahunt; probe enim sciunt te ad impietatem lapsos verbis reprobatoriis acrius quam gladio vulnerasse. Tandem Christus, verbum vivum, sapientia omnium creatrix, te a dextris propre thronum sistit, majusque sapientiæ poculum offerens, novam tibi potionem propinat, quam cum hominibus perfectis in regno paterno gustare ab omni tempore destinatum erat: « Neminem enim diligit, Salomon dicit, nisi eum qui cum sapientia habitat [8]. » Tu autem qui jugiter cum illa manes, solius sapientiæ illecebris detinebaris, imo cum ea quasi cum uxore conjunctus ei vivebas, ei mortuus es, et nunc quidem ab omnibus corporis miseriis liberatus, fontis ejus æterni jnstam partem es assecutus.

κατὰ ταυτὰ σφίσιν ὑποκλίναντι τὴν Ἑλλησα φιλοσοφίαν τῇ Χριστιανικῇ θεοσοφίᾳ καὶ σεμνῇ δεσποίνῃ σπουδαίαν θεράπαιναν · ἔνθεν δὲ Βασίλειοι καὶ Γρηγόριοι δεξιοῦνταί σε, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς συγκληρονομεῖν ἀξιοῦσι μόνων, οἷς κατ' ἐκείνους περιέθηκας κόσμον τῇ Ἐκκλησίᾳ πολύτιμον, λόγους λαμπροὺς καὶ δόγμασιν εὐαγγελικοῖς γεγανωμένους θαυμασίως, καὶ ὡς εἴ τις ἀργύρῳ χρυσὸς ἐπιχέοιτο. Ἤ που καὶ τοῖς περὶ τὸν ζηλωτὴν Φινεὲς οὐκ ἄζηλα τὰ κατὰ σὲ καὶ ἄλλως ἀθήρητα; Ἀνθέλκουσι δὲ σε καὶ οὗτοι πρὸς ἑαυτοὺς καὶ καθίζουσι πόρεδρον, εἰδότες, ὡς πλείους αὐτὸς ἤπερ οὗτοι πλανομίαις ἐκφύλοις συμφθειρομένους δι' ἀμφοῖν ὤθησας, καὶ τομώτερον σειρομάστου παντὸς ἐλέγχοις διήλασας. Ἐπὶ πᾶσι Χριστὸς, ὁ Λόγος, ὁ ζῶν, ἡ αὐτοσοφία, ἡ πάντων γενέτις, καὶ πάντων τεχνῖτις, ἐκ δεξιῶν καὶ ὡς ἐγγυτάτω τῶν ἑαυτῆς θρόνων παρεστήσατό σε καὶ μείζονα σοφίας ἵστησί σοι κρατῆρα, καὶ τοῦ καινοῦ προπίνει σοι πόματος, ὅπερ μετὰ τῶν ἀξίων ἐν τῇ πατρικῇ βασιλείᾳ πίνειν ἀψευδῶς ἐπήγγελτο. Αὐτός σε γὰρ οὐδὲν ἀγαπᾷ, ὡς φησι Σολομῶν, εἰ μὴ τὸν σοφίᾳ συνοικοῦντα. Καὶ σὺ δὲ, παροικῶν ἔτι δεῦρο, μόνου κάλλους σοφίας ἐάλως, καὶ μόνῃ σοφίᾳ προσετετήκεις εὐθὺς ἐκ παιδὸς, καὶ συνδιαβεβίωκας ταύτῃ καὶ ἐπανέψυξας, καὶ νῦν τὴν ἀίδιον ταύτης πηγὴν, κατάλληλον λῆξιν, κεκλήρωσαι, τῶν ἐνταῦθα περὶ τὸ σῶμα καὶ ἐν σώματι δυσκόλων ὑπεραρθείς.

Quod si nos terrestres incolas respicis, o chara anima ut sane facis; vox enim mystica nos docet hoc præmium honorificum esse justis, ut tu, aut pignus bonorum promissorum, quæ oculus non vidit, auris non audivit ef quæ in cor hominis nunquam descenderunt [9], noli hocce lacrymarum sacrificium aspernari, quod tibi quamvis super sepulcrum tuum non effusum offero (quod complecti consolationis ergo non mihi datum); quamvis istæ lacrymæ melle laudum tuarum non satis conditæ sint. Tu mihi quoque guttulam gratiæ tuæ committas; ejusmodi enim officia præstare, dummodo velis, nunc maxime magis quam antea vales. Non postea oculis nos videbimus, non per litteras confabulabimur; immensum enim spatium inter terram et cœlum sidereum, id est inter nos intercedit; attamen non desperamus fore ut tecum una simus. Ista quidem intercapedo nobis quoque transilienda, quamvis post tempus, erit. Sed alia mihi nunc intercapedo in mentem venit multo horribilior, nec minor quam distantia inter sinum Abrahami et inferni gurgitem, et ubi hinc inde transire non datur. Tu quidem in beatorum numero versaris, nobis autem maxime metuendum est ne ut divitis illius in gehenna ardentis socii ad eamdem pœnam condemnemur et in æternum a te separemur; quæ quidem separatio cum præsens tum futura animum meum gravissime angit. Faxit Deus pro misericordia et tui gratia ut Moysem et prophetas audiamus Christique Domini testimonio credamus qui a mortuis resurrexit, et ut sinceram faciamus pœnitentiam agamus, ne et ipsi in istum locum tormentis horrendum detrudamur, sed digni habeamur qui tecum Deo omnipotenti sacra per-

Ἀλλ' εἴ τι τῶν ἐνταῦθα καὶ νῦν κλύων ἐπέστραψαι, ὦ σοφὴ καὶ φίλη ψυχὴ, ὥσπερ ἄρα καὶ ἐπέστραψαι δήπου (γέρας γὰρ, ὡς ἐν ἀπορρήτοις μανθάνομεν, τοῦτο τοῖς κατὰ σὲ, εἴτ' οὖν ἀρραβὼν τῶν ἐν ἐπαγγελίαις ἀγαθῶν, τῶν οὔθ' ὁρατῶν ὀφθαλμοῖς, οὔτ' ἀκουστῶν ὥσιν, οὔτ' ἀνθρωπίνῃ καρδίᾳ καταληπτῶν), δέχοιο τήνδε ὧν σπένδω σοι δακρύων χοὴν, οὐκ ἐπὶ τῷ πολυόλβῳ καὶ πολυκλαύτῳ σῷ κεχυμένην τύμβῳ (ὅτι μηδὲ περιπτύξασθαι τοῦτον ἔνεστί μοι, καὶ τινα παραψυχὴν ἐκεῖθεν ἀρύσασθαι), οὔτε πολλῷ καὶ ὅσον ἐχρῆν ἐγκωμίων σῶν κεκραμένων μέλιτι · καὶ μοι τῶν σῶν χαρίτων ἐνσάλαξον ὁσονοῦν ψέκασμα · ἐξὸν γάρ σοι βουλομένῳ χαρίζεσθαι, καὶ μείζω νῦν ἢ πρότερον. Οὐ γὰρ ἄτερος ὀψόμεθα θάτερον τοῦ λοιποῦ, οὔτε γοῦν, ἀντεπιστέλλοντες ἀλλήλοις, τὴν ἀπόδημον ὁμιλίαν σοφισόμεθα · χάσμα γὰρ μέγα, καὶ ὅσον μεταίχμιον γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος, ἐστήρικται μεταξὺ ἡμῶν τε καί σοῦ. Καὶ εἴθε μόνον ἦν τοῦτο, καὶ οὐκ ἂν κρεῖττον ἢ κατ' ἐλπίδα ἡμετέραν ἐδόκει τὸ καὶ ἐσαῦθις συνέσεσθαί σοί ποτε · πρατὸν γάρ ἐστιν ἡμῶν ἀναγκαίως τοῦτο τὸ χάσμα, καὶ ὅσον οὐδέπω καὶ αὐτοὶ πρὸς τὰ αὐτόθι που πάντως ἐνθένδε διαβησόμεθα. Νῦν δὲ δεύτερον ἐπ' αὐτῷ χάσμα πυνθάνομαι πολὺ φοβερώτερον, καθότι καὶ ἀποτομίᾳ διαστάσεως ἀπέρρωγε πλείονι, καὶ ὅση τις ἂν γένοιτο ἡ ἀπὸ κευθμώνων ᾅδου ἐς κόλπους Ἀβραὰμ ἀγομένη διάμετρος · ὡς οὐδ' ἐτέρωσε τοῦ λοιποῦ διαβαίνειν ἐξεῖναι τοῖς παρ' ἑκάτερα. Δεδεῖναι γοῦν ἄξιον, μὴ, σοῦ γε κατειληφότος ἤδη τὴν τῶν κατὰ σὲ μακαρίων χώραν, ἡμεῖς ὡς ἀδελφοὶ τοῦ ἐν ᾅδῃ βασανιζομένου πλουσίου εἰς τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ τόπον ἀπαχθησόμεθα, καὶ τότε δὴ τότε μεγάλῳ ὄντως καὶ οὐδόλως περατῷ διαστησόμεθα χάσματι. Οὕτω καὶ

[8] Sap. VII, 28. [9] I Cor. II, 9.

ἤδη παρόντι τῆς διαστάσεως ὑπεράχθομαι, καὶ τὸ μέλλον τοῦ χωρισμοῦ πλέον περοδύμαι· δοίη δὲ Θεὸς, ἱλεούμενος παρὰ σοῦ, ἀκούειν μὲν Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν, πείθεσθαι δὲ διαμαρτυρομένῳ ἡμῖν καὶ τῷ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντι δεσπότῃ Χριστῷ, καὶ γνησίως μετανοεῖν· ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ εἰς τοὺς τόπους ἐκείνους τῆς βασάνου ἀπέλθοιμεν. ἀλλ' ἀξιωθείημεν σὺν σοὶ θῦσαι τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, εἰς τὸ ἐνδότερον ἅγιον τῆς ἀληθινῆς σκηνῆς, ἣν ἔπηξε Κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος, εἰσιόντες, καὶ τῷ ἐκεῖ νοητῷ θυτηρίῳ καθαρώτερον προσεδρεύοντες καὶ λατρεύοντες.

A agamus et in sanctissimum veri tabernaculi a Deo ipso, non ab hominibus exstructi introeamus purificaitque sacrificio supplices assistamus.

MICHAELIS ACOMINATI

CHONIATÆ

SANCTISSIMI ATHENARUM METROPOLITÆ

MONODIA

IN FUNERE FRATRIS, JUDICIORUM EPHORI IMPERATORIOQUE CUBICULO PRÆPOSITI, C. NICETÆ CHONIATÆ, HABITA·

Ex edit. Morellii. Paris. 1580, 8°, —Græcum textum post impressa Latina invenimus in cod. Paris. 1234, sæculi decimi quarti, bombycino, sed lacunis misere fœdato, quas Morellius interpres conjiciendo explevit. Exstat qualis qualis in fine hujus tomi)

—

O calamitosum nuntium! o adversum infestumque rumorem! qui simul ac improviso et insperato hominum sermone meas ad aures allatus est; illæ mox tanto terrore concitatæ sunt, ut mihi (quod delirantibus et mente captis usuvenire solet) tinnire atque circumsonare, pectusque adeo ipsum mœrore contabescens, mucrone peti transfigique videretur. Unde cruentas hasce, opinor, quas effundunt oculi lacrymas conceperunt cruentis illis guttis persimiles, quas tragœdiis perapposita scenica vulgo venustas effingit: ut mirum sit, quin et ipse attonitorum illorum fanaticorumque unus aliquis evaserim, omnique sensu privatus in columnam aliquam dirigerim. Ad hodieruum tamen usque diem in vivorum numero supersum, non ignarus quantas in miserias sim prolapsus, quarum cognitione et conscientia, querulas has voces et singultus reciprocos elicio.

Verumenimvero fieri potest, ut hac arte pœnas a me vindex Numen exigat, ne forte mente in universum captus, et sensibus orbatus, extremo hoc supplicio siccis oculis, citraque dolorem constringar, sed integra mente præditus, quæqué dolores persentiscere possit, acrius inde vivus videnque lanciner. quidquid sane tristium sensu privatur, id demum doloris expers esse dicimus. At ego etiamsi in statuam aliquam transmuter, sive lapideam illam, quæ (ut in fabulis est) mutas distillat lacrymas: sive illam, cujus in Scriptura mentio fit, quæque vulgo statua salis appellatur [1] (eodem certe mecum communique nomine, qui nihil aliud esse mihi videor, quam sal insulsum (1), idcircoque foras projectum, ut ab hominibus conculcetur), tamen ne sic quidem vindicis Adrastææ Nemesin effugi; quippe qui diuturniores pœnas luam, dum semper idem futurus, infesto numine cunctis illudendus exponor (2). Altior etiam multo vel jecur ad ipsum dolor penetrat dum cominus contemplor, qualis malorum colophon misellæ animæ insultet, qualis ærumnarum coronis pristinis malis accrescat, denique quam perniciosa rebus meis, infortunataque summa accesserit: quæ mihi, quæso, pœna jam gravior irrogari potest?

Hei mihi! charissime frater, hei mihi! quam procul a nobis dissitus es! non quanto certe heri nudiusve tertius spatio, nimirum aliquo illo chasmate, quod Græciam et Bithyniam interjacet, sed multo vastiore et remotiore: quanto scilicet Orcus a viventium regione disjungitur. Heu me miserum! quod hinc ad remotissima illa loca sis admissus, ex quibus nulla reditus ad nos spes affulget. Omni igitur videndorum de cætero liberorum tuorum, vel ab ipsis videri spe, impri-

[1] Gen. XIX,

(1) *Alludit ad illud Matth.* V, 13: *Vos estis sal terræ*, etc.

(2) *Ad Tityi fabulam alludit.*

misque adeo sororis charissimæ interclusus es. Quis hoc mihi tribuat, ut morte mea vitam tibi redimam, ut scilicet illud ipsum præstem quod tanopere divinus ille Davides expectabat (3), idque in Absalone filio, qui in eum violentus insurrexerat, ejusque vitæ insidiatus erat?

Quod si ille propriam vitam profundere non detrectaverit, modo filium moribus tam deploratis infamem a morte assereret, qui non et ipse votis omnibus nomine tuo lubens vitam morte commutare percupiam, cum præsertim mihi sis frater, omniumque adeo fratrum longe charissimus, quamvis si disciplinæ sit habenda ratio, a me per alterius cujusdam multiplicis habitus temperamentum progenitus videaris? Ambo quidem certe ex ejusdem patris semine, ejusdemque matris B sanguine ortum habuimus: natuque adeo maximus ego nativitatis limine pedem prior extuli, qui utinam limini quoque mortis prior intulissem, sicque fratres alios tanquam ex multis unus subsecutus fuissem!

Cæterum cum pater, librorum juxta liberorumque amantissimus, ex Asia Byzantium discendi gratia adduxisset quo tempore pubertatis annos attingebam magistris artium liberalium, et vivendi præceptoribus (jam enim grmmatices utilisque versuum componendorum methodi fundamenta jeceram) in disciplinam tradidit. Postea cum ibi agenti multum temporis interfluxisset, illum quoque mihi annos ad novem natum pater C in manu dedit, obtestatus ut omnium muneri, patris, inquam, alumni, pædagogi et præceptoris, in instituendo fratre vicarius succederem. Quorum sane omnium officium, pietatem, diligentiam præstiti: atque dum omnes in eorum vultus, et oris habitus, me compono, et plura etiam præsto quam a fratre expectari soleant, illorum tandem accessionibus ad summum pietatis fraternæ officiique gradum conscendi, nec remissiore vicissim studio ad eamdem ille fraternæ benevolentiæ excellentiam animo connitebatur, laboreque contendebat, præterquam quod ille vel longe plura perceperit, quam contulerit beneficia, tantisper dum apud nos moribus juxta liberalibusque disciplinis informandus conversatur. D

Cum primum vero Athenæ me meæ illumque non inter pedarios, sed primariæ auctoritatis viros, imperatoris excepit aula, sine ulla mora et confestim accipiendis rependendisque beneficiis inter nos certare desiimus. Nobis enim et ego et Athenæ multorum nec contemnendorum beneficiorum ab illo sæpenumero perceptorum conscii sumus: cum tamen a nobis ille vel nulla omnino, vel admodum pauca vicissim perceperit.

Verumenimvero tantum abest, ut sic illa fraterni amoris gratia disjuncta fuerit, cum etiam arctioribus utrinque nodis, minusque dissolubilibus coierit. Quod si quis utrique *in commune* casus infestior interveniset (ut naturalis illa sympathia animos hominum lætis exhilarare, contraque tristibus exulcerare solet), facile quivis per se conjiciat, quanto nobis inde eo potissimum tempore, quo inter extraneos constituti, amicorum cæterorumque familiarium necessitudine intercludebamur, alienaque ope destituti operas soli mutuas inter nos conferebamus, atque inter ipsa peregrinæ regionis incommoda, mutuo solatio dolorumque fomento levabamus, tanto scilicet amore patriæ desiderioque tenebamur, in qua non sine varia laborum lucubrationumque vicissitudine, artium liberalium cognitionem conceperamus, quarum argutiis et acuminibus ingenia nostra meditantes exercueramus, cum nimirum ad eos me conferrem, qui majorum gentium disciplinas et mathemata pertractabant, ille vero a me, quantum tenella pueri ferebat ætas, semper ab ipsis incunabulis ad meliora quæque et perfectiora capessenda institutus, in illis paulatim exerceretur, sicque proficeret, ut tandem velut enatis et coalescentibus pennis per illum diciplinarum orbem, et in primis sophistarum argutias, alarum levitate subvectus, jam deinceps ad ea quoque theoremata, quæ sublimioris et augustioris contemplationis indigent, subvolare posset.

Verumenimvero cum jam sumpta virili toga ad id ætatis adolevisset, quo quidem de multis hujus vitæ semitis una omnino seligenda erat, quam insisteret, aut ingrederetur, tunc temporis, (eheu, qui siccis oculis obductam reipublicæ status, tunc inaudita novitate immutati, et accisi cicatricem refricare potero!) tunc temporis, inquam, prima dissidii occasio exoriri ausa est, quæ fratrum unum idemque sentientium conjunctionem diversa vitæ conditione disjungeret. Atque mihi quidem (quem parentes a puero, tanquam sobolis suæ primitias, sacri altaris ministerio inauguraverant) vita privata vel imprimis arridebat. Itaque unam petii a Domino, ut sancto ejus templo præficerer, nec ad tantula negotia, quantulis hominum vulgus obrui solet, animum applicarem, sed potius bonas horas otio literario, evolvendisque veterum scriptis consumerem. Ille vero antequam certum ullum scholasticæ, nudave eorum quæ sunt cognitionis et scientiæ specimen dedisset, totum se in eo vitæ statu et instituto ultro collocavit, quod ad humanas actiones propensius, reipublicæ studiosius, denique pluribus expositum curis est, quam ei qui serio philosophari velit, expediat. Ut autem quod ipse sibi subjecerat, atque apud animum suum proposuerat, in melioribus auspiciis, magisque e re sua succederet, cautionem quoque et diligentiam adhibuit. Itaque facultatem et copiam dicendi, jurisque civilis scientiam quanta potuit agendi et

(3) *Quis mihi tribuat ut ego moriar pro te, Absalon fili mi, fili mi Absalon?* II *Reg.* XVIII.

cogitandi solertia, tanquam perapposita percommodaque ad rempublicam capessendam subsidia et instrumenta sibi comparavit. Siquidem me præceptore politicis disciplinis in sapientissimorum doctissimorumque virorum corona animum excoluit atque informavit; nec ita multo post vagæ volubilisque fortunæ telis expositus est.

Hæc nimirum fuit dira illa Andronici tyrannis, quæ velut hedera multiplici erraticoque lapsu serpens (sic enim tyrannidis vim depingere liceat) claviculis suis, quasi manibus herbescentem imperii nostri viriditatem complexa, repressit et suffocavit. Simul ac enim certa cum reipublicæ pernicie in ædes augustas irrepsit, quo nimirum tempore frater meus, ex scribis et amanuensibus imperatoris unus erat, tum demum lethale virus B afflare, majoreque hominum odio, quam tetra ulla immanisve bellua laborare cœpit. Et quemadmodum torvis truculentisque leæna nuper enixa venaticos canes oculis obtueri solet, ita tyrannis, si quem inter imperatoris aulicos et familiares fidum et industrium deprehendere potuit, eum statim suspectum habere, omnique ad illum procul extrudendum conniti animo et labore contendere cœpit. Illud vero utique præstitit, quam plurimosque potuit uno et eodem supplicii genere multavit.

Quæ cum præsens ille tyrannorum, aut (ut generaliore verbo utar) improborum osor intueretur, a tyranno communi hominum gurgite, et immani C belluone secedere, quam libidini crudelitatique illius inservire maluit; illud quidem audaciæ, hoc vero impietati ascribens. Itaque procul ab Jove (ut aiunt) et fulmine recedere decrevit.

Inde ergo ubi imperium in tyrannidem versum, nec amplius ulli patere videt (qui saltem veræ religionis studiosus sit), obfirmato animo contra nititur, ad studiumque juris civilis transfugiens, imperium tyrannide deformatum legum museis, Themidosque sacrariis commutat: quæque frequenti et assidua lectione ex librorum chartulis excerpere potest, ea in pectoris sui pugillares transcribit, atque adeo tandem viva legum tabula, spiransque commentarius evadit. Deinde sublata tyrannide, imperioque redivivo, ille quoque ad D res augustales obeundas, velut postliminio revertitur. Opus sane tanto commendabilius, ut quod legitimis reipublicæ gradibus succederet, quanto remotius hesterna tyrannide secessisse, vel etiam ex diametro repugnasse videbatur.

Idem præterea alio magistratu exornatus est. Tametsi vero in Thraciam non statim missus sit, ut ibi arcibus reficiendis, civitatibusque communiendis præesset, atque adeo militarium ordinum delectus haberet, id muneris tamen paulo post exsecutus est. Cæterum quo tempore de ratione vitæ intituenda consilia nobiscum inire cœpit (quia res domesticæ bene disponendæ sunt, isque A adeo se privatis in ædibus tanquam parva quadam republica exercere debet, qui ad rerum majorum communiorumque gubernacula contendit), de familia sua constituenda primum cogitavit nuptiis cum singularis exempli femina contractis, quæque Dei Opt. Max. dono obtigisse, frugi domesticarum curarum consors futura videretur, atque eo præsertim nomine in manu viri convenisse, ut carnis utrinque liberorumque communio coiret, quæ nullo temporis unquam tractu dissolveretur, et id ex hujusmodi convictu præstaret, ne viri medullæ ullum inde incommodum aut detrimentum caperent, quemadmodum pulchre Sapientis ἀποφθέγμα suadet (4). Quod fratris institutum cum plerisque innotuisset, qui recensere possim, quot primarii adolescentes affinitate sese nobiscum devincire studuerunt? Non tot hercle proci temulento agmine comessabundi ad Penelopem, quot ad illum matrimonii contrahendi interpretes, et quasi proxenetæ confluebant: quorum alii filiarum, alii sororum nuptias moliebantur. Magnifica et gloriosa ostentatione alii alios superare conantes, atque etiam venditatione quadam eorum quibus unusquisque ad nuptias illas tot nobilium procorum votis et concertationibus expetitas, maxime eniti, et nervos ætatis industriæque suæ contendere, earum denique potiri, composque fieri posset. Itaque alii vel generis, vel formæ, vel etiam utriusque præstantia gloriando, alii contra sententiarum gravitate, verborumque ponderibus, tanquam in procinctu se tutati sunt: ut mihi frater dubitans et hæsitans non parvum officii onus imposuerit, dum judicio meo socerorum delectus committit, seque vel imprimis amplexurum affirmat quidquid super ea re mihi arrideret, factoque opus esse videretur.

O animum vere fraternum, qui mihi omnia sua commendaret et concrederet, cujusque consilia a me, non secus atque ab aliquo numine, vim suam et effectum caperent! Quo hercule facto evidentissime patuit, quomodo meus ille, imo bonarum litterarum alumnus ad virtutem affectus esset: qua quidem nihil ex omnibus quæ sunt in rerum natura antiquius, aut observatione dignius arbitraretur: non opes, non formæ dignitatem, non generis claritatem, non famæ celebritatem: tametsi ea ætate esset, quæ facile hujusmodi fortunæ ludibriis et illecebris irretiri solet, et coacescere, dum ad avitas et patrias res augendas, nobilitandum genus corpusque reficiendum et curandum indulgentius quam par sit et ferventius incumbit.

Omnibus enim procis, iisque præsertim qui vel summam dotem dicerent et promitterent, non sine animi excellentia et præstantia posthabitis, illustrium Belissariotarum probitati et ingenuitati

(4) Prov. XII: *Mulier diligens corona est viro suo*, etc. Et Eccli. XXVI: *Gratia mulieris sedulæ delectat virum suum*, etc.

facile cessit, quos idem contubernium, earumdemque sub iisdem magistris artium quasi communio et societas ad necessitudinem nostram adjunxerat; illorum enim sororem, quæ in optimæ parentis oculis intra thalami parietes caste et pudice educata fuerat, duxit frater ille meus, quem Belissariotis simillimum non tam necessitudo et affinitas, quam morum convenientia effecerat. Itaque ut fratres animis non secus atque corporibus una unis in ædibus habitabant, eadem ex mensa cibos in dies capessebant, iisdem gaudentes, iisdem vicissim commovebantur, una forum, templum, conciones publicas, palatium adibant: inde rursus non singuli, sed pro more bini domum revertebantur, mirificum se alter alteri comitem præbebat, ut jam æmulandum cognationis par, et auctoramentum beatissimum in ore omnium versaretur, atque adeo maxime perspicua temperantiæ exemplaria audirent. Quandiu certe cælibes egerunt, nobile par fratrum passim hominum increbrescens pervagatum est, posteaquam vero honorabili connubio in omnibus et toro immaculato jugati sunt, tum vero illis affinis idem qui mihi frater fuit. Hi alii aliorum medullis et visceribus imis velut colliquefacti, usque adeo inhærere cœperunt, ut statim illos in unam massam concretos coiisse quivis æstimaturus esset, quæ quidem nullo temporis tractu dirimi aut intersecari posset, ea potissimum de causa, quod Belissariotæ quidem pro suis dignitatibus in urbe reipublicæ commodis consulerent, frater autem meus non in urbe tantum, sed etiam in provincias et municipia, ut jam dixi, ab aliis aliisque imperatoribus missus, rerum summæ præfuit.

Tempus quidem certe mutationi usquequaque patens et expositum, imperatoribus etiam superstitibus imperia ademit, a Sceptuchorumque manibus abrepta sceptra ad alios, ab hisque denuo ad alios transtulit: fratri autem meo honores et magistratus continua imperatorum successio integros illibatosque, nec ullius successione interruptos conservavit, imo vero qui subsequebantur præcedentibus erga illum benevolentia anteire quasi contendentes, ad pristinos illius honores aliquid insuper adjiciebant, viri nimirum virtute obstupescentes, tantumque ex imperio suo imminui existimantes, quantum de honoribus illius imminueretur.

Neque vero vulgares tantum et plebeii homines (quibus ad honores vix ullus patet aditus, quorumve conatibus fortuna tenuior et obscurior obstare solet) palatia frequentabant, quantovis pretio honorem ab imperatoribus delatum æstimabant, publicaque qua poterant arte munera, lucto addicti venabantur; sed hi etiam de quibus mihi sermo est, una cum virtutis et honesti amantibus illo se conferebant, beneque de Augustis multa munifice et large dantes promerebant, et velut sumptuosiores quidam margaritarii uniones smaragdos, lychnitasque magno pretio comparatos inde domum asportabant, satius esse rati, si dignitatum prærogativas pretio sibi compararent, quam si ab illis ultro ornarentur. Quorum certe singularem eximiamque virtutem imperatores experti, quod nimirum lucri privatæque utilitatis contemptu Aristidem, temperantia Hippolytum, Bellerophontem et Josephum, juris denique observantia Minoem, judices minime nummarii, longe præverterent, rebus illos, suis domi forisque præfecerunt, ærariorum illis, thesaurorumque et cubiculorum suorum januas patefecerunt, charissima quæque non secus atque familiarissimis concrediderunt; illos denique in aperta et propatula urbis administratione magnos logothetas, ephoros et polyarchas designaverunt. Illorum enim virtute, veluti quodam regno, civitatum gubernacula ita exornaverunt, ut ea potius ab illis, quam illi ab ullis rerum publicarum honoribus, præmiis aut splendore, Augustorum munificentia collatis illustrarentur. Imo vero, ut dicam id quod res est, ab Augustis in clarissimorum temporum suorum ornamenta, reipublicæque gubernacula ex legum præscripto moderanda quasi communes quidam harmostæ, morumve magistri, creati sunt; cujusmodi quondam magistratus suos nullo non honorum gradu cum maxima sui nominis celebritate perfunctos vetustissima illa Roma noverat, qui vicissim urbis illius, quæ cæterarum omnium facile princeps tunc temporis floreret, imperiique sui fines longe lateque protenderet, ornamenta in commune totius orbis ornamentum, communemque humanæ societatis utilitatem cedere arbitrarentur.

Ut rem paucis expediam, salva quidem sunt prosperitatis humanæ propugnacula, Pharos autem et portus, quorum illa sunt adminiculis conservata, naufragium nobis abstulit (5).

Qui tamen hoc fieri potest, ut tantorum virorum virtutes tam succincte, verbisque tam paucis ita percurram? ut plurima silentio præteream? partim quidem confusus ex eo, quod affectu sim vehementi et concitato magis quam bonis illis adducto et persuaso, quibus et in vita præditi et in morte non sine magno sæculi nostri detrimento privati fuerunt: partim vero cautius prospiciens, ne quis hanc orationem suggillet, ut quæ instituti argumenti oblita, majorem Thylaco, ut in proverbio est, accessionem fecerit.

Quandoquidem nova Sion, non secus atque vetus illa, a suis tanto in rerum discrimine deserta, in hostium manus incidit, et funditus eversa est. Quidquid etiam in ea supplementi, vel latebrarum, vel levis armaturæ beneficio, manus hostiles subterfugerat, Nicæam Bithyniæ metropolim commi-

(5) Alludit ad illud Scip. Nasicæ apud B. Aug. de Civit. Dei lib. I : *Stant mœnia, ruunt mores.*

gravit, ibique adeo nunc exsulant, qui hesterno die concivium suorum lætitiæ congratulati, hodierno, proh dolor! mœrentibus congemiscunt: ut qui beatæ antea civitati ornamento fuerunt, iidem hodie infelici solatium afferant. Iis enim ipsis quæ dicebant, quæque sapienti et magno animo disciplinæ attenti patiebantur, non parum consolationis afferebant, ignavit que pectoris et hebetioris ingenii hominibus non parvos ad fortitudinem capessendam aculeos adjiciebant.

Itaque quemadmodum Ezechiel et Daniel eos qui apud Babylonem animo deficiebant, exclamantes: *Exaruernnt ossa nostra, spes nostra* desperata cilicet *evanuit* [1]: perapposisitis colloquiis recreabant, quandiu vivis illis frui, quandiu condolentes et consolantes experiri licuit, leviora procul dubio fortunæ tela sentiebant, nec omnino a patria se sua exsulare arbitrabantur, ut qui pulcherrima civitatis suæ donaria, capitaque adeo quibus reipublicæ gubernatio innititur, etiam tum ostentarent. Non enim ex mœnibus, quamlibet illa hominum manibus affabre structa, aut tectis sublimibus, aut porticibus, aut foro exornata sint, vera civitatis forma dependet (6); sed ex hominum probitate, honestate, religione: quibus quicunque præditus est, etiam si sub quercu pernoctet, melioris ille naturæ hospes efficitur, dignior interim, quem civium suorum catalogo quælibet urbs accenseat, ne dicam mundum ipsum, quantusquantus est, hisce moribus incola prorsus indignum.

Quæ quidem omnia, tanquam piæ civitatis fundamenta, præsentes illi vel solo nutu adimplebant, ut quorum animis reipublicæ bene constitutæ forma altius impressa esset, ac si ejusdem leges animatæ, quoddamque velut superstitis Contantinopoleos propugnaculum essent. Posteaquam vero par illud fratrum sanctimoniæ fama celebrium, ad cœlestem illam rempub. paucis ante diebus evocatum est, nec ita multo post frater ille meus, qui duorum jugo tertius accesserat, eodemque quo illi senatorio munere fungebatur, una quoque cum illis assumptus, æternique senatus albo adscriptus est; tunc vero nostri illi Megalopolitani(7), qui Nicæam commigraverant, illos a se abductos senserunt, tunc uno omnium consensu nudos se, pristinæque gloriæ ornamentis spoliatos agnoverunt: tunc denique se nihil aliud quam miseros exsules et extorres, atque omnino civitate pulsos ingenue professi sunt. Quamobrem in luctus etiam æque acerbos inciderunt, atque si ipso in temporis articulo civitas illa repentino hostium incursu victa eversaque corruisset. Eninvero cum præstississimis quibusque rebus spoliata esset, cum sua illa ditissima æraria hostium direptioni exposita vidisset, quantum, proh dolor, Christianæ reipub, vinculum dissectum est! quæ civitatis unitas dissoluta concidit! quantus bonorum cumulus inversus est! qualem probitatis honestatisque triplicem funiculum(8), non calamitatum quidem, juxta sapiens illud ἀποφθεγμα disrupit στασις, aut circumstantium casuum violentia divulsit, at sola mors auream virorum illorum catenam dissolvens, sigillatimque dissipans, ad nihilum tandem redegit: cumque adeo clementissimus ille vir, optimusque Michael primus fato concessisset, ex facili illa et simplici anima tantum superfuit, quantum Megalopolitana colonia suos in usus reposuit: unicum interim dolorum solatium, locupletem illum scilicet multiscumque Joannem sibi proponens; illum, inquam, qui consilio et prudentia reliquos antecellere cives, reipublicæque adeo optime constitutæ vivum exemplar dicebatur.

Verum posteaquam paucis interjectis diebus hoc quoque fratrem subsecuto nostra colonia orbata est, atque justa funeri ejus persolvit, Nicetas frater meus supererat, quem illa prædicaret, tanquam eum, quo in uno omnes animi duorum præcedentium dotes elucescerent, cujus etiam causa non parvam animo exspectationem conceperat. Quem simul atque naufragio postremum amisit, immodicis hodie doloribus fatiscens, tanquam fluctibus adobruta, ad imumque demersa est. Hujus audita morte, dici non potest quantos in luctus inciderit Asia, quamque querulis lamentis queritanti mœstior Europa responderit, simul atque de commun omnium damno certior facta est. Quod si utrique continenti velut universale fatum tantam cladem intulit (sive probitatem utraque tuam ante experta fuerat, sive rerum a te præclare gestarum fama ad earumdem aures pervenerat), ut tam ægre mortem tuam, o charissima mihi sanctissimaque anima, tulerint, quem nos, quæso, gemitibus et querelis modum imponere debemus? qui si cujusmodicunque habitus, aut cognationis, ut jam dixi, ratio habeatur (generis enim origo eadem nobis est) innumeris afflictamur modis? nos, inquam, quibus a te officiorum infinitorum cumulus accessit, quibus tuæ virtutis ergonulla non honorisspecies accrevit, qui non exiguam ex rebus a te præclare gestis laudem nostro quasi jure nobis vendicamus, cum nunc tandem sine ulla mora et confestim nos tui splendore nominis privatos videamus (gentem alias multiplicem et proletariam, quæque per omnes Asiæ atque Europæ regiones longe lateque diffunditur, et tui nominis auspicio nobilitatur) quos tamen hoc tempore separari, aut domi quemque suæ seorsum lugere minime decebat, sed in unum potius locum coeuntes, atque tumulum tuum circumstantes, me misero luctus coryphæo, lugubrisque næniæ præcentore, tristissimis concentibus et lamentis dolorem testari conveniebat, illo non mi-

[1] Ezech. xxxvii, 11

(6) Alludit ad Lacedæmoniorum rempub. quæ viris, non mœnibus inniteretur.

(7) Constantinopolitanos intelligit.

(8) Nicetam et Belissariotas duos intelligit.

horem, quo Josephi exercitus, cum Jacobo justa persolveret, commotus fuisse fertur. Nam si hoc pacto luctus nostros instituissemus, nihil omnino fuisset, quod nobis hac in re defuisse merito quisquam objicere potuisset.

At vero cum nunc alii ab aliis sejuncti simus, conjux quidem digna quæ tecum vulgo decantatam cornicis vitam transigeret, aliquo in angulo, mediaque humi procumbentium filiorum scilicet, et puberum et impuberum, corona, pullis induta vestibus sedens, et seipsam marito, et filios parente orbatos, ejulatu miserabili lamentatur. Ex liberis autem ætate provectioribus alter aliis, nescio quibus errans in locis tacitus apud se luget querulamque monauliam prosequitur. Propinqui denique alii consanguineique quotquot Asiam incolunt, lugubris hujus tragœdiæ actus, ad eos qui in Græcia habitant, transmiserunt.

Ego porro longe infelicissimus et miserrimus frater hesterno quidem die, nudiusque tertius amplam aliunde luctus materiam nactus, cum ex publicis, tum privatis meis ipsius incommodis (9) : eo præsertim nomine, quod opulentissimum juxta et celeberrimum templum Atheniense (illud, inquam, sancte domine, augustissimum templum, quod Dei Genitrici consecratum est, talique præside in perpetuum eget) mihi commissum, cujusque adeo spirituali altari præessem, ubi quam maxime poteram sacro ministerio exhibendo assiduus invigilabam, me præsente, proh dolor! atque his oculis vidente a nefangis sacrilegis expilatum et vastatum est. Ego antem qui ante tres annorum decadas ibi velut insitus fueram, ex aula Domini avulsus, ut siccus quidam et prorsus inutilis truncus, vehementiore procellæ flatu, nunc in littora variis fluctibus adobruta, vel confragosos aliquos scopulos ejectus, nunc in depressam convallem æstuantis maris exundatione protrusus fui : his scilicet exsul in locis, sine clero, sine ulla dierum festorum celebritate, sine civitate, denique mediastinus desertæ ululæ in morem, lugubre, nescio quid, apud me tacitus de publica et privata pernicie queritor. Nunc autem, si luctus hujusmodi de rebus ulterius mihi protrahendus non sit, sola saltem memoria nunquam excidet.

At vero ille charissimi capitis obitus, qui tot meis malis instar decimæ Ægyptiorum plagæ, nimirum primogenitorum internecionis, accessit, omnem ad se planctum, omne lamentum, nænias omnes, omnes denique lacrymas attraxit. Hæc enim ille qui suæ indignationi vitam præparat, quasi manifesta quædam tormentorum gymnasia mihi prætendisse videtur, hoc autem certamen iusuper accumulasse, maximum quidem illud et summum, nec omnino periculi expers. Ex quo fit, ut pristinæ illæ plagæ leves, tuberculisque summam cutem delibantibus similes, atque adeo facile medicabiles evadant, hæc autem contra certo ictu *inflicta* sit animique recessus intimos penetret: *vel* fieri quidem potest, ut tentationum fumus indignatione Numinis ascenderit, qui futurum incendium prænuntiaret, et crebras ex oculis lacrymas eliceret, post quem afflictionum ignis exardesceret. Longe vero calidiores et diuturniores esse, quas jam luo pœnas, dies hodiernus ostendit, quo quidem carbones exarserunt, qui mihi nunquam restingui aut a cordis mei sanguine depascendo cohiberi posse videntur. Ex quo evenit, ut illæ me lacrymæ destituerint, sive quod pristinis meis malis exhausta sit aqua illa, quæ meo de capite distillabat, sive quod majore nunc sim metu perculsus, atque adeo cor meum mille antea modis afflictatum, tandem sicut fenum aruit, nec in posterum tantus aut lacrymarum rivus, aut lugubrium sermonum fons ex illo scaturire possit, quantum perturbationis ipsius magnitudo requirit, ut quo doloris illius, quem animo concepi meo, tandem ejecto pondere, levior et expeditior evadam. Quare jam mihi siccis oculis, mutisque singultibus intolerabilis, hic alioqui dolorum fetus necessario tolerandus est, cui etiam breviusculo miserabilis hujus vitæ, si quod superesse videtur, excurso spatio, commoriar, atque nescio quam subterraneorum barathrorum, marinorumque sinuum in partem projectus, jacebo : atque ita fratri, senior juniori, decrepitus perfectæ ætatis crudaque senectutis viro, conjungar.

O divina providentia, quam nullius hominum industria conjecturave ulla assequi potest, quæ modis inenarrabilibus res divinas et humanas moderaris, quæ mens, quæso, fatali judiciorum tuorum abysso se credere in eaque natare audeat! quamlibet illa philosophiæ addictissima studio, nodos dissolvere, implicataque explicare possit? Differor equidem dolore, qui me ita exstimulat, ut tale quid profari cogar, ex quo periculum est, ne temeritatis mihi nota inuratur. Qui fit, ut canus ego, telluris inutile pondus (10), qui gravi senio premor, nihilque sum, quod aiunt, quam vulnus, in quod omnia naturæ fata confluxerunt, diutius captivus hoc in terreno carcere supersim? spectaculum certe nec satis rerum universitati conveniens, nec jam tale quod jubari solis exponendum sit. Ille vero qui nondum pedem limini senectutis intulerat, longe dignior qui vita diuturniore frueretur, eo præsertim nomine, quod uxoris et filiorum non paucorum servator, majoribus suis sua virtute præluxerat, atque adeo multa in communem totius orbis utilitatem contulerat, tanquam gloriæ splendorisque mei corona, et qui ad hanc meam vitam concinnitatis aliquid in dies afferret : ille, inquam, immatura morte, quod me ad insaniam prope adigit, non sine communi externorum propinquorumque jactura præreptus est. Illo enim non exter-

(9) Hic videtur alterum periodi membrum deesse, quamvis in exemplari nulla lacuna sit.

(10) Alludit ad illud Homeri : Ἑτώσιον ἄχθος ἀρούρης.

norum tantum bonum, quod de justo viro sapientes dictitant, sed nostrum quoque repositum erat.

Ubi gentium nunc, quæso, degunt, et qui genuina sanguinis cognatione freti, et qui eamdem confingentes ad illum accedebant, illoque auspice quæ ab imperatoribus petierant, ea celerius gratis consecuti, tandem hilares domum suam revertebantur, et gratias multo uberiores beneficiorum auspici quam collatoribus agebant? Illorum certe plures vel etiam nulli huc unquam in medium processerunt.

Huc ehodum omnes concurrite, eodemque mecum luctu prædíti nostræ gentis encomia planctibus meis intermiscete, ut justi hujus viri memoriæ merita laudum præconia tribuamus, nec solis eam lacrymis decoremus. Neuter enim modus ab honesto seu decoro alienus est. Siquidem justi viri mors lacrymas provocat, efficitque ut illius desiderio laboremus: memoriam autem laudibus non excolere non possunt ii, qui ab illo quæ imitentur, virtutis exempla petunt.

Ubi vero nunc mihi virgo illa vultu tam liberali, cui barbarus hostis, cum primum nostra Megalopolis capta est, utraptæ jam stuprum illaturus erat, nisi acer hic honestatis et pudicitiæ amator ut vidit, ut misertus ejus est! qui sine ulla mora in hostem irruens, tametsi Phineem in illa defendenda imitari non potuerit, quamlibet eodem quo illo olim, noster hic quoque zelo flagraret, puellam saltem sibi vindicavit, uxorem legitimam esse clamitans, seque fida conjuge privari, atque ideo acerbissimis afflictari modis queritans. Ambarum itaque tenacitate manuum prehensam pancratice cum hoste colluctatus, cujus animum amore ebrium furor efferarat, ad se retraxit, nec prius conquievit, quam a violenti hostis manibus virginem ereptam, virginem patri restitueret. Præsto sit vero nunc et illa, ut lamentis, gemituque et femineo ululatu suæ libertatis vindicem conclamet, illum, inquam, a quo servata, nec secus a stupro liberata est, atque si pudicitiæ ejus conservandæ integritatique custodiendæ jam olim præfectus fuisset.

O præclarum facinus! cuique ex priscis illis nullum respondeat. Fertur Hercules Hesionem quondam liberavisse, cum belluæ marinæ objecta fuisset: itidem et Perseus Andromedam. At illi armati, ferroque accincti belluas aggressi sunt, et virgines tandem matrimonii sibi nexu conjunxerunt Hic autem inermis armatam belluam invasit, eamque tot mendaciunculis aspersit, tot astutiis circumvenit, vir alioqui verax, minimeque mendax, ut intactam puellam patri tandem ejus restituerit.

Cæterum Simeon et Levi sororem raptoribus extorserunt, et jam violatam et constupratam, idque certaminis vix, ac ne vix quidem sine crebra in ancipitem gyrum circumcursatione, nec sine cædibus innumeris, totiusque civitatis excidio peregerunt. Quare non sunt illi cum hoc nostro conferendi, qui puellam integram et illæsam sola certans oratione sine cæde receptam reduxit. Equidem præclarum illum fratrem meum in Abrahami filium propter fidem adoptatum fuisse certo scio: quin et hoc audacter ac libere dicere non verebor, patribus illis Abrahamicis nostrum hunc multo præstantiorem fuisse: Abrahamus enim primum apud Pharaonem, deinde apud Abimelechum Saram suam esse sororem, non conjugem professus est, ut et Rebeccam Isaacus. Illi nimirum terrefacti conjuges suas dicere verebantur, ne propter illas interirent: hic vero virginem necdum sibi in matrimonium collocatam, suam tamen uxorem nominabat, ad se retrahebat, sibi vindicabat: vitæ pro illa discrimen subire, si res itaferat, haudquaquam detrectans.

Quod si Susannam Daniel a violentorum amatorum et iniquorum judicum furore asseruit, at pro tribunali prius sederat, libidine excæcatos judices seorsum abduxerat, utrumque interrogaverat sigillatim, suo ipsorumque judicio convictos, et capitis, damnatos, lapidibus cooperiri jusserat atque hoc pacto pudicam ab iniqua sententia liberaverat. Deliciæ vero meæ, vir hic nimirum, qui natura sic comparatus erat, ut nemo nostrum votis omnibus similis illi evadere non expetat, non judicans, ut Daniel, sed hostem adulterii crimine accersens: non constupratæ fratrem fingens, ut Abrahamus; non id mentitus, quod in reprehensionem incurrere merito posset, ut Isaac (11): sed virginis etiamnum viro crudæ virum (quod sapientius juxta ac virilius fuit) se dictitans, violentum illum raptorem fefellit et repulit.

Hinc perspicuum est ea quæ nunc recenseo priscis illis longe præstantiora esse; quippe quæ Christum redoleant, atque ita legali illa justitia longe excellentiora sint. Quemadmodum enim seipsum Christus Ecclesiæ nomine tradidit, cum tamen adhuc Ecclesia nusquam esset, nedum Christo desponsata (adhuc enim peccatores eramus, cum pro nobis mortuus est Christus, ut Apostolus ait [2]); ipsa quoque ignominiæ sibi conscia, quam impietate pristina sibi contraxerat: *Nigra sum*, inquit alicubi, *filiæ Jerusalem* [3]; ita etiam frater meus pro illa, quam nondum in uxorem duxerat, nec adhuc omnino ducturus erat, parum abfuit quin vitam profunderet, dum certis se periculis objicit, et qui virum simulaverat, patris revera munere perfunctus est, atque patris in quo naturalis erga liberos amor, eorumdemque salutis propugnatio, multo magis quam in eo qui puellam genuerat, elucesceret. Ille siquidem victoribus cessit, fugaque salutem quæsivit: hic vero

[2] Ephes. v. 25; II Cor. v, 15, [3] Cant. i, 4,

(11) In codice Græco δαδ. pro 'σαὰκ male suppositum videtur.

ædibus consecrata annuum ei sancto festum dicabat, quem ubivis gentium coli videret : ita ut ex ejus tentorio sine intermissione vox exsultationis et salutis, justique illius viri Psalterium exaudiretur.

His itaque de causis illum ad amicos pervenisse et in eadem illa sempiterna tentoria, in quibus illi quiescunt, invectum fuisse, æterna cum illis beatitudine frui, denique jam pro nobis quoque A audacter et libere cum aliis de causis, tum quia fratris amantissimus est, intercedere certo scio, ut ille qui non aliter atque fusorius ignis, herbave balneatoria sordidos expurgat, nos quoque tentationibus quibus hic objicimur, velut igne et aqua expiet, sicque tandem suum in refrigerium transducat, et justificatis per fidem concedat, ut eodem in loco, atque admirandi illius tentorii æterni loco simul inhabitemus.

ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ

ΚΥΡΙΟΝ ΑΛΕΞΙΟΝ ΤΟΝ ΚΟΜΝΗΝΟΝ.

—

YPOMNESTICON

AD IMPERATOREM

DOMINUM ALEXIUM COMNENUM.

—

Τολμῶντες οἱ ἀνάξιοι καὶ πανευτελεῖς δοῦλοι τῆς κραταιᾶς καὶ ἁγίας βασιλείας σου δεόμετα, δέσποτα ἡμῶν ἅγιε. B

Indigni nos atque humiles Majestatis tuæ servi hocce abs te petere audemus.

Τὸ καθ' ἡμᾶς ὅριον τῶν Ἀθηνῶν, πάλαι τοῦ πλήθους τῶν ἐποίκων αὐτοῦ διὰ τὰς ἀλλεπαλλήλους ἐπηρείας ἐκκενούμενον ἀεί, νῦν κινδυνεύει καὶ εἰς αὐτὴν περιστῆναι τὴν παροιμιαζομένην ἐρημίαν Σκυθικήν. Τὸ δὲ αἴτιον ὅτι πολλαῖς ἐπηρείαις βαρυνόμεθα, μᾶλλον δὲ πλείοσι καὶ βαρυτέραις, ἤπερ οἱ γειτονοῦντες ἡμῖν λοιποὶ κατωτικοί. Οὐ μόνον γὰρ ἡμεῖς δὶς καὶ τρὶς καὶ πολλάκις παρὰ τὰς γείτονας ἡμῶν χώρας ὑπίστημεν ἀναγραφὰς καὶ ἐπιτηρήσεις ἀναφορῶν γεωμετρουσῶν ἴχνεσι ψυλλῶν ἀντικρυς τὰ ὑπόψαμμα ταυτὶ καὶ λυπρόγεα ἡμῶν γήδια, καὶ σχεδὸν καὶ τὰς τρίχας αὐτὰς τῶν κεφαλῶν ἡμῶν διαριθμουμένων, πόσῳ γε μᾶλλον ἀμπέλου φύλλον ἢ φυτοῦ τινος. Ἀλλὰ καὶ αἱ καθεκάστην λοίπαὶ κοσμικαὶ C ἐπήρειαι ἐν μὲν ταῖς λοιπαῖς χώραις ἢ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐνεργοῦνται, ἢ παρὰ τῶν πραιτώρων κουφίζονται, χαριζομένων αὐταῖς τὰ τοιαῦτα, ἅτε καὶ τὰς ἐπηρείας ταυτὰς ἐνεργούντων αὐτῶν ὡ τὰ πολλὰ, ἢ συνεργουντων πάντως τοῖς ἐνεργοῦσιν · ἐν ἡμῖν δὲ πᾶσαι ἐνεργοῦνται, καὶ ἐπιβαρῶς ἅπασαι καὶ τῶν ἄλλων πρώτιστα, καὶ ταῦτα ἐν τῇ τῆς Ἑλλάδος κειμένοις ἐσχατιᾷ.

Ager Atheniensis quem habitamus, inde a longo tempore civibus qui olim plurimi fuere, privatus jacet et omnis generis malis vexatur, imo in eo est ut deserto Scythico comparari possit. Hujus rei causa est quod vectigalibus gravioribus quam vicinæ gentes premimur, siquidem publicani et vectigalium exactores triplicibus molestiis vexant ; agros enim nostros arenosos ac parum fertiles non humana, sed pulicosa mensura ac proportione metiuntur ; imo ut capillos capitum nostrorum, ita vitis folia numerant. Adde quod cæteræ insuper exactiones fisco destinatæ in cæteris regionibus commode ac sine vexationibus efficiuntur, siquidem prætores sæpissime debita condonant, aliter ac apud nos qui, et ultimos quidem Græciæ fines incolentes, durissima quæque perpetimur.

Καὶ μαρτυρεῖ τὸ προσεχῶς παρελθὸν ἔθος, ὅτε κτίσεως κατέργων ὁρισθείσης, ἡμεῖς πρῶτει καὶ μόνοι τῶν ἄλλων, καίπερ μὴ κισθέντων, ἐζημιώθημεν · ὅτε τοῦ Πανσίου (Παυσίου ?) Στειριόνου καταπεπλευκότος, μόνοι πάλιν ἡμεῖς ὑπὲρ πλοίμων κατεβαλόμεθα · ἡνίκα πάλιν ὑπὲρ πλοίμων τῷ

Hoc ita esse annus proxime elapsus testatur. Cum enim navium constructio juberetur, grandissima nobis pecunia summa imperabatur, nec tamen classis ædificata fuit. Cum dein Pansias Stirionos mare lustraret, novæ nobis pecuniæ imperatæ sunt. Sguro quoque ac prætori ad navis ædifican-

ἄλλως τῷ δημοσίῳ ἐπιζήμιον)· καὶ πρῶτα ἀπαλλάξαι ἡμᾶς τῆς πραιτωρικῆς ἐφόδου, καταδρομῆς τε καὶ διαρπαγῆς τοῦ δοθέντος ἡμῖν δεφενδαρίου, μεγαλυπερόχου μυστικοῦ, τὸ παρ' ἡμῶν ἀφαιρούμενον ὑποκρατοῦντος ἐκ τῶν εἰσκομιζομένων παρὰ τῶν πραιτάρων, ὡς διώρισται, καὶ ἑτέρας τινὸς ἐγγράφου ἐπιφωνήσεως καὶ ἀπειλῆς ἐπανατεινομένης αὐτοῖς, τὰ ἔσχατα πείθεσθαι, εἰ μὴ ἀπόσχοιντο τοῦ ὁρίου τῶν Ἀθηνῶν· ἔπειτα καὶ συνδοσίας πλωΐμων καὶ πλωΐμους διδόναι, ὅσους ἡμῖν ἐπέθηκεν ἡ ἀπογραφὴ τοῦ χρηματίσαντος λογοθέτου τοῦ δρόμου, κυροῦ, Ἰωάννου τοῦ Δούκα, καὶ μὴ πλείους αὐτῶν· μήτε ἀντὶ τῶν ἐπιβαλλόντων ἡμῖν πλωΐμων ἐκ τῆς τοιαύτης ἀπογραφῆς συνδοσίας ἀπαιτεῖν ἄνευ ὁρισμοῦ. Καὶ τοῦτο γὰρ ἐφ' ἡμῖν τολμᾶται τοῖς ταλαιπώροις ἐνίοτε.

A decretis tuis insistendo ad res nostras rite componendas procedat. Tum naves et pecunias in usus maritimos dabimus quantas logotheta dromi dom. Joannes Ducas nobis imperaverit, decretis imperatoriis obtemperando, quibus sæpe a populi adversariis contraitur.

Ἐπεὶ δὲ καὶ πολλὰς ἀναγραφὰς ὑπέστημεν, ὡς μικρὸν ἄνωθεν ἀνηνέγκαμεν, δεόμεθα, μὴ καὶ αὖθις βάρος ἀναγραφῆς ἐπιῤῥιφῆναι τῇ χώρᾳ ἡμῶν εἰ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις τυχὸν χώραις τῶν κατωτέρων ὁρισθῇ γενέσθαι ἀναγραφή· ἀλλ' ἐπικυρωθῆναι καὶ τὸν ἕνεκα τούτου ἐπορεχθέντα ἡμῖν προσκυνητὸν ὁρισμὸν τῆς ἁγίας βασιλείας σου· καὶ μὴ μόνον τοῦτον, ἀλλὰ καὶ τοὺς διαφόρως ἀπολυθέντας, καὶ ἀπειργοντας τοὺς πειρωμένους ἐκ τῶν καστρητῶν κατέχειν ὁπωσδήποτε καὶ νέμεσθαι χωρία καὶ στάσεις χωριτικάς. Εἰς συντριβὴν γὰρ τοῦτο τῶν δρούγγων καὶ ὄλεθρον ἀφορᾷ· ἡ δὲ τῶν δρούγγων ἀπώλεια τοῦ καθ' ἡμᾶς ὁρίου παντός ἐστιν ἀπώλεια. Καὶ τούτων γενομένων, σωζοίμεθ' ἂν ἡμεῖς, σώζοιτο δ' ἂν καὶ τῷ δημοσίῳ τὰ ἐξ ἡμῶν συνεισφερόμενα· καὶ σωζόμενοι οὐ παυσαίμεθα τοῦ ὑπερεύχεσθαι τῆς ἁγίας βασιλείας σου, ἧς ὡς ἀνάξιοι δοῦλοι Τολμήσαντες ἐδεήθημεν.

Eorum quæ nobis rite imposita sunt pecuniarum onerum magna est summa, quam ne augeas supplici-ter rogamus, et si alicubi in patria nova instituere tributa necessum fuerit, nos quidem immunes esse statueris, nec permiseris ut milites præsidiarii stativa apud nos habeant, unde boni nihil, pestis autem inter milites, ideoque communis ruina sequeretur. Salvari possumus ea conditione ut iis quæ petimus pro munificentia tua annuas, sic enim solvendo nos pares semper habebis. Salvi autem facti pro sacra tua Majestate preces fundere humillimi tui servi ex grato animo non desinemus.

ΣΤΙΧΟΙ

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΑΘΗΝΩΝ

ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΧΩΝΙΑΤΟΥ

Ἐπὶ τῇ ἀγχετύπῳ ἀνιστορήσει αὐτῶν, τουτέστι τῆς πόλεων τῶν Ἀθηνῶν·

—

Ἔρως Ἀθηνῶν τῶν πάλαι θρυλλουμένων
Ἔγραψε ταῦτα ταῖς προσαθύροις,
Καὶ τοῦ πόθου τὸ θάλπον ὑπαναψύχων·
Ἐπεὶ δ' ἔτ' οὐκ ἦν οὐδαμοῦ, φεῦ! προσβλέπειν
Αὐτὴν ἐκείνην τὴν ἀοίδιμον πόλιν,
Τοῦ δυσαρίθμου καὶ μακραίωνος χρόνου
Λίθοις, βυθοῖς κρύψαντος, ἠφαντωμένην,
Ἐρωτολήπτων ἀτεχνῶς πάσχω πάθος·
Οἱ τὰς ἀληθεῖς τῶν ποθουμένων θέας
Ἀμηχανοῦντες τῶν παρόντων προσβλέπειν,
Τὰς εἰκόνας ὁρῶντες αὐτῶν ὡς λόγῳ
Παραμυθοῦνται τῶν ἐρώτων τὴν φλόγα.
Ὡς δυστυχὴς ἔγωγε, καινὸς Ἰξίων,
Ἐρῶν Ἀθηνῶν, ὡς ἐκεῖνος τῆς Ἥρας,
Εἶτα λεὼν εἴδωλον ἠγλαϊσμένης,

A Φεῦ! οἷα πάσχω καὶ λέγω τε καὶ γράφω!
Οἰκῶν Ἀθήνας οὐκ Ἀθήνας που βλέπω,
Κόνιν δὲ λυπρὰν καὶ κενὴν μακαρίαν.
Ποῦ δὴ τὰ σεμνὰ, τλημονεστάτη πόλις;
Ὡς φροῦδα πάντα καὶ καταλληλα μύθοις,
Δίκαι, δικασταὶ, βῆματα, ψῆφοι, νόμοι,
Δημηγορίαι τε πειθανάγκη ῥητόρων,
Βουλαὶ, πανηγύρεις τε καὶ στρατηγίαι
Τῶν πεζομάχων ἅμα καὶ ναυμάκων.
Ἡ παντοδαπὴς Μοῦσα, τῶν λόθων κράτος!
Ὅλωλε σύμπαν τῶν Ἀθηνῶν τὸ κλέος·
Γνώρισμα δ' αὐτῶν οὐδ' ἀμυδρόν τις ἴδῃ.
Συγγνωστὸς οἰκουν, εἴπερ οὐκ ἔχων βλέπειν
Τῶν Ἀθηναίων τὴν ἀοίδιμον πόλιν,
Ἴνδαλμα ταύτης γραφικὸν ἐστησάμην.

—

ΙΑΜΒΙ

SAPIENTISSIMI ATHENARUM METROPOLITÆ

DOMINI

MICHAELIS CHONIATÆ

De pristina urbis Athenarum dignitate.

—

Athenarum amor quondam celeberrimarum hæc dictavit verba, in umbris rerum præteritarum desiderio ardenti solamen affectando. Nusquan, heu! splendidissimæ illius urbis nisi ruinæ visuntur per sæcula turpiter cumulatæ sursum deorsum projectæ, nulli flebiliores quam mihi ipsi! Ii quibus oculis intueri id quod amant non contingit, simulacro rei amatæ contenti nihilo secius cupiditate ardent. Me miserum! qui, ut Ixion Junonis, Athenarum amore teneor, nec potis sum dolores quibus crucior describere! Athenas habitans, nullas video Athenas, B et quæ felicitatis quondam sedes fuerat, jam non nisi fœdas trahit ruinas. Ubi tandem sacra tua, civitas infortunatissima? Cuncta in nihilum abierunt: tribunalia, judices, populi suffragia, leges, oratorum potestas, concilia, opes terrestres ac maritimæ; Musa ipsa multicolor, eloquentiæ vis, omnia quæ Athenis gloriæ fuerunt, periere, ne vilissimo quidem pristini ævi monumento relicto. Quare certe me haud dedecet in mediis Athenis habitantem, hujus urbis veram imaginem memoriæ prodere.

ANNO DOMINI MCCXXX.

THEODORUS
ALANIÆ EPISCOPUS

—

NOTITIA

(Ex Leone Allatio *De Theodoris* ap. Maium Biblioth. nov. PP. t. VI.)

—

Theodori episcopi Alaniæ *ethicorum libri* x, Græce in bibliotheca quadam Italiæ. Gesnerus. Sunt vero hæc : Θεοδώρου ἐπισκόπου Ἀλανίας ἠθικὰ, ἐν τμήμασι δέκα *Theodori episcopi Alaniæ ethicorum sectiones decem.* I. Sectionis P. Καὶ τοῦτό μοι τοῦ λόγου τὸ σύγγραμμα σῆς ἕνεκα κηδεμονίας ἐπινενόηται. II. Ἐν τούτοις μὲν δὴ τὴν ἡμετέραν σπουδὴν, ἤ τίς ποτε ἦν. III. Ἆρα σοι, ὦ οὗτος, τὰ νῦν λεγόμενα τοῖς πρότερον ἀκουσθεῖσιν ἔχει τί συγγενές. IV. Ἅμα μὲν, ὦ βέλτιστε, τῷ λόφῳ τούτῳ ἐπεδαλόμην. V. Ἃ μὲν δὴ ὁ πρῶτος εἶχε θεῖος σκοπὸς καὶ πρὸς ὃ τῆς δημιουργίας. VI. Ἐν τούτοις μὲν δὴ παρὰ τοῦ φυσικοῦ νόμου μὴν του βίου διεξαγωγήν. VII. Μικροῖς μὲν διαλόγοις τὴν πρὸς σὲ ὁμιλίαν οἶδα περαίνων. VIII. Ὅπως μὲν οὖν ὁ φυσικὸς νόμος νοερὸς τὸ πρότερον ἦν. IX. Ἀεὶ μὲν ἀνακινεῖν τὸν λόγον εἰς αὐτὰ δὴ πάλιν τὰ προλεχθέντα. X. Ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς εὐαγγελικῆς περιωπῆς ἐντὸς ἐγενόμεθα.

Ejusdem λόγος ἐπιστολιμαῖος πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τοὺς ἐνδημουντας τῶν ἐπισκόπων, εἰ καὶ διὰ τὰ συμβάντα παρεκτέταται, καί τοι τὰ πλείω συντέμνων · ἐπιγέγραπται δὲ, μετὰ τὴν χειροτονίαν ἡ Ἀλανικός. *Oratio per modum epistolæ ad patriarcham Constantinopolitanum, et alios advenas episcopos ; quanquam propter rerum eventus longius protracta est, etsi majorem rerum partem compendio decurtet. Inscribitur vero, post ordinationem, vel Alanicus* (1). P. Πῶς ἡμῖν ἂν ἔχοι τὰ τῆς ὁδου, ἐκ πολλου οἶδ' ὅτι καὶ πρότερον μαθεῖν ἐζητεῖτε.

Ejusdem λόγος σχεδιασθεὶς εἰς τὴν ταφὴν του Σωτῆρος Χριστου Θεου ἡμῶν. *Oratio ex imparato dicta in sepulturam Servatoris Christi Dei nostri.* P. Ἀναβάλλεται μὲν ὁ Ἰησους, καὶ φῶς ὡς ἱμάτιον, πηνίκα τοῖς μαθηταῖς ἀστράπτων ἐπὶ του ὄρους Θαβώρ.

Ejusdem Ματθαῖος, ἢ λόγος *Matthæus, sive oratio,* in septem sectiones distincta. I. P. Ὅτι μοι τὰ τῆς ἠθικῆς μελέτης εἰς τὸν εὐαγγελικὸν κατήντησε λόγον. II. Ὁ τέλειος ἀληθεύει ἄν, εἰ πρὸς τὸν μόνον ὁρῴη τέλειον. III. Ταῦτα μὲν ἐπὶ τοῦ ὄρους ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς διαλέγεται. IV. Ἢ μετὰ τοῦ λόγου συνάγειν τὰ διεσκεδασμένα λαδών. V. Ταῦτα μὲν δὴ κρυφιώτερα καὶ μυστικώτερα · νῦν δὲ ἀλλ' ἐξέρχεται ὁ λόγος ἐκ τούτων. VI. Ὁ λόγος εἰ τοῖς περὶ αὐτὸν ἐκφανθείη, οὐκ ἤδη καὶ πᾶσιν ἐκφαίνεσθαι βούλεται. VII. Ἐν πᾶσι μὲν οὖν τοῖς προλαδοῦσι διδάγμασί τε ὁ λόγος εἶχεν. Et hæc Theodori Alaniæ indigna ratus, quæ diu in tenebris delitescerent, doctissimus Vincentius Riccardius ex autographo exscripta Latine reddidit, editurus in lucem aliquando, quod exoptare debemus omnes, qui antiquitatis optima monumenta, ne pereant, totis viribus incumbimus. Ex hoc Riccardii exemplari exscripta, ne in uno tantum exemplari res tanti momenti periclitaretur, in munificentissimi principis Barberini bibliotheca conservantur (2).

(1) Hanc Alanicam orationem in manibus habeo (cum cæteris Theodori scriptis) et jam Latina veste me donatam editurus libenter sum propter historicam utilitatem. A. M.

(2) Vidi olim in bibliotheca Barberina exemplar Græcum Theodori Alaniæ ; sed Latinam interpretationem Riccardii (si forte ea superest) non memini me vidisse. A. M.

NOTITIA ALTERA

(*Biblioth. nov. PP.* t. VI.)

—

De hoc Theodoro, vel potius de ejus scriptis, dixit Allatius in Diatriba n. CXV. Ea scripta omnia nos præmanibus habemus in codice Vaticano ; ex quibus interim delegimus typis vulgandum iter

ejus Constantinopoli per Bosphorum Cimmerium in Alaniam, quia hanc præ cæteris lucubrationem lectoribus jucundam fore speravimus. De Alania et Alanis non semel Constantinus Porphyrogenitus in op. De adm. imp. *Est autem ea regio ultra Mœotim circa Tanaim, atque ut Constantinus ed. Paris. p.* 113 *affirmat,* των ὀρέων Καυκασίων ἄνωθεν ἡ χώρα τῆς Ἀλανίας. *Itidem noster infra n.* 5. *Denique copiose optimeque describit Alaniam Cellarius in Geogr. antiq., multis veterum citatis auctoritatibus. Ad ejus sedem episcopalem quod attinet, ea in catalogo Leonis Sap. erat metropolis sexagesima secunda, et in illo Andronici senioris numeratur quarta supra septuagesimam :* ὁ Ἀλανιας · καὶ αὐτὴ ξϚ οὖσα, οὐ γέγονεν *(post Codin. ed. Paris. p.* 402). *Hæc de Alania. De ipso autem Theodoro nihil fere cognoscebatur præter id quod ex Dosithei Hierosol. Historia adnotaverat Lequintus* Or. Ch. *t. I, col.* 1348, *nempe eum fuisse episcopum tempore Germani II, qui fuit patriarcha Constantinopolitanus ab anno* 1222 *ad* 1240. *Nunc demum ex hoc luculento Theodori sermone plura et quidem historiæ utilia comperimus. Namque et Alaniæ fines vicesque describit, et miserandam populi conditionem, cum religionis amore vix tamen Christiani :* Χριστιανοὶ δὲ μόνον ὀνόματι Ἀλανοὶ *(n.* 24), *propter pastorum scilicet raritatem, et infirmam rei sacræ constitutionem. Prorsus est hoc Alanicarum antiquitatum rarum monumentum nec contemnendum. Lepida autem est illa Lazorum episcopi in Alaniam excursio, ejusque supina in conferendis sacris ordinibus inscitia et irreverentia, quem pravum morem apud hæreticos quoque Habessinos vigere, a nostri orthodoxiæ illic præconibus audivi. Cæterum de non facile repetendo sacramenti illius ritu, prudenter auctor loquitur. Incommoda sua et pericula præsertim Chersone, et a latronibus, et ab illarum regionum satrapis memorat. Item suum pastorale regimen modeste exponit. Quædam tamen, initio præsertim, non sine ænigmate dicuntur. Sacra sæpe Biblia, canones interdum, nec non ipsum Homerum, utpote homo Græcis disciplinis imbutus, recitat. Cæteroqui stylus Theodori plerumque durior est, narratio veluti abrupta, prout ipse interdum fatetur, et nullo artificio contexta, et mihi interpreti ægre quandoque pervia. Sed rem hic quærimus, bona elocutionis exempla aliunde petemus.*

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΑΝΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΙΜΑΙΟΣ

ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΙΝ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΝΔΗΜΟΥΝΤΑΣ ΤΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ.

εἰ καὶ διὰ τὰ συμβάντα παρεκτέταται, καίτοι τὰ πλείω συντέμνων.

Ἐπιγέγραπται δὲ, Μετὰ τὴν χειροτονίαν, ἢ

ΑΛΑΝΙΚΟΣ.

THEODORI EPISCOPI ALANIÆ

SERMO EPISTOLARIS

AD CONSTANTINOPOLIM MORANTESQUE IN EA EPISCOPOS,

qui propter rerum eventus prolixus, quanquam pleraque sunt breviata.

Inscribitur autem : *Post ordinationem episcopi*, sive

ALANICUS

---

1. Quænam fuerit itineris nostri ratio, jamdiu scio vos et antea cognoscere expetisse, et nunc potissimum, o magne pastor, et post primum proxime (1), nec non vos compastores; qui nimirum fuerit longæ peregrinationis exitus, quid in ea gestum sit, præcipue vero quomodo nos Spiritus deduxerit; a quo, esti non semper permoti

α'. Πῶς ἡμῖν ἂν ἔχοι τὰ τῆς ὁδοῦ, ἐκ πολλοῦ οἶδ' ὅτι καὶ πρότερον μαθεῖν ἐζητεῖτε, καὶ νῦν ἔτι μᾶλλον, σύ τε ὁ μέγας ποιμὴν, καὶ μετὰ τὸν πρῶτον εὐθὺς, καὶ ὑμεῖς οἱ συμποίμενες, πῶς τὰ τῆς μακρᾶς ἐπιδημίας, καὶ τίς ἡ ταύτης ἐργασία, μᾶλλον δὲ τῆς ὁδηγίας τοῦ Πνεύματος · ὅπερ, εἰ μὴ καὶ ἀεὶ, κεκινήμεθα, ἀλλά γε νῦν ἐκ του χρίσαντος·

(1) Confer sermonis clausulam. Utroque enim in loco primus pastor videtur intelligi Christus.

Ἆρα χρηστοτέρας τῆς ὁδοιπορίας ἐτύχομεν, καὶ τὴν εὐθὺ τῆς ποίμνης ἐτέμνομεν; ἢ λῃσταῖς περιπεσόντες, τὴν περὶ ψυχῆς ἐτραπόμεθα; Ὡς δ' ἂν ἔχοιεν, εὖ τε καὶ ἄλις τὰ συμπεσόντα ἡμῖν; Ἆρα μόλις ἔστημεν τῆς ὁρμῆς, ἢ καὶ εἰσέτι φέρομεν; Καὶ ποῦ ποτε δυεῖν θάτερον; καὶ τέως εἰ μὴ πάντα τοῦ σκοποῦ διημάρτομεν; Ταῦτα μὲν οὖν ὑμῖν σκοπεῖσθαι συμβαίνει, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐρευνᾷν· καὶ πείθομαι ὡς ἔστι σπουδαῖον τὸ πρᾶγμα, καὶ τῶν οὐχ ἥκιστα φροντίδος τετυχηκότων, εἴ πού τι τῶν ἡμετέρων ἀκριβολογοῖτό τινι· καίπερ ὁποῖα φιλεῖ συμβαίνειν ἐν τοῖς τοιούτοις, ἄλλο ἕτερον καὶ κοινῇ κατηκριβωμένως οὐδέν, ἡ παύδημος φήμη προφέροι ἄν. Ἐγὼ δέ, εἰ μὲν οὕτως εὐκαιρίας καὶ παρασκευῆς εἶχον, ὡς πάντα λέγειν καὶ γράφειν, κἂν τῶν ἐμοὶ σπουδαζομένων τὸ ἔργον ἦν, διηγουμένῳ τὸ βέλτιον εἰς παραψυχὴν καὶ συμπαθὲς τοῖς ἀκούουσι· νῦν δὲ οὐκ ἔστι· πολλῶν γὰρ ἂν ἡμῖν λόγων ἐδέησεν· πονεῖν δὲ ἄρτι ὡς ἐν συγγράμμασιν ἴδιον ἂν εἴη ὥσπερ εἴ τις ἐν νυκτομαχίᾳ τὸ δεξιῶς ὁπλίσθῃναι, καὶ τοιῶσδε ἐπιβαίνειν σκοπεῖ· καίτοι καὶ ἄλλως οὐδ' ἂν δυναίμην, πεπλανημένος, ἤδη τὴν ἔννοιαν ὑπὸ τοῦ μεταμανθάνειν τὰ βάρβαρα. Εἰ δὲ καὶ ταῦτα μὴ παρῆν παρακαλοῦντα με σιωπᾷν, ἀλλὰ τὸ διήγημα ἴλιγγον ἔχει οὐ φορητόν, ὡς καὶ ἠπειρώτῃ ναυτίᾳ, καὶ τοῖς τρυφῶσι καὶ θρυπτομένοις τὰ φάρμακα.

β'. Πεθοῦσι δὲ ὑμῖν, ὦ πάτερ καὶ ὅμιλος ἀδελφῶν, οὓς συνάγει καὶ διεστῶτας τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπίσχω τῶν ἡμετέρων τὴν γνωριμωτάτην. Καὶ μή πού τις Ἰωσὴφ ἐνταῦθα; Ὁ γὰρ πατριάρχης Ἰακὼβ δῆλος πενθῶν οἶδ' ὅτι τὸν ὕστατον ἐν υἱοῖς κατὰ πνευματικὰ ψελλίζοντα ἔτι· καὶ παρὰ τοῦτο καὶ ἀγαπώμεθα. Ἐγεώργουν μὲν οὖν οἱ μείζους ἀδελφοὶ τὸν ἄσταχυν τῆς ζωῆς, καὶ εἰς διακονίαν αὐτὸς ἐτετάγμην ὑπηρετούμενος ὁπόσα προσέτατταν ὁ πατήρ· οἱ δ' ἀπεμπολοῦσιν, οὐκ οἶδ' ὅ τι παθόντες. Πλὴν ὅμως καὶ τραγῳδία τὰ ἐντεῦθεν οὐδ' ἀπαράλληλα· πλὴν ὅ τι γνωρίσω μὲν ἐμαυτὸν, εἰ καὶ σκιωδῶς οὐδ' ἀπαρακαλύπτως· παραδραμοῦμαι γὰρ τὰ πολλά. Βασιλεύω δὲ οὐκέτι τῶν Αἰγυπτίων διὰ τὸν Φαραὼ, εἰ καὶ παραχωρηκέναι τινὸς δυναστείας, οὐ βούλεται μὲν, πείθεται δὲ ὑπὸ τοῦ ὁράσεις διδόντος καὶ ἐνυπνιάζοντος πνεύματος· ὑποχωρεῖ γὰρ ἡ αἴσθησις τῷ νοΐ, παρ' αὐτοῦ διδαχθεῖσα ὅσα συμβολικῶς ὑποδέχεται· οὐ γὰρ ἡ νὺξ τοῦ βίου κεχώρηκε τὴν ἀλήθειαν· εἶεν.

γ'. Τὴν μὲν οὖ ὁδὸν ἅπασαν ἐξ ἀπαρχῆς ἀναλέγεσθαι ὑπὲρ τὸν παρόντα καιρόν ἐστι, καὶ τὴν τοῦ λόγου σπουδήν· ὅσα τε ὑπενεγκόντας ἡμᾶς τρίτος ἑώρακεν ἥλιος. Καὶ μήν γε τούτων οὐ πολλοστὰ αἰτησαμένοις τισὶν ἐκδεδώκαμεν, ἐπιδρομάδην διεξελθόντες ἐκ τοῦ παρήκοντος, εἰ μὴ καὶ τὴν ὑμετέραν φιλοπευστίαν παραδεδράμηκεν. Ὁ πρῶτος ὁδοστατήσας ἐξέθλιψέ με· κατέλαβέ με διώξας, διεμερίσατο σκύλα, εἰ καὶ μὴ τὴν ἐπιθυμίαν ἐνέπλησεν. Ὁ δεύτερος λυμεών, εὐπορηστότερος ἐν κα-

fuimus, nunc certe postquam nobis unctionem largitus est. Num ergo felicius iter nacti simus, rectaque ad gregem nostrum venerimus? an in latrones delapsi, animæ retinendæ causa fugerimus? Qui status rerum sit, et num satis bene nobis evenerit? Num fortunæ impetus vix demum desiverit, an adhuc in cursu simus? Et horum duorum utrum teneamus? et num hactenus scopo prorsus aberraverimus? Hæc ergo vobis considerare contingit, et inter vos disquirere. Sane arbitror grave esse negotium, et non minima cura dignum, si quis velit nostra diligentius inspicere. Quanquam, ut in his solet contingere, alia quælibet, nihilque publice satis probatum, popularis fama divulgat. Ego vero si certe tantum otii et commoditatis haberem, omnia dicerem ac scriberem; etsi præcipuam curam gererem meliora narrandi ob solatium mutuumque affectum audientium. Nunc id non licet, quia longo mihi sermone opus foret. Laborem autem scribendo impendere, perinde nunc esset, ac si quis ad nocturnam pugnam eleganter se armis exornaret, atque ita ornatus procederet. Sed et alioqui id minime possem, mente adhuc vaga, dum res barbaricas discere incipio. Jam quamvis hæc me ad silentium non compingerent, narratio tamen intolerabilem vertiginem crearet, veluti homini mediterraneo fit in mari nausea, et sicut delicatis et mollibus pharmaca accidunt.

2. Cæterum cupientes vos, o pater et fratrum cœtus, quos licet distantes sanctus Spiritus congregat, nescio quomodo celem rem inter nostras longe notissimam. Et numquid hic est Joseph aliquis? Patet enim quod patriarcha Jacob luget postremum ex suis filiis, qui adhuc spiritu infans est; et idcirco diligimur. Excolebant igitur majores fratres vitæ messem, atque ego ipse ministerio fui addictus, operam impensurus prout pater imperavisset. Illi autem vendiderunt nescio quo animi pravo instinctu permoti: sed certe tragœdia hic fuit, ne veteri dissimilis. Novi tamen me ipsum, quanquam in umbra nec sine velamine. Etenim multa prætereo. Neque impero jam Ægyptiis per Pharaonem, qui etsi cedere alicui potentiæ renuit, persuadetur tamen ab eo qui visiones et somnia immittit spiritu. Cedit quippe sensus intellectui ab illo edoctus quidquid per symbola suscipit. Neque enim nox mundi veritatem comprehendit. Sed hæc missa faciamus.

3. Igitur viam quidem universam jam inde ab initio describere, præter hujus temporis spatium est, et præter sermonis officium; et quanta nos perpessos tertius sol viderit. Et quidem horum haud pauca postulantibus nonnullis cursim significavimus, transitorie narrando, nisi hæc forte vestram curiositatem fugerunt. Primus viarum custos vexavit me, comprehenditque persequens, et spolia divisit, etsi cupiditatem suam non explevit. Secundus vastator, magis adhuc malitia

abundans, sed tamen non prævaluit. Nam prodigia rursus patrat Deus famigeratis illis haud minora: mare divisit, deduxit inermes homines, non tam persequentibus quam jam comprehendentibus hostibus, quod pluris est. Cæcitate percussit secundum: erat enim etiam apud nos confidentissimus Paulus, gentium apostolus, qui præ Evangelio cuncta flocci æstimabat, zelo flagrans, mysteriorum Spiritus gnarus, pastor meus, imo vero pater potius spiritalis quam corporalis. Erepti vinculis æque ac Petrus, transivimus primam alteramque custodiam. Ut autem divinæ dispensationis mos est, parumper ea remisit, ut mox majora prodigia patraret. Hæc nos breviter exposuimus; neminemque fore credimus, qui si inquirat, minime ei manifesta appareant.

4. Res porro hic gestas novit Cherson et Scythica regio, quæ nos liberaliter viatores tractavit, auditis nostrarum calamitatum casibus. Nam postquam is qui improborum malitiam irritam reddit, persuasit tyranno nostro, ut contra suam voluntatem ageret, ille nos exsules expulit et vinctos, civitas autem liberos esse sivit. Verumtamen hoc ejus non placuit animo (2), misitque malos nuntios ad magistratus, et gravia verba addidit (3). Et hi quidem, nullo vetito interposito, civibus permittebant, ut pro suo libito nobis uterentur. Sed Deus aderat cohibens, qui unum de Chersonis proceribus permovit, hominem prorsus celebri Joanni parem: qui tamen libertatem fugiendi periculum non concessit, quia plebis impetum metuebat, ne forte a sanguinario illo viro occideretur, contraque se commoveretur populus qui undique alieno impulsu agebatur. Itaque medios inter libertatem et vincula retinebat. Quid porro is qui omnia sola sua voluntate perficit? Erat enim et hic ferrea fornax, nova Ægyptus, et Israel de libero captivus, et Moyses majorum mysteriorum mysta et cognitor. Nam et hic missus fuit, ut ex luto et opere lateritio me liberaret, invito licet regnante Pharaone duro, et coram divinis prodigiis cæco. Prope aderat exterminator; et civitas propria mala deflebat: namque orbam reddebant foris quidem ethnicorum gladius, intus autem bellum consurgebat civile. Non vero statim fugam arripuimus.

5. Neque vero hic substitit perditus ille, et sinistra parte vere dignus. Sed quoniam haud procul Chersone in Alanica regione exsules eramus (etenim dispersa admodum gens Alanica est, atque a Caucasiis montibus usque ad Iberas pertingit, qui erat illorum priscus patriæ finis; solet autem et nonnullas colonias emittere, ita ut Scythiam prope universam et Sarmatiam impleverit); illic etiam nos persecutus est calliditate sua et machinationibus, necem adeo inferre conatus: nihil enim aliud jam insuper erat. Discurrit igitur hic

A κοῖς, εἰ καὶ μὴ κατίσχυσε· τερατουργεῖ γὰρ καὶ πάλιν Θεὸς τῶν ὑμνουμένων οὐκ ἔλαττον· θάλασσαν ἔτεμε, διήγαγεν ἀόπλους ἀνδρας, οὐδὲ διωκομένους, ἀλλὰ κατεχομένους τὸ μεῖζον· ἀορασίᾳ πλήττει τὸν δεύτερον· ἦν γὰρ καὶ παρ' ἡμῖν παῤῥησιαζόμενος Παῦλος ὁ τῶν ἐθνῶν ἀπόστολος, ὁ τῷ Εὐαγγελίῳ μικροῦ τὰ πάντα περιλαβών, ὁ ζηλωτὴς, ὁ θεωρὸς τῶν μυστηρίων τοῦ Πνεύματος, ὁ ἐμὸς ποιμὴν, καὶ μᾶλλον ὁ πνεύματι πατὴρ ἢ τῷ σώματι· ἁρπάγημεν τῶν δεσμῶν μετὰ Πέτρου, διήλθομεν πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν. Ἵλις δὲ νόμος τῆς θείας οἰκονομίας, μικρὸν ἐνδιδῶσιν ἵνα μείζω θαυματουργῇ. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν μικρῷ τε ἡμεῖς ἐκθεσώκαμεν· καὶ τῶν ἐρευνωμένων οἶμαι μηδένα εἶναι, ὥπερ οὐκ ἂν εἴη ταῦτα γε ἄῤῥητα.

B

ε'. Τὰ δ' ἐντεῦθεν οἶδε Χερσὼν καὶ γῆ Σκυθικὴ, φιλοξενοῦσα τοὺς παροδεύοντας τοῖς τῶν ἡμετέρων παθημάτων ἀκούσμασιν· ἐπειδὴ γὰρ ὁ σφάλλων τὴν τῶν πονηρῶν πανουργίαν ἔπεισε καὶ τὸ ἡμέτερον τύραννον τὰ τῇ γνώμῃ πράττειν ἀντίθετα, ὁ μὲν ὑπερορίους, ἔπεμπεν ἡμᾶς καὶ δεσμώτας, ἐλευθέρους δὲ ἡ πόλις ἐᾴδου. Ἀλλ' οὐκ ἐκείνου ἤνδανε θυμῷ· κακοὺς δὲ ἀγγέλους ἠφίει τῷ πολιτεύματι, κρατεροὺς δ' ἐπὶ μύθους ἔττελλε· καὶ οἱ μὲν ἀντέτεινον οὐδ' ἐπὶ μικρὸν εὐθὺς ἐνδιδόντες αὐτοῖς ὅ τί ποτε πράττειν βεβουλημένοις ἡμᾶς· Θεὸς δὲ ἦν ὁ ἀνέχων, κινήσας τῶν τινα περιφανῶν ἐν Χερσῶνι, καὶ οἷος οὐκ ἄλλος, Ἰωάννην τὸν πάνυ· ἐᾴδου μὲν οὐδ' οὕτως ἐλευθέριον ἡμᾶς τὸ ἀποδράναι τὰ χειρω, ὑφορώμενος τὴν ὁρμὴν τοῦ δήμου, μήποτε κατασφάζοιτο παρὰ τοῦ μιαιφόνου ἀνδρὸς, καὶ κατ' αὐτοῦ C κινοῖτο δῆμος ὢν ἑτεροβριθὴς καὶ φερόμενος πανταχόθεν. Ἐτήρει δὲ μέσους ἐλευθερίας τε καὶ δεσμοῦ. Τί δὲ ὁ πάντα ποιῶν καὶ μόνῳ τῷ βούλεσθαι; Ἦν μὲν κἀνταῦθα σιδηρᾶ κάμινος, Αἴγυπτος ἄλλη, καὶ Ἰσραὴλ καταδουλούμενος ὁ ἐλεύθερος, καὶ Μωσῆς μυστηρίων μειζόνων μύστης καὶ θεωρός· πέμπεται γὰρ καὶ οὗτος, ἵνα τοῦ πηλοῦ καὶ τῆς πλινθείας ἐλευθερώσῃ με, κἂν ἀντιτυπῇ ὁ δυναστεύων Φαραὼ ὁ σκληρὸς, καὶ πρὸς τὰς θεοσημείας τυφλώττων, Ἔγγυς δὲ ὀλοθρευτὴς· καὶ ἡ πόλις μὲν ἐπέθνει τὰ οἰκεῖα κακά; ἠτέκνου γὰρ μάχαιρα ἔξωθεν τῶν ἐθνῶν, καὶ ἔνδοθεν ὁ ἐμφύλιος ἀνέκυπτε πόλεμος. Ἡμεῖς δ' εὐθὺς ἀποφεύγομεν.

D

ς'. Ἵσταται μὲν οὖν οὐδὲ μέχρι τούτου ὁ κάκιστ' ἀπολούμενος ἐκεῖνος, καὶ τῆς ἀριστερᾶς μοίρας ὄντως ἄξιος· ἀλλ' ἐπειδήπερ τῆς Χερσωνος ἐγγὺς ἐν Ἀλανικῷ χωρίῳ φυγάδες ἦμεν (πολυσχιδὲς γὰρ τὸ ἔθνος τοῦτο, καὶ διῆκον μὲν ἀπὸ τῶν Καυκασίων ὀρῶν ἐς Ἴβηρας, τὸ ἀρχαῖον καὶ πάτριον ὅριον· ἀγαπᾷ δὲ καὶ μετοικεσίας πολλοστῶν τινων πέμπειν· ὡς μικροῦ Σκυθικήν τε πᾶσαν καὶ τῶν Σαυρομάτων ἐκπλεροῦν)· κἀντεῦθεν ἡμᾶς ἐδίωκε πολλοῖς ὅ τι πανουργήμασί τε καὶ μηχανήμασι, ζητῶν ἤδη καὶ θανατῶσαι· ἦν γὰρ τὸ λειπόμενον οὐδὲν

(2) *Ilaid*, I, v, 24.

(3) Ibib. v. 25.

ἕτερον· καὶ κατέδραμεν ὁ θεοστυγής, γενόμενός τε εἰς Χερσῶνα, πόλεμον ἠπείλει τοῖς μικροῖς Ἀλανοῖς, μόνον εἰ μὴ προδῶσιν ἡμᾶς. Οὕτως ἐκεῖνος πονηρὰ φύσις ἦν ὁ γελοῖος Τζαμάνης καὶ τοῦ μηδενὸς ἄξιος, πλὴν ὅτι κακίας πλήρης καὶ τοῦ Πονηροῦ ὑπηρέτης. Ἠγνόησε δὲ ὁ πᾶν ὅ τι κακὸν εἶναί τε γὰρ σπουδάσας καὶ λέγεσθαι ἄξιος, ὡς Θεοῦ ἡμεῖς ἀπόστολοι νεανιεύομαι γὰρ, καὶ Θεὸς τερατουργεῖ ἡμῖν· ὁ γὰρ διατεμὼν καὶ συνάψας τὴν Ἐρυθρὰν, καὶ τὸ μὲν φυγάδα διασώσας λαὸν, τὸ δὲ τὸν διώκοντα καταποντίσας, τέμνει τὴν πόλιν τὸ πρότερον οἰκείῳ πολέμῳ καὶ ἀλλοτρίῳ, καὶ τὸ διεχὲς ἐκείνης ἐδίδου ἡμῖν τὴν δίοδον. Συνάπτει δὲ πάλιν τῇ ὁμοπνοίᾳ, ὡς μικροῦ κινδυνεῦσαι τὸν ἁλιτήριον βουλόμενον κατατυραννεῖν, εἰ μὴ ὄρασμῷ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσατο. Οὕτω δὴ ταῦτα.

ς'. Ἃ δὲ δεινὰ καὶ ὁ ἱερὸς ἡμῖν ἀνερρίπισε πόλεμος, λεγέσθω γὰρ καὶ οὕτως, ὥσπερ τυραννικὸς, τί χρὴ καὶ λέγειν ἀλλὰ κακὴν ὁμόνοιαν; ἵνα πύργος βλασφημίας ἀνυψωθεὶς τοῦ ὕψους περιφρουρουμένου τοῦ ἀξιώματος· εἰ καὶ ἡ τῆς γλώσσης ἐγγὺς σύγχυσις· ἢ συνδρομὴ τῶν τῆς αἰσχύνης ἱερέων κατὰ τινος Ἡλίου· ἦν γὰρ ὁ ζηλωτὴς παρ' ἡμῖν, εἰ καὶ κατασφάττει τοῦτο τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος· ἡ κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ τῶν Ἀσσυρίων παρεμβολὴ ἐπισφαλῶς ἐπεισφρήσασα, καὶ ἐπικινδύνως ἀνθυποστρέψασα. Τὸ δὲ ἦν, ἵνα μικρόν τι ἐνδιατρίψωμεν τοῖς παθήμασι· Παροικοῦσι τῇ Χερσῶνι καὶ Ἀλανοὶ, οὐχ ἧττον θεληθέντες ἢ θελήσαντες, ὡς οἷόν τε περιτείχισμα ταυτῇ καὶ περιφρούρημα. Τούτους ἐγώ τε εἶδον, καὶ περιχαρῶς αὐτοὶ τὸν πάτριον ποιμένα περιέτρεχόν τε καὶ περιίσταντο· βουλόμενοί τε παρ' αὐτοῖς ἡμᾶς ξενισθῆναι, πάντα ἐποίουν τὰ ἐπιτήδεια. Ἡμεῖς δὲ ἀντεισήγομεν τὸν τῆς παραινέσεως λόγον, ὡς ἂν βιῷεν ἀξίως τῆς κλήσεως τοῦ Χριστοῦ. Ἦσαν δὲ ἀληθῶς (οὐ γὰρ ἂν αἰσχυνοίμην λέγειν, μηδέ μοι γένοιτο ὑφορᾶσθαι μικροψυχίας τινὸς) ποίμνιον ἐσκορπισμένον εἰς ὄρη καὶ ἐρήμους καὶ βάραθρα, οὐκ ἔχον μάνδραν οὐδὲ καλύβην, ἕτοιμον εἰς κατάβρωμα τοῖς θηρίοις· οὐ γὰρ ἦν ὁ ποιμαίνων, εἰ καὶ πολλῶν τὸ ἐπάγγελμα· καίτοι καὶ βουλομένοις οὐδ' ἂν ἐξέστασι· ὅτι μὴ πρότερον, οἷον εἶναι δεῖ τὸν ἐπίσκοπον, ἤκουσαν· εἰ καὶ Παῦλος ἐκβοᾷ, ἡ μεγάλη σάλπιγξ, ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος, καὶ διὰ τοῦτο ἡμέτερος. Οἴονται δὲ τρυφερὸν εἶναι ἐπισκοπεῖν καὶ σπουδάζον τὰ κοσμικά.

A Deo odibilis Chersonem, et pusillis bellum Alanis interminatus est, nisi nos dederent. Tam improbæ naturæ erat ridiculus iste Tzamanes et nulla re dignus, nisi quatenus malitia plenus erat, et Diaboli administer. Porro ignorabat hic, nihil præter nequitiam sapiens, et flocci faciendus, nos esse Dei apostolos, dicam enim audacter, et Deum pro nobis miracula operari. Qui enim divisit recollegitque Erythræum, et fugitivum populum servavit, et persecutorem pari tempore aquis submersit, civitatem hanc in partes scidit, bello concitato simul civili et extraneo; idque discidium ansam nobis evadendi obtulit. Sed civitatem Deus rursus ad concordiam reduxit, ut parum a periculo abfuerit perditus ille, qui tyrannidem affectabat, B nisi fuga saluti suæ consuluisset. Hæc hactenus.

6. Quæ autem mala a sacro etiam illata nobis sunt bello, ea pariter narranda sunt, utpote quæ vim tyrannicam in nos exercuerunt; quæ res nullo alio nomine appellari potest, nisi pravæ conspirationis : ut blasphemiæ nimirum turris in altum attolleretur sub dignitatis munimine. Et quidem prope abfuit a linguarum confusione; vel quædam fuit sacerdotum ignominiæ adversus Eliam aggressio. Erat enim quidam zelotes apud nos, etsi et hunc interficit gladio spiritus. Vel contra Jerusalem Assyriorum exercitus periculose semet inferens, nec tuto revertens. Res ita se habuit, ut breviter calamitatem narremus. Habitant prope Chersonem etiam Alani, non minus C expetiti quam volentes, ut sint circa eam urbem quasi vallum quoddam et custodia. Hos ego vidi, illique admodum exhilarati, ad patrium suum pastorem accurrebant, eumque circumsistebant, volentesque nos apud eos hospitari, nullum officii genus prætermittebant. Nos vero vicissim adhortationis verbum adhibebamus, ut digne Christi vocatione viverent. Erant autem (neque me pudebit dicere, neque offensionem quamdam subverebor) grex palans in montibus locisque desertis et foveis, neque ovile neque caulam habens, ideoque ferarum devorationi expositus; neque enim aderat qui ei pastoralem curam impenderet, etsi D multorum erat ambitio. Cæteroqui ne volentibus quidem id licuisset; quia nondum, qualem oporteat esse episcopum, cognoverant; quamvis Paulus noster [1]. Sed illi existimant deliciosum quid esse clamat, magna tuba, gentium doctor, ideoque episcopatum, et mundanis curis deditum.

ζ'. Οἴδατε τὸν Χερσῶνος· καὶ τί ἂν ἀκριβολογοίμην εἰδόσιν; Οὗτος ὁ γέρων καὶ ἀρχαῖος ἐπίσκοπος θανατᾷν ἔδοξεν, ὅτι παρ' ἡμῖν Ἀλανοὶ, ἢ μᾶλλον ὅτι παρὰ Χερσῶνι ἡμεῖς· καὶ ὁ τῆς ἐνορίας λόγος εὐθύς· καὶ ὡς ἐγχώριος ἐπισκοπῇ, καὶ τὸ ἐμὸν παροδευτὸν καὶ παρόριον· τὰ γνώριμα ταῦτα ὧν νῦν ἐπισκόπων τῆς μικροψυχίας καὶ τοῦ φθόνου περικαλύμματα, ἵνα μὴ λέγω καὶ τῆς ἀβελτηρίας γνωρί-

7. Nostis Chersonis episcopum : cur enim gnaris verba multa faciam? Senex hic et priscus episcopus mori sibi videbatur, quia Alani apud nos essent, vel potius quia nos Chersone morabamur. Statim ergo de jurisdictionis limitibus sermo, et quod episcopatus loci proprius esset, meum vero officium transitorium et extraneum. Noti sunt hi hodiernorum episcoporum prætextus, quos suæ

[1] Tim. III, 2.

μένοις ὁ καὶ τοῦ κρίνειν κύριος ὤν · ἐῶ τἄλλα · δίκαιον γάρ. A

η΄. Ἀλλ ἐπειδή τινος ἐλευθερίας λαβόμενοι, καὶ τὴν ὁδὸν ἐσκοποῦμεν ὡς ἂν ἕκαστος τὸν σκοπὸν τῆς ἀφετηρίας εἶδε, τὴν ἰθὺ Βοσπόρου ἐτέμνομεν · ἐδείδου δὲ ὅ τε καιρὸς χειμῶνος ἄγων τὰ μέσα, καὶ τῶν Σκυθῶν ἡ κατὰ τοῦ Βοσπόρου τηνικαῦτα ὁρμὴ διεκώλυεν · εἰ καὶ ἡμεῖς ἐβιάζομεν τὴν ὁδὸν, ἐξ οὗ καὶ διηλέγχημεν ἄπρακτοι. Τίς ἂν εἴποι τὰ σκυθικά ; τίς θρηνήσει ἃ τε ἴδοιμεν, ἃ τε πάθοιμεν ; Ἀφίσταται δὲ ἄρα οὔτε τοῦ κυβερνᾶν καὶ παραπλέειν ὁ ναύαρχος, κἂν ὅσα τοῖς ἀνέμοις ἐκπεπολέμωται, μέχρις ἂν εἰς λιμένα καταγάγοι τὴν ναῦν · καὶ τὸν αὐτὸν ἡμεῖς σκοπὸν εἴχομεν · καὶ πάλιν ὁδοῦφ ροντις, καὶ ὅσα παρόδια · καὶ πάλιν τὰ πρῶτα παθήματα ἐπὶ τοῖς B αὐτοῖς · ἐντὸς ἡ νόσος ξενιτεύει, καὶ ἀπορία συμβαίνουσα, καὶ τοῦ σκοπουμένου μᾶλλον διαμαρτεῖν. Καὶ αὐτὸς μὲν ἦγον τὸ συμβεβηκός ὡς ἂν ἔχοι · τὸν δὲ πατέρα καὶ πάλιν πρὸς τὰ οἰκεῖα τρέχειν ἠνάγκαζον. Τίνα τὰ ἐπὶ τούτοις ; Μόνος ὁ πρέσβυς ἀρχιερεύς, καὶ γε σὺν τῷ ὑστάτῳ τῶν τέκνων ἐπὶ Βόσπορον ἄπεισι.

τ΄. Καὶ πάλιν ἑτέρα συμφορὰ καὶ κάκωσις ἄλλη · οὐ γὰρ ἐδέχθη τῷ ἄρχοντι. Οἴδαμεν πάντες τὸ παλαιὸν ἐκεῖνο κακὸν, τὴν ἀρχαίαν ἔχθραν καὶ πρώτην, καὶ τὸ δεινότερον, καὶ ὅπερ ἐκ πάσης καρδίας ἐκκαλοῖτ' ἂν καὶ δάκρυα · ἐγειτόνει ὁ ποιμὴν καὶ τοσοῦτον ὅσον ὁρᾶσθαί τε καὶ ὁρᾶν · καὶ ὁ μὲν, τῷ καλάμῳ θρηνῶδες μέλος ἐνέπνει καὶ ἀνακλήτως · τὸ δὲ περιτρέχειν μὲν ἤθελε τὸν ποιμένα καὶ περισκαίρειν · ἤκουε γὰρ τῆς φωνῆς καὶ ἐγίνωσκεν. C ἠδύνατο δὲ οὐδαμῶς. Φασὶ πανσυδὶ τὴν πόλιν προστένειν τῷ δυναμένῳ · καὶ ἢ τεθνηκέναι πάντως οἰτήσασθαι, ἢ τὸν ἀρχιερέα λαβεῖν · οὐκ ἔκαμπτε δὲ τοῦτον οὐ πρέσβυς πενθῶν, οὐκ ἀνὴρ σκυθρωπάζων, οὐ παῖς ἀλαλάζων, οὐδ' ὀλοφυρομένη γυνὴ, οὐ πόλις ὅλη τῷ πάθει νικηθεῖσα καὶ δυσωποῦσα. Τίνος ἕνεκεν ; Ὅτι ζῆλος τὸν ἄνδρα κατέφαγε, καὶ ὅτι στερρὸς καὶ ἀντίτυπὸς, οὐδ' ὡς τὰ πολλὰ τοῖς ἄρχουσιν ἀπειθής · εἰ μὲν ἀκαίρως τε καὶ ἀλόγως, δεινὸν τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐδ' ἡμεῖς ἐπαινέσομεν · εἰ δ' ἀθλητικῶς καὶ γενναίως, καὶ ὡς τῶν πρόσθεν ἐπευθύμεθα κλέα ἀνδρῶν (5), μετ' ἐκείνων ἂν ὡς ἂν συμπέσοι τὰ πράγματα.

ια΄. Ἐπεὶ δὲ ἀπειρήκειμεν τὸ ἐκεῖθεν ἐλθεῖν, ἑτέραν μείζονα πολλῷ καὶ σκληροτέραν, τί γὰρ ἂν D καὶ πάθοιμεν ; ἐτραπόμεθα. Καὶ ὁ μὲν πατὴρ αὐτοῦ τέως μένει παρὰ τοῖς ὀλιγοστοῖς Ἀλανοῖς, πάντα φέρων, πενίαν, ὀνειδισμοὺς, χλευασμούς· οὐ γὰρ χωροῦσι πάντες τὸν λόγον τοῦ πνεύματος, καὶ εἰσὶ κριταὶ τῶν τεταγμένων μάλιστα κρίνειν · καὶ τὸ χεῖρον, ὅτι καὶ κατακρίνουσιν · ἡμεῖς δὲ μέσην Σκυθίαν ἠλαύνομεν ὅλην ἑξηκοντάδα τῶν ἡμερῶν, πέντε ἄνδρες, οὐδὲ τῶν ἀναγκαίων εὐπορεῦντες. Πλὴν ανεκτὸν, ὅτι μὴ πολὺ πόρρω τῆς ἀποστολικῆς καὶ πρώτης ὁδοῦ · καὶ Θεοῦ διδόντος νεῦμα τῷ ὑμᾶς εὐξασθαι, ὦ πάτερ καὶ ἀδελφοὶ, τὸ ἐπιθυμητὸν ἐμοὶ καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, τὴν ποίμνην ὁρῶμεν, ἀγαπητὸν

(5) Illiad. IX, 520.

manus ; peregrinis scilicet, is qui suam patriam tenebat ; reis, is qui judicii arbiter erat, ut cætera omittam, prout par est.

9. Age vero postquam aliquam libertatis partem nacti fuimus, de via cogitavimus prout quisque itineris sui scopum habebat, rectaque ad Bosphorum tetendimus. Timebatur vero et mediæ hiemis tempus, et Scytharum circa Bosphorum præsens incursio impedimento erat : nihilominus nos vi iter arripuimus, quamvis successu fortasse carituri. Quis mala scythica narret ? quis satis defleat, quæ vidimus aut passi sumus ? Sed enim neque clavum regere, neque navigare gubernator desiit, quibuslibet repugnantibus ventis, donec navim in portum deduxisset. Idem nobis scopus erat ; ideoque rursus itineris cura atque apparatus : rursuque priores ærumnæ viæ comites. Et nobiscum quidem morbus peregrinabatur, et quæ solet comitari egestas, et a proposito scopo aberratio. Porro res ego prout se dabant ferebam ; sed patrem denuo in patriam redire cogebam. Quid vero postea ? Solus senex præsul, cum postremo filiorum ad Bosphorum venit.

10. Et en rursus alia calamitas atque afflictio : quippe a principe receptus non fuit. Nostis omnes antiquum illud malum, priscam et primam inimicitiam ; quodque gravius, et lacrymas de corde exprimit, in propinquo erant pastor et grex, in tantum ut invicem cernerent : et ille quidem fistula lamentabilem sonum invitandi causa edebat ; grex autem accurrere quidem volebat ad pastorem et circumsistere ; nam vocem ejus audiebat atque agnoscebat ; neque tamen poterat. Aiunt globatim civitatem ad potentem virum accessisse, se vel mori velle dicentem, vel præsulem suum recipere : quia tamen illum flecteret sive senex flens, sive vir mœstus, sive puer ejulans, sive mulier lamentans sive universa civitas dolore consternata et lugubris. Cur id, inquam ? Quia livor hominem consumebat, et quia durus contumaxque erat, neque pro more suo principibus non obsequens. Quod si intempestive atque absurde egit, grave negotium est neque a nobis laudandum. Sin potius fortiter atque strenue, ac veluti priscorum audivimus facinora virorum, cum his nimus utcunque res evenerint.

11. Postquam vero prohibiti fuimus illuc accedere, ad aliam longe ampliorem atque asperiorem, quidquid passuri essemus, conversi regionem sumus. Et pater quidem illic remansit interim apud exiguum Alanorum numerum, ærumnarum omne genus ferens, egestatem, contumelias, convitia. Neque enim omnes capiunt spiritus sermonem ; et fiunt judices illorum qui judicando potissimum sunt præpositi ; et quod pejus est, illos condemnant. Nos autem mediam in Scythiam progressi sumus, sexaginta omnino dierum itinere, homines pauperes, et omni re necessaria destituti. Verum tamen hoc fuit tolerabile, quod haud procul apostolico primo itinere recessimus ; Deoque vestris pre-

cibus annuente, o pater et fratres, desiderata mihi sodalitas et nomen, gregem videmus, rem mihi charissimam et præ omnibus æstimatam. Quidni? quoniam a Deo mihi hæreditas ista, et quidem optima[2].

12. Hactenus mihi sermo facile decurrit, et ordine ferme suo processit. Verum quæ supersunt, ea ab alio dici malim, ipse autem silentium tenere; nam neque lingua eloqui patitur, neque manus scribendo operam facilem præbet: « Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est[3]! » ut in exsecrandos dies jam fortasse inciderimus, in quibus ipse quoque Antichristus fortasse emersurus est. Jam enim fumus ejus mordaci nos humore contigit, unde et lacrymari cœpi, neque dum a plorando desino, ausimque dicere me neque desiturum! Heu jam nostra mala inceperunt, et nunc primum fortasse nobis inflammabitur supremæ calamitatis fornax, minutis succensa sarmentis! Nonne enim illico arbores corripiet, quoniam sinceriorum quoque fidem Satanas subvertit? Heu mihi, quia facti sumus quasi in principio, cum non dominareris nostri, dicit Scriptura[4]! Heu mihi, quia super fundamento apostolorum paleæ et arundo ædificatæ sunt, et igni statim consumptæ fuere! O quis hic gemebundus propheta nos defleat sicut olim Jerusalem! Certe nec ego, o vos qui adestis, neque sermo meus mendax est; non, inquam; per fornacem hanc juro calamitatis quam media in anima recepi.

13. Ad hanc partem sermonis cum devenerim, ad lacrymandum tantum permoveor, et dolore perturbor, nec qui sim, nec quali narratione utar, explico: sentio autem me nonnisi abrupte rem narraturum. Sum enim non mediocriter conturbatus, neque pote est, ut mens animam regat: « Pastores, inquit Scriptura, demoliti sunt vineam meam[5]. » Nunc autem pseudopastores desiderabilem Christi portionem ignominia affecerunt. Neque dubito affirmare, quod in desertis et carentibus viva doctrinæ aqua locis, et qui erant impervii evangelizantium speciosis pedibus, rosa fidei efflorescebat, ex radice primæ vix prædicationis humore irrigata. Unde et nos forsitan ad ejus amorem ascensi fuimus, ut ignotam plerisque rem revelem, et controversam hujus meæ peregrinationis causam aperiam: nempe ut arvum inaquosum in sudore vultus colerem, et rursus struere vitæ culmum possem, vel antiquæ damnationis. Utique id Deus concedat! si modo haud remisso animo curam suscepti muneris arripuimus, zeli flammam suscitantes.

14. Multa vero tempus attulit, quæ nec enumerare quis facile queat. Solent enim tempore rerum vices semper innovari; sed rem huic parem nunquam obtulit. Ex anonyma quadam regione et per hiemem cœnosa, infidelitatis ignobilis quidam spiritus commotus, hoc populorum mare contur-

ἐμοὶ χρῆμα καὶ παντὸς τιμώμενον ἄλλου· πῶς γάρ; ἐπειδὴ παρὰ Θεοῦ κληρονομία μοι αὕτη, εἴη δὲ καὶ κρατίστη.

ιβ. Μέχρι μὲν οὖν τούτων εὔδρομος ἦν ἡμῖν ὁ λόγος, καί πως εὐτάκτως φερόμενος· τὰ δ' ἐντεῦθεν ἑτέρῳ μᾶλλον ἐβουλόμην εἰρῆσθαι, καὶ ἡσυχίαν ἄγειν αὐτός· οὔτε γὰρ ἀνεκτῶς ἔχει λέγειν ἡ γλῶσσα, καὶ ἡ χεὶρ οὐκ ἂν ὑπηρετῆσαι ῥᾳδία. « Οἴμοι! ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη, » ὡς τὰς ἐπαράτους ἡμέρας ἤδη καταλαβεῖν, ἐν αἷς ἴσως καὶ ὁ Ἀντίχριστος ἐκραγήσηται· ἤδη γὰρ ὀξέκεινου καπνὸς ἡμᾶς ἐδρα μυξεν· ὑφ' οὗ καὶ δακρύων ἀρξάμενος, ἐπαυσάμην οὐδέπω, καὶ πείθομαι λέγειν οὐδὲ πεπαύσομαι. Οἴμοι! ὅτι ἀφ' ἡμῶν κατήρξατο τὰ δεινά· καὶ τάχα γε πρῶτον ἡμῖν ὑπαναφθήσεται καὶ ἡ τῆς ἐσχάτης συμφορᾶς κάμινος, μικροῖς ὑπανακαιομένη φρυγάνοις· οὐ γὰρ ἂν εὐθὺς τῶν δένδρων ἐφάψοιτο, ἐπειδὴ καὶ τῶν ἀφελεστέρων τὴν πίστιν ὑποσκελίζει ὁ Σατανᾶς. Οἰμοι! ὅτι ἐγενήθημεν ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε οὐκ ἤρξας ἡμῶν, φησὶν ἡ Γραφή. Οἴμοι! ὅτι ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων ἄχυρα καὶ καλάμη ἐπῳκοδόμητο, καὶ τῷ πυρὶ εὐθὺς εἰς φρυῦδον ἐγένετο. Ὦ τίς ἐνταῦθα θρηνητικὸς προφήτης καὶ ἀπωδύρατο ἂν ἡμᾶς ὡς τὴν Ἱερουσαλήμ! Ὡς ἔγωγε, ὦ παρόντες, καὶ οὐ ψευδὴς ὁ λόγος, οὐ μὰ τὴν κάμινον τῆς συμφορᾶς ἣν ἐδεξάμην κατὰ μέσης ψυχῆς.

ιγ'. Ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος, μόνον δακρύειν παρακινοῦμαι, καὶ ὑπὸ τοῦ πάθους συγκέχυμαι, καὶ οὐκ ἔχω τίς γένωμαι καὶ ὅπως τῷ διηγήματι χρήσωμαι· καὶ οἶδα ὡς ἀδιάρθρωτά μοι τὰ τοῦ πράγματος λαληθήσεται· ἔχω γὰρ οὐ τὸν τυχόντα θόρυβον· οὐδ' ἐν ὅσῳ κυβερνᾷ ὁ νοῦς τὴν ψυχήν. « Ποιμένες, » φησί, « διέφθειράν μου τὴν ἄμπελον· » νυνὶ δὲ ψευδοποιμένες τὴν ἐπιθυμητὴν Χριστοῦ μερίδα κατήσχηναν. Καὶ οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι λέγειν ὅτι ἐν ἐρήμοις; καὶ ἀνύδροις τόποις τοῦ τῆς διδασκαλίας ὕδατος ζῶντος, καὶ ἀβάτοις τοῖς τῶν εὐαγγελιζομένων ὡραίοις ποσί, τὸ ῥοδὸν ἤνθει τῆς πίστεως, μόνον ὑπὸ τῇ ῥίζῃ τοῦ πρώτου κηρύγματος ἀρδευόμενον· ὑφ' οὗ τάχα καὶ ἡμεῖς πρὸς ἔρωτα ἀνεκαύθημεν, ἵνα τὸ πολλοῖς ἀπόῤῥητον ἐκκαλύψω, καὶ τὴν ἀντιλεγομένην αἰτίαν τῆς ἐμῆς ταύτης ἐκδημίας ὑπαναπτύξω· εἰ φυτηκομοίην γεώργιον ἄνυδρον ἐν ἱδρῶτι προσώπου, καὶ τῆς ζωῆς ἐκκαλαμᾶσθαι δυναίμην τὸν ἄσταχυν ἔμπαλιν, ἢ τὸ τῆς παλαιᾶς κατακρίσεως. Θεοῦ δὲ εἴη ἄν, εἰ καὶ τῆς προθυμίας οὐ δεύτεροι ἀπαντῶμεν ἐν τῇ μελέτῃ τοῦ ἐπαγγέλματος, τὸ πῦρ ζήλου ὑπανακαίοντες.

ιδ'. Ἤνεγκε μὲν οὖν ὁ χρόνος πολλά, καὶ ὅσα περ οὐδ' ἂν ἀριθμῆσαί τις ἔχοι ῥᾷον· καινοτομεῖν γὰρ οὗτος οἶδε τὰ πράγματα· τοῖον δὲ οὐδέποτε ἤνεγκεν. Ἐξ ἀνωνύμου χώρου ποθὲν καὶ τελματώδους τῷ χειμῶνι τῆς ἀπιστίας ἀγεννές τι πνεῦμα ἐκτιναχθὲν τὴν τῶν ἐθνῶν ταύτην διετάραξε θάλασσαν, καὶ τὴν

[2] Psal. xv, 6. [3] Psal. cxix, 5. [4] Isa. lxiii, 19. [5] Jerem. xii, 10.

ὀλκάδα τῆς Ἐκκλησίας, οὐ γὰρ ὁ κυβερνώμενος ἦν, ἐπὶ μικραῖς ἐλπίσι σαλεύουσαν ἤδη καὶ εἰς βυθὸν κατήνεγκεν ἀπογνώσεως. Ἰού, ἰού! ἠλίκον τὸ τόλμημα! Πῶς ἂν ἐμοὶ καὶ γενήσεται ἐκφορον πρᾶγμα; Οἶδ' ὅτι πειθοῦς ἀπάσης ἀνάξιον· Εἶχε μὲν ἡ τῶν Ἀλανῶν ἐκκλησία τῆς κεφαλῆς τὸν κόσμον ἀφαιρεθεῖσα, τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον λέγω ποιμένα καὶ τὸν ἀπόστολον μὴ ψευσάμενον· αὐτοῦ γὰρ καταλύει τὸν βίον διακονήσας καλῶς εἶχε δὲ καὶ ὁ τῆς κακίας πρόβολος γυμνῷ, ὃ δὴ λέγεται, κεφαλῇ τὸν κατ' αὐτὴν ἀπερυθριάσας ἀγῶνα· καὶ οἷα τὰ ἐκείνου μηχανήματα καὶ προβλήματα, τὴν φιλοχρήματον λύσσαν ὑπανακαίει τέν τινι πρὸς ὑπουργίαν ἐκείνῳ ἐπιτηδείων, τὴν τοῦ ἔθνους ἀφέλειαν προδεικνύς, καὶ τὸ δυσπραγές τοῦ καιροῦ, καὶ ὅτι τοὺς Ἀλανοὺς εὐθὺς ὑποσύροιτ' ἄν.

ιε'. Ἦν γὰρ αὐτοῖς οὐκ ἀφανὴς ὁ ἀνὴρ, ἐγγὺς τοῦ γένους ἔχων πρὸς τὸν ποιμένα ἐκεῖνον. Οὗτος σκέπτεται βουλὴν τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ἀξίαν καὶ ὄντως ἄβουλον· παραλαβὼν γὰρ μεθ' ἑαυτοῦ, ὡς ὁ ἐν Εὐαγγελίοις ἐκεῖνος θριαμβευόμενος δαίμων ἑπτὰ δαιμόνια ἕτερα, τοὺς περὶ τὸν ποιμένα λύκους, τὸ δὲ παράδοξον, ἄνδρας τῆς σὺν ἐκείνῳ ἀνακτροφῆς ἀναξίους, ἄλλως ἀλλαχόθεν φυγάδας, καὶ τὸ πᾶν οὐδὲν ὑγιές, καί τινα Λαζόθεν ποθὲν, μετενδυτοῦντα μόνον τάχα που καὶ ἐπίτηδες, καὶ σεσαρωμένην εὐρών, καὶ τοῦ τὰ πάντα πληροῦντος ἀγαθοῦ κενὴν Πνεύματος, εἴσεισιν ἐλευθέρῳ ποδὶ, καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων· ἦσαν γὰρ σύδ' ἐκεῖνά πως ὑγιῆ. Πῶς ἂν εἴπω τὴν τοῦ πονηροῦ προσβολὴν, καὶ ὅπως ἴχνους ἐλάβετο, καὶ τὴν ἀξειλογουμένην τῶν ἐπιτηδείων ὑπηρεσίαν; Δότε μοι συγγνώμην, ὦ παρόντες, συγκεχυμένῳ, καὶ τὸν λόγον ἰθυτενῶς προσάγειν [μὴ] δεδυνημένῳ. Καίτοι γε σπεύδοντες οὕτως ὑπὸ τοῦ πάθους καὶ τῶς πολυελίκτου φορᾶς τοῦ πράγματος ἠμηχάνησα· καὶ οἶδα εἰρηκὼς οὐδὲν ἔτι· καὶ συσκιάζειν γὰρ τὰ πλείω ἀνάγκασμαι· ὑφ' οὗ καὶ ἡμῖν ἂν ἀπορεῖν συμβαίη καὶ πᾶσι. Τέως εἰσίασιν οἱ γενάδαι· καὶ ὁ μὲν, ὁ λυμεὼν ἐκεῖνος Λαζὸς, ἐπίσκοπος ὀνομάζεται· οἱ δ' ἀτεχνῶς καὶ γέρα αἰτοῦσιν, ὅτι μὴ τὴν Ἀλανίαν οὕτωσι περιεῖδον ἀποίμαντον, ἀλλὰ πάντα καμόντες καὶ πάντ' ἐνεγκόντες, πλὴν αλλὰ ταύτῃ προικὶ τὸν νυμφίον δεδωρηνται.

ις'. Πρώτῳ μὲν οὖν εὐθὺς τῷ βατῆρι ὡς Αἰγυπτιακή τις ἐπισκήπτει πληγή· πλὴν ὅτι μὰ καὶ ἡ πρώτη, ἥ γε μὴν ὑστάτη ὅσα καὶ βαρυτέρα· τὴ γὰρ πρωτότοκα καὶ ἅπερ ἀφιερούσθαι ὡσίωται, ταῦτα δὴ ὁ ὀλοθρευτὴς περιέδραμεν. Ἦνδε ἄρα οὐδέ τις σοφὸς Μωϋσῆς, ἵνα τὸ τοῦ χρίσαντος προειρμηνεύοι μυστηριῶδες περὶ τοῦ αἵματος τοῦ Ἀμνοῦ· καὶ προφυλακὴ μὲν οὐδεμία, καὶ ἅρδη ὁ ὄλεθρος· ἔρχεται γὰρ ὁ κλέπτης ἵνα λήψῃ καὶ θύσῃ καὶ ἀπολέσῃ. Ὡς ἀπόλοιτο ἡ κακία, ἣν παρυφεισταμένην οἶδα τῇ ἀμελείᾳ τοῦ κρείττονος! εἰ γὰρ ἐγρηγόρει ὁ οἰκοδεσπότης, οὐκ ἂν ὁ κλέπτης τὴν οἰκίαν κατώρυξε· Βούλεσθε μικρὸν ὑμῖν καὶ τὰ τῆς ποιμαντικῆς ἀναλέξωμαί;

bavit, et Ecclesiæ navim, gubernatore carentem, jam levi cum spe periclitantem in desperationis abyssum conjecit. Heu! heu! quantum facinus! Quomodo rem enarrare queam? Sentio enim prorsus esse incredibilem. Erat quidem Alanorum ecclesia capitis honore spoliata, sacro, inquam, pastore illo, qui minime mentiebatur apostolum: illic enim is vitam finivit, præclare functus officio. Erat etiam quidam nequitiæ protector. impudens nudc, ut aiunt, capite pro illa bellum gerens. Et quæ ejus artificia et machinæ esse solent, avaritiæ rabiem succendit nonnullorum ministerium illi præbentium, gentis simplicitatem imprimis prætendens, et temporis difficultatem, et quod Alanorum gens facile seduceretur.

15. Erat quippe apud eos homo prædictus non obscurus genere, pastorem illum attingens. Hic consilium init capite suo dignum, et vere inconsultum. Etenim secum assumens, velut ille in Evangeliis jam devictus dæmon septem alia dæmonia, circumstantes pastori lupos, et quod mirere, viros illius conversatione indignos, quorum alii aliunde fugitivi erant, et nihil omnino sanum habebant; nec non quemdam ex Lazorum aliquo angulo emersum, idoneo ut videtur habitu ornatum, nec indecoram, ut aiunt, barbam gerentem; hic, inquam, Alanorum ecclesiam scopis mundatam inveniens, et illo qui omnia replet bono spiritu vacuam; libero pede ingreditur, et fiunt novissima pejora prioribus: nam neque illa satis sana fuerant. Quibus ergo verbis improbi illius incursionem narrem, et quibus vestigiis insiterit, et illud nactus fuerit non aspernandum digniorum hominum obsequium? Date mihi veniam, o qui adestis, mentem turbatam habenti, et orationem recto cursu provehere impotenti. Et quidem festinanter, sic dolore animi, et ob varium negotii cursum anceps, video me nihil adhuc dixisse: nam pleraque silentio premere coactus fui; quo fiet, ut mihi et omnibus in perplexitatem versari contingat. Interim ingrediuntur egregii illi; et ille quidem pestilens Lazus, episcopus nominatur: isti autem aperte et

præmia exspocunt, quod Alianam absque pastore esse non siverint, sed cum omni patientia ac labore tali gratuito dono sponsum munerati sunt.

16. Ergo primo statim in limine, tanquam Ægyptiaca quædam plaga incumbit; nisi quod hic prima fuit, quæ illic postrema et gravior. Nam primogenita, et quæ Deo consecrari sanctum erat. hæc iste exterminator circumibat. Neque aliquis aderat sapiens Moyses, ut illius unguentis mysterium explanaret, de Agni videlicet sanguine: neque ulla tutela, sed internecivum exterminium. Venit enim fur, ut rapiat, et mactet, et perdat [6]. Male sit nequitiæ, quam obstrusam vidi, ob recti negligentiam! Nam si vigilasset pater familias, nequaquam domum fur effodisset. Vultis et acta ejus pastoralia aliquantum enumerem? Quid enim illud Pauli

[6] Jean. x, 10.

præceptum, ut manus cito nemini imponantur [7]? At iste intra paucos dies, formicarum veluti examen sacerdotes emisit: et hos viginti, aiunt ab eo tanquam equite prætereunte ordinatos, pauca intra dentes neminique intellecta murmurante, et certe labiis minime prolata. Alios quinquaginta dum cibos in mensa manderet, et calicem manuteneret: alios dum noctu in lecto jaceret. Sunt enim qui diro cum juramento affirmant, eum ne de lecto quidem consurrexisse Sed cur plura inquiram, mihi quidem haut dictu facilia, vobis autem audientibus intolerabilia? Denique his actis, diffugit in Luzicam, ligonis sui rursus cupidus. Non est, ut puto, homo ignotus mercatoribus nonnullis illuc commeantibus.

17. Sentio equidem multas interrogationes apud vos qui auditis commotum iri ab hoc sermone. Alii autem ne sibi quidem persuaderi patientur; id quod probe agnosco, dum mea cum vestris comparo. Nam nec ego auditis statim credidi; per otium primo hæc intellexi, deinde vero et multa interrogando cognovi. Sed ita facile fuit volenti decipere; et sic lupum sequebantur oves, quasi neminem unquam vidissent pastorem, neque ejusdem vocem audissent. Quid vero? nonne ab heri et nudiustertius egregius hic pastor erat? nonne ipsius episcopatum inordinatum sciebant? Rem certe haud obscuram neque non manifestam pluribus: etsi autem haud omnibus, sacerdotibus certe qui ordinationem ab eo susceperunt. Alterutrum itaque esse oportet: vel enim nesciebant, quod est incredibile, nam qui ignorare poterant, qui experti sunt? vel aliter, id est, rem sciebant; et cur sic magnum chrismatis negotium spreverunt, atque ab eo gratiam suscipere putarunt, qui nihil sanum habebat? Præsertim quia sunt nonnulli, qui trium episcoporum successionem viderunt, et nunc me quartum; qui et insignia magni sacerdotii illis exponebam, sive obvia in vestibus sive in bematis ornatu: quæ omnibus palam prostabant, ut inde episcopum agnoscerent. Gradus etiam ipsis enumerabam, quibus is promovetur qui sacerdotio functurus est. Hæc, inquam, et his plura mihi suadebant, ne me accurate tuteque rem audisse crederem; sed imperitiam damnabam et tædio habebam talia narrantes. Sed auditis sermonibus agnovi postea non temere fidem adhibuisse.

18. Num ergo videar, si sermonem confusione spoliem, meum ad vos alloquium juste refingere? Atqui hujusmodi non est lex loquentibus posita. Voluissem autem ab alio potius quam a me hæc vos audire, atque ita in abdito denuo reponere orationem; publicare vero litteris hoc negotium non auderem. Ipse porro accusatorem me gerere haud didici: neque judicare velim evangelico monito obtemperans; nam ubi sermo volucer, ibi et damnatio alas sumit [8]. Interim hæc sunt acta, atque hoc benignitatis genere nos grex excepit. Exterius

[7] I Tim. v, 22. [8] Matth. VII, 1.

A Τί γὰρ ἡ τοῦ Παύλου, ὃς μηδενὶ χεῖρας ταχέως ἐπιτιθέναι νομοθετεῖ; Ἀλλ' οὗτος ἡμερῶν ὀλίγοστύϊ τινῶν μυρμηκιὰς ἱερέων ἡμῖν ἀνέῳξε· τὴν εἰκοσάδα ταύτην φασὶν παρόδιος ἱππότης ἐχειροτόνησε, μίκρ' ἄττα ψιθυρίσας καὶ ὑποδόντινα καὶ τέως ἀνήκουστα. τῶν γάρ χειλέων ἦσαν ἀνέκφορα· καὶ τὴν. πεντηκοντάδα ἐκείνην, διαμασσώμενος ἐπὶ τραπέζης, καὶ τῇ χειρὶ κυλικοφορῶν· ἑτέρους νύκτωρ ἐπὶ στρωμνῆς. Ἑαυτοῖς ἐπαρῶνται τὰ φρικώδη οἱ λέγοντες ὡς οὐδὲ τῆς κοίτης ἐξανισταμένος. Καὶ τί ἂν τὰ πλείω διερευνώην, ἐμοί τε λέγειν οὐ ῥᾴδια, καὶ ὑμῖν ἀκούειν οὐ φορητά; Τέως οὕτω δράσας, οὕτω καὶ διαπέφευγεν ἐν τῇ Λαζικῇ, καὶ πάλιν τῇ σκαπάνῃ φιλοτιμούμενος· οὐ γάρ ἐστιν ἀφανὴς ἐκεῖ παροδεύουσιν ἐμπόροις ἴσως τισίν.

B ιζ'. Οἶδα μὲν σὺν ὅτι πολλὴν τὴν πεῦσιν ὠδίνει πρὸς ταῦτα τῶν ἀκροασαμένων ὑμῶν, ὦ παρόντες, λόγος· καὶ ποῦ γε καὶ οἱ οὐδ' ἂν ἐνέγκοιεν τὸ πεπεῖσθαι· καὶ οἶδα, τοῖς ἐμοῖς παραμετρῶν τὰ ὑμέτερα· οὐ γὰρ οὐδ' αὐτὸς εὐθὺς ἐπεπείσμην μαθών· ἀργῶς τε τὰ πρῶτα περὶ τούτων ἤκουσα· ἐπεὶ δὲ καὶ ἐπὶ πλέον ἀεί, πολλὰ ἠρόμην. Ἀλλ' οὕτως εὐχερὴς τῷ βουλομένῳ πλανᾶν, καὶ οὕτω λύκῳ τὰ πρόβατα ἠκολούθησαν, ὡς εἰ μηδὲ ποιμένα εἶδόν ποτε μηδὲ ποιμένος φωνὴν ᾔσθοντο. Τί δέ; οὐ χθὲς καὶ πρὸ τρίτης ὁ καλὸς ἐκεῖνος ποιμήν; οὐ παρ' ἐκείνου τὴν ἐπισκοπὴν ἀταξίαν ᾔδεισαν; Τὴν γοῦν τοῖς πολλοῖς οὐκ ἀφανῆ οὐδ' ἀνέκφορον· καὶ εἰ μή πάντες, πλὴν ὅμως οἱ τοῦ βήματος, παρ' ἐκείνου τὴν χειροτονίαν δεξάμενοι· Δυεῖν τοίνυν θάτερον· ἢ οὐκ ἤδεισάν, καὶ ὁ λόγος ἀπίθανος· πῶς γὰρ οἱ πεπονθότες C οὗτοί; ἢ τὸ ἕτερον· καὶ πῶς ὑπερεῖδον τὸ μέγα χρῆμα τοῦ χρίσματος, καὶ μετέσχηκέναι τῆς χάριτος πεπιστεύκασιν, οὕτω παρὰ τοῦ μηδὲν ὑγιές; Καίτοι γέ εἰσιν ὁπόσοι καὶ τρεῖς τῶν ἐπισκόπων παρήμειψαν· καὶ τέταρτον ὀρῶσιν ἄρτι ἐμέ· ἐγὼ δὲ καὶ τὰ ἐπίσημα τῆς μεγάλης ἱερατείας κατέλεγον· ὁπόσα τε ἐν ἀμφίοις ἁπλῶς, καὶ ὅσα τοῦ βήματος· ἅπερ εἰδέναι πάντα εἰκός, κἀκεῖθεν οὐκ ἀγνοεῖν τὸν ἐπίσκοπον. Καὶ τοὰς βαθμοὺς ἀνελεγόμην ὁπόσοις προβάζεται ὁ ἱεράσθαι λαχών. Καὶ ταῦτα, καὶ τούτων ἔτι πλείω ἔπειθέ με μὴ κατηκριβωμένως ἀκούειν μηδ' ἀσφαλῶς· ἀγροικίαν δὲ κατηγόρουν καὶ κατηλαζονευόμην τοῦ λέγοντος· ὅπερ οὖν εἶχεν ὁ λόγος, οἶδα πρὸς ταῦτα οὐκ εὐχερῶς πεπεῖσθαι ἡμᾶς.

D

ιη'. Ἆρα τοίνυν σκοπὸν ἂν τὸν λόγον ἐκριπτείας ἀποστερῶν, τῆς πρὸς ὑμᾶς ὁμιλίας ἐνδίκως μεταποιεῖσθαι; Καίτοι νόμος οὐχ οὕτω τοῖς λέγουσιν, Ἐβουλόμην δὲ παρ' ἑτέρου μᾶλλον ἀμᾶς ἢ παρ' ἐμοῦ κατακοῦσαι, καὶ οὕτως ἐν ἀρρήτῳ αὖ πάλιν ἀποτεθεῖσθαι τὸν λόγον· στηλιτεῦσαι δὲ γράμμασι τὸ πρᾶγμα οὐκ ἂν θαῤῥήσαιμι· αὐτός τε γὰρ αἰτιᾶσθαι μεμαθηδα οὐδαμῶς· μὴ γὰρ ἂν κρίναιμι κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν ὑποθήκην· καὶ ὁ λόγος πτερόεις, καὶ ἡ κατάκρισις ἂν πτερύξαιτο. Τέως γέγονε ταῦτα, καὶ τούτοις ἡμᾶς ἡ ποίμνη φιλοφρο-

νησαμένη ἐδεξιώσατο. Ἔξωθεν ἡμᾶς ἀτεκνοῦν ἠπείλησε μάχαιρα ἡ θηριώδης ἐκείνη καὶ δίστομος · ἐφιλονείκει γὰρ ἡμῖν περὶ τῆς τῶν Ἀλανῶν πατριᾶς, καὶ ἐκ τῶν ταμιείων φόβος οὕτως ἀνέκυπτεν ἕτερος · ναὶ γὰρ ὁ φόβος ἐμοὶ, ὅτι μηδὲ κατανοῆσαι εἶχον ὅπως τῷ πράγματι χρήσωμαι.

A nos liberis orbare minabatur gladius ille sævus utrinque exacutus. Invidebat enim nobis Alanorum patriam, et quasi de promptuario alius emergebat timor. Utique in timore versabar, qui neque excogitare poteram, quemadmodum ea in re me gererem.

ιθ'. Πρὸς ταῦτα τί ποτε οἴεσθέ με παθεῖν τὸν δειλὸν ἱερέα καὶ τὰ τῆς ποιμαντικῆς ἀμαθῆ ; Δανιὴλ ἐκεῖνος τῶν πρεσβυτέρων κριτὴς προκαθέζεται, καὶ τῶν βιασαμένων καταψηφίζεται · καὶ ἡ βιασθεῖσα τὴν δίκην ἐκπέφευγε · καὶ ποῦ τὸ πνεῦμα Δανιήλ ; Καίτοι βιαιότερον τὸ ἡμέτερον · τὴν γὰρ σωφροσύνην ἡ καθ' ἡμᾶς Σωσάννα κατεζημίωται, τὸ μὲν ἀγνοίᾳ, τὸ δ' ἐρημίᾳ τοῦ βοηθήσοντος. Ὦ δυσπραγὴς ἄνθρωπος ἐγὼ, καὶ τοῦ ζυγοῦ βαρέος εὐθὺς αἰσθόμενος ! Ἢ μή ποτε ὁ μὲν ζυγὸς χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον ἐστὶν ἐλαφρὸν · τολμηρῶς δ' ἐπηυχενισάμην αὐτὸς, καὶ παρὰ τοῦτο τῆς ἐλαφρίας οὐδὲ πεπείραμαι ; Ὁ γὰρ μὴ τὸν σταυρὸν ἐπ' ὤμων ἀράμενος πρότερον καὶ περὶ τὴν κοσμικὴν ἀργίαν γενόμενος ἐντριβὴς πῶς ἂν καὶ τὸν αὐχένα κλίναι, τὸ πνεῦμα παράθηται τῷ Πατρὶ ; ἐπεὶ καὶ τῆς ἐν τῷ ἀγαθῷ βασίμου ἰδρύσεως τὸ ποτήριον προτεθεῖται καὶ τὸ βάπτισμα. Ὦ δυσμήχανος ἐχθρὸς ὁ ἀρχαῖος πολέμιος, ὃς τὸν μὲν δίκαιον ἐξαιτεῖται · οὐ γὰρ [9] αὐτόθεν πειράσαι δεδύνηται · τὸν δ' ἄλλως ἀβέλτερον, καὶ καταπιεῖν δοκιμάζει ! Εἰ δὲ περὶ ἡμᾶς οὕτω τοὺς ἀφελεστέρους καὶ τοὺς μικροῖς παλαίσμασιν ἑτοίμους καταπεσεῖν ἡλίκος ἂν ἐνσκήπτοι τοῖς μεγάλοις ἀγωνισταῖς καὶ ὄντως σταδιοδρόμοις τοῦ πνεύματος ;

19. Ad hæc quid me existimatis tunc passum fuisse, timidum sacerdotem et pastoralis artis ignarum? Daniel ille seniorum judex sedet, et turpis violentiæ reos damnat; et illa vim passa damnationem vitavit. Et ubinam Danielis spiritus? Et tamen status noster violentior erat. Etenim Susanna nostra majus pudicitiæ detrimentum passa est, adjutoris partim inscitia, partim ejusdem privatione. O infelix ego homo, et grave jugum statim B expertus! An potius jugum quidem suave est, et onus leve, ego vero contumacius collum subduxi, ideoque nec levitatem illius agnovi? Nam qui crucem humeris non tulit, et in mundana ignavia versatus est, quomodo cervicem inclinans spiritum Patri commendet? Quandoquidem et ante stabile in bono fundamentum, calix proponitur et baptisma. Callidus hostis, et priscus adversarius justum hominem expetit; neque enim illic tentare potuit [9]; at hominem per se vecordem, vorandum etiam existimat. Quod si tales adversus nos est tenuiores et levibus quoque certaminibus succumbere solitos, quantus ille ingruet magnis athletis, et vere in spiritus stadio currentibus?

C

κ'. Τό γε μὴν ἐμὸν εἰς ἀμηχανίαν ἐμὲ περιέστησεν · οὐ γὰρ εἶχον ἀποσκοπῆσαι πρὸς οὕτω γενόμενον ἕτερον · οὐδέ τις πατὴρ ἐγγὺς οὐδέ τις μείζων ἀδελφὸς τῷ λόγῳ καὶ τῇ πείρᾳ δοκιμασθεὶς, ἵν' ὑπόθοιντο. Καὶ ἦν μὲν τὸ πρᾶγμα ὑπὲρ τὴν ἐμὴν σκέψιν, καὶ μείζονος δεδεημένον καὶ ὄντως ὑμετέρας, ὦ πάτερ καὶ ἀδελφοὶ, τῆς ἐν πνεύματι διακρίσεως. Καὶ ἠγνόησα οὐδ' αὐτὸς, καίπερ οὐδ' ἔγγιον ὡς ἂν ἐπιχειροῖ τινι περὶ τούτων ἔργῳ. Ἐθέμην δὲ ἀργίαν κατὰ σκοπὸν, ἕως ἂν ἐξενέγκῃ ψῆφον μετ' ἐπιστημονικῆς δοκιμασίας ἡ κοινωνητικὴ τῶν τοῦ λόγου προεστώτων ὁμοτονοία. Ἀλλ' ἡ βαρβαρικὴ ἐπίθεσις καὶ ἡ ἄλογος βία, καὶ τὸ ἀναγκαῖον τοῦ χρήματος, καὶ τὸ ἀφ' ὑμῶν δυστυχὲς διάστημα ὡς ἀπὸ τῶν κόλπων τοῦ Ἀβραὰμ, τὸ τῆς κακώσεως δυσχερές. Καὶ τὰς αἰτίας, εἰ βούλεσθε ἀκούειν, ἔχοιμ' ἂν λέγειν. Εἰ μὲν ἄκυρος, φησὶν, ἡ νομισθεῖσα χειροθεσία, ἀλλὰ σὺ κανονικῶς χειροτόνει · εἰ δὲ κατοκνεῖς τὸ ἔργον, ἔα ἱερατεύειν τοὺς ὁπωσοῦν ἀξιωθῆναι νομίσαντας. Τοῦτο μὲν οὐκ ἂν αὐτὸς, ἔφην, ὑποσταίη ποτὲ, οὕτω διδόναι τούτους ἱεράσθαι, ὁ καὶ τῷ γεγενημένῳ δυσφόρως ἔχων · χειροτονεῖν δὲ πῶς ἂν οὐκ ὀκήσαιμι, οὐκ ἐκεῖνο δεδιὼς μή ποτε καὶ ἀναχειροτονεῖν δοξαιμι ; ὅπερ ὁ ἱερὸς ἐκεδοκίμασε νόμος. « Ὅσα γὰρ ὁ νόμος λέγει, τοῖς ὑπὸ νόμον λαλεῖ · » καὶ ἡ ἀναχειροτονία δῆθεν, εἰ κανονι-

D

29. Ad me quod attinet, in perplexitatem prorsus incurri : non enim ad alium quemvis tali in facto respicere poteram : neque aliquis pater aderat, neque major frater, doctrina et experientia probatus, qui consilium suppeditarent. Eratque plane supra meam intelligentiam negotium, ac majore indigens vereque vestra, o pater et fratres, spiritali discretione. Neque ipse ignoravi, quanquam haud noveram fore ut aliquod ejusmodi opus ille aggrederetur. Et otium interposui studiose, donec non sine prudente experimento suffragium ferret communis illorum qui Evangelio præsunt æquabilitas. Sed barbarica incursio, et insana vis, et negotii necessitas, et infelix mea a vobis absentia tanquam ab Abrahami sinu, ærumnæ molestiam gravavit. Quin et causas, si avetis audire, dicam : Si irrita est, aiebam, illa quæ creditur ordinatio, tu quidem canonice ordina. Sin id agere renuis, sine eos sacerdotio fungi qui utcunque se ordinatos existimant. Atqui hoc nequaquam ille, aiebam, feret unquam, neque his permittet sacerdotio fungi, qui et factum ægro animo fert. Ordinare autem quidni cunctarer, neque timerem quominus forte iterum ordinare viderer? quod sacra lex vetat : « Nam quæcunque lex loquitur, iis qui in lege sunt loquitur [10]. » Propterea que iterata ordi-

[9] Luc. xxii, 31. [10] Rom. iii, 19.

natio, dummodo quis canonice antea ordinatus fuerit, apud nos non agnoscitur. Quis ordinationem existimet ab eo fieri, qui gratiam non accepit quam vicissim impertiatur?

21. Atque hæc in transcursu, prout sacra doctrina tradit. Sed quod absurdius est, videbatur illis satis id esse, quantumlibet quispiam hinc falleretur. Non hoc igitur, sed quia in legis violationem inciderant profane sacerdotio fungentes : et sane insusurrabant surdis et carnalibus quæ sunt spiritus. Me tamen non tam insana illorum violentia, quam urgens rei necessitas, permovit : « Nam messis, inquit Evengelium, multa ; operarii autem pauci[11] ; » quamcunque demum quis dicat hanc messem, et quoscunque hos operarios. Audio enim peregrinatos fuisse aliquando etiam patriarchas illos, qui et sibi panes habebant, et jumentis pabula. Neque profecto nos rejicit, corpori licet terræque deditos, bonus ille agricola ; pastores, inquam et greges, et congrue alteri alterum assignat ; tali, inquam, messi, tales operarios. Ego igitur ita comparatus eram, ut nihil absque vestro consilio essem acturus.

22. Sed quia nemo viæ intermedius erat, et properans negotium urgebat ; nam Ecclesiæ communitati periculum impendebat, cunctis ita infirmis, nulloque ad sacerdotale officium idoneo jam exstante (dicam, et vos mihi indulgete) : non sine examine, nec cito, sed tamen manus denique his imposui : docens primo ut suam priorem sententiam damnarent, et ut misericordiæ operibus Deum pro viribus placarent ; neque omnes ordinavi, sed quorum vita dignitati non repugnabat ; denique, quod pluris interest, ignorantiæ illorum indulgens, quidquid majus perfectius deerat. Hæc si forte haud digne acta sunt, cum venia vos corrigite ; ego enim in numero vestrorum discipulorum me esse profiteor. Quod si sero et post factum interrogo, quid agam? cum et longinquitate, et necessitate, et in his perplexitate gravatus fuerim? Constat autem, cum nunc interrogem, ne tum quidem id omissurum : neque ante interrogandum, aliquid acturum, si certe ambiguum foret. Quidni enim, cum nunc post factum interrogem? Utrum vero res hæc haud omnino procul scopo vestro spirituque sit, vos ipsi statuite. Atque hæc ita sunto.

23. Quæ autem populus Alaniæ mala alit, quis ego sum qui eis mederi coactus fui prædicatione mea? Nam si exhibere Domino populum electum destinatus sum, cur ego de spinis ficus colligo, aut de rubo uvam, ut ait Scriptura[12]? Nunc intelligo evangelicam parabolam, quando semen quidem bonum est, sed tamen haud pura zizaniorum inde spica censurgit : præter quam quod illic quidem post semen intervenit ignavia, nobis autem pejus

[11] Matth. IX, 37. [12] Luc. VI, 44.

κῶς τις πρῶτον ἐχειροθετεῖτο ὡς τὸ οὐκ ἐφ' ἡμῖν · τίς γὰρ χειροτονίαν λογίσαιτο παρὰ τοῦ μὴ λαβόντος χάριν ὡς καὶ δοῦναι ;

κα'. Ἡ δὲ τῶν θυρῶν κλεῖσις, καὶ ἡ ἐπάνω τούτων ἐξάπλωσις τοῦ καταπετάσματος, ὡς ἐν τοῖς μοναστηρίοις εἰώθασι, καὶ ἡ τοῦ λεγομένου ἀέρος (27) τῶν θείων δώρων ἐπικάλυψις, ὡς οἶμαι, τὴν νύκτα ἐκείνην δηλοῖ, καθ' ἣν ἡ τοῦ μαθητοῦ προδοσία προέβη, καὶ ἡ πρὸς Καϊάφαν ἀπαγωγὴ, καὶ ἡ πρὸς Ἄνναν παράστασις, καὶ αἱ ψευδομαρτυρίαι, ναὶ μὴν καὶ οἱ ἐμπαιγμοὶ, καὶ οἱ κολαφισμοὶ, καὶ τἆλλα ὅσα τὸ τηνικαῦτα συμβέβηκε· διὰ τι γὰρ τὸ κάλυμμα τοῦτο ἀὴρ ὠνομάσθη, ἢ πάντως διὰ τὸ τὸν ἐπικαλυπτόμενον παρ' αὐτοῦ σκοτεινὸν ἀέρα τῆς εἰρημένης νυκτὸς εἰκονίζεσθαι; καθ' ὃν καὶ Πέτρος ὁ μέγας ἔξω τὴν θύρας ἑστὼς, πρεσβεία τοῦ ἐγνωσμένου τῷ ἀρχιερεῖ μαθητοῦ, ἔνδον ἐγένετο τῆς αὐλῆς· ἔνθα καὶ ἡ παιδίσκη τούτῳ ἐντυχοῦσα· καὶ οἱ πρὸς τῇ πυρᾷ παριστῶτες, διήλεγχον· καὶ τὰ λοιπὰ τούτῳ ἐπηκολούθησαν ὅσα πρὸς τὸν κρημνὸν τῆς ἀρνήσεως κατηπείγοντο, διὰ τὸ πτῶμα συγχωρηθέντι οὕτω γενέσθαι τῆς ἐπάρσεως ἢ καυχήσεως. Αἰρουμένου δὲ τοῦ ἀέρος καὶ τοῦ καταπετάσματος συστελλομένου, τῶν θυρῶν τε ἀνοιγομένων, ἡ πρωΐα διατυποῦται, καθ' ὃν ἀπήγαγον αὐτὸν καὶ παρέδωκαν Ποντίῳ Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι· ἐν τούτῳ γὰρ τῷ καιρῷ τῆς τῶν θυρίδων δηλαδὴ κλείσεως καὶ τοῦ καταπετάσματος τοὺς ὑποδιακόνους ἔξωθεν ἵστασθαι ἐν τῷ πλάτει τοῦ θείου ναοῦ, ὡς ἐν αὐλῇ τάχα τοῦ σεπτοῦ θυσιαστηρίου, οἱ θεῖοι Πατέρες διατετάχασι, τὰ σκάνδαλα ἐκ μέσου αἴροντες, καὶ τοὺς ἀναιδῶς καὶ ἀνερυθριάστως ὧδε κἀκεῖσε περιτρέχοντας ἐπὶ βλάβῃ τῶν ἀφελεστέρων, οἷά τινα παιδίσκην ἀποσοβοῦντας καὶ ἀναστέλλοντας, οἵ γε καὶ τὸ, « Ὅσοι πιστοι, » ἐκφωνοῦντες τοὺς παριστῶτας ἀσφαλίζονται, τοῦ πτώματος τοῦ κορυφαίου μυστικῶς κατὰ ταύτην τὴν ὥραν ἀναμιμνήσκοντες, ὡς ἂν

20. Hortatur mox episcopus, sursum corda totamque mentem habere. Fideles autem, dum hæc dicuntur, promittunt exhibere primo quidem misericordiam, deinde pacem, ceu sacrificium laudis. Fatentur item, se ita habere corda erga Dominum, ut jubentur. Post hæc divinum orthodoxæ fidei symbolum dici ordinatum est, ut hinc omnibus fiat exploratum, quod unus de Trinitate unigenitus Filius et Verbum principio carentis Patris, propter nostram salutem homo sit factus, incarnatus de sancta Virgine, crucifixus, sepultus, et resuscitatus : cujus divino mandato hæc sacra facimus ut haud verbis tantum, verum etiam operibus salutem nostram assidue operantes, sic non vivere tantum sed cum virtute vivere videamur: atque cruciatus ipsum quidem carne passum confiteamur, sed ejusdem impassibilem mansisse divinitatem; simulque ut dum hæc divini symboli elata voce recitatio fit, idiotæ ignarique homines, canticum hoc audientes, mente percipiant mysterii notitiam, quæ jam multorum auribus divulgatur.

21. Portarum vero clausura, nec non veli his superimpendentis apertio, ut in monasteriis fieri solet, tum et illud divinorum donorum operimentum, quod vulgo dicitur aer, illam, ut reor, noctem in qua discipuli proditio evenit, denotant, et ad Caipham deductionem, et coram Anna præsentationem, et falsa testimonia, et illusiones, et colaphos, et quæcunque hujusmodi tunc contigerunt. Cur enim operimentum hoc appellatur, aer, nisi quia adopertus tenebris aer noctis illius ab eo figuratur? qua et magnus Petrus, cum extra januam staret, rogatu discipuli, qui erat pontifici notus, intromissus in atrium fuit : ubi et ancilla ei occurrens, et qui sedebant ad prunas, eum coarguerunt; et alia ei evenerunt, quæ ad negationis præcipitium impulerunt; dum hos lapsu corruere permissus est elationis suæ causa et gloriationis. Ablato autem aere, et retracto velo, portisque patentibus, mane illud figuratur, quo Christum abductum Pontio Pilato prætori tradiderunt. Hoc enim tempore, nempe dum portæ clausæ sunt, et velum prætensum, subdiaconos foris manere in venerabilis templi spatiis, quasi in sacri altaris atrio, sancti Patres mandarunt, scandala e medio subducentes, et eos qui inverecunde impudenterque huc illuc discurrunt cum simpliciorum damno, ancillæ cujusdam instar abigentes et cohibentes. Item illi qui illa verba inclamant ; « Quicunque fideles, » præsentes omnes a lapsu cavere monent; dum illis coryphæum hoc tempore in memoriam revocant; ne quis horum, metu aut dolo subripiente, ab iis qui semper in punitionis prunis sunt dæmonibus, igneas cogitationes injicientibus in corda potissimum virtute sublimiorum, mente

(27) Velum nempe persubtile, quo res sacræ in altari operiuntur.

torpeat; etiamsi non sputa tantum et colaphos reputet, verum etiam sanguinem et passionem mortemque Dei memorari audiat: et nihilominus quasi Dei impassibilitati favens, omnino et indolentiam absque ulla molestia insipienter largiatur: atque ita in hæreticorum phantasticorum barathrum deferatur, et totam Christi œconomiam in arcana mentis suæ officina videatur negare.

A μή τις τούτων, φόβῳ ἢ δόλῳ κλαπείς, ὑπὸ τῶν ἐν τῇ πυρᾷ τῆς κολάσεως ἀεὶ ἑστηκότων δαιμόνων, πυρίνους τοὺς λογισμοὺς ἐνιέντων εἰς τὰς καρδίας, μάλιστα τῶν ὑψηλοτέρων κατ' ἀρετήν, ὀκλάσῃ τὸν λογισμὸν οὐ μόνον ἐκπτυσμοὺς καὶ κολαφισμοὺς ἐννοῶν, ἀλλὰ καὶ αἷμα καὶ πάθος ἀκούων Θεοῦ καὶ θάνατον· κἀντεῦθεν ὡς συνήγορος δῆθεν Θεοῦ, τὸ παντελῶς ἀνάλγητον αὐτῷ καὶ ἀνώδυνον ἀνοήτως χαρίσηται· καὶ οὕτως εἰς τὸ Φανταστικῶν κατενεχθῆναι βάραθρον, καὶ ἄρνησιν οἰκονομίας τῆς ὅλης Χριστοῦ ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς διανοίας ἐργαστηρίῳ ὀφθείη ποιούμενος.

22. Videsis autem quomodo divi Patres res magni Petri hoc loco repræsentari voluerint, ut reputare possimus, quod si Ecclesiæ fundamentum, super quo ipsa ædificanda mox erat, Providentia sic disponente, sacro episcopatu spoliari, et tali tantoque lapsu proruere periclitatum est, qui fieri B poterit, ut hodierni aliqui sacrum episcopatum minime sibi convenientem adepti, in tale barathrum non incidant? Nonnulli vero aiunt subdiaconos quasi imaginem gestare legalis virgæ, quam olim manu tenebant ii qui pascha illud comedebant: quia nimirum subdiaconi foris consistentes quietem a fidelibus exigunt, ut commoditatem habeant qui intus sunt sacerdotes divina mysteria imperturbate peragendi.

κβ'. Σκόπει δὲ πῶς οἱ θεσπέσιοι Πατέρες τὰ τοῦ μεγάλου Πέτρου παραδεδώκασιν ἐνταῦθα εἰδοποιεῖσθαι, ἵν' ἔχοιμεν λογίζεσθαι ὡς, εἴπερ ὁ θεμέλιος τῆς Ἐκκλησίας, ἐφ' ὃν αὖτη οἰκοδομεῖσθαι ἐμέλλεν, οἰκονομικῶς τῆς θείας ἐπισκοπῆς ἀμοιρῆσαι τῷ τηνικαῦτα καὶ πτῶμα τοιοῦτον κατενεχθεὶς ἀπόλλυσθαι ἐκινδύνευε, πῶς δυνατόν τινας τῶν νῦν ὄντων, μὴ τῆς προσηκούσης θείας ἐπισκοπῆς καὶ ἐπιμελείας τυγχάνοντας, πρὸς τοιοῦτον μὴ καταπεσεῖν βάραθρον; Τινὲς δὲ λέγουσιν ὡς τύπον φέρειν τοὺς ὑποδιακόνους τῆς νομικῆς ῥάβδου τῆς ἐγκειρισμένης τοῖς τὸ Πάσχα ἐκεῖνο ἐσθίουσι· διότι τῶν ὑποδιακόνων ἔξωθεν ἀπαιτούντων τοὺς πιστούς, τὴν ὑπ' αὐτῶν ἀταραξίαν ὡσανεὶ βάσιν ἔχοντες ἔνδον οἱ ἱερεῖς, ἀταράχως τῶν θείων μυστηρίων μεταλαμβάνουσι.

22. Videsis autem quomodo divi Patres res magni Petri hoc loco repræsentari voluerint, ut reputare possimus, quod si Ecclesiæ fundamentum, super quo ipsa ædificanda mox erat, Providentia sic disponente, sacro episcopatu spoliari, et tali tantoque lapsu proruere periclitatum est, qui fieri B poterit, ut hodierni aliqui sacrum episcopatum minime sibi convenientem adepti, in tale barathrum non incidant? Nonnulli vero aiunt subdiaconos quasi imaginem gestare legalis virgæ, quam olim manu tenebant ii qui pascha illud comedebant: quia nimirum subdiaconi foris consistentes quietem a fidelibus exigunt, ut commoditatem habeant qui intus sunt sacerdotes divina mysteria imperturbate peragendi.

23. Quid autem dicendum de ventilabris, quæ diaconi interim manu tenent, et celeriter commovent supra res sanctas, quasi attoniti, usque ad complementum augustæ precis: « Mitte Spiritum sanctum tuum super nos et super proposita dona hæc? » Audacis sanæ linguæ est de his dicere, sed C quia semel mandato jubentis cessimus, agesis de his quoque loquamur, prout Deus concesserit et siquidem aliis quoque dicta nostra fuerint accepta, Deo sint gratiæ; certe haud omnino vituperanda fore scio, neque extra fidei christianæ dogmata. Dicimus ergo, ubique et semper astitisse cœlestes potestates Christo Domino, illa vero potissimum nocte qua traditus fuit. Ipsæ igitur videntes abductionem ad Caipham, coram Anna præsentationem, falsa testimonia, virgæ percussiones, sputa, colaphos, illa Judæorum convicia, coccineum a militibus impositum indumentum, spineam coronam, adorationes cum risu, et quæcunque alia divinorum evangeliorum enumerat narratio, et quotquot propter multitudinem fortasse præteriit; D ad hæc singula ambigentes, et patientiæ magnitudine obstupescentes, facies suas velantes, semet avertebant: rursusque Domini sui majestatem reverentes, redibant. Idque agebant usque ad elationem in crucem. Finis enim corporis cruciatuum, et ignominiæ ex his manantis, crux fuit; quæ reapse gloria exstitit, non ignominia; hinc enim operationum ac virtutum deitatis initium; hinc ille generalis universalis terræmotus, et trium horarum tenebræ in universa terra; nec non veli ac petrarum scissio, et monumentorum apertio, denique mortuorum resurrectio, et quæcunque ad inferos descendens Salvator fecit.

κγ'. Τί δ' ἂν τις εἴποι περὶ τῶν θείων ῥιπιδίων, ἅρτι ἐγκεχειρισμένων τοῖς διακόνοις, καὶ ὑπ' αὐτῶν στρεφομένων ἐπάνω τῶν ἁγίων, ὡς ἐν ἐκπλήξει, ἄχρι συμπληρώσεως εἰς τὸ, « Κατάπεμψον τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα, » τῆς θεολέκτου προσευχῆς; Τολμητὸν μὲν οὖν τὸ περὶ τούτων φθέγγεσθαι ἔτι· ἐπεὶ δ' ἅπαξ ὑπείξαμεν τῇ ἐντολῇ τοῦ κελεύσαντος, φέρε καὶ περὶ τούτων εἴπωμεν, διδόντος Θεοῦ· εἰ μὲν καὶ τοῖς ἄλλοις δεκτὰ, τῷ Θεῷ χάρις· οὐ γὰρ πάντη ψεκτὰ εὖ οἶδα, οὐδ' ἔξω τῶν δογμάτων τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως. Φαμὲν οὖν ὡς πάντοτε μὲν ἀδιαστάτως παρῆσαν καὶ δυνάμεις οὐράνιαι τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ, ἐξαιρέτως δὲ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ᾗ παρεδόθη. Αὗται τοίνυν ὁρῶσαι τὴν πρὸς Καϊάφαν ἀπαγωγὴν, τὴν πρὸς Ἄνναν παράστασιν, τὰς ψευδομαρτυρίας, τὰ ῥαπίσματα, τὰ ἐμπτύσματα, τὰ κολαφίσματα, τὴν χλεύην ἐκείνην τῶν Ἰουδαίων, τῶν στρατιωτῶν κόκκινον ἔνδυμα, τὸν ἐξ ἀκανθῶν στέφανον, τὰς μετὰ γέλωτος προσκυνήσεις, ταῦλα πάντα ὅσα ἡ τῶν θείων Εὐαγγελίων ἱστορεῖ διήγησις, καὶ ὅσα διὰ τὸ πλῆθος ἴσως παρέλιεψεν, ἐφ' ἑκάστῳ τῶν γινομένων διαπορουῦσαι καὶ ἐκπληττόμεναι τῆς μακροθυμίας τὸ μέγεθος, καλύπτουσαι τὰς ἑαυτῶν ὄψεις, ἀπεστρέφοντο· καὶ πάλιν τὴν θεσποτείαν αἰδούμεναι, ἀνθυπέστρεφον. Τοῦτο δὲ ἐποίουν ἄχρι τῆς ἐπὶ σταυροῦ ἀνυψώσεως· τέλος γὰρ τῶν τοῦ σώματος παθῶν καὶ τῆς ἐπὶ τούτοις αἰσχύνης ὁ σταυρὸς γέγονε· ὃς δόξα μᾶλλον καὶ οὐκ αἰσχύνη· ἀρχὴ γὰρ οὗτος τῶν ἐνεργειῶν καὶ δυνάμεων τῆς θειότητος· ἐντεῦθεν γὰρ ὁ κοσμικὸς ἐκεῖνος σεισμὸς καὶ τὸ τρίωρον σκότος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ἥ τε τοῦ καταπετάσματος καὶ τῶν πετρῶν διαῤῥῆξις, καὶ ἡ τῶν μνημάτων ἐξάνοιξις· ἔτι γε μὴν ἡ τῶν νεκρῶν ἀνάστασις, καὶ ὅσα ἐν ᾅδου κατελθὼν ὁ Σωτὴρ εἰργάσατο.

κδ'. Καὶ διὰ τοῦτο παρ' αὐτῷ τόπῳ τῆς σταυρώ- A σεως γενομένῳ τῷ Χριστῷ τὰ τῆς ἐκπλήξεως καὶ τοῦ θαύματος εἴδη αἱ θεῖαι δυνάμεις ἀπέθεντο. Εἰς μίμησιν οὖν ἐκείνων, ὡς εἴρηται, στρέφουσιν οἱ διάκονοι τὰ θεῖα ῥιπίδια. Κἀντεῦθεν δῆλον ὡς τὰ πρὸ τοῦ σταυροῦ πάντα ὠνείδη, αἱ χλευαστικαὶ τιμαὶ, καὶ οἱ καταγέλωτες, πλεῖον ἥπτοντο τοῦ πάσχοντος, ὥσπερ καὶ τῶν νοερῶν καὶ θείων δυνάμεων. Ἐπεὶ οὖν ὁ ταῦτα πάσχων, ἄνθρωπος ὢν τέλειος, καὶ Θεὸς ὁμοίως τέλειος ἦν, ἐν μιᾷ ὑποστάσει τὰς δύο φέρων φύσεις, ἀσυγχύτους, ἀτρέπτους, ἀναλλοιώτους, τῆς μὲν ἀνθρωπίνης τὰ πάθη ὑφισταμένης, τῆς θεότητος δὲ ἀπαθοῦς τηρουμένης· καὶ κατὰ τοῦτο καὶ οἱ μύσται τῆς σωτηρίας ἡμῶν καὶ οἱ μυσταγωγοὶ ποτὲ μὲν τὴν διὰ πάθους οἰκονομίαν καὶ μακροθυμίαν ὑμνοῦσι· ποτὲ δὲ θεοπρεπῆ καὶ καθαρὰν τῇ ὑπερ- B ουσίῳ φύσει τὴν δοξολογίαν προσφέρουσιν, ὡς ἐξ αὐτῶν χερουβὶμ καὶ τῶν σεραφὶμ ἀποδιδομένην αὐτῷ· εἰς τοῦτο γὰρ ὁδηγεῖ ἡμᾶς ἡ λέγουσα ἐκφώνησις τὸν ἐπινίκιον ὕμνον· δεῖ γὰρ ἡμᾶς ἀναβραμεῖν ὅθεν ἐξέβημεν.

24. Propterea postquam ad cruxifixionis locum Christus pervenit, stuporem et admirationem cœlestes illæ potestates seposuerunt. Illorum ergo imitatione, uti dictum est, agitant diaconi sacra ventilabra. Atque hinc exploratum est, cuncta ante crucem opprobria, derisorios honores, ludibria, magis affecisse patientem, itemque spiritales cœlestes potestates. Quoniam igitur, qui hæc passus est, perfectus homo pariterque perfectus Deus erat, una in persona duas gerens naturas, inconfusas, non mutabiles, invariabiles; humanam, dolores excipientem; divinam impassibilem manentem: idcirco mystici salutis nostræ ministri et mystagogi, modo quidem passionis dispensationem ac tolerantiam celebrant; modo Deo dignam puramque supersubstantiali naturæ doxologiam extollunt, tanquam ab ipsis Cherubinis ac Seraphinis ei tributam. Ad hoc enim nos deducit elata prolatus voce triumphalis hymnus; nam nos oportet illuc, unde discessimus, regredi.

κε'. Πρὸς δὲ καὶ ὁ μετὰ τὴν ἐκφώνησιν τρισάγιος ὕμνος· τούτου δὲ ᾀδομένου, ἡ εὐχὴ μάλιστα μὲν τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ἀλλὰ καὶ τοῦ θείου Χρυσοστόμου, ἀπὸ τῆς θείας ἀρχομένη φύσεως εἰς τὴν σάρκωσιν κάτεισι, καὶ πᾶσαν τὴν σωτήριον οἰκονομίαν διαγορεύσαντες, ἐκφωνοῦσι τὸ, « Λάβετε, φάγετε. » Ζήτησιν οὖν τινα δοκεῖ ἔχειν ἡ ἔλλειψις τοῦ « πάντες, » ἐν τῷ « Λάβετε, φάγετε· » καὶ αὖθις ἐν τῷ « Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, » προσθήκη. Φαμὲν οὖν ὅτι διττὴν ἔχει τὴν σημασίαν τὸ, « πάντες, ἱστορικῶς ὁμοῦ C καὶ πνευματικῶς· ἱστορικῶς μὲν, διὰ τὸν παρὰ τοῦ προδότου κἀν τοῖς μυστηρίοις γεγενότα δόλον· πνευματικῶς δὲ ὡς οἱ θεόπται ἀπόστολοι καὶ θεῖνι Πατέρες. Εἶτα λεκτέον τὸ πνευματικώτερον· Πάντων τῶν μαθητῶν τὸν θεῖον ἄρτον ἓν ταῖς χερσὶ δεξαμένων ἐκ τῶν χειρῶν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, φόβῳ τε καὶ πίστει μετειληφότων, μόνος Ἰούδας λαβὼν ἔκρυψε τοῦτον, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐκφανίσας, τὸ μυστήριον ἐξεπόμπευσε (28)· τούτου γὰρ ἕνεκα, ὡς φασι, τό, « Οὐ μὴ γὰρ τοῖς ἐχθροῖς σου τὸ μυστήριον εἴπω, » πρόσκειται [τῷ,] « Ἐπι τοῦ δείπνου σου τοῦ μυστικοῦ. » Τὸ μέντοι θεῖον αἷμα ὡς ἐξ ἑνὸς ποτηρίου χείλεσι πάντων καὶ στόμασι δεχομένων, ἀποκρύψαι οὐκ ἠδυνήθη ὁ δόλιος, ἀλλ' ἐπ' ἴσης τοῖς ἄλλοις μεταλαβὼν, ἔπιεν· ὅπερ εἰδὼς ὁ πάντα πρὶν γενέσθαι D ἐπιστάμετος Κύριος, ἐπι μὲν τοῦ ἄρτου τὸ, « πάντες, » παρέδραμεν· ἐπι δὲ τοῦ ποτηρίου, ὡς μεταλῃψομένου καὶ τοῦ Ἰούδα, προστέθεικε. Καὶ τοῦτο μὲν οὕτως εἴρηται.

25. Post vocis itaque elationem, trisagii canitur hymnus; quo cantato, oratio præsertim dicitur magni Basilii vel etiam divi Chrysostomi, quæ a divina natura exordiens pergit ad incarnationem: totamque Salvatoris œcononiam hi sancti prædicantes, elata voce proclamant: « Accipite, manducate. » Quæstionem quamdam videtur commovere defectus vocabuli « omnes » in dictione: « Accipite, manducate: » vicissimque additio ejusdem vocabuli « omnes » ad verba: « Bibite ex eo. » Dicimus ergo duplicem habere significatum *omnes*: nempe dici historice ac spiritaliter. Historice quidem, propter proditoris inter hæc ipsa mysteria dolum: spiritaliter vero, ut Dei spectatores apostoli, divique Patres. Postremo dicendum id quod præcipue spiritale est. Cum omnes discipuli divinum panem in manus suas recepissent a Christi Dei nostri manibus, et cum timore ac fide communicassent, solus Judas acceptum panem abscondit, Judæisque manifestans, mysterium publicavit. Hanc ob causam, ut aiunt, illud, » Non enim inimicis tuis revelabo mysterium, » additur verbis: « Super mystico tuo convivio. » Divinum quidem sanguinem ex uno calice labiis et ore cunctis suscipientibus, clam agere proditor non potuit, sed æque ac cæteri participans bibit. Quam rem cognoscens, qui omnia ante quam fiant scit Dominus, de pane agens, prætermisit « omnes: » de calice autem, quia Judas quoque sumpturus erat, additamentum vocabuli fecit. Atque hactenus de hoc dictum esto.

(28) Quiquid sit de hac Theodori opinione, aut vulgari traditione, circa sacrum arcanum Judæis abs Juda revelatum, ipsum quidem participasse cum cæteris mysteria, ait etiam Petrus Laodicenus apud nos p. 544. Item S. Petrus Damiani, quem supra citavimus, ad canonem missæ n. 6: *Solet* inquit, *dubitarian Judas acceperit, quod videtur, cum dicat: Bibite ex hoc omnes. Sed quæritur qua ratione medicus salutaris medicinam dabat ægroto, quam ei sciebat mortiferam? Ad hoc scilicet dabat, ut suo doceretur exemplo, quod sacerdos non debet ulli communionem negare, cujus crimen, etsi sibi sit notum, non tamen Ecclesiæ; ne forte non sit corrector, sed proditor.*

26. Reliquum est, ut etiam quod ad communem utilitatem ac magisterium postea mystici exposuerunt, dicamus. Absolute dictum est. « Accipite, manducate, » stylo didascalico et hortatorio tanquam ad omnes homines, quos paterno affectu divi Patres cohortantur; ut infideles quidem ad fidem accedant, haud vi vel necessitate ducti, sed persuasione potius atque animi proposito, quæ reapse est cultus fideique lex. Postquam vero accesserimus,et sacro baptismate mundati fuerimus, sic demum digni simus solidiorem dogmatum alimoniam recipere. Ait enim magnus Basilius sacro baptismate nondum tinctis : « Mellis dulcedinem quomodo significem ignorantibus? *Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus* [20]. » Qui tamen jam crediderunt,et orthodoxi cœtus membra sunt, ne omnino indifferenter et sine probatione sumant. Dicit enim Apostolus : « Probet autem se ipsum unusquisque, et sic de pane illo edat, et de calice bibat [21]. » Unumquemque autem hoc loco dicit fidelem. Qui ergo conscius est se esse indignum horum participatione, neque sumere audeat neque manducare. Idcirco dictioni « accipite » non est additum « omnes. » Id est, accipite, qui probata conscientia estis. In locutione autem « bibite omnes » lex fertur participantibus divinum corpus, mandans his dicensque : Nemo eorum qui ad sacram synaxim admittuntur, secum dicat, necessarium non esse de sanguine quoque bibere, sed omnes quotquot divinum corpus sumpsistis, de calice quoque divinum sanguinem bibite : ut hoc etiam ritu naturas duas in persona una Christi Dei nostri confiteamini; atque hunc, tanquam libertatis mundi pretium sponte collatum sumentes. postremo vos ipsi libertatem consequemini. Hoc autem in illius commemorationem facere admonemur. Et quidem locutio : « Quotiescunque manducabitis panem hunc et calicem bibetis, » demonstrat, debere hoc quotidie fieri ab iis qui possunt, ejusque pro nobis passionem glorificari, et usque ad secundum ejus gloriosum adventum concelebrari.

κς'. Λοιπον δὲ καὶ τὸ εἰς κοινὴν ὠφέλειαν καὶ διδασκαλίαν μετὰ ταῦτα ὑπὸ τῶν μυστηπόλων διατυπούμενον διηγητέον. Απλῶς εἴρηται τὸ « Λάβετε, φάγετε, » νόμῳ διδασκαλίας καὶ παραινέσεως πρὸς πάντας ἀνθρώπους, πατρικώτερον τούτους τῶν θείων Πατέρων παρακαλούντων, ἵνα οἱ μὲν ἄπιστοι τῇ πίστει προσέλθωσιν, οὐ βίᾳ τινὶ ἢ ἀνάγκῃ ἀγόμενοι, πειθοῖ δὲ μᾶλλον καὶ προαιρέσει ψυχῆς, ὅσπερ δὴ νόμος λατρείας καὶ πίστεως · προσελθόντες δὲ, καὶ διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος καθορθέντες, οὕτω καταξιωθῶμεν δέξασθαι τῆς στερεᾶς τῶν δογμάτων τροφῆς · λέγει γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος τοῖς ἀμυήτοις τοῦ θείου βαπτίσματος, « Γλυκύτητα μέλιτος πῶς ἀναγγείλω τοῖς ἀγνοοῦσι; Γεύσασθε καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. » Οἱ μέντοι ἤδη πιστεύσαντες, καὶ τοῦ τῶν ὀρθοδόξων συστήματος μέρος τυγχάνοντες, μὴ πάντως ἁπλῶς ἀδοκιμάστως λάθωσι · λέγει γὰρ ὁ Ἀπόστολος · « Δοκιμαζέτω δὲ ἕκαστος ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω. » Ἕκαστον δὲ ἐνταῦθα τὸν πιστὸν φησιν. Ὃς γοῦν σύνοιδεν ἑαυτὸν ἀνάξιον ὄντα τῆς τούτων μεταλήψεως, μήτε λαβεῖν τολμήσῃ μήτε φαγεῖν · τούτου γὰρ ἕνεκεν ἀπέλειψεν ἐν τῷ « λάβετε » τὸ, « πάντες · » τουτέστι, Λάβετε οἱ δεδοκιμασμένοι τὴν συνείδησιν. Τὸ δὲ ἐν τῷ, « πίετε πάντες, » νόμος ἐστὶ τοῖς μετειληφόσι τοῦ θείου σώματος, παρακελευόμενος τούτοις καὶ λέγων · Μηδεὶς τῶν τοῦ θείου σώματος καταξιωθέντων μεταλαβεῖν εἴποι πρὸς ἑαυτὸν ὡς οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστιν πιεῖν καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος (29) · ἀλλὰ πάντες ὅσοι ἐκ τοῦ σώματος μετελάβετε, καὶ ἐκ τοῦ ἐν τῷ ποτηρίῳ θείου αἵματος πίετε · ἵνα καὶ τούτῳ τὰς δύο φύσεις τοῦ ἐν μιᾷ ὑποστάσει Χριστοῦ Θεοῦ ἡμῶν ὑπογράψητε · καὶ ὡς τιμὴν τοῦτο ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ἐλευθερίας ἐκουσίως καταβληθεῖσαν δεχόμενοι, τελείως καὶ αὐτοὶ τεύξεσθε τῆς ἐλευθερίας. Τοῦτο δὲ ποιεῖν διὰ παντὸς εἰς τὴν ἐκείνου ἀνάμνησιν ἐπετράπημεν · τὸ γὰρ « Ὁσάκις ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, » τοῦτο δηλοῖ, ὡς καθ' ἑκάστην ἡμέραν χρὴ τοῦτο τελεῖσθαι παρὰ τῶν δυναμένων (30), καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτοῦ πάθη δοξάζειν, καὶ ἀνυμνεῖν ἄχρι τῆς δευτέρας αὐτοῦ καὶ ἐνδόξου παρουσίας.

27. Et post recitatam precem ostendit episcopus res sanctas dicens : « Et fac ut panis hic sit ipsum pretiosum corpus Domini Dei ac Servatoris nostri Jesu Christi; quod autem est in hoc calice, sit ipse pretiosus sanguis Christi tui, immutans sancto Spiritu tuo, qui effusus fuit pro mundi vita. »Quæ

κζ'. Καὶ μετὰ τὴν ἐπαγομένην εὐχὴν ἀναδείκνυσιν ὁ ἀρχιερεὺς τὰ ἅγια, λέγων · Καὶ ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ · τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ αὐτὸ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου, μεταβαλὼν (31) τῷ Πνεύματί σου τῷ

[20] Psal. XXXIII, 9. [21] I Cor. XI, 28.

(29) Proponit hic Græcus homo tanquam peremptionem Christi legem de communione sub utraque specie. Sed videsis apud theologos apologias plurimas pro communionis sub unica specie ritu, quo utuntur Latini. Exstat quoque Allatii hac de re disputatio pro Latinis; neque enim omnes Græci contradicunt.

(30) S. Petrus Damiani op. cit. n. 8 : *Faciat unusquisque quod pium crediderit esse faciendum; hortor tamen omnibus diebus Dominicis esse sumendum, si tamen mens non sit in affectu peccandi.* Græci hodierni, ut audio, quater saltem in anno communicant.

(31) Concorditer Græci mutationis dogma confitentur, sed non omnes modum explicant. Critopulus cap. 9 : Ἔστι γὰρ ἀληθῶς σῶμα Χριστοῦ ὁ ἱερουργούμενος ἄρτος, καὶ τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ αἷμα Χριστοῦ ἀναμφιβόλως · ὁ δὲ τρόπος τῆς τοιαύτης μεταβολῆς ἄγνωστος καὶ ἀνερμήνευτος. En tamen in alia Ecclesia Orientalis confessione Nectarii

ἁγίῳ (32), τὸ ἐκχυθὲν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς· » ἃ δὴ καὶ γινώσκομεν καὶ πιστεύομεν, οὕτω μεταποεῖσθαι ὡς ἡ ἐπίκλησις ἔχει. Ἀλλ' ὁ μέγας Βασίλειος ἀντὶ (33) τοῦ μεταβαλὼν τῷ Πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ, τὸ Ἐκχυθὲν ὑπὲρ τοῦ κοσμου ζωῆς τέθεικε. Ταῦτα δὲ οὐκ ἔστιν ἀλλήλοις ἐναντία· ὁ μὲν γὰρ τὴν ἰδιότητα τοῦ ζωαρχικοῦ δηλῶν Πνεύματος, τοῦτο ἔγραψεν· ὁ δὲ οὐρανοφάντωρ τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας καὶ ἐνεργείας, πρὸς δὲ καὶ θελήσεως καὶ δυνάμεως τῆς Τριάδος παρίστησιν, ἀποδιδοὺς τὴν συνέργειαν τῆς μεταποιήσεως τῷ Πατρί· κἀντεῦθεν συνιστῶσιν ἀμφότεροι τὸ, Ὅσα ὁ Πατὴρ ἐνεργεῖ, ταυτα καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ ὅσα ὁ Υἱὸς, ταῦτα καὶ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Παράκλητος· καὶ ὅσα οὗτος, ταῦτα καὶ ὁ Πατὴρ καὶ Μονογενής. Ἐντεῦθεν λοιπὸν ἡ μετὰ τὴν ἀνάδειξιν τῶν θείων δώρων λεγομένη εὐχὴ, διπλῆν φέρουσα καὶ αὐτὴ τὴν σημασίαν ἀπό τε τοῦ νοὸς τοῦ μεγάλου Βασιλείου καὶ του χρυσοῦ παντὸς τιμιωτέρου ἔχοντος στόμα, Ἰωάννου τοῦ πάνυ, τοῖς ζητοῦσι τὰ κάλλιστα καθοράται· ὁ μὲν γὰρ θεῖος Βασίλειος τὴν μνήμην τῶν ἁγίων οὕτω πως παρεισάγει λέγων· Ἵν' εὑρωμεν ἔλεον καὶ χάριν μετὰ πάντων τῶν ἁγίων Πατέρων, προπατέρων, καὶ τῶν ἐξῆς πάντων δικαίων· ὁ δὲ χρυσορρήμων, ὡς γέγραπται, καί ὑπὲρ αὐτῶν δικαιοῖ προσφέρεσθαι τὴν θυσίαν (34). Καὶ εἰκότως· οὐ γὰρ ὑπὲρ ἁμαρτολῶν μόνον τὸ αἷμα ἐξέχεεν ὁ Ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ θυσία τῷ Πατρί εἰς καταλλαγὴν τούτων γέγονεν, ἀλλ' ἤδη καὶ ὑπὲρ αὐτῶν τῶν δικαίων· οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν ὃς ζήσεται καὶ οὐχ ἁμαρτήσει, σὺδ' ἂν εἰ μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ ᾖ· ἐκεῖ δὲ ὑπεύθυνοι πάντες, ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν· ὅτι καὶ οἱ πρὸ τοῦ σταυρου πάντες ἐκ τῆς τοῦ πρωτοπλάστου παραβάσεως καὶ των προσγινομένων ἄλλων κακῶν ὑπεύθυνοι ἐτυγχανον, καὶ δέσμιοι τῷ θανάτῳ. Ἀλλ' οὐδὲ νόμος Μωϋσέως τινὰ τούτων ἐτελείωσεν. Εἷς οὖν τότε ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν. Τὸν αὐτὸν δὲ θάνατον καὶ τὴν ἀνάστασιν ὁμολογοῦμεν ὁρᾶν διὰ τῶν μυστηρίων· πάντα δῆλον καὶ νῦν πληροῦται τοῖς κατ' ἀξίαν προσφέρουσιν, ὅσα τοῦ τότε καιροῦ.

κθ'. Καὶ μή τις λεγέτω, Πῶς ἂν αὐτοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐκὸν ὑπὲρ τοιούτων μεσιτεύειν ἁγίων (35); Μά- A utique agnoscimus et credimus, ita transmutaris, ceu invocatio habet. Sed magnus Basilius loco illius μεταβαλὼν Spiritu sancto tuo, posuit : qui effusus est pro mundi vita. Hæc autem inter se non discrepant ; ille enim (Chrysostomus) proprietatem vivifici Spiritus indicans scripsit ; deiloquus autem (Basilius) unam eamdemque essentiam et operationem, nec et voluntatem ac virtutem Trinitatis demonstrat : cooperationem transmutationis Patri regerens. Indeque uterque comprobat, quæcunque Pater operatur, illa eadem et Filium et Spiritum sanctum operari : et quæcunque Filius, ea lem et Patrem et Paracletum : et quæcunque Paracletus, eadem et Patrem et Unigenitum. Deinde oratio post divinorum donorum ostensionem dici B solita, quæ et ipsa duplicem habet significatum, nempe et illum juxta mentem magni Basilii, et alium magni Joannis prætiosius omni auro os habentis ; ut curiose scrutantibus egregie apparebit. Nam divus Basilius sanctorum memoriam ita inducit dicens : Ut inveniamus misericordiam et gratiam cum sanctis Patribus, patriarchis, et cunctis deinceps justis. Chrysostomus autem, ut ibi scriptum est, etiam pro ipsis æquum judicat offerri sacrificium. Et merito ; neque enim pro peccatoribus tantum sanguinem fudit Pastor bonus, et hostiam se Patri ob horum reconciliationem obtulit, sed pro ipsis quoque justis. Non enim est, non, inquam, est, qui vivet, et non peccabit, etiamsi C unius diei vita ejus fuerit : ideo ergo quia omnes obnoxii, pro omnibus mortuus est. Nam et illi qui ante crucem exstiterunt omnes, ob protoplasti transgressionem, et supervenientia alia peccata, obnoxii erant, et morti dediti. Sed neque lex Moysis quemquam horum justificavit. Unus tunc igitur pro omnibus mortuus est. Eamdem porro mortem ac resurrectionem confitemur contemplari in mysteriis, atque omnia nunc perinde compleri exploratum est ab iis qui digne offerunt, prout illo tempore actum fuit.

28. Nec quisquam dicat : Quomodo ipsis episcopis licat pro talibus sanctis intercedere ? Enim-

Hierosolymorum patriarchæ, ubi de hoc sacramento agitur (p. 167) ita affirmatur : Μετὰ τὰ ῥήματα ταυτα ἡ μετουσίωσις (transubstantiatio) παρευθὺς γίνεται· καὶ ἀλλάσσει ὁ ἄρτος εἰς τὸ ἀληθινὸν σῶμα τοῦ Χριστοῦ etc. Denique tertia Orientalis Ecclesiæ confessio seu apologia, auctore Gabriele metropolita Philadelphiensi, p. 4 (et sæpe alibi) ed. Paris. utitur pariter vocabulo ***transsubstantiationis*** : Κατὰ μετουσίωσιν, ὅταν τὴν ἰδίαν ἀποβάλλῃ ἅπασαν οὐσίαν τῆς ὑγρότητος, καὶ εἰς σαρκα καὶ αἷμα Χριστοῦ μετουσιωθῇ, Sed de hac re præclare diuque Richardus Simonius in notis uberioribus ad Gabrielem. Cæterum quod ait Anglicanus Cavæus art. ***Innocentius III*** ab hoc papa ***monstrosum transsubstantiationis figmentum*** inter fidei articulos fuisse repositum, nunc videmus in citato Petri Damiani (qui sæculo ferme ac dimidio senior est) n. 7, et 14, vocabula ***transubstantiatio***, et ***transubsantiare***. Recole dicta hoc nostro volumine p, 449. (***supra col. 419.***)

(32) Hunc quoque locum citat ex ms. Allatius *De purgatorio*, p. 108.

(33) Ita codices ἀντὶ, cujus loco mihi videretur scribendum *πρό*, *ante*. Etenim in editionibus certe missæ sancti Basilii non desunt verba μεταβαλὼν etc., sed postponuntur. At noster Theodorus aliter se legisse demonstrat, id est omisso τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ quandoquidem mox conversionis miraculum Patri tribuit. Judicent eruditi.

(34) Hic in cod. 430, f. 142, b, nec non in codice 856, f. 335, b, desideratur nonullorum versuum comma ; quod cum casu comperissem recitari ex ms. ab Allatio *contra Creygtonum* p. 519, recurri ego ad meos codices, idque reapse inveni in solo codice 632 f. 9, b.

(35) Quod attinet ad preces, quasi pro sanctis, in liturgia præsertim Chrysostomi scriptas, audiatur Augustinus mentis Ecclesiæ legitimus explanator in Joan. tract. LXXXIV, 1 : ***Ideo quippe ad ipsam mensam non sic martyres commemoramus,***

vero, inquam, quoniam digni facti sunt, ut magni pontificis personam gerant, id fieri potest. Nam et alioquin isti, quæ quidem ex persona propria dicunt vel agunt in divina liturgia, velut accepta ab hominibus auctoritate; ut episcopi factitare videntur; illa tamen quæ supra hominis conditionem exhibent, velut hymnos cherubicos ac seraphicos et alia omnia, utique hæc præter ipsorum dignitatem, tum elata tum submissa voce pronuntiari ab eis constat, sicut magnus quoque Dionysius manifestius nobis sistit. Is enim nostram hanc divinam liturgiam ad imitationem fieri cœlestium potestatum, et ordinum illorum, quorum figuram gerunt sacri ministri, alii quidem primam sortiti stationem et ordinem, alii secundum, et sic reliquos. Et diaconum quidem appellat expiantem; sacerdotem, illuminantem; episcopum, perficientem. Cum itaque verba audies: « Adhuc offerimus tibi rationalem cultum hunc, et aliorum sanctorum nomina mystice submissa voce insusurrantem episcopum; et mox clara voce clamantem: » Præcipue sanctissimæ, immaculatæ, et præ cæteris benedictæ Dominæ nostræ Deiparæ, » qualem quantumque tu hæc dicentem esse arbitraris? Mihi certe hæc ex Domini persona videtur pronuntiare. Namque alia inprece dicit: « Tu enim es qui offers et offerris et excipis et das. » Sic ergo demonstratur, ipsum solum carere peccato theanthropum Dominum, et pro omnibus simpliciter satisfecisse; et illa ejus temporis acta, passionem, inquam, sepulturam, resurrectionem, nunc per symbola a credentibus recte omnia perfici. Atque idem pari modo a deiloquis magistris confiteri statutum fuit.

29. Simplicem autem rei intelligentiam nos docet illa post recitatam hanc orationem exclamatio, quæ tum etiam a magno Basilio, tum etiam a Chrysostomo dicitur. Quomodo enim concordabit dictum: « Ut inveniamus misericordiam et gratiam, » præcipue cum, « sanctissima immaculata? » in quo et aliud prorsus significat deiloquus: nempe quoniam omnes justi in dextra judicis parte constituri sunt, ibique et ipsa theanthropi Domini Mater, et uniuscujusque gradus et statio distinctus erit; nihilominus, tanquam in una omnes partes siti fuerimus, rogat sacerdos ut illorum statione digni habeamur, qui sine peccato videlicet Christo placuerunt; non autem cum sinistris et damnatis connumeremur. Sed longe est melius hæc intelligi tanquam a Christo dicta et acta. Est enim Filius et Verbum, sine immolatione immolatus, agnus et victima idem et pontifex in æternum. Ipse ergo orat pro nobis Patrem suum. Reapse dum dicit sacerdos: « Accipite, manducate, hoc est corpus meum; » nonne hoc tanquam ab ipso Christo dicitur? Sic ergo tripliciter intelliguntur ab episcopo dicta in divina mystagogia; alia quidem ut a mediatore

λιστα μὲν οὖν τοῖς ἀξίοις, ὡς τὸ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως φέρουσι πρόσωπον, οὐκ ἀδύνατον· καὶ ἄλλως δ' οὗτοι τὰ μὲν τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων ἢ πραττομένων ἐν τῇ θείᾳ ἱερουργίᾳ ὡς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενοι ἀρχιερεῖς ποιεῖν φαίνονται· τὰ δὲ ὑπὲρ ἄνθρωπον πεφυκότα προσφέρουσι, τοὺς χερουβικοὺς καὶ σεραφικοὺς ὕμνους, καὶ τἆλλα πάντα ὅσα ὑπὲρ τὴν ἑαυτῶν ἀξίαν ἐκφωνοῦντες ἢ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιόντες δείκνυνται· καθὰ καὶ ὁ μέγας Διονύσιος ἀριδηλότερον παρίστησιν (36)· ἐκεῖνος γὰρ τὴν παροῦσαν θείαν λειτουργίαν κατὰ μίμησιν φησὶ τελεῖσθαι τῶν ἐπουρανίων δυνάμεων, καὶ τῶν ταγμάτων ἐκείνων, ὧν τύπον φέρουσιν οἱ λειτουργοῦντες, οἱ μὲν τῆς πρώτης λαχόντες στάσεως καὶ τάξεως, οἱ δὲ τῆς δευτέρας, καὶ τῶν ἑξῆς. Καὶ τὸν μὲν διάκονον καθαρτικὸν ὀνομάζει, τὸν δὲ ἱερέα φωτιστικόν, τὸν δὲ ἀρχιερέα τελεστικόν. Ὅταν δ' ἀκούσῃς τὸ, Ἔτι προσφέρομέν σοι τὴν λογικὴν λατρείαν ταύτην, καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἁγίων τὰς κλήσεις μυστικῶς ὑποψιθυρίζοντα τὸν ἀρχιερέα, ἐκφωνοῦντα δὲ τρανότερον τὸ, « Ἐξαιρέτως τῆς παναγίας ἀκράντου ὑπερευλογημένης Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, » ποταπὸν εἶναι οἴῃ τὸν τοῦτο λέγοντα; Ἐμοὶ δοκεῖ ὡς ἐκ προσώπου τοῦτο λέγεσθαι τοῦ Κυρίου· λέγει γὰρ ἐν ἑτέρᾳ εὐχῇ· « Σὺ γὰρ εἶ προσφέρων καὶ προσφερόμενος, ὁ προσδεχόμενος καὶ διαδιδόμενος· » ἵν' οὖν δειχθῇ ὅτι μόνος αὐτὸς ἐκτὸς ἁμαρτίας ὁ θεάνθρωπος Κύριος, καὶ ὅτι ὑπὲρ πάντων ἑαυτὸν ἁπλῶς δέδωκε, καὶ ὅτι ὅσα τότε, τὸ πάθος, ἡ ταφὴ, καὶ ἡ ἀνάστασις εἰργάσατο ταῦτα παντα καὶ νῦν διὰ τῶν συμβόλων τοῖς πιστεύουσι κατορθοῦται· καὶ ταλτὸ τοῖς θεηγόροις καὶ διδασκάλοις τοιουτρόπως τελεῖσθαι τεθέσπισται.

κθ'. Εἰς τὴν ἁπλῆν δὲ ἔννοιαν ἡμᾶς ἀνάγει ἡ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς τοιαύτης εὐχῆς ἐκφώνησις οὕτως εἰρημένη καὶ παρὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ὡς καὶ παρὰ τοῦ Χρυσοστόμου· πῶς γὰρ ἂν συνταχθείη τὸ εἰρημένον, « Ἵνα εὕρωμεν ἔλεος καὶ χάριν, » μετὰ τοῦ, « ἐξαιρέτως τῆς παναγίας ἀχράντου; » ὃ πάντως τάχα καὶ ἄλλο ὁ θεοφάντωρ ὑποσημαίνει· ὡς ἐπεὶ πάντες οἱ δικαιοι ἐν τοῖς δεξιοῖς τοῦ κριτοῦ μέρεσι μέλλουσιν ἵστασθαι, πρὸς δὲ καὶ αὕτη ἡ τεκούσα τον θεάνθρωπον Κύριον, καὶ ἡ τάξις, καὶ ἡ στάσις ἑκάστου ἀποδιήρηται· ἀλλ' ὅμως ὡς ἐν μέρει ὄντας ἅπαντας, αἰτεῖ τοῦ μέρους τῆς στάσεως αὐτῶν καταξιωθῆναι ἡμᾶς τῶν ἀμέμπτως δηλαδὴ εὐαρεστησάντων αὐτῷ, ἀλλὰ μὴ τοῖς ἀριστεροῖς καὶ καταδεδικασμένοις. Κυριώτερον δὲ τοῦτο νοεῖν, ὡς παρὰ τοῦ Χριστοῦ λέγονταί τε ταῦτα καὶ πράττονται· Υἱὸς γὰρ καὶ Λόγος τὸ ἀθύτως θυόμενον, καὶ ἀμνὸς καὶ θῦμα ὁ αὐτὸς καὶ ἀρχιερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα. Αὐτὸς οὖν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν τῷ Πατρὶ αὐτοῦ. Αὐτὸ δὲ τὸ λέγειν τὸν ἱερέα, « Λάβετε, φάγετε, τοῦτό μού ἐστιν τὸ σῶμα, » οὐχ ὡς παρ' αὐτοῦ λέγεται τοῦ Χριστοῦ; Οὕτως οὖν τριχῶς νοεῖται τὰ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως λεγόμενα ἐπὶ τῇ θείᾳ μυστ-

quemadmodum alios qui in pace requiescunt, ut etiam pro eis oremus, sed magis ut ipsi pro nobis, ut eorum vestigiis adhæreamus.

(36) *De ecclesiastica hierarchia*, cap. 5.

γωγίᾳ· τὰ μὲν ὡς παρὰ μεσίτου ἐξ ἀνθρώπων, καὶ προχειριζομένου τῷ Πατρὶ, τὰ δὲ κατὰ μίμησιν τῶν ἐπουρανίων δυνάμεων· τὰ δὲ, ὡς παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν. Τίνος δὲ ἕνεκεν συνῆψαν τοὺς τῆς Παλαιᾶς πάντας ἁγίους καὶ τοὺς τῆς Νέας Διαθήκης; Πρῶτον μὲν διὰ τὰ προειρημένα πάντα. ἔπειτα δεικνύντες ὅτι εἷς Θεός ἐστι κἀκείνων καὶ τούτων, ὁ τὸ παρὸν τοῦτο μυστήριον εὐδοκήσας τελέσαι πρὸ τῶν αἰώνων· καὶ ὅτι πάντες τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰάθημεν, καὶ ὅτι ὑπὲρ πάντων ἐχύθη τὸ αἷμα αὐτοῦ. A

λ'. Εἶτα τοῦ διακόνου τὰ δίπτυχα ὑποψιθυρίζοντος τῶν κεκοιμημένων, ὁ ἀρχιερεὺς πάλιν ἀρχὴν ποιεῖται τῶν τῆς Νέας Διαθήκης ἁγίων, τὸν Πρόδρομον Ἰωάννην ταύτῃ προτιθείς· ὥσπερ οἱ εὐαγγελισταὶ τοῦτο τῇ ἐπιδημίᾳ τοῦ Σωτῆρος προὔθηκαν, οἷα πρῶτον ἄγγελον καὶ κήρυκα τῆς παρουσίας Χριστοῦ· καὶ ὡς ἐπικυροῦντες τὸν τοῦ Χριστοῦ λόγον, « Μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐκ ἐγήγερται τούτου. » εἶτα τοὺς ἀποστόλους καὶ τοὺς ἁγίους, ὧν τὴν μνήμην ἐπιτελοῦμεν. Διὰ τί δὲ Διαθήκην λέγομεν αὐτά; Ἐπειδὴ ὁ τύπος ταύτης ἡ δοθεῖσα νομοθεσία τῷ Μωσεῖ, καὶ αὐτὴ ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου προχαράγματα ταύτης ἐτύγχανον, ἅτινα παρὰ τοῦ νομοθέτου Διαθήκη ἐκλήθησαν. Εἰ οὖν ὁ τύπος Διαθήκη, πολλῷ μᾶλλον ἡ φανερωθεῖσα ἀλήθεια. Εἶχεν οὖν ἐκείνη πρώτου σκηνὴ, κατὰ τὸν θεῖον Παῦλον, δικαιώματα λατρείας, καὶ ἄλλα τῶν μυστηρίων θαυμασίων μαρτύρια· εἶχε δὲ καὶ ἐντολὰς Θεοῦ καὶ προστάγματα καὶ ἐπαγγελίας τοῖς ταῦτα φυλάττουσι· περὶ ὧν ὁ νομοθέτης ὅρον ἔπηξε λέγων, ἀκούειν μὲν αὐτοῦ καὶ τῶν δοθέντων προσταγμάτων, ἄχρις ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀποκειται, καθὼς φησιν Ἰακώβ· αὐτὸς δὲ Μωσῆς οὕτωσι κατὰ ῥῆμα δείξεισι· « Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα ἂν εἴπῃ ὑμῖν. » B C

λα'. Τοῦ προφητευθέντος τοίνυν ὑπ' ἐκείνων, τοῦ τε Ἰακὼβ καὶ τοῦ Μωσέως, πρὸς δὲ καὶ τῶν μετὰ ταῦτα θεοπνεύστων προφητῶν. ἐληλυθότος καὶ πληρώσαντος τὰ ἐλλείποντα τοῖς παλαιοῖς νόμοις, καθὼς αὐτὸς ἔφη, « Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι· » πεπλήρωκε δὲ, ἅτε δὴ τὰς ῥίζας καὶ τὰς ἀρχὰς τῶν ἁμαρτημάτων ἀποτεμών· ὧν φυλαττομένων, οὐδεὶς πρὸς ἁμαρτίας τέλος χωρήσει ποτέ· τοῦ γὰρ παλαιοῦ νόμου λέγοντος, « Οὐ φονεύσεις, » ὁ τούτου τε καὶ σῆς νέας θεσπέσιος Χριστὸς, « Οὐδὲ ὀργισθήσῃ, » προσέθετο. « Οὐ μοιχεύσεις, » ἐκεῖνος· οὗτος, « Οὐδὲ ἐπιθυμήσεις· » ὅσα ἐξῆς τῶν θείων Πατέρων μᾶλλον ἔστιν ἀκούειν. Ἐν αἵματι ἡ προτέρα ἐγκαινίσταται Διαθήκη· καὶ αὕτη ὁμοίως τοῦ ἀμολύντου Ἀμνοῦ βεβαιωθεῖσα οἷά τις Διαθήκη ἐν Ἐρυθρῷ τινι βασιλικῇ βαφῇ, χειρὸς γράμματι δι' ὅλου τοῦ ὕφους στιγμασμένη, ἀῤῥήκτος καὶ ἀδιάπτωτος διαμένει τῇ Ἐκκλησίᾳ· καίτοι πολλὰς ἐπαναστάσεις ἐχθρῶν ὑποστᾶσα, ἀλλὰ καὶ πυλῶν ᾅδου ἰσχυροτέρα δέδεικται τῇ δυνάμει D

inter homines, et Patri exhibita : alia ad imitationem cœlestium potestatum ; alia denique ab ipso Christo Deo nostro. Cur vero globatim omnes tum Veteris tum Novi Testamenti sanctos memorarunt? Primo, ob ea omnia quæ diximus ; deinde, ut demonstrarent unum esse tum horum tum illorum Deum, cui ut præsens mysterium confieret, ante sæcula placuit. Deinde quia omnes livore ejus sanati fuimus, et quia pro omnibus sanguis ejus effusus fuit.

30. Postea diacono defunctorum diptycha submissa voce recitante, episcopus rursus incipit Novi Testamenti sanctorum commemorationem, præposito in hac Præcursore Joanne, sicut evangelistæ hunc adventui Servatoris præposuerunt, ceu primum Christi adventantis nuntium et prædicatorem; et Christi verba quasi confirmantes; quod major hoc inter natos mulierum non surrexerit. Deinde ponuntur apostoli et sancti, quorum memoriam agimus. Cur autem hæc Testamentum appellamus? Quia nostri hujus figura fuit, data a Moyse legislatio ; et ipsum testimonii tabernaculum, delineatio quædam hujus prævia erat. quæ a legis datore dicta est Testamentum. Si ergo figura est testamentum, multo magis veritas quæ apparuit. Habuit ergo Testamentum illud tabernaculum, juxta divum Paulum [22], justificationes cultus et alia mysteriorum mirabilium testimonia. Habuit etiam præcepta Dei et mandata, et promissiones hæc observantibus ; dequibus legislator decretum edidit dicens obaudiendum esse ipsi datisque præceptis, donec ille veniret cui repositum est, ut ait Jacob. Ipse vero Moyses sic ad litteram locutus est: Prophetam vobis suscitabit Dominus, tanquam me: illum audietis in omnibus quæ vobis loquetur [23].

31. Ergo ille ab eis prædictus, a Jacobo nimirum et Moyse, aliisque postea inspiratis a Deo prophetis, venit complevitque quæ priscis legibus deerant, sicut ipse dixit: « Non veni solvere legem, sed adimplere [24]. » Et re sane vera adimplevit, dum radices originesque peccatorum amputavit : cui si mos geratur, nemo unquam peccatum consummabit. Nam vetere lege dicente : « Non occides, » dator illius ac novæ Christus, « Non irasceris, » adjunxit. Illa, « Non adulterabis ; » hic Non concupisces [25] ; » et quæcunque alia a sanctis præcipue Patribus discenda sunt. Et prius quidem Testamentum sanguine dedicatum fuit ; et nostrum hoc similiter immaculati Agni sanguine firmatum quasi testamentum in Erythræo quodam regiæ tincturæ, manuali scriptura per totum contextum signatum, infragile et non caducum manet Ecclesiæ, multas ea licet inimicorum agressiones pertulerit; firmiorque portis inferi apparuit, virtute illius qui hanc in cordibus fidelium impressit. Dicit enim ipse

[22] Hebr. IX, 1. [23] Deut. XVIII, 15. [24] Math. V, 17. [25] Exod. XX, 13-17 ; Matth. V, 21 seqq.

prophetæ ore: « Ecce dies veniunt, et statuam fœdus, non secundum fœdus quod statui cum patribus vestris [26]; sed dabo leges meas in corda ipsorum, et cognoscent me cuncti a parvo ad maximum, et erunt omnes docibiles Dei [27]. » Propterea nihil scriptum reliquit Christus, sed verbatim doctrinam atque mandata, id est legem nostram, dedit; et per practicam traditionem, mysterium. Insuper promisit dicens : « Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, ille vos docebit omnia, et in mentem revocabit quæ vobis dixi, et alia annuntiabit, quæ nondum audire et ferre valetis [28]. » Factum vero id est, cum advenit Paracletus.

A τοῦ ταύτην ταῖς ψυχαῖς τῶν πιστῶν ἐγχαράξαντος· λέγει γάρ διὰ τοῦ προφήτου· « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, καὶ διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν, ἀλλ' ἔσομαι διδοὺς νόμους μου εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν· καὶ εἰδήσουσί με πάντες ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου αὐτῶν· καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ. » Διὰ τοῦτο οὐδὲν ἐγγράφως κατέλιπεν ὁ Χριστός, ἀλλὰ διὰ λογων μὲν τὰ διδάγματα καὶ τὰς ἐντολὰς τὴν καθ' ἡμᾶς νόμον ἐπέταξεν· διὰ δὲ παραδόσεως πρακτικῆς τὸ μυστήριον. Ἐπὶ δὲ ὑπέσχετο λέγων· « Ὅταν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρός, ἐκεῖνος διδάξει ὑμᾶς καὶ ὑπομνήσει πάντα ἃ εἶπον ὑμῖν· καὶ τἄλλα ἀναγγελεῖ, ὅσα ἀκούειν ἢ βαστάζειν οὐ δυνασθε ἄρτι. » Γέγονε δὲτῶπερ ὑπέσχετο, τοῦ Παρακλήτου ἐλθόντος.

32. Tunc apostoli exstitere episcopi; et divino qui in ipsis inhabitabat, snb ignearum linguarum specie, Spiritu erudiente eos quæ oportebat, et unicuique gentem suam assignante, cujus eosdem linguam docebat, divinas mysteriorum preces et sacra officia, prout gens quæque pati poterat, et temporum adjuncta ferebant, et persequentium insidiæ, sic peragebant. Et precibus quidem ac proclamationibus fortasse inter se differebant; sed tamen traditorum mysteriorum forma ea prorsus fuit quam Dominus noster Jesus Christus tradidit. Post deiloquos autem apostolos, nonnulli sanctorum Patrum, peculiariter singuli, preces faciebant et proclamationes, et absolutæ liturgiæ officia; veluti sanctus illustris Epiphanius, et magnus Basilius, et divus Chrysostomus. Cuncti autem ex vivifici fontis Paracleti fluentis hauserunt dogmata, quæ orthodoxorum Ecclesia, ceu ab ipso Christo dicta et facta recepit : et nunc præ cæteris divina liturgia magni Basilii, nec non divi Chrysostomi in more est, cum illa præsanctificatorum, quam nonnulli Jacobi esse dicunt, qui frater Domini appellatus fuit; alii Petri apostoli ac summatis; alii aliorum.

B λβ'. Τότε δὴ· καὶ ἀρχιερεῖς οἱ ἀπόστολοι ἐχρημάτισαν, καὶ τοῦ ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν ἐνοικήσαντος ἐν αὐτοῖς θείου Πνεύματος, διδάσκοντος αὐτοὺς οἷα δεῖ, καὶ προχειρισαμένου ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ ἔθνει, οὗ τὴν διάλεκτον λαλεῖν τούτους ἐσοφισε (37), εὐχὰς (38) μυστηρίων θείας καὶ ἱερουργίας καταλλήλους τῇ καρτερίᾳ τοῦ ἔθνους, καὶ τοῖς καιροῖς τῶν περιστάσεων, καὶ ταῖς ἐνέδραις τῶν διωκόντων, ἐποίουν. Καὶ ἐν μὲν ταῖς εὐχαῖς καὶ ταῖς ἐκφωνήσεσιν, ἴσως διέφερον ἀλλήλων· ὁ δέ γε τύπος (39) τῆς παραδοσεως τῶν μυστηρίων, καθὰ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῦτον παρέδωκε. Μετὰ δὲ τοὺς θεηγόρους ἀποστόλους τινὲς τῶν ἁγίων Πατέρων ἰδιαζόντως ἕκαστος καὶ εὐχὰς ἐποιοῦντο, καὶ ἐκφωνήσεις, καὶ ἀπηρτισμένης ἱερουργίας ἀκολουθίαν (40)· ὡς ὁ ἐν ἁγίοις ἐπιφανὴς Ἐπιφάνιος, καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος. Πάντες δ' ὅμως ἐκ τῶν ναμάτων τῆς ζωηρρύτου πηγῆς τοῦ Παρακλήτου ἐρύσαντο τὰ δόγματα· ἄπερ ἡ τῶν ὀρθοδόξων Ἐκκλησία ὡς παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λεχθέντα τε καὶ πραχθέντα ἐδέξατο· καὶ νῦν πρὸ τῶν ἄλλων ἡ θεία λειτουργία τοῦ μεγάλου Βασιλείου καὶ τοῦ θείου Χρυσοστόμου κρατεῖ μετά γε τῆς τῶν προηγιασμένων, ἣν τινες μὲν Ἰακώβου εἶναί φασι τοῦ ὀνομασθέντος ἀδελφοῦ Κυρίου, ἕτεροι δὲ Πέτρου τοῦ ἀποστόλου καὶ κορυφαίου, καὶ ἄλλοι ἄλλων.

C

33. Post prædictorum apostolorum sanctorumque commemorationem, nomina nuntiantur defunctorum, quorum fit mentio, nec non illorum pro quibus fiunt oblationes; mox sacerdotum ac regum et omnium simul. Atque hi magistri liturgiæ, volentes Deo similem esse episcopum, pro inimicis quoque ab eo preces fundi, æquum censent: talem enim esse oportet episcopum, inter Deum videlicet et homines mediatorem. Deinde elata voce : Memento in primis, Domine, archiepiscopi nostri; quibus verbis odedientia ostendi-

λγ'. Μετὰ δὲ τὴν μνήμην τῶν προειρημένων ἀποστόλων καὶ ἁγίων καὶ ὁ κατάλογος γίνεται τῶν μνημονευομένων νεκρῶν, καὶ ὑπὲρ ὧν αἱ προσφοραί· εἶτα ἱερέων καὶ βασιλέων καὶ πάντων ὁμοῦ. Οὗτοι δὲ σπεύδοντες ἐξομοιοῦσθαι τῷ Θεῷ τὸν ἀρχιερέα, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὔχεσθαι δικαιοῦσι· τοιοῦτον γὰρ εἶναι δεῖ τὸν ἀρχιερέα, μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Εἶτα ἡ ἐκφώνησις (41)· Ἐν πρώτοις μνήσθητι, Κύριε, τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν· ἀφ' ὧν δείκνυται ὑποταγὴ ἡ πρὸς τὸ ὑπερέχον· καὶ ὅτι τούτου μνημονευομένου ἀρχιερέως κοινωνός ἐστι καὶ

[26] Jerem. xxxi, 31. [27] Isa liv, 12 [28] Joan. xv, 26.

(37) Animadverte auctoris nostri opinionem, quod unusquisque apostolus doctus fuerit divinitus linguam nominatim gentis ejus, cui peculiariter destinandus foret.

(38) Ita etiam sanctus Sophronius apud nos *Spicil. Rom.* t. IV. p. 31.

(39) Citat hunc locum ex ms. Allatius *Contra Hottingerum* p. 11.

(40) Deest mendose apud prædictum Allatium vocabulum ἀκολουθίαν.

(41) Laudat hinc particulam ex ms. idem Allatius in opere *De consensu*, col. 1185

ὁ προσφέρων τῆς πίστεως, καὶ τῆς παραδόσεως τῶν μυστηρίων διάδοχος, Αλλ' οὐχί καινός τις μύστης ἢ εὑρετὴς των παρ' αὐτοῦ προσφερομένων συμβόλων· Μετὰ δὲ τὰς τοιαύτας ἐκφωνήσεις τὰ δίπτυχα τῶν ζώντων, οἷον ἀρχιερέων βασιλέων, καὶ λοιπῶν, ἐκφωνοῦντος τοῦτο τοῦ διακόνου, λέγονται· καὶ ὁ ἀρχιερεὺς εἰρήνην πάσαις ταῖς ἐκκλήσίαις ἐπεύχεται καὶ τὴν τῶν αὐτων πλημμελημάτων συγχώρησιν ἐξαιτεῖ· καὶ εὐθὺς καὶ ἑτέρα εὐχὴ ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τοῦ λαοῦ· εἶτα μετὰ τὴν ἐκφωνησιν ἀναφώνειται παρὰ παντὸς τοῦ λαοῦ ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡμων προδιδαχθεῖσα εὐχή. « Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. »

A tur erga superiorem potestatem ; et quod illius quem commemorat episcopi communicat fidei, is qui offert, et traditionis mysteriorum successor est, non autem neotericus quidam mysta, aut oblatorum a se symbolorum inventor. Post hujusmodi proclamationes, diptycha vivorum, puta episcoporum, regum, et reliquorum, elata voce a diacono pronuntiantur, episcopus autem pacem cunctis ecclesiis precatur, et peccatorum ipsis remissonem postulat. Et statim alia oratio pro se et pro populo. Postea elata voce recitatur ab universo populo illa a Christo Deo nostro dictata oratio : « Pater noster qui es in cœlis. »

λδ'. Αὕτη δὲ καὶ δι' ἕτερα μὲν πολλὰ καὶ ἀναγκαῖα τετύπωται ἐνταῦθα λέγεσθαι ἅπερ μόνοις τοῖς δυναμένοις ἀνακαλύπτειν μυστήρια Θεοῦ εἰσι γνώριμα· ὅσον δὲ εἰς τὸν ἡμέτερον ἧκει νοῦν, διὰ τὸ εἶναι καὶ ταύτην συνημμένην τῇ κυριωτέρᾳ ἱεροτελεστίᾳ, ὡς παντὸς περιεκτικήν· καὶ ἵνα μὴ ἔχωσιν χώραν τινὲς λέγειν ὅτι ταύτην τὴν εὐχὴν μόνην ἐκέλευσεν ὁ Χριστὸς λέγειν ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἄλλο τι, ὥσπερ λέγουσι καί οἱ λεγόμενοι Εὐχῖται αἱρετικοί, οὓς καὶ Μεσσαλιανοὺς καὶ Φουνδαΐτας κατονομάζουσιν· οὗτοι γὰρ διενίστανται. ὅτι, κἂν μυριάκις εἴπε ταύτην, πάλιν αὐτὴν χρὴ λέγειν, καὶ ἄλλο τι μὴ προστιθέναι, βαττολογίαν δῆθεν τοὺς λοιποὺς ὕμνους καὶ τὰς ἐξομολογήσεις ἀφρόνως κατονομάζοντες· τοῦ Χριστοῦ γὰρ καὶ Θεοῦ ἡμων ὡς ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οὕτω κἀν τῇ εὐχῇ τύπον καὶ εἶδος τῶν αἰτημάτων ἐπραίνοντος καὶ διδάσκοντος, πῶς δεῖ ὑπὲρ ὧν χρὴ προσεύχεσθαι, καὶ διὰ τῶν τῆς προσευχῆς ῥημάτων ταύτης τὴν αἴτησιν τῶν φθειρομένων καὶ τῶν προσκαίρων ἀπαγορεύοντος, μονον δὲ τὸν ἐπιούσιον ἄρτον, εἶτ' οὖν τὴν οὐσίαν τοῦ σώματος συγκρατοῦντα καὶ συνέχοντα, πρὸς τὸ μὴ παντελεῖ λιμῷ διαφθείρεσθαι· πρὸς δὲ, καὶ τὸ μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, ἐντεῦθεν αἰτεῖν συγχωρήσαντος, τὰ δ' ἄλλα πάντα πνευματικὰ, καὶ τῷ ἐκεῖθεν αἰῶνι πρέποντα, καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα, καὶ τὸν νομοθετοῦντος πᾶσιν.

B 34. Hanc autem cum ob alia multa et gravia decretum est hoc loco recitari, quæ solis mysteriorum Dei consciis nota sunt ; tum mea quidem sententia, quia hæc cum principaliore liturgiæ parte cohæret, utpote omnia continens : et ne insuper ansam caperent quidam dicendi, hanc solam a nobis recitari Christum mandasse, nihil præterea aliud, ut aiunt Euchitæ hæretici quos et Massalianos et Phundaitas appellant. Quippe hi præfracte affirmant quod etiam si decies millies eam recita verimus, eamdem denuo dicere oporteat, nihilque addere, loquacitatem meram reliquos hymnos et confessiones stulte nominantes. Jam vero Christus Deus noster sicut in reliquis omnibus, ita etiam in hac prece typum nobis formamque precandi ostendit ac docuit, quomodo nempe quæ necessaria sunt petere oporteat : et hujus precis verbis petitionem rerum caducarum et temporalium vitare ; solum petere panem substantialem, id est, qui corporis substantiam corroboret atque conservet, quominus fame conficiatur, Insuper ne intremus in tentationem, simul postulare indulsit. Reliqua vero omnia spiritalia, et futuro sæculo convenientia, secundum formam et characterem hujus divinæ orationis contexere omnibus imperavit.

C

λε'. Αὐτοὶ οὗτοι οἱ θεοκατάρατοι Εὐχῖται, οἱ καὶ τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦδε τοῦ παντὸς κόσμου τῷ πονηρῷ νέμοντες ἀλογίστως, ὢ τῆς ἀνοίας ! πᾶσαν τὴν εὐχὴν παντὸς εὐχομένου ἐν τούτοις μόνοις τοῖς ῥήμασι περιγράφουσιν· ἀλλ' ὁ τῶν θεηγόρων ἀποστόλων χορὸς, καὶ ὁ μετ' αὐτοὺς τῶν ἁγίων Πατέρων κατάλογος διδάσκοντες ὁμοίαις μὲν χρήσιν αἰτεῖσθαι τοὺς εὐχομένους, καὶ τῷ αὐτῷ χαρακτῆρι προσοικυίαις, ῥήμασι δὲ πλείστοις, καὶ διαφόροις δοξολογίαις τὸν ἀγαθὸν Δεσπότην ἐξευμενίσθαι, πολλαῖς καὶ ἄλλαις εὐχαῖς συνῆψαν καὶ ταύτην. Τί γὰρ ; Ὅτι μὴ δακρύειν τῇ εὐχῇ ταύτῃ προσέθετο ὁ Χριστὸς καὶ στενάζειν, κατὰ τοῦτο ἀπαγορεύειν καὶ ταῦτα χρή ; Καὶ πῶς Δαυὶδ ὁ μέγας προφήτης καὶ Βασιλεὺς, ἐκ ποίων τρόπων τῆς μοιχείας καὶ τοῦ φονου ἀπήλειψεν ἐγκλήματα ; Οὐχὶ λούων καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην καὶ τὴν στρωμνὴν ἐν δακρυσι ; Πῶς δὲ οἱ τρεῖς παῖδες ἐν μέσῳ τοῦ

D 35. At hi a Deo maledicti Euchitæ, qui et potestatem atque principatum hujus universi mundi diabolo stultissime attribuunt (tanta ipsorum insania est!) omnes orantis preces in his tantum verbis circumscribunt. Sed enim deiloquorum apostolorum chorus, et post illos sanctorum Patrum series, etsi docent ut paribus sententiis orantes precentur, eidemque formæ analogis, verbis tamen plurimis diversisque doxologiis bonum Dominum placare student, et cum aliis precibus hanc quoque copularunt. Quid enim ? Quia lacrymari et gemere in hac oratione non docuit Christus, num proinde hæc vetare oportet ? David magnus propheta et rex quibusnam modis adulterii et homicidii crimina abstersit ? Nonne lavans singulis noctibus lectum suum stratumque lacrymis ? Quomodo tres pueri in medio igne rorem experti sunt ? Nonne his verbis dicendis : Peccavimus, inique egimus [29] ? »

χαρακτῆρα τῆς θειολέκτου ταύτης εὐχῆς ἐξυφαίνεσθαι

[29] Dan. III, 29.

Et nunc haud nobis os aperire licet : ignominia et opprobrium facti sumus servis tuis, et colentibus te : et quæcunque alia comprehenduntur illa oratione. Nam veluti haud his contenti, creaturam universam ad agendas gratias decantandumque Creatorem invitant. Num et hæc loquacitas fuit, o Antichristi discipuli, ejusque adventui præeuntes ? neque enim vos præcursores illius appellare dubito. His ergo a sanctis Patribus compositis orationibus Deus potissimum propitiatur, atque ad misericordiam flectitur.

A πυρὸς ἱδρωσίζοντο ; οὐχὶ, Ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, λέγοντες ; Καὶ νῦν οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἀνοῖξαι τὸ στόμα· αἰσχύνη καὶ ὄνειδος ἐγενήθημεν τοῖς δούλοις σου, καὶ τοῖς σεβομένοις σε· καὶ ὅσα τῇ εὐχῇ ταύτῃ συντέτακται· εἶτα ὡς μὴ ἀρκούντων αὐτοῖς τούτων, καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν εἰς εὐχαριστίαν καὶ ὕμνον ἀνακαλοῦντες τοῦ Ποιητοῦ. Μὴ ἄρα καὶ ταῦτα βαττολογία, ὦ τοῦ Ἀντιχρίστου μαθηταὶ καὶ προτρίχοντες οὐτοῦ παρουσίας ; Οὐ γὰρ προδρόμους ὑμᾶς ἐνίσχομαι ὀνομάζειν ἐκείνου. Τούτοις οὖν τοῖς πρὸς τῶν ἁγίων εἰρημένοις τὸ Θεῖον μᾶλλον ἐξιλεοῦται καὶ πρὸς συμπάθειαν κάμπτεται.

36. Age vero ad hunc sermonis locum delatus post recitatam elata voce orationem, quæ dicitur inclinationis capitis, ea quæ fiunt juxta ecclesiasticam traditionem hic interserenda esse putavi. Dictum enim jam fuit, quod cum instruitur prothesis, præparatur cum divino corpore etiam Dominicus sanguis a diacono, qui et exiguam aquæ partem immittit : eaque ita manent sanctificata et transmutata a sancto Spiritu, usque ad tempus, quo elevatur pretiosum Christi corpus Dei nostri. Tunc vero affertur aquæ ferventis parva phiala, ex eaque infundunt in sanctæ mensæ imposita vasa, sive crateres sint sive pocula ; ut quemadmodum ambo (aqua et sanguis) ex vitali sacri lateris fonte calentes prodierunt, ita aqua fervida sumptionis tempore injecta, perfectum typum absolvat, dum communicantes papillam veluti calicis, quasi ipsum vitale latus attingunt. Sed ad sermonis seriem redeamus.

λϛ'. Ἀλλ' ὧδε τοῦ λόγου γενόμενος, μετὰ τὴν ἐκφώνησιν τῆς εὐχῆς κεφαλοκλισίας πραττόμενα κατὰ παράδοσιν ἐκκλησιαστικὴν παρενθεῖναι ᾠήθην· εἴρηται γὰρ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς προθέσεως ὡς ἑτοιμάζεται μετὰ τοῦ θείου σώματος καὶ τὸ Δεσποτικὸν αἷμα παρὰ τοῦ διακόνου, ἐπεμβάλλοντος δηλονότι καὶ μέρος μικρὸν ὕδατος· καὶ μένουσιν οὕτως ἁγιαζόμενα καὶ μεταποιούμενα τῷ ἁγιῷ Πνεύματι ἄχρι τοῦ καιροῦ τῆς ὑψώσεως τοῦ τιμίου σώματος τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν· τότε δὴ κομίζεται ὕδωρ θερμότατον εἰς λεβητάριον, καὶ κιρνῶσιν ἐξ αὐτοῦ τὰ προκείμενα ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, εἴτε κρατῆρες εἴτε ποτήρια εἶεν· ἵν' ὥσπερ ὡς ἐκ ζωῆς προῆλθον τῆς θείας πλευρᾶς, ἀμφότερα θερμότητος πεπληρωμένα, οὕτω δὴ τὸ ὕδωρ θερμότατον ἐν τῷ καιρῷ τῆς μεταλήψεως ἐπεμβαλλόμενον, τέλειον τὸν τύπον ἀναπληροῖ τῶν μεταλαμβανόντων τῇ θηλῇ τοῦ ποτηρίου, ὡς αὐτῇ τῇ ζωοπαρόχῳ πλευρᾷ ψαυόντων. Ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου ἐπαναδράμωμεν.

B

C

37. Post proclamatam itaque orationem quæ dicitur inclinationis capitis, et post episcopi profundam adorationem, fit elevatio venerandi corporis Christi Dei nostri, ut attestans ait sacerdos, propemodum ita dicens : » Exaltate Dominum Deum, nostrum et adorate scabellum pedum ejus, quia sanctus est : ecce prædictus sanctus Dominus elevatur. Quisquis igitur sanctus est, accedat. Nam sancta sanctos decent. » Auditores vero, humanæ naturæ infirmitatem reputautes, dicunt : « Unus sanctus Dominua Jesus Christus, peccato omnino inaccessus. » Statimque divini perficitur corporis divisio. Sed quanquam in partes scinditur, manet tamen impartibilis et indivisus in unaquaque divisarum partium idem totus Deus homo etiam in partes sectus. Etsi enim et corruptibilitati fuit obnoxius ac morti, attamen caro ejus in inferno non agnovit corruptionem. Elevatio autem venerandi corporis elevationem in crucem repræsentat, ibique mortem, ipsamque resurrectionem. Porro et participatio denotat illam ante passionem in mystico convivio traditionem panis et communis calicis ; de quo dixit Servator noster : « Amodo ex hoc non bibam, donec novum bibiturus sum in regno Patris mei ; » quem reapse post resurrectionem bibit mirabiliter et insolite : non enim quasi

λζ'. Μετὰ τὴν ἐκφώνησιν οὖν τῆς κεφαλοκλισίας καὶ τὴν ὑπόπτωσιν τοῦ ἀρχιερέως γίνεται ὑπὴ ψωσις τοῦ τιμίου σώματος τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν. ὡς διαμαρτυρόμενος λέγει ὁ ἱερεὺς, μονονουχὶ οὑτώσι φάσκων ὅτι ἐπειδὴ οἱ προφῆται πρὸ πολλῶν γενεῶν προετρέψαντο λέγοντες. « Ὑψοῦτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὅτι ἅγιός ἐστιν· ἰδοὺ ὁ προρρηθεὶς ἅγιος Κύριος ὑψοῦται. Ὅστις οὖν ἅγιος, προστελθέτω. Τὰ γὰρ ἅγια τοῖς ἁγίοις πρέπει. » Οἱ δὲ ἀκροαται, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ ἀσθενὲς ἀναλογιζόμενοι, λέγουσιν· « Εἷς μόνος ἅγιος Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ἁμαρτίας παντελῶς ἀνεπίδεκτος. » Καὶ εὐθὺς ὁ μερισμὸς τοῦ θείου τελεῖται σώματος. Ἀλλὰ κἂν μερίζεται, ἀμέριστος διαμένει καὶ ἄτμητος ὑφ' ἑνὶ ἑκάστῳ μέρει τεμνομένων ὁ αὐτὸς ὅλος θεάνθρωπος μεριζομένός τε καὶ εὑρισκόμενος· εἰ γὰρ καὶ φθορᾷ ὑπέστη καὶ θανάτῳ, ἀλλ' ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἐν τῷ ᾅδῃ οὐκ εἶδε διαφθοράν. Ἡ δὲ ὕψωσις τοῦ τιμίου σώματος εἰκονίζει τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ὕψωσιν, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ θάνατον, καὶ αὐτὴν τὴν ἀνάστασιν. Δηλοῖ δὲ καὶ ἡ μετάληψις τὴν πρὸ τοῦ πάθους ἐπὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου μετάδοσιν τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ κοινοῦ ποτηρίου· περὶ οὗ εἶπεν Σωτὴρ ἡμῶν, « Οὐκέτι ἐκ τούτου πίω, ἄρχις ὅτου κάινὸν αὐτὸ πίω ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρός μου. »

D

ὃ καὶ ἔπιε μετὰ τὴν ἀνάστασιν ξένως ὁμοῦ καὶ καινοπρεπῶς· οὐ γὰρ ὡς χρείαν τηνικαῦτα τοῦ σώματος ἔχοντος τροφῆς, ἀλλ' εἰς πληροφορίαν τῶν μαθητῶν τῆς ἀναστάσεως ἕνεκα. A

tunc corpus esca egeret, sed ut discipulis resurrectionem suam suaderet.

λη'. Μετὰ ταῦτα ἡ εὐχὴ τῆς εὐχαριστίας, καὶ ἡ ἄρσις τῶν καταλειφθέντων θείων λειψάνων, ἥτις τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν ὑπαινίττεται· λέγει γὰρ τότε ὁ ἱερεύς· « Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανούς, ὁ Θεός, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου. » Ὑψουμένου γὰρ ἐν τῇ ἀναλήψει, ἔλεγον οἱ ἄγγελοι τοῖς ἀποστόλοις· Οὗτος ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ ὑμῶν πάλιν ἐλεύσεται ὡς κριτής. Τότε δὲ πᾶν γόνυ κάμψει αὐτῷ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ ἔσται ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα αὐτοῦ. Εἰ γὰρ καὶ νῦν εἰσί τινες τῶν μὴ ὁμολογούντων αὐτόν, ἀλλὰ τοτε οὐδεὶς ἀντερεῖ. Τότε γάρ, ησὶν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος. πιστεύσουσιν, ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ κατορχόμενον, καὶ ὡς κριτὴν καθεζόμενον. Ὁ δὲ τελευταῖος βυμιατὸς τὴν χάριν τοῦ ἁγίου δηλοῖ Πνεύματος τὴν δι' ἐμφυσήματος δοθεῖσαν τοῖς ἀποστόλοις μετὰ τὴν ἀνάστασιν· ἡ δ' ὀπισθάμβωνος εὐχὴ οἱονεί σφραγίς ἐστι πάντων τῶν αἰτημάτων, καὶ ἀνακεφαλαίωσις τακτικὴ, πρέπουσα τοῖς πρώτοις καὶ τιμιωτέροις ἐπιλόγοις (42)· ἐπειδὴ γαρ πᾶσα ἡ θεία ἱερουργία, προηγουμένως μὲν ὑπὲρ τῶν προσενεγκόντων, καὶ δι' οὓς προσήγαγον τελεῖται· ἔπειτα δὲ καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν καταλειφθέντων κατὰ μόνην εὐχήν· ἐπειδὴ γάρ τινες τῶν ἔξω τοῦ θυσιαστηρίου ἑστώτων εἰς ἀπορίαν πολλάκις χωροῦσι, γνωσιμαχοῦντες καὶ λέγοντες, Τίς ἄρα ὁ σκοπὸς, καὶ ἡ τῶν παρὰ τοῦ ἀρχιερέως ὑποψιθυριζομένων εὐχῶν ἔννοιά τε καὶ δύναμις; καὶ ἐφίενταί τινα εἰδῆσιν καὶ τούτων λαβεῖν· κατὰ τοῦτο οἱ θεῖοι Πατέρες ὡς ἀνακεφαλαίωσιν πάντων τῶν διὰ τῶν εὐχῶν αἰτουμένων τὸν χαρακτῆρα ταύτης ἐποιήσαντο, διδάσκοντες τοὺς ἐπιζητοῦντας ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα. Τί δ' ἄλλο ἐστι τὸ λειπόμενον ἢ ὁ τοῦ παρθενικοῦ σώματος τύπος, ὁ μερισμὸς τῆς εὐλογίας καὶ προσφορᾶς (43); Κλᾶται γὰρ ὁ ἄρτος, διατέμνεται δὲ ὡς ἀῤῥήτου εὐλογίας μετάληψις τοῖς μεταλαμβάνουσι μετὰ πίστεως· ὡς προσφορὰ δὲ τοῖς ἐνηνοχόσι πλήρης ἁγιωσύνης ἐκ τῶν ἁγίων ἀντιπροσφέρεται· καὶ οὕτως ἀπὸ μέν τῆς μεταλήψεως τοῦ ἀχράντου σώματος τοῦ ἐξ αὐτῆς τεχθέντος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος, ὁ ἁγιασμὸς καὶ ἡ εὐλογία τοῖς πιστοῖς περιγίνεται. B C

38. Exin fit oratio gratiarum actionis, et sublatio divinorum quæ relicta sunt fragmentorum, quo actu assumptio Domini Dei nostri innuitur. Tunc enim dicit: « Exaltare super cœlos, Deus; et in universa terra gloria tua. » Namque eo, dum assumeretur, exaltato aiebant angeli apostolis: Hic qui assumptus est a vobis, sic denuo veniet tanquam judex. Tunc autem omne genu flectetur ei cœlestium et terrestrium, eritque in universa terra gloria ejus. Quanquam enim nunc sunt nonnulli qui eum non confitentur, tunc tamen nemo contradicet. Tunc sane, inquit Gregorius Theologus, credent cum eum videbunt de cœlo venientem, et judicis more sedentem. Jam postremus suffitus gratiam sancti Spiritus significat, quam flando dedit apostolis post resurrectionem. Denique oratio post ambonem, sigillum veluti est omnium precum, et ordinata recapitulatio, quæ primis et æstimabilioribus epilogis æquiparatur. Nam quia tota divina liturgia, præcipue pro offerentibus, et propter quos ii obtulerunt perficitur, postremo et pro reliquis omnibus, una hac oratione suppletur. Quippe quia nonnulli extra altare consistentes, in perplexitate sæpe versantur fluctuantes animis dicentesque: Quinam scopus est, et quinam susurratarum secreto ab episcopo precum sensus ac vis? optantque harum quoque notitiam percipere; propterea divi Patres, tanquam recapitulationem omnium per preces postulationum, talem hujus orationis formam excogitarunt, edocentes, tanquam ex fimbria contextum, rei curiosos. Quid autem reliquum est, nisi virginalis corporis typus, diribitio nimirum eulogiæ atque oblationis? Frangitur enim panis, dividiturque tanquam ineffabilis eulogiæ participatio sumentibus cum fide: ut oblatio autem, iis qui attulerunt, plena sanctitatis ex sacro ritu redhibetur. Atque ita a participatione immaculati corporis ex Virgine nati Christi Dei nostri, et pretiosi sanguinis, sanctificatio et benedictio fidelibus contingit.

λθ'. Ἓν ἔτι προσθεὶς, τέλος ἐπιθήσω τῷ λόγῳ· Ἐπειδή τινες τῶν ἱερέων, οἱ μὲν πενίας προφάσει, οἱ δὲ ἀκορέστῳ πλεονεξίᾳ δύο ποιεῖν λειτουργίας οὐ φείδονται, ἀλλὰ τολμηρῶς σταυροῦσι τὸν Χριστὸν, καὶ αὖθις ἀναστανροῦσι πολλάκις καὶ ἐφ' ἑνὶ ταῦτα δρῶντες θυσιαστηρίῳ, τὸ φρικωδέστατον καὶ κατὰ τοῦτο σπουδάζοντες· πολλάκις δὲ καὶ κατὰ περιπέτειαν βίου ἢ ῥᾳθυμίαν ἀφιᾶσι τὰ ὅλως ἀτέλεστα, D

39. Uno adhuc addito, finem sermoni imponam. Quoniam nonnulli sacerdotes, partim inopiæ prætextu, partim insatiabili avaritia, duas celebrare missas non dubitant, audacterque Christum semel et iterum crucifigunt, sæpe id in uno etiam peragentes altari, rem tremendam hac quoque ratione attentantes; nec raro propter vitæ fortuitos casus, vel ob negligentiam, imperfectum opus derelin-

(42) Hæc oratio respondet quodammodo postremæ Latinorum orationi, *Libera nos, quæsumus, Domine,* quam S. Petrus Damiani, n. 17, appellat *embolismum*.

(43) Legesis Christophorum Angelum cap. 14. Armenii quoque more Græcorum dispensant, sed pro buccellis fermentatis, azymi tenues formas cum typo agni.

quentes ; acciditque ut post triduum vel ultra etiam comperiantur sacra dona madore aut fuligine plena, ideoque a nemine possint absumi ; propterea, inquam, necesse est hæc igne consumere, et reliquos ex iis cineres, in loco nobili collocare. Sic enim etiam relicta agni illius veteris ossa igne comburebantur. Neque vero qui hæc neglexerit sacerdos, pœnas a canonibus impositas vitabit : namque Agni nostri nihil non edule est, nihil durum aut osseum. Quippe est enhypostaticum Verbum. Suscipitur autem Verbum ab omni anima semet digne parante ut sit habitaculum ejus : ad quam non ipsum solum Verbum, sed et Patrem secum dixit esse venturum, nec non Spiritum sanctum, et mansionem apud ipsam facturos.

40. Hæc pro nostra imbecillitate raptim conscripsimus, propter assiduam jubentis hominis ferventissimam deprecationem. Qui vero hæc leget, nondum plenam sacrorum mysteriorum explanationem hoc scripto factam existimet. Sed hoc sibi evenisse putet, ceu si quis spectare cupiens urbis pulchritudinem eximiam et incognitam, ducem aliquem nanciscatur, a quo manuductus, tanquam ex aliqua fenestra videre queat radiorum velut inde missorum lucem atque splendorem, non tamen ipsam naturam bonorum illic reconditorum. Nam secreta mea, inquit Dominus, mihi meisque [30]. Quomodo autem ego, qui non solum a Deo me elongavi, sed etiam appropinquantibus ei procul absum, dignum aliquid Deo cogitare aut eloqui queam ? Attamen gratum est, quidquid pro viribus fit, dummodo id ab illius dogmatibus atque præceptis haud videatur discedere. Quod si quis utile aliquid in his scriptis deprehendet, is pro me qui elaboravi, precem pro venia impetranda Deo offerat, erratorum meorum causa. Deinde etiam gratiarum actionem, propterea quod ille solet eos illuminare a montibus æternis, qui digni habiti fuerint intellectualiter contemplari. Quia ipsum decet omnis gloria, honor, et adoratio, Patrem scilicet, et Filium, et sanctum Spiritum, nunc et semper et per sæcula sæculorum. Amen.

[30] Isa. XXIV 16.

καὶ συμβαίνει μετὰ παροδρομὴν ἡμερῶν τριῶν ἢ καὶ πλειόνων εὑρεθῆναι ταῦτα πεπληρωμένα νοτίδος καὶ λιγνύος, καὶ διὰ τοῦτο ἀδύνατον, τινὰ προσέσθαι, δέον ἐστὶ ταῦτα πυρὶ ἀναλωθῆναι (44), καὶ τὴν ἐκ τούτων καταλειφθεῖσαν σποδὸν, ἐν τόπῳ ἐπισήμῳ ἐγκαταθεῖναι· οὕτω γὰρ καὶ τὰ καταλειφθέντα ὀστα τοῦ ἀμνοῦ ἐκείνου τοῦ παλαιοῦ πυρὶ κατεκαίοντο· οὐ μὴν ὁ ταῦτα καταλιμπάνων ἱερεὺς, τῶν ἐκ τῶν κανόνων ὁρισθέντων ἐπιτιμίων ἐλεύθερος ἔσται· ὅτι περ τοῦ ἡμετέρου Ἀμνοῦ ἄβρωτον οὐδὲν οὐδὲ τραχὺ καὶ ὀστῶδες· ὅτι καὶ Λόγος ὑποστατος οὗτος· καὶ χωρητὸς ἐστιν ὁ Λόγος εἰς πᾶσαν ψυχὴν τὴν ἀξίως ἑτοιμάσασαν ἑαυτὴν εἰς κατοικίαν αὐτοῦ· πρὸς ἣν οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ τὸν Πατέρα ἔφησε σὺν αὐτῷ ἐλεύσεσθαι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσεσθαι.

μ΄. Ταῦτα μὲν κατὰ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν ἐσχεδίασται, διὰ τὴν ἐπίμονον τοῦ ἐντειλαμένου ἀνδρὸς θερμοτάτην ἀξίωσιν· ὁ δέ γε τούτοις ἐντυγχάνων, μήπω πάσης ἐξηγήσεως τῶν σεπτῶν μυστηρίων ἐν τούτοις τελεῖσθαι νομίσῃ· ἀλλὰ τοιούτῳ τινὶ οἰέσθω ἐντετυχηκέναι, ὡς ἐάν τις τῶν ποθούντων ἰδεῖν καλλὴ πόλεως ὑπερφυῆ καὶ ἀθέατα, τύχοι τινὸς ὁδηγοῦντος, ὑφ' οὗ χειραγωγούμενος, ὡς διά τινος θυρίδος ἰσχύσει κατιδεῖν τὴν ἐκεῖθεν ἐκπεμπομένων ἀκτίνων αὐγὴν τε καὶ λαμπρότητα· οὐ μὴν αὐτὴν τὴν φύσιν τῶν ἔνδον ἀποκειμένων ἀγαθῶν. Τὰ γὰρ μυστήριά μου, φησὶν ὁ Κύριος, ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς. Πῶς δὲ αὐτὸς ἐγὼ, ὁ μὴ μόνον ἐξ αὐτοῦ μακρύνας ἐμαυτὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐγγιζόντων αὐτῷ μακρὰν ἀπεσχισμένος, ἐπάξιόν τι τῶν ἐκείνου νοῆσαι ἢ φθέγξασθαι δυνηθείην ; Ἀλλ' ὅμως φίλον κἀκείνῳ τὸ κατὰ δύναμιν, εἰ μόνον μὴ πόρρω τῶν ἐκείνου δογμάτων καὶ ἐντολῶν εἴη τὸ θεωρούμενον· εἰ δέ τις ὠνήσιφόρον τι εὕροι τοῖς γεγραμμένοις, ὑπὲρ ἐμοῦ μὲν τοῦ πεπονηκότος, εὐχὴν συγχωρήσεως θεῷ ἀποδοτω τῶν ἐπταισμένων μοι ἕνεκα· ἔπειτα δὲ καὶ εὐχαριστίαν, ἀνθ' ὧν ἄνωθεν εἰώθε φωτίζειν ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων, τοὺς νοερῶς ἀξιωθέντας ὁρᾶν· ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δοξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(44) Sic omnino solebat S. Petrus Damiani op. cit. n. 4. *Ego quod residuum est, igne comburo : nam credere jubemur, distinguere prohibemur.* Vide ibi cætera quæ sunt præclara.

CIRCA ANNUM DOMINI MCCXL

MANUEL

MAGNUS RHETOR CONSTANTINOPOLITANUS.

—

ΕΡΩΤΗΜΑΤΑ·

ΤΟΥ ΦΡΑΡ ΦΡΑΤΖΗΣΚΟΥ

Καθὼς ἐκεῖνος ἔγραψε

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΜΕΓΑΝ ΡΗΤΟΡΑ

—

FRATRIS FRANCISCI QUÆSITA

PER EPISTOLAM

AD MAGNUM RHETOREM (a)

—

Ταῦτα τὰ κεφάλαια καὶ δόγματα τῆς εὐσεβείας κρατῶ, καὶ παρὰ σοῦ, μέγα ῥήτωρ καὶ διδάσκαλε, τοῦ σφάλω διδαχθῆναι ἐπιζητητέον. A

Hæc capita et religionis dogmata credo et profiteor, et quæro a te, rhetor magne, ut ubi me errare contigerit, docere non dedigneris.

Συμπεράσματα θεολογικὰ καὶ ὀρθοδοξα τοῦ φρὰρ Φρατζήσκου Περδικατόρου.

Conclusiones theologicæ et orthodoxæ fratris Francisci Prædicatoris

Πρῶτον. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεται.

Prima. Spiritus sanctus a Patre et Filio procedit.

Δεύτερον. Εὐλόγως τὴν ἀναπτυξιν τῶν ῥημάτων, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, προστεθῆναι χρή.

Secunda. Recte voces istæ, et *ex Filio,* addi debuerunt. Nimirum Symbolo Constantinopolitano.

Τρίτον. Ἐν ἀζύμῳ καὶ ἐν ζύμῳ ἄρτῳ σιτίνῳ τὸ σωμα τοῦ Χριστοῦ τελειοῦται.

Tertia. In azymo, et in fermentato pane triticeo conficitur corpus Christi.

Τέταρτον. Καθαρτικὸν πῦρ πρὸ τῆς κρίσεως πιστευτέον.

Quarta. Ignis purgatorius credendus et admittendus ante ultimum judicium.

Πέμπτον. Τῶν ἁγίων αἱ ψυχαὶ εἰς τὸν οὐρανὸν εὐθὺς, εἰς τὸν οὐρανὸν προσλαμβάνεσθαι καὶ καθαρῶς τὸν Θεὸν θεωρεῖν δεῖ. B

Quinta. Animæ sanctorum recta tenduntin cœlum, et in cœlum receptæ, debent Deum pure videre.

Ἕκτον. Πρῶτός ἐστι τῆς ἱερωσύνης θρόνος ὁ τῆς Ῥώμης πάππας.

Sexta. Primus hierarchiæ thronus est papa Romanus.

Ἑβδομον. Ἓν βάπτισμα Φράγγων καὶ Γραικων.

Septima. Baptisma Francorum, seu Latinorum, et Græcorum, est unum et idêm.

Ὄγδοον. Ὁ ἀπολύσας τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ ἢ γημήσας ἄλλην, καὶ μετὰ λόγου πορνείας ἀπὸ τῆς πρώτης ἀποστὰς, μοιχᾶται.

Octava. Qui uxorem repudiat proper aliam causam quam propter fornicationem, vel qui repudiata uxore propter foruicationem, aliam sibi matrimonio jungit, ille mœchatur.

Ἔννατον. Ὁ Χριστὸς ἄρτον ἄζυμον ἔδωκεν ἐν τῷ Δείπνῳ.

Nona. Christus in Cœna dedit panem azymum sine fermento

Δέκατον. Μόνον ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ, « Λάβετε, φάγετε. τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, » τέλειον σῶμα ποιεῖ, καὶ οὐδαμῶς τοῦ Χρυσοστόμου ἡ εὐχὴ ἡ λέγουσα, Καὶ ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον.

Decima. Sola verba Christi : « Accipite, comedite, hoc est corpus meum, » conficiunt corpus Christi, nuspiam vero oratio et liturgia Chrysostomi, in qua dicitur, Et fac hunc panem, etc.

(a) Lemoine, *Varia sacra,* tom. I.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΚΑΙ ΑΝΑΤΡΟΠΗ

ΤΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ

ΤΟΥ ΦΡΑΡ ΦΡΑΤΖΗΣΚΟΥ

—

APOLOGIA ET REFUTATIO

CAPITUM

FRATRIS FRANCISCI

—

Manuel magnus rhetor Magnæ ecclesiæ, fratri Francisco prædicatori veteris Romæ, salutem.

Scripta tua epistola ad nos pervenit et simul ubique tuæ mentis exiguitatem prodidit, tam circa alia, quam circa grammaticam Græcam ; erras enim in dictionibus, litteris, et accentibus, et declaras id quod est longe a vera theologia constitutum. In scripto quippe tuo capita continentur, et quædam problemata multoties jam agitata, et explorata, illa vero inscribis Conclusiones theologicas, cum sint potius cacodoxæ et pessimæ, et a veritate et recta doctrina penitus alienæ. Conclusio enim, ut hoc obiter dicam, est rei determinatæ et demonstratæ probatio. Istæ vero tuæ quæstiones sunt potius assertiones, theses iniquæ, et propositiones mentis non sibi cohærentis et decipientis, quæ sufficienter tractatæ sunt, multoties, et variis diversisque temporibus, tam a veteribus quam recentioribus divinis hominibus, perfecta sapientia et sanctitate ornatis et præstantibus ; et ut blasphema, contraria et opposita ipsi veritati, nimirum Christo Deo nostro, reprobata sunt et rejecta. Quaproper nos armati luce veritatis et veræ theologiæ.

Tuam primam quæstionem quæ asserit Spiritum sanctum procedere a Patre et Filio blasphemam et hæreticam declaramus (1). Non enim in Evangiliis Dominus sic loquitur, sed illum ex Patre tantum procedere, ubi dicit: « Cum venerit Paracletus quem ego vobis mittam a Patre, Spiritus veritatis qui a Patre procedit, ille de me testabitur [1] ; » missio vero et processio non sunt idem. Processio enim importat modum et conceptum exsistentiæ, missio vero legationem et apostolatum nota. Et secundum processionem Spiritus sanctus ex persona Patris tanquam ex causa immediate habet esse, secundum missionem vero Filius et Pater una mittunt Spiritum sanctissimum in fideles et eos

[1] Joan. xv, 26.

(1) Vides Græcorum insaniam.

A Μανουὴλ ὁ μέγας ῥήτωρ τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας φρὰρ Φρατζήσκῳ τῷ Πρεδικατορῳ παλαιᾶς Ῥώμης χαίρειν.

Τὸ ἐπιστολαῖόν σου πρὸς ἡμᾶς ἐλθὸν γράμμα δέδειχεν ἀμωσγέπως γε τό τε βραχύτατον τῆς διανοίας τῆς σῆς πρὸς τε τὰ ἄλλα, καὶ πρὸς τὴν καθ' Ἕλληνας γραμματικήν· ἔν τε γὰρ λέξεσι καὶ ἀντιστοιχείοις καὶ προσωδίαις ἐσφαλμένον ἐστι, καὶ τὸ πόῤῥω δηλῶν καθεστάναι τῆς ἀληθοῦς θεολογίας. Τὰ γὰρ ἐν αὐτῷ κεφάλαια, ζητήματα, καὶ προβλήματα ὄντα, καὶ τῶν ζητημάτων πολλάκις διακωδωνισθέντα, ἐπιγράφεις αὐτὰ συμπεράσματα, καὶ ὀρθόδοξα, κακόδοξα μᾶλλον ὄντα, καὶ τῆς ὀρθοδοξίας καὶ ἀληθείας ἀποπεπτωκότα. Καὶ τοί γε συμπέρασμά ἐστιν, ὡς ἐν τύπῳ εἰπεῖν, ἀπόφασις B διωρισμένου καὶ ἀποδεδειγμένου πράγματος. Ταῦτα δὲ τὰ ζητήματα ὄντα, μᾶλλον δὲ θέσεις ἢ προθέσεις ἄθεσμοι, καὶ προτάσεις διανοίας ἀσυλλογίστου καὶ κακόφρονος, ἀρκούντως ἐτρακταίσθησαν πολλάκις καὶ πολλαχοῦ ὑπὸ πολλῶν καὶ διαφόρων ἐτῶν ὑπό τε παλαιῶν καὶ νέων θείων ἀνδρῶν, τελείᾳ σοφίᾳ τε καὶ ἁγίωσύνῃ κεκοσμημένων, καὶ ὡς βλάσφημα καὶ τὴν ἐναντίωσιν εἰσάγοντα προφανῶς καὶ τῇ αὐτοαληθείᾳ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν ἀντιφερόμενα, ἀπεδοκιμάσθησάν τε καὶ ἀπερρίφησαν, διὸ καὶ ἡμεῖς καθωπλισμένοι ὄντες τῷ τῆς ἀληθείας καὶ ἀληθοῦς θεολογίας φωτι.

Τὸ πρῶτόν σου ζήτημα, λέγον ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, βλάσφημον καὶ αἱρετικὸν ἀποφαινόμεθα. Ὁ γὰρ Κύριος C ἡμῶν ἐν Εὐαγγελίοις οὐκ οὕτω φησίν, ἀλλ' ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐν οἷς λέγει· « Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει, περὶ ἐμοῦ. » Πέμψις δὲ καὶ ἐκπόρευσις οὐ ταὐτόν· ἡ μὲν γὰρ ἐκπόρευσις ἔννοιαν ὑπάρξεως εἰσάγει, ἡ δὲ πέμψις ἀποστολὴν καὶ κατὰ μὲν τὴν ἐκπόρευσιν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως ὡς ἀπ' αἰτίας ἀμέσως ἔχει τὸ εἶναι· κατὰ δὲ τὴν πέμψιν ὁ Υἱὸς συναποστέλλει τῷ Πατρὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα πρὸς τοὺς

πιστοὺς καὶ τοὺς τῆς χάριτος αὐτοῦ ἀξίους. Ἐπὶ ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσι μία ἐστὶ βουλὴ καὶ δύναμις καὶ ἐνέργεια, ὡς μία οὐσία τῷ ἀριθμῷ καὶ μία θεότης. Ὅθεν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀποστέλλει τὸν Υἱὸν κατὰ τὴν χρονικὴν γέννησιν, ὡς ἐν Ἡσαΐᾳ γέγραπται τῷ προφήτῃ· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με· » ὥστε μόνου ἡ τοῦ Πατρὸς ὑπόστασις οὐκ ἀποστέλλεται, ὡς ῥίζα καὶ πηγὴ τῆς θεότητος· ἡ δὲ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος ἀλλήλοις ἀποστέλλονται τῇ τοῦ Πατρὸς εὐδοκίᾳ, ὁ μὲν Υἱὸς κατὰ τὴν χρονικὴν γέννησιν, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὴν χρονικὴν πρόοδον, καὶ τὴν εἰς τοὺς πιστοὺς ἐπιφοίτησιν· οὐ μὴν κατὰ τὴν ἄχρονον ἐκείνην ἐκπόρευσιν, τὴν ἀμέσως ἐκ τῆς πατρικῆς ὑπόστάσεως οὖσαν, καθ' ἣν ἔχει τὸ εἶναι ἐκπορευτῶς, ὡς καὶ ὁ Υἱὸς ἀϊδίως ἔχει τὸ εἶναι ἐκ τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως ἀμέσως γεννητῶς. Ὅθεν καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος, τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τοῦ Πνεύματος χρονικὴν καὶ μεταδοτικὴν δηλῶν πρόοδον, φησιν· « Ἔσωσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ δηλονότι διὰ λουτροῦ καὶ ἀνακαινίσεως Πνεύματος ἁγίου οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Εἰ τοίνυν γνωριμώτερα εἶναι δεῖ καὶ δῆλά τε καὶ σαφῆ, ὅσα εἰσὶν ἐγγυτέρω τῶν ἀρχῶν φύσει φανερωτάτων οὐσῶν, ἀρχαὶ δὲ εἰσιν ἡμῖν τῆς πίστεως οἱ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λόγοι, οἷς οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ διδάσκαλοι ἀσφαλῶς ἑπόμενοι συμφωνοῦσιν· εὔδηλον ὅτι καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ὀρθότης τῶν δογμάτων τῆς πίστεως ἐν ἡμῖν ἐστι καὶ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς καθηγηταῖς καὶ διδασκάλοις ἡμῶν, καὶ προστάταις αὐτῆς· Ὧν πρῶτος Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης ἐν δευτέρῳ κεφαλαίῳ περὶ ἡνωμένης θεολογίας καὶ διακεκριμένης φησί πως· Ἄκουσον τοῦ, Τάδε λέγει Κύριος, ὁ ὤν, ὁ ἦν, ὁ ἐρχόμενος, καὶ ὁ παντοκράτωρ, καὶ σὺ δὲ αὐτὸς εἶ, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ ὄν, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα αὐτοῦ ἐπιστολῇ· Οὔκουν καλῶς φρονοῦντες περὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐδὲ περὶ τοῦ Υἱοῦ καλῶς φρονοῦσιν· εἰ γὰρ ἐγρόνουν ὀρθῶς περὶ τοῦ Υἱοῦ, ἐφρόνουν ὑγιῶς καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ τοῦ Υἱοῦ ἴδιόν ἐστιν, ὃ παρ' αὐτοῦ δίδοται τοῖς μαθηταῖς, καὶ πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν. Ὅρα τὰς δύο προόδους τοῦ παναγίου καλῶς θεολογήσαντος Πνεύματος, τὴν μὲν ἐκ μόνης τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως τὴν ἀΐδιον ἐκείνην καὶ ἀῤῥητον, καὶ ὑπαρκτικήν, καθάπερ καὶ ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις εἰρήκει, καὶ τὴν ὑπὸ χρόνον καὶ μεταδοτικήν, τὴν δι' Υἱοῦ. Ὁ αὐτὸς καὶ ἐν τῷ περὶ Τριάδος αὐτοῦ λόγῳ· Θεός ἐστιν ἡ πάντων ἀρχὴ κατὰ τὸν Ἀπόστολον λέγοντα· Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ γὰρ ὁ Λόγος ἐξ αὐτοῦ γεννητῶς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορευτῶς. Καὶ ὁ θεῖος καὶ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ πρὸς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Γρηγόριον ἐπιστολῇ αὐτοῦ οὕτω φησίν. Ἐπειδὴ τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ

qui sunt digni gratia sua. In tribus personis unica est voluntas, unica virtus, unica est operatio, sicut unica numero essentia, et unica divinitas. Unde fit ut Spiritus sanctus mittat Filium secundum temporalem suam generationem, sicut hoc scribitur apnd Isaiam prophetam : « Spiritus Domini est super me, ideo me unxit, et misit me ad Evangelium annuntiandum pauperibus [2] ; » adeo ut sola Patris persona non mittatur, cum sit radix et fons divinitatis ; persona vero Filii et persona Spiritus sancti alternatim et a se invicem mittuntur secundum Patris beneplacitum' Filius quidem secundum temporalem generationem, Spiritus sanctus vero, secundum temporalem processum, et in fideles accessum et adventum, non vero secundum æternam illius processionem, quæ immediate originem trahit a persona Patris, et secundum quam habet esse processionaliter seu per processionem, sicut Filius ab æterno habet esse immediate ab eadem persona Patris per generationem. Quapropter divus apostolus Paulus, ostendens temporalem et gratiosam missionem Spiritus a Patre per Filium, dicit : « Servavit nos Deus et Pater per lavacrum, et renovationem Spiritus quem super nos abundanter diffudit per Jesum Christum [3] . » Si notiora clariora, manifestiora ea debent esse, qua viciniora sunt, et propius accedunt ad ipsa prima principia et initia, cum ipsa principia sint per se clariora et magis perspicua, principium vero fidei nostræ sit verbum Domini Jesu Christi, cui sine ulla aberratione adhærent et consentiunt apostoli et doctores ; manifestum est veritatem et recta fidei dogmata obtinere apud nos, et apud catholicam Ecclesiam nostram, et apud ejus informatores doctores et præsules. Horum vero primus fuit Dionysius Areopagita qui in secundo capite de unita et separata theologia sic infit : Audi illud : Hæc dicit Dominus qui est qui erat, et qui venturus est et omnipotens, et tu ipse es, et Spiritus veritatis qui est, qui procedit a Patre. Et magnus Athanasius in sua ad Serapionem epistola : Non bene sentiunt de Spiritu sancto, nec bene sentiunt de Filio ; si enim rectam de Filio haberent sententiam, utique et sanam sententiam foverent de Spiritu sancto, qui procedit a Patre, et proprius est Filii, qui ab illo datur discipulis suis, et iis qui in illum credunt. Vide duas processiones sanctissimi Spiritus quas docet optima et recta theologia. Unam ex sola persona Patris, illamque æternam, invisibilem, ineffabilem, personalem, sicut Dominus loquitur in Evangeliis ; aliam vero temporalem et gratiosam quæ fit per Filium. Idem Athanasius in suo de Trinitate tractatu, Deus, inquit, est rerum omnium principium, secundum apostolum dicentem : Unicus Deus, scilicet Pater a quo sunt omnia ; nam Filius ipse est ab illo per generationem, et ipse Spiritus per processionem.

[2] Isa. LXI, 1 ; Luc. IV, 18. [3] Tit. III, 5.

οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Καὶ πάντες δὲ οἱ τῆς καθ' ἡμᾶς μεγάλης καὶ καθολικῆς Ἐκκλησίας ἀγιώτατοι καθηγεμόνες καὶ διδάσκαλοι τὸ αὐτὸ φρονοῦσί τε καὶ κηρύττουσιν, ὡς Χριστῷ τῷ Θεῷ καὶ τοῖς αὐτοῦ ἱεροῖς προσεχῶς ἑφεπόμενοι μαθηταῖς. Ἀλλὰ καὶ Δάμασος ὁ ἁγιώτατος πάππας Ῥώμης, πρὸς Παυλῖνον ἐπίσκοπον γράφων, φησίν· Εἴ τις μὴ εἴποι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι ἀληθῶς καὶ κυρίως, ὡς καὶ τὸν Υἱὸν καὶ Θεοῦ Θεὸν Λόγον, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ ἡ ἑβδόμη δὲ σύνοδος καὶ αὐτὴ φησιν· Ἡμεῖς τῇ ἀρχαίᾳ θεσμοθεσίᾳ τῆς Ἐκκλησίας τῆς καθολικῆς ἑπακολουθοῦμεν, ἡμεῖς τοὺς θεσμοὺς τῶν ἀποστόλων καὶ Πατέρων φυλάττομεν, ἡμεῖς τοὺς προστιθέντας ἢ ἀφαιροῦντάς τι ἐκ τῆς Ἐκκλησίας ἀναθεματίζομεν. Ἀκούεις τὰς ἀποφάσεις τῶν ἁγίων καὶ τῶν συνόδων, τί ἀποφαίνονται, ὅτι ἐκ μόνης τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως ἀμέσως τὸ θεῖον ἐκπορεύεται Πνεῦμα, δι' Υἱοῦ δὲ τοῖς υἱοθετουμένοις ἐκλάμπον καὶ χορηγούμενον διά τε τὸ συναφὲς τῆς οὐσίας καὶ τὴν ὁμοβουλίαν. Καὶ ὁ θεῖος δὲ καὶ μέγας ἀπόστολος Παῦλος τῷ ἀναθέματι παραπέμπων φαίνεται τοὺς προστιθέναι τε τολμήσαντας τοῖς τῆς πίστεως δόγμασι, παρ' ὁ παρέλαβον ἐξ αὐτοῦ πρῶτον Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἔπειτα ἐκ τούτου τε καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις καὶ διδασκάλοις. Καίτοι γε αὐτοί ἐστε ὑμεῖς οἱ προστιθέντες, καὶ προσθήκην ἐσφαλμένην ἄγαν τε καὶ αἱρετικὴν καὶ ἀντίθεον. Μὴ τοίνυν τοῦ λοιποῦ ἀμαθῶς τολμήσῃς σοφίζεσθαι, καὶ ψευδοδοξεῖν ἐν ὕλῃ καὶ ὑποθέσει, ἧς ἡ ἀλήθεια ἡμῖν ἐκλάμπει ὡς μέγας ἥλιος ἀπ' αὐτῶν πρώτων τῶν θείων ῥημάτων τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ σοφῶν θεολόγων, οἱ γεγόνασι φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες.

Καὶ ταῦτα μὲν ἀπελογησάμεθά σοι πρός τε τὸ πρῶτόν σου ζήτημα καὶ τὸ δεύτερον.

γ'. Πρὸς δὲ τὸ τρίτον σου ζήτημα, ἐν ᾧ λέγεις ὅτι ἐν ἀζύμῳ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τελειοῦται, πορρώ τῆς ἀληθείας ἄγαν καὶ τοῦτο καθέστηκεν. Οὐκ οἶδας γὰρ ὅτι τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον, ἔνθα ἦν ἄζυμα, καθαρῶς αὐτὰ ἄζυμα ἐπονομάζει, ἔνθα δὲ ἦν ἄρτος, ἤγουν ἔνζυμον φύραμα, ἐμφανῶς ἄρτον φησί. Διὸ καὶ λέγεται, Ἦν δὲ τὸ Πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα. Τὸ γὰρ τηνικαῦτα Πάσχα, ὅτε αὐτὸ οἱ Ἰουδαῖοι ἔτέλουν, ὁ Χριστὸς ἁρπάζοντο τῷ σταυρῷ· καὶ σύνες τὸ λέγον εὐαγγελικὸν ῥητόν. Καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα. Καὶ τὸ μὲν Πάσχα οἱ Ἰουδαῖοι ὁρθοστάδην ἐσθίειν νενομοθέτηνται· ὁ δὲ Κύριος προλαβὼν ἐν τῷ μυστικῷ δείπνῳ τὸ ἀληθινὸν Πάσχα τοῖς μαθηταῖς μυσταγωγῶν καὶ παραδιδοὺς ἀνακείμενος μετ' αὐτῶν ἔσθιε, καθὼς τὸ ἱερὸν διεξεισιν Εὐαγγέλιον. Ὀψίας δὲ γενομένης ἀνέκειτο μετὰ τῶν δώδεκα· ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ἄρτον, καὶ εὐλογήσας ἔκλασε καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς. Καὶ δῆλον ἐντεῦθεν ὅτι τὸ Ἰουδαϊκὸν οὐκ ἦν Πάσχα, ἔνθα ἦσαν τὰ ἄζυμα, ἀλλὰ τὸ μυστικὸν καὶ ἀληθινόν. « Ἐπιθυμίᾳ γὰρ ἐπεθύμησα, » φησίν, « τοῦτο τὸ Πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν πρὸ τοῦ με παθεῖν, » δεικτικῶς τοῦτο ἀποφαινόμενος. Διὸ ἄρτος ἐν ἀληθείᾳ ἦν, ἤγουν ἔνζυμον φύραμα, κἂν μυρίας λογῶν ματαίας συμφέρηται λεσχηνείας καὶ φλυαρίας.

magistri idem sentiunt et annuntiant, Christi et discipulorum suorum jure vestigia prementes. Quod et ipse Damasus sanctissimus papa Romanus, epistola ad Paulinum episcopum dicit : Si quis non asserat Spiritum sanctum a Patre, sicut Filius Dei et Verbum Deus, esse, sit anathema. Denique ipsa synodus septima idem asserit dicens : Nos decreta apostolorum et Patrum observantes, nos antiquis legibus Ecclesiæ catholicæ insistentes, nos addentes aliquid, aut tollentes, ex Ecclesia removemus, et anathematis vinculo innodamus. Audis declarationes sanctorum, et synodorum, quid declarent et asserant, ex sola nimirum persona Patris divinum Spiritum immediate procedere, per Filium vero, effulgentem et suppeditatum filiis adoptionis, propter conjunctionem essentiæ et unitatem voluntatis. Et divus magnus apostolus Paulus videbitur anathemati tradere eos qui eo temeritatis abripiuntur, ut aliquid addant fidei dogmatibus quæ primo accepta sunt et tradita a Christo Deo nostro, et postea ab illo et cæteris apostolis et doctoribus. Vos vero ipsi estis qui additis, et quidem additionem vehementer erroneam, hæreticam , et Deo contrariam. Ne ergo inposterum audeas sophisticum agere, et falsa dogmata cudere in materia et hypothesi, cujus veritas nos illustrat sicut sol magnus, quæ lumen suum mutuatur primo a verbis ipsis Domini nostri, deinde ex verbis sanctorum apostolorum, et theologorum saniorum et sapientiorum, qui ut sidera in mundo radiarunt, servantes verbum vitæ.

Et hæc sunt vindiciæ nostræ ad primam et secundam tuam quæstionem.

3. Accedimus vero ad tertium quæsitum tuum in quo dicis quod corpus Christi conficitur in azymo, quod certe a veritate tam est alienum quam quod maxime. Nescis enim quod sanctum Evangelium, ubi azymorum occurrit mentio facienda, ea azyma clare et rotunde pronuntiat. Ubi vero est panis et fermentata massa, manifeste panem memorat et notat. Ideo dicitur. Erat Pascha et solemnitas azymorum. Eo vero quo Judæi Pascha celebrabant tempore, Christus in crucem raptus et elatus fuit, et animadvertenda sunt verba evangelica. Illi non ingressi sunt prætorium, ne polluerentur, sed comederent Pascha ; et Judæis lex erat posita qua *stantes* festum Paschatis debebant celebrare. Dominus vero antevertens, et quasi anticipans, in mystica cœna, verum Pascha mystice peragens et tradens discipulis cum illis mensæ *accumbens* comedit, sicut hoc declarat sanctum Evangelium. Vespertino tempore accubuit cum duodecim Apostolis, illis vero comedentibus, cum Jesus panem accepisset, illum benedixit, et fregit, et dedit discipulis, hinc manifeste ostendens, quod non erat Judaicum Pascha, in quo azyma solebant usurpari, sed verum et mysticum Pascha « Desiderio, inquit, desideravi comedere vobiscum hoc Pascha antequam patiar ', » hoc ipsum manifeste

et demonstrative declarans. Ideo constat vere panem fuisse, seu massam fermento maceratam, etiamsi contra innumeras congeratis verborum ineptias, nugas et futilitates.

4-5. Quod ad ignem purgatorium, nullus exsistit post mortem, seu hinc migrationem et exitum. Est quippe fetus hæreseos Origenianæ, ideoque illum ut blasphemum rejicit et divinæ veritati contrarium Ecclesia nostra sancta et orthodoxa, et eos qui istam sententiam tuentur jure anathemati subjicimus. « In inferis quippe quis tibi confitebitur? » inquit Psalmographus [5], id est, nullus. Tentationes vero iis qui præsenti vita fruuntur illatas a Deo propter quædam peccata, et cum patientia toleratas, et ad Deum cum gratiarum actione relatas, eas dicimus esse speciem quamdam ignis purgatorii; probatione quippe istarum tentationum ad instructionem inflictarum contingit quosdam emendari et a peccatis purgari. Ut cum dicitur : « Transivimus per ignem, et per aquam, » et, « Nos tandem deduxisti ad locum refrigerii [6]. » Et si post mortem talis daretur ignis qui purgaret animas ante diem judicii, ut male existimatis, omnes animæ purgarentur tam longo et infinito temporis intervallo, et nulla reperiretur tempore judicii, quæ adhuc pœnis et suppliciis esset obnoxia. Adeo ut frustra dictum fuisset a Domino : « Et isti ad æternum supplicium abibunt, justi vero ad vitam æternam [7]. » Ævum vero est particeps æternitatis. Æternitas vero nec est tempus, nec pars temporis, nam non est mensurabilis. Unde dicitur sine fine et termino. Vides ergo quod in eo etiam Domino manifeste contradicitis.

δ'-ε'. Ἔτι καθαρτήριον πῦρ οὐδ' ὅλως ὑπάρχει μετὰ θάνατον καὶ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγήν καὶ ἀποδίωσιν. Τοῦτο γὰρ τῆς Ὠριγένους αἱρέσεώς ἐστιν ἀποκύημα, διὸ ὡς βλάσφημον καὶ ἀντίθετον τῇ θείᾳ ἀληθείᾳ μακρὰν ἀπερρίφη τῆς καθ' ἡμᾶς ὀρθοδόξου ἁγίας Ἐκκλησίας, καὶ τοὺς οὕτω φρονοῦντας τῷ ἀναθέματι ἐνδίκως ὑποβάλλομεν. « Ἐν γὰρ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι, » φησὶν ὁ Ψαλμῳδός, ἀντὶ τοῦ, οὐδείς. Τοὺς ἔτι δὲ τῷ παρόντι περιοῦσι βίῳ ἐπιφερομένους πειρασμοὺς τοῦ Θεοῦ συγχωροῦντος διά τινας ἁμαρτίας, καὶ μεθ' ὑπομονῆς ἀνεχομένους, καὶ εὐχαρίστως πρὸς Θεὸν ἀναπεμπόμενοι, τούτους φαμὲν ἡμεῖς εἶναι ὥσπερ τι καθαρτήριον πῦρ. Τῇ γὰρ χρονίᾳ πείρᾳ τῶν τοιούτων πειρασμῶν παιδευτικῶς ἐπιφερομένων, καθαίρεσθαι συμβαίνει τινὰς ἐξ ἁμαρτιῶν· ὡς τὸ « Διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, » καὶ, « Ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν. » Εἰ δ' ἦν τοιοῦτόν τι πῦρ καθαρτήριον μετὰ θάνατον τῶν ψυχῶν πρὸ τῆς κρίσεως, ὡς φρονεῖτε ὑμεῖς κακῶς, αἱ ψυχαὶ δὲ πᾶσαι τῷ τοῦ χρόνου ἀπείρῳ μήκει ἐκαθάρθησαν ἄν, καὶ οὐδεμία ἐν τῷ τῆς κρίσεως εὑρέθη καιρῷ κολάσει ὑπόδικος. Ὥστε μάτην λέλεκται τῷ Κυρίῳ τὸ, « Καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. » Αἰώνιον δὲ τὸ μετέχον αἰῶνος. Αἰὼν δὲ οὔτε χρόνος οὔτε χρόνου τι μέρος· οὐδὲ γὰρ μετρητόν· ὡσεὶ ἔλεγεν ἀτελεύτητον καὶ ἀπέραντον. Ὁρᾷς ὅτι κἂν τοῦτῳ προφανῶς ἀντιφθεγγόμενοι ἐστε τῷ Κυρίῳ.

Responsum ad quintam interrogationem, quæ est *De primatu papæ*, consulto omittimus.

6. Baptisma vero in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti, cum tribus immersionibus administratum, secundum morem apostolorum et Patrum, admittimus, quod non est idem cum eo quod apud vos usurpatur. Nos quippe dicimus in formula administrandi baptismi : « Baptizatur servus Dei, » ista ratione ostendentes spontaneum, liberum, et voluntarium motum baptizandi, accedentis ad sacrum baptisma. Vos vero cum vanitate et superbia dicitis : « Ego te, N., baptizo, » quod certe non in eumdem scopum et consilium nobiscum collineat. Quomodo ergo unum et idem esset baptisma, quandoquidem certissime hæc facitis et dicitis?

8. Insuper autem quod cum contumelia ac injuria nobis objicis, nos scilicet a viro separare uxorem quæ in adulterium et fornicationem incidit, est indicium te nescire quid dicas. Nam hoc facimus recte, et secundum leges, et erga Deum charitate et reverentia ducti. Sic enim loquitur Dominus ipse in Evangeliis : « Qui uxorem suam dimiserit et repudiaverit alia ratione quam propter fornica-

ζ'. Βάπτισμα δὲ τὸ εἰς Πατέρα, καὶ Υἱόν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἐν τρισὶ γινόμενον καταδύσεσι, καὶ κατὰ τὴν ἀποστολικὴν καὶ πατρικὴν ἱεροτυπίαν ἀπεδεξάμεθα, ὅπερ οὐκ ἔστι ταὐτὸν τῷ γενομένῳ ὑφ' ὑμῶν. Ἡμεῖς μὲν γὰρ λέγομεν, « Βαπτίζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ, » δεικνύντες ἐντεῦθεν τὴν αὐθαίρετον καὶ ἐξ ἰδίας θελήσεως κίνησιν τοῦ βαπτιζομένου πρὸς τὸ θεῖον βάπτισμα· ὑμεῖς δὲ ἀλαζόνως πως καὶ ὑπερηφάνως φατέ· « Βαπτίζω ἐγώ τὸν δεῖνα· » ὅπερ οὐ τὸν αὐτὸν τῷ ἡμετέρῳ ἔχει σκοπόν. Πῶς οὖν ἂν γένοιτ' ἄν; Ἐπισφαλῶς γὰρ τοῦτο καὶ ποιεῖτε καὶ λέγετε.

η'. Ἔτι ὅπερ ὀνειδιστικῶς προσφέρεις ἡμῖν, ὅτι χωρίζομεν τοῦ ἀνδρὸς γυναῖκα, τὴν πορνείᾳ περιπεσοῦσαν, ἔοικεν ὅτι οὐκ οἶδας τί λέγεις. Καὶ τοῦτο γὰρ καλῶς μάλιστα, καὶ θεοφιλῶς, καὶ νομίμως ποιοῦμεν. Οὕτω γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐν Εὐαγγελίοις φησίν, « Ὃς ἂν ἀπολύσει τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, καὶ γαμήσει ἄλλην, μοιχᾶται. » Ὥστε δίκαιόν ἐστιν αὐτὴν ἀπολῦσαι, ἐάν περ πορνείᾳ πε-

[5] Luc. XXII, 15. [6] Psal. VI, 6. [6] Psal. LXV, 12. [7] Matth. XXV, 46.

μιπέσῃ, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀπόφασιν· ᾗ κατα- A κολουθοῦντες ἡμεῖς, τὴν περιπεσοῦσαν γυναῖκα πορνείας μολυσμῷ, τοῦ ἀνδρὸς ἀποδιιστῶμεν καὶ χωρίζομεν. Ὑμεῖς δὲ οἱ κατ' ἐκ' πολλῆς δικαιοσύνης ἐνούσης ὑμῖν, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν παρανοίας καὶ ὑποκρίσεως, καὶ αὐτῷ ἀντιφθεγγόμενοί ἐστε ἀναιδῶς τῷ Κυρίῳ· διὸ δὴ καὶ μετὰ λόγου πορνείας οὐ διαχορίζετε, ἐῶντες τὸν ἄνδρα ἁμαρτάνειν εἰς τὸ ἴδιον ἀεὶ σῶμα, ὅπερ ὁ θεῖος ἀπείργει Παῦλος.

tionem, et aliam uxorem matrimonio sibi junxerit, fornicatur et adulteratur[8]. » Quapropter justum et æquum est illam repudiare, si in fornicationem inciderit, secundum Domini nostri sententiam et declarationem. Cui nos adhærentes, fornicationis labe et impuritate contaminatam uxorem a viro segregamus et separamus. Vos vero qua estis insigni æquitate, sanctitate, et justitia, imo insipientia, et hypocrisi, ipsi Domino nostro impudenter et inverecunde contradicitis, ideo quia uxorem propter rationem fornicationis a viro non separatis, permittentes virum in suum proprium corpus peccare, quod ipse D. Paulus arguit et prohibet [9].

η'. Ἔτι περὶ τῶν θείων καὶ μυστικῶν λέγεις συμβόλων, τοῦ θείου καὶ Δεσποτικοῦ φημὶ σώματος, ὅτι μόνα τὰ ῥήματα τοῦ Κυρίου, « Λάβετε, φάγετε, καὶ πίετε, » μεταβάλλουσι καὶ τελειοῦσιν αὐτὰ, οὐ μὴν καὶ αἱ θεῖαι τῶν ἁγίων εὐχαι, καὶ ἱεραὶ ἐπῳδαί. Ἡμεῖς δὲ καὶ αὐτὰ τὰ θεῖα καὶ Δεσποτικὰ ῥήματα πρὸς τελείωσίν φαμεν αὐτων, καὶ ἡ τῆς ἱεροσύνης δύναμις διὰ τῶν θείων εὐχῶν καὶ ἐπῳδῶν τοῦ ἱεροῦ τυχὸν Χρυσοστόμου ἢ τοῦ μεγάλου Βασιλείου. Τὸ γὰρ θεῖον τῆς ἱερωσύνης χάρισμα διὰ τοῦτο ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ δέδοται τοῖς ἀποστόλοις, καὶ ἐξ, ἐκείνων ἀλληλοδιαδόχως, καὶ πρὸς ἡμῶν τοῖς ἱεροῖς εἰς τὸ τελειοῦν κατὰ τὰ θεῖα δῶρα, διὰ τῆς ἐπικλήσεως καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ παναγίου Πνεύματος. Οὕτως ἡμεῖς περὶ τούτων φρονοῦμεν καὶ λέγομεν ὀρθοδόξως, καὶ ἀποστολικοπατροπαραδότως, οὐ καθάπερ ὑμεῖς φρονεῖτε καὶ λέγετε ὡσὰν ἡ ἐν ὑμὶν δόξειεν ἡ ὑπερόφρυς ἀλαζονεία καὶ οἴησις. Ἀλλὰ περί τούτων τοσαῦτα ὑμῖν ἀποχρώντως σχεδόν τι εἴρηται· Καιρὸς δέ ἐστι ὡς εἰπεῖν ἤδη καί περί τῶν ψυχῶν τίνα γε ἡμεῖς περί αὐτῶν δόξαν ἔχομεν.

8. Quod vero dicis de divinis et mysticis symbolis divini et Dominici scilicet corporis et sanguinis, quod sola verba Domini: « Accipite, comedite, bibite, » illa symbola transmutent et perficiant, non vero divinæ sanctorum preces, et sacræ orationes et cantilenæ, nos vero etiam dicimus ipsa divina et Dominica verba ad eorum perfectionem; sacerdotii vero virtus exseritur per divinas preces et liturgias sancti videlicet Chrysostomi, aut magni Basilii. Nam divinum sacerdotii donum propterea a Christo communicatum est apostolis, et eorum successoribus, et sacerdotibus nostris, ad perficienda divina dona, per invocationem et adventum sanctissimi Spiritus. Sic de rebus istis loquimur et sentimus orthodoxe et secundum traditionem apostolorum et Patrum, non vero sicut vos sentitis et loquimini, secundum placita vestræ superciliosæ superbiæ et opinionis et præsumptionis. Sed de istis forsan abunde et sufficienter. Nunc jam tempus est disserendi de statu animarum, et quam de illis post mortem sententiam foveamus, tandem significare.

Cætera desunt.

[8] Matth. XIX, 9. [9] I Cor. VI, 16.

JACOBI BASNAGII

IN TRACTATUM CONTRA GRÆCOS OBSERVATIO.

Pantaleoni tribuitur hic tractatus; id sensisse videntur novissimæ Bibliothecæ Patrum editores in admonitione ad lectorem tom. XXVI, ubi de Joanne Caleca agitur. Id sensit etiam Ciampinus, quanquam alias dubius hæreat, utpote qui tract: tum ut anonymum citaverit. Revera hæc leguntur ad finem operis, auctorem, ut prima fronte videtur, indicantia : *Ego Pantaleon cum essem ibi, Constantinopoli, ubi hoc actum est, hoc idcirco Memorabile feci.*

Fuit autem Pantaleon diaconus et chartophylax Ecclesiæ Constantinopolitanæ, et ex eo quod dicatur apud Gretserum, qui ipsius tractatum *in exaltationem crucis* edidit, *presbyter monasterii Byzantinorum*, ex diacono presbyterum alicujus monasterii factum conjicit Combefisius. Ipsi tribuit idem Combefisius Orationes *in transfigurationem Domini*. Quanquam ei sit aliqua suspicio, eas orationes stylo discrepantes binos habere parentes. Denique eidem Pantaleoni asseruit opusculum *de miraculis Michaelis*, quod legitur apud Surium, indeque concludit, Pantaleonem vixisse diu post Theodoram, cum miracula longo tempore post imperatricis obitum patrata narraverit.

Quæ Combefisii conjectura satis indicat, ipsi fuisse incertam Pantaleonis ætatem, ideoque non ipsi vindicasse *Tractatum contra Græcos* cujus parens procul dubio an. 1252 vixisse debuit; aliter tamen alii, ut superius observatum.

Nos hunc tractatum, in quo multa occurrunt observatione digna, in tres partes distinguimus, quæ tot habeant auctores.

Prior pars, quæ quatuor dissertationes adversus Græcos continet, non modo edita est *Constantinopoli in ædibus Fratrum Prædicatorum an.* 1252, ut fert titulus; sed ab ipsis Fratribus Dominicanis fuit concinnata. Sic enim ipsi loquuntur: *Hæc scripta sunt anno* 1252, *in civitate Constantinopoli a Fratribus Prædicatoribus ad ædificationem et profectum animarum, ad laudem et gloriam Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.*

Duo sunt notanda: 1°. Hic desinere opus illud, quod tentaverant Fratres; illi quippe quatuor capitula adversus Græcos probaverant, deinde clausulam *Amen*, qua finis operis indicatur, adjecerunt: denique, ut patebit inferius, quæ sequuntur ex aliis scriptis sunt excerpta. 2°. Inde patet Pantaleonem non esse hujus scripti auctorem, utpote qui diaconus aut aliquando monasterii presbyter, non vero monachus dicatur. At indubium est, illum tractatum a monachis confectum fuisse, et anonymum remanere debuisse, ut solent quæ jussu et opera congregationis alicujus scripta sunt: ideo plurimos auctores præfert et semper plurali numero sese indicant auctores: *In proœmio hujus opusculi testati sumus.*

Secunda pars non fuit Dominicanorum, sed Hugonis Ætheriani, qui sæculo præterito Græcos confutaverat. Miror hoc non vidisse viros eruditos, quippe, 3°, sic loquuntur Fratres Prædicatores : *Quod licet jam quatuor dictis articulis demonstretur, tamen adhuc in his quæ subjecta sunt ostenditur, quæ ex dictis magistri Hugonis Ætheriani nuper extracta huic operi duximus inserenda. Dicunt enim et scribunt*, etc. Vides hic finito opere, quædam ex Hugonis Ætherii scriptis adjici. Quid evidentius? Unum tamen addi potest, multa ibi dici quæ Fratribus Prædicatoribus non conveniant. Asserit auctor, sese velut singularem personam indicans, vidisse sacerdotes sacratis manibus *qui viri sanguinum essent*, dum *sequerentur imperatorem per Cappadociam Persarumque regiones*. Subjicit deinde se vidisse clericos fustigatos et verberatos, sublata prius τιμαρίῳ, hoc est *veste clericali*, idque ipsi evenisse in *Nicæa civitate*. An credas Fratrum gregem vestigiis imperatoris adhæsisse, dum Orientales peragraret regiones? Deinde, quis imperator ille? An Balduinus II, qui e parte Latinorum præerat? Sed hic adversus Persas bellum nunquam gessit. Verum quidem est, Joannem Vatatzem, quem *Ducam* appellant plurimi, Nicææ sedem imperialem habuisse. Sed verisimile non fit Prædicatores eo tempore in ejus aulam admissos itinera cum ipso varia confecisse. Hæc non modo verisimilia, sed vera sunt de Ætherio, qui, cum gratia summa polleret apud Manuelem Comnenum, Latinis faventem et sæpius adversus Turcas Saracenosque belligerantem, ipsum per varios casus et discrimina rerum sequebatur. Unum objici potest, quæ leguntur in *Tractatu contra Græcos* non reperiri apud Ætherium; sed inde nova oriri potest conjectura, plurima edidisse Ætherium opuscula adversus Græcos, ex quibus quæ hic proferuntur fuerint excerpta.

Tertia denique pars hujus scripti, ab aliis plane diversa, continet tantum narrationem portenti cujusdam quod temporibus Michaelis Cerularii debuit evenisse. Sed non potuit habere Fratres Prædicatores auctores, qui prius fuse egerant de schismate Michaelis, et ne verbum quidem de illo portento dixerant, quodque huic operi sine fibula fuit affixum. Illa brevis narratio potest esse Pantaleonis, cui male totum opus adscribitur.

in Divinitate. Sed hoc est inconveniens.
:.
Item in Joanne dicit Veritas discipulis
ia quæcunque audivi a Patre meo, nota
[1]. Ubi dicit Glossa : « Omnia necessaria
n scripta sunt in Evangelio. » Sed illud
:riptum in Evangelio ; ergo non est de
is ad salutem. Ergo non tenemur cre-
. quæ vera sunt tenemur credere, et ve-
axime quæ divinam essentiam videntur
:. Sed istud non tenemur credere. Ergo
erum.
: cum Veritas faceret mentionem de pro-
Spiritus sancti ait : *Qui a Patre procedit* [2],
: Et a Filio. Quod si Veritas aliud intel-
aliud dixisset ; ego autem verbis ejus
on audeo, nec præsumo.
lon solum Christus hoc tacuit, sed nec
postolorum tale aliquid dixit ; nullus san-
oc prædicavit. Imo, quod plus est, in
reræ fidei, sancta concilia nihil super hoc
mt ; sed ponentes in Symbolo, quæ neces-
it ad salutem, omnem additionem, exposi-
declarationem sub anathematis vinculo
runt et rejecerunt.
ulti nostrorum doctorum quorum anti-
scripta apud nos usque hodie perseverant,
oritus, et quidam alii, contrarium hujus
vestræ scripserunt et mandaverunt. Da-
s quoque, cujus scriptis certe contradi-
potestis, volens ostendere, quod tam Fi-
n Spiritus sanctus exsistunt a Patre, et
ritus sanctus non procedit a Filio, meta-
vocis et intellectus adducens in medium,
mo est intellectus, deinde verbum exte-
icet vox ; spiritus autem vehiculum est
tellectus igitur format vocem, et in ipsa
stenditur intellectus. Et intellectus Patri,
n Filio, spiritus Spiritui sancto attribui-
t ergo videmus, quod ab intellectu proce-
us et vox et non spiritus a voce ; sic a
ocedit Filius et Spiritus sanctus, et non
sanctus a Filio. »
inius sanctus, episcopus Cypri, in libro
Deitate, de Spiritu sancto sic testatur :
s sanctus Deus est, et Spiritus Christi est,
ndum aliquam compositionem, quemad-
n nobis corpus et anima : scilicet in medio
Filii. » Non ergo mediante Filio, ut vos
procedit Spiritus sanctus a Patre ; cum
n Patris hujus vocem, medius inter Patrem
ordinetur Spiritus sanctus.
uis vobis hoc revelavit ? Unde habuistis ?
am nobis hoc non fuit revelatum ? Quare
lo tale quiddam inseruistis, quod nusquam
uit a sanctis Patribus ? Si vero quorumdam
a occasione divinæ Scripturæ, dicentium

A Spiritum Filii, vel quod Spiritus mittatur a Filio hoc habuistis : sciatis, vos vel non intelligere Scripturas, vel intellectas studiose pervertere, aut certe per ignorantiam multum a veritate et sanctorum expositionibus deviare. Quare ad nos, qui fontes sumus, redeuntes, audire poteritis veritatem. Dicitur igitur Spiritus Filii, non quia procedit ab eo, sed quoniam ratione divinæ essentiæ, est ei consubstantialis.

Item, dicitur mitti, vel dari a Filio Spiritus sanctus, quia ab ipso mittitur, ad sanctificandum creaturas, sicut in Joanne ipse testatur dicens : *Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos si autem abiero, mittam eum ad vos* [3]. Quod vero alibi dicit ipse Filius : *Ille me clarificabit, quia de meo* B *accipiet* [4], intelligendum est, de meo Patre. Omnia enim, quæ Patris sunt, exceptis proprietatibus personalibus, communia sunt utrique : proprium dicimus esse Patri, ut ab ipso tantum, et non ab alio procedat Spiritus sanctus.

Responsio contra prima duo objecta.

Iis aliisque quam plurimis conaminibus, quæ causa brevitatis non sunt posita (illa autem quæ magis usitata sunt, posita sunt), sanctam Romanam Ecclesiam errasse, et in canonem latæ sententiæ incidisse, mendaciter fatentes Græci, debitam obedientiam et reverentiam devotam eidem Ecclesiæ juste se subtraxisse, hominibus simplicibus persuadere laborant. Nos vero Latini, his et C aliis contumeliis loco suo dimissis,

Ad primum et secundum objectum unam dantes responsionem sic solvimus : Concedimus quod plena et perfecta processione procedit a Filio : nec tamen sequitur quod sint duæ processiones, et una earum superflua, quia in illa simplicissima Divinitatis natura, nec numerus vicissitudinum, nec temporis varietas, nec localis positio, nec fluxus, nec incisio, nec interstitium, aut spatium temporis cadere potest. Inde est, quod illa processio qua Spiritus sanctus procedit a Patre et Filio nec intervallo temporis, nec spatio loci, cum non sit prius vel posterius, alias perficitur : sed simul et semel est a Patre et Filio ; a Patre tamen procedens, mediante Filio, secundum testi- D monia inferius posita, procedit : id est, hoc habet Filius a Patre, ut ab ipso procedat et spiretur Spiritus sanctus, mittatur et detur. Unde et ad ipsum Patrem, de quo etiam habet Filius omne quod suum est, referens, et ei totum attribuens, dicit apud Joannem : *Mea doctrina, non est mea, sed ejus qui misit me* [5]. Et iterum : *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit* [6] ; ac si diceret Filius : Patrem tantum in processione Spiritus nomino : quia omne quod habeo, ratione esse et principii, ab ipso Patre, qui est causa et principium in di-

xv, 15. [2] ibid. 26. [3] Joan. xvi, 7. [4] Ibid. 14. [5] Joan. vii, 16. [6] Joan. xv, 26.

vinitate, me habere cognosco. Nam ut a Filio procedat Spiritus sanctus, hoc habet Filius a Patre; Pater vero non ab alio, sed a se tantum.

Istam itaque differentiam sacri doctores, fidei oculo interioris hominis et sane discernentes, in multis locis inveniuntur dixisse, quod Spiritus sanctus procedit a Patre *principaliter*. Alii dixerunt, quod *proprie* a Patre : alii quod a Patre per Filium, vel Filio *mediante*. Et licet verum sit quod sancti asserunt, et contradici non possit : non tamen sequitur, quod Græcus intelligit, scilicet, quod idem Spiritus prius a Patre, postmodum a Filio, vel quod magis a Patre quam a Filio procedat : aut quod sint duæ processiones, et una earum superflua ; sed quia Pater gignendo ab æterno Filium, dedit ei totum esse suum, est enim verus Deus de Deo : et quod idem Filius, æternaliter exsistens, a Patre nascendo accepit omne quod habet, et ut Spiritus sit et procedat ab eo. Quam essentiam Spiritus a Filio sancti doctores, maxime Græci, considerantes, Filium causam et fontem Spiritus sancti nominant, nec non et ipsum Spiritum imaginem Filii. Quemadmodum utique Filius imago est Patris, et talem numerum et ordinem Spiritus ad Filium assignant, qualem habet Filius ad Patrem : secundum quod in sequentibus plenius apparebit.

Diximus ergo, quod procedit Spiritus sanctus pariter et æqualiter a Patre et Filio, tanquam donum amborum, et amor utriusque : sed procedit a Patre per Filium, vel mediante Filio, ut diximus : aut certe principaliter et proprie a Patre, quia ut ab eo procedat, Pater a nullo habuit : Filius vero non a se, sed a Patre accepit. A quo enim habet, ut sit, ab eodem etiam habet ut Spiritus sanctus sit ab eo, et procedat, detur, et mittatur, ut ab eo esse accipiat. Quæ cuncta vocabula sane intelligentibus unum et idem, id est, essentiam Spiritus a Filio prædicant et manifestant. Quod tamen, sicut diximus, Græcus non confitetur.

Assertio catholicæ veritatis. Et primum ex Græcorum Patrum auctoritatibus.

Quod Spiritus sanctus procedat a Patre per Filium, vel mediante Filio, ut dictum est ; vel quod idem Filius dicatur fons, et causa Spiritus sancti : et etiam quod idem Spiritus sanctus vocetur imago Filii, et esse accipiat ab eo : omissis argumentationibus multis, quas nec recipiunt, nec plane intelligunt, sanctorum suorum testimoniis insistentes, sic probamus :

Gregorius Nazianzenus in sermone, qui incipit *Odibiles*, etc., ita dicit : « Spiritus ex essentia Patris per Filium æternaliter missus sanctificat omnem creaturam, » etc.

In Epistol. Dionysii : « Credo in Spiritum sanctum, Deum et vivificum, ex Patre per Filium procedentem. »

Basilius in sermone de Trinit. qui sic incipit : *Cognitio Patris*, etc. : « Antiquitus Divinitatis non ignorabatur mysterium. *Verbo enim Domini*, inquit Psalmista, *cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus, omnis virtus eorum* [7] ; sed nec alio Verbo, quam Filio, nec alio Spiritu, quam Spiritu sancto. Unus est enim Spiritus. Et sicut ex ore Dei proveniens Filius, sic Trinitatem Verbo unit, et antiquitus, et nunc. »

Item in eodem, ante finem : « Via Dei cognitionis est ab uno Spiritu per Filium unum ad unum Patrem. Naturalis bonitas, et quæ secundum naturam sanctificatio, et regalis dignitas ex Patre per Unigenitum ad Spiritum pervenit. »

Item Athanasius in editione fidei, cujus est initium : *Credimus in unum unigenitum Deum*, etc., parum ante finem : « Spiritus autem sanctus processivum ens Patris, et ferentis Filii, per quem implevit omnia. »

Item in Epistola Athanasius de Spiritu sancto, ad Serapionem, cujus est initium : *Litteræ tuæ devotionis*, etc. : « Uno exsistente Filio viventi unam oportet esse plenam, perfectam, et sanctificativam vitam : quæ est operatio ejus, et donum, quod ex Patre dicitur procedere : quia ex Verbo, quod ex Patre est, manifeste resplendet, et mittitur et donatur. »

Gregorius Nyssenus in Epistola ad Eulalium, quæ sic incipit : *Vos quod justum*, etc., parum ante finem : « Immutabilem vere confitentes eum, qui secundum causativum et causatum est, differentiam non negamus ; in quo solum discerni alterum ab altero comprehendimus, hoc quoddam causativum credentes ; hoc autem ex causativo et ejus quod ex causativo est ; alteram iterum differentiam intelligimus, hoc enim proxime de primo : hoc autem per proximum de primo. »

Item, idem libro contra Eunomium, quasi in fine, ibi loquitur : « Sicut enim copulatur Patri Filius, et ex ipso esse habens, non est posterior secundum exsistentiam : sic iterum et ab Unigenito habetur Spiritus sanctus, intellectu solo secundum causæ rationem præspeculata Spiritus hypostasi. »

Item Athanasius in sermone contra Aerios cujus initium est : *Qui malitiose*, in fine loquens de aqua saliente in vitam æternam, sic ait : « Propter hoc David psallens Deo sic ait : *Quoniam apud te est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen* [8]. Sciebat enim apud Patrem esse Filium fontem Spiritus sancti ; sicut per prophetam Filius dicit : *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ* [9], » etc.

Item Cyrillus in sermone septimo, cujus initium est : *De humanatione Unigeniti*, quasi post duas partes sermonis : « Solvens enim a peccato eum qui sibi consentit, proprio jungit de cætero Spi-

[7] Psal. xxxii, 6. [8] Psal. xxxv, 10. [9] Jerem. ii, 13.

ritu, quem immittit ipse : ut sicut ex Deo Patre est Verbum, ita ex propria nobis natura refundit Spiritum. »

Quod autem hic *refundi* dicimus, in Græco dicitur ἀναπηγάζειν, et a fontis nomine secundum ἀνὰ præpositionem derivatur. Ex quo liquide apparet, sanctum Patrem intellexisse Filium esse fontem Spiritus sancti.

Beatus Gregorius, cognomento Thaumaturgus, in suæ editione Fidei, quæ in Vita ejus legitur, sic ait : « Unus Spiritus sanctus ex Deo esse essentiam habens, et per Filium lucens liquide hominibus, imago Filii perfecta. »

Item Magnus Athanasius, in ea quæ ad Serapionem est de Spiritu sancto, Epistola, cujus est initium : *Litteræ tuæ sacræ affectionis*, etc., sic dicit : « Sicut in propria imagine est Filius in Spiritu : sic et Pater in Filio. » Et post modicum : « Imago Filii dicitur et est Spiritus sanctus, dicente Paulo : *Quos præscivit*, inquam, *et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii Dei*[10]. » Item in eadem : « Manifestum enim erit, quod neque creatura Spiritus, neque angelorum essentia, in eo quod illi convertibiles sunt, sed imago Verbi et Patris propria est. » Item in ejusdem Epistolæ abbreviato sermone : « Si autem bonus odor et forma Filii est, manifestum est quod non erit Spiritus creatura. »

Item Basilius in quarto sermone contra Eunominum, qui sic incipit : *Si natura Deus Filius*, etc.: « Imago quædam Dei Christus est : *Qui est*, inquam, *imago Dei invisibilis* [11], imago autem Filii Spiritus. »

Item in eodem libro cap. cujus titulus : *Quod sicut Filius ad Patrem se habet, sic Spiritus ad Filium* ; in ipso initio capituli, sic ait : « Propter hoc et Dei quoddam verbum Filius ; verbum autem Filii Spiritus : *Portans*, inquam, *omnia verbo virtutis suæ* [12].

Item beatus Cyrillus in libro Dialogorum cum Hermia (?), de Spiritu sancto loquens, cujus est initium, *Labor beatorum fructus gloriosus*, etc.: « Character verus et naturalis ad summum certitudinis, quæ secundum similitudinem intelligitur, ipse est Filius ; similitudo pura et naturalis Filii Spiritus est ; scribente audies beato Paulo : *Quia quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii Dei, quos autem prædestinavit, hos et vocavit.* »

Athanasius ad Serapionem in Epistola de Spiritu sancto, ut supra adnotatum est : « Et Filius inquit, *Quæ audivi a Patre, hæc loquor in mundo*[13], *Spiritus autem a Filio accipiet, et annuntiabit vobis*[14]. »

Item Basilius ad Amphilochium, cap. 5 : « Scribens ad Ephesios Paulus ait : *Veritatem autem facientes*, etc. *Ex plenitudine ejus nos omnes accepimus* [15]. Et ipse inquit Dominus : *Quoniam de meo accipiet, et annuntiabit vobis.* »

Item Gregorius Nyssenus in sermone contra Arium et Sabellium, qui sic incipit : *Quid dico ? Dic mihi : Spiritus sanctus immortalis est*, etc. « Sanctus, principalis, justus, verus, profunda scrutans Dei, ex Patre procedens, ex Filio esse accipiens, » etc.

Item Epiphanius in libro qui *Ancyrotus* seu *Ancoratus* dicitur, sic dicit : « Spiritus autem sanctus, Spiritus Dei ens cum Patre et Filio, non est alius Deus a Deo ; a Deo autem ens a Patre procedit, a Filio accipit, et in eodem Filius revelat Patrem. Nullus enim novit Patrem nisi Filius, a quo procedit, a quo accipit. »

Ecce patet ex præmissis, qualiter Spiritus sanctus sit ex Filio, sive, quomodo precedit æqualiter ab utroque : quia nil aliud est Spiritum sanctum a Patre esse, vel a Filio, quam procedere ab eis. Quia cum non sit alius modus, quo persona sit ab alia, nisi generationis, aut processionis, necesse est ut, si est a Filio Spiritus sanctus, quod negare Græcus non potest, sit etiam ab eo per modum processionis : nisi forte novam velint fingere hæresim, ut dicant, quod idem Spiritus sanctus generetur a Filio, et sint in Divinitate duo Filii, et unus eorum nepos.

Ostensum est insuper, quod Spiritus sanctus, ut sit a Filio, hoc habet Filius a Patre : propter quod a Patre per Filium, vel mediante Filio, vel certe principaliter et proprie dicitur Spiritus pro edere vel spirari a Patre. Terminatum est enim, quomodo idem Spiritus a Filio, qui est ejus causa et fons, propter modum essendi a Filio, catholice dicitur esse ratio et forma Filii. Unde et verbum et imago Filii propter eamdem rationem Spiritus nuncupatur. Quæ prudens lector si consideret diligenter, multa quæ a Græcis objiciebantur, soluta inveniet ; et licet breviter, tamen et catholice, et vere terminata.

Solutio ad tertium objectum.

Ad tertium autem objectum, quod dicit : *Omnia quæcunque audivi a Patre meo, nota faciam* [16]. Concedimus sicut et ipsi glossant, omnia necessaria ad salutem. Hoc tamen necessario addimus in glossa, quod, aut implicite, aut explicite nota facit eis omnia. Nam cum verba sint Veritatis, Veritas mentiri non potest. Dicit enim : *Multa alia habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*[16*], quasi dicat : Horum et aliorum verborum meorum intelligentiam relinquo magisterio Spiritus sancti, qui docebit vos, *et suggeret omnia, quæcunque dixero vobis* [17].

Item, quamvis non inveniatur secundum vocem

[10] Rom. VIII, 20. [11] Coloss. I, 15. [12] Hebr. I, 3. [13] Joan. VIII, 26. [14] Joan. XVI, 14. [15] Joan. I, 16. [16] Joan. XV, 15. [16*] Joan. XVI, 13. [17] ibid.

in Evangelio, quod Spiritus procedit a Filio invenitur tamen secundum veritatem intellectus, in pluribus locis. Dicitur enim Spiritus Veritatis, id est Filii, quia de se Veritas increata loquebatur tunc, Christus. Si ergo est Spiritus Veritatis, aut quia Spiritus est a Veritate, aut quia Veritas est a Spiritu. Sed quod Veritas sit a Spiritu error est, quia Filius a Patre solo est et non a Spiritu : confiteri necesse est, quod sit Spiritus Veritatis, id est Filii, hoc est, a Filio. Si autem a Filio, aut generatione, aut processione, ut supra. Quia vero [id] est bonæ expositionis, patebit in sequentibus.

Spiritum sanctum esse Spiritum Veritatis, hoc est Filii, ex Græcorum Patrum expositionibus comprobatur.

Beatus Cyrillus, in recapitulatione de Spiritu sancto, dimembrationibus sexaginta sex, demonstratione sic ait : « In Evangeliis quidem Salvator sic ait de se : *Ego sum veritas*[18]. Beatus autem Joannes ex Patris essentia, et Filii Spiritum ostendens, in Evangeliis quidem ait : *Spiritus veritatis, qui a Patre procedit.* »

Idem sanctus, in quarta epistola ad Nestorium, cujus est initium : *Salvatore nostro dicente*, etc., parum ante finem : « Et si in hypostasi Spiritus sanctus propria, et intelligitur secundum se, vel quod Spiritus est, et non Filius, tamen non est alienus ab ipso Filio. Spiritus enim Veritatis nominatus est. Est autem Christus Veritas, et profunditur ab ipso, quemadmodum utique et ex Patre. Quid autem sit profundere, exponit idem Cyrillus in expositione Symboli Nicæni, tractans verbum illud, *Qui ex patre procedit*, dicens : « Transacto de Christo ipso sermone, cum beati Patres sancti Spiritus memoriam facerent : Credo, dixerunt, in eum, quemadmodum in Patrem, et Filium ; consubstantialis enim eis, et funditur Spiritus, et procedit tanquam a fonte Deo et Patre. »

Beatus quoque Basilius, in libro *De Spiritu sancto*, ad Amphilochium, cap. 18 : « *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Unde solus glorificat Deum. *Ille me clarificabit*, inquam, *quia de meo accipiet et annuntiabit vobis* non sicut creatura, sed sicut Spiritus sapientiæ, Christum, Dei virtutem et Dei sapientiam, in sua magnitudine revelans : et sicut Paracletus Spiritus characterizat ejus, quæ promisit per Spiritum, Paracleti bonitatem, et in sui dignitate majestatem demonstrat ejus. » Unde et *provenit* ; quod idem est, quod *procedit*.

Idem sanctus Epiphanius in libro *De Ancorato* : « Pater veri Filii est Pater, lumen totus Filius, Patris Verbum, lumen ex lumine, non utique facta vel creata applicatione sola ; et Spiritus sanctus, Spiritus veritatis, lumen tertium ex Patre et Filio. »

A Item, alia auctoritas Evangelii, Spiritum ex Filio procedere comperte clamat. Dicit enim Filius : *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura : flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit* (ait evangelista) *de Spiritu, quem acepturi erant credentes in eum*[19]. Audisti, Græce, quod Spiritus procedit ab eo qui credit in eum ? Nonne etiam fluit a Filio Spiritus ? Imo. Quomodo a credentium mentibus fluere dicit Spiritum, nisi quia fluit ab eo, quem habet in se credens in eum, hoc est, a Filio ? Quid est vero, Spiritum a Filio fluere, nisi procedere ab ipso ? Quod autem flumina Spiritus sancti procedunt, monstratur manifeste in libro Jesu filii Sirach : *Ego*, inquit, *Sapientia effudi flumina*[20]. Quid enim in hoc loco per Sapientiam, B nisi Filium, et quid per flumina, nisi Spiritum sanctum intelligimus ? Effudit ergo Sapientia flumina, quia Filius ex se emittit Spiritum, qui procedit ab ipso.

Item dicit de eodem Filius in Evangelio : *Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso*[21]. Quid aliud in hoc loco per vitam, nisi Spiritum sanctum intelligimus, quem Pater habet in se, et dedit Filio : ut ipse ta Spiritum habeat in se ipso, sicut habet Pater ? iErgo Filius non solum habet Spiritum, quem habet Pater, sed etiam ita habet Spiritum, sicut habet Pater. Videamus itaque, quomodo Pater habet Spiritum in semetipso. Pater autem sic habet Spiritum ut semper sit in Patre, et semper procedat a Patre : et ita semper procedit a Patre, ut C semper in Patre maneat, et ita semper in Patre manet, ut tamen semper a Patre procedat. Si Filius isto modo habet Spiritum in semetipso, verum est, quod ipse dicit : *Sicut Pater habet vitam in seipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso.* Si autem isto modo non habet, quomodo erit verum, quod dicit : *Sicut Pater habet vitam in seipso, sic dedit et Filio habere vitam in seipso* ? Sed falsum esse non potest, quod a Veritate est dictum. Ergo verum est quod Veritas dixit.

Item : *Sicut Pater suscitat mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat*[22]. Vivificare Spiritus sancti est, etc., sicut Veritas dicit : *Spiritus est qui vivificat*[23], etc. Quando ergo Pater mortuos vivi- D ficat, de Spiritu sancto, quem mittit in eos, vivificat. Spiritus sanctus enim est, qui mortuos vivificat vitam dando mortuis operatione sua, et etiam vitam gratiæ mortuis in peccatis inspiratione sua. Si igitur Filius ita de Spiritu sancto vivificat, sicut Pater, sequitur quod sicut ad Patrem pertinet Spiritus, etiam illo modo pertinet ad Filium. Sed ad Patrem pertinet, ut ab ipso procedendo det vitam mundo, sicut alias scriptum est. Ita ergo et ad Filium.

Sed dicet Græcus : « Non ita pertinet Spiritus ad Filium, sicut ad Patrem, quia Pater dedit Fi-

[18] Joan. XIV, 6. [19] Joan. VII, 38. [20] Eccli. XXIV, 40. [21] Joan. V, 26. [22] Ibid. 21. [23] Joan. VI, 64.

lio, ut possit mittere ; sibi autem retinuit, ut procedat ab eo. » Absit ab animis fidelium hoc deliramentum, ut Spiritus sanctus coæterus et consubstantialis Patri et Filio, aliter et aliter detur et sit : vel quod aliquid aliud temporaliter accepit vel aliud æternaliter exsistat. Ista enim varietas non cadit in Deum, sed in creaturas. Nunquam etiam Filius ad mensuram accepit Spiritum, sicut et nos, et uti est scriptum. Legimus enim : *Non ad mensuram dat Deus Spiritum* [24] ; supple, Filio suo. Si verum est, quod Pater ita dedit Filio Spiritum, ut aliquam gratiam dominationis in se Filius (Pater) retinuisset, tunc revera dedisset Filio Spiritum ad mensuram, ita ut nos possemus illam donationem mensurare dicentes : Hoc quidem dedit Pater Filio, hoc autem non dedit ; sic dedit, et sic non dedit. Nonne Græcus mensurat Filio Spiritum, quando dicit : Filius sic habet Spiritum ut mittat, et donet illum ; sed non sic habet, ut procedat ab ipso.

Item Filius de Spiritu sancto ait : *Novi de me virtutem exisse* [25]. Et Evangelium similiter : *Virtus de illo exibat et sanabat omnes* [26] . Quæ autem erat illa virtus, quæ sanabat omnes ? De qua virtute iterum scriptum est : *Vos autem sedete in civitate Jerusalem, quousque induamini virtute ex alto.* [27]. Qui ergo negat Spiritum a Filio procedere, negat pariter verba sua ab ipso esse. Verumtamen evangelista : *Mirabantur omnes in verbis gratiæ, quæ procedebant ore ejus* [28].

Quid plura ? Ipsa namque Veritas, Salvator noster, volens omnem ambiguitatem istam de medio removere, post gloriam resurrectionis suæ jam immortalis factus et impassibilis, Spiritum sanctum ex se procedentem ostendit, cum inspirans discipulis ait : *Accipite Spiritum sanctum* [29], etc. Quam auctoritatem beatus Athanasius exponens in sermone de ea, quæ in carne, dispensatione Verbi Dei, et de Trinitate contra Arianos, cujus initium est : *Qui malitiose*, etc., sic dicit : «Propter hoc insufflat in faciem apostolorum dicens : *Accipite Spiritum sanctum*, ut discamus, quod de plenitudine Divinitatis est, qua datur Spiritus sanctus discipulis : *In Christo* enim, inquit, hoc est, in carne ejus, *habitat omnis plenitudo Divinitatis* [30]. Sicut Joannes Baptista dicit: *Nos autem omnes de plenitudine ejus accepimus* [31], » etc. Corporali etiam specie visus est Spiritus sanctus sicut columba descendens, et manens super eum. In nobis autem pignus et primitiæ Divinitatis habitant, in illo autem plenitudo Divinitatis, ne quis putet, quod non habens Spiritum, ipsum tunc accepit. Ipse enim ipsum desursum mittebat ut Deus, et ipse ipsum deorsum recipiebat ut homo. Ex ipso ergo in ipsum descendebat, ex divinitate ejus in humanitatem. » Et hoc quidem Athanasius.

Beatus Cyrillus de eodem Spiritu, quod Spiritus sanctus sit ex Filio, et quod ipse Filius dederat tunc Spiritum sanctum apostolis cum insufflavit, et dixit : *Accipite Spiritum sanctum*, super Genesim sic testatur : « Sicut beatus Moyses ostendit hominem a Deo accepisse spiraculum vitæ, hoc Christus innovans in nobis post resurrectionnem a mortuis, insufflavit discipulis dicens : *Accipite Spiritum sanctum*, ut iterum reformati ad pristinam imaginem, conformes appareamus Creatori per participationem Spiritus. »

Quando ergo Spiritus sanctus in nobis factus, conformes nos Dei ostendit, procedit autem a patre et Filio, manifestum, quia de eadem essentia est essentialiter in ipsa, et ex ipsa procedens, velut ex humano ore excurrit insufflatio : etsi parvum et non dignum sit exemplum. Omnia enim superabit Deus.

Item Anastasius patriarcha Antiochenus, in sermone de recta veritate dogmatum, qui sic incipit : *Dominus Deus meus fortitudo mea*, etc., de Spiritu sancto sic testatur : « Etenim Dominus ipsum Spiritum ex se ostendens existere, insufflans aiebat : *Accipite Spiritum sanctum.* »

Ecce, ut diximus, omnia quæ necessaria sunt ad salutem, aut explicite, aut implicite scripta sunt in Evangelio : quod ex dictis, et subsecutis sanctorum testimoniis probavimus, et in sequenti capitulo manifestius apparebit.

Ad quartum solutio

Ad quartum objectum, quo dicitur : « A Patre tantum dixit Filius procedere Spiritum, et non addidit, a Filio, » dicimus quod non est necesse, quod ubicunque subticetur una persona, excludatur ipsa, et non intelligatur ; quod isto modo in multos errores præcipitasset nos ipsa Veritas, Filius Dei. Verbi gratia, in Evangelio Scriptum legimus : *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis* [32] . Item : *Ego et Pater unum sumus* [33], dixit Filius, et nullam mentionem fecit de Spiritu sancto. Et iterum : *De die autem et hora illa nemo scit nisi Pater* [34] . Item Paulus : *Misit Deus Spiritum Filii sui* [35] , non dicit, suum. Et iterum : *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus* [36]. Item Filius in Evangilio : *Spiritus est. qui vivificat* [37]. Si igitur illa sola persona intelligitur in his auctoritatibus, de qua fit mentio, et non alia : ergo Spiritus, Patris tantum est Spiritus, et non Filii, quia de Filio non fit mentio, nisi de Patre. Item solus Spiritus loquitur, et non pater, vel Filius. Item sic Pater novit quæ ventura sunt novissimis diebus, et non Sapientia ejus, id est, Filius, vel Spiritus sanctus.

Item : Quis est iste Spiritus Filii, quem immittit Pater in corda credentium ? numquid alius erit ab

[24] Joan. III, 34. [25] Luc VIII, 46. [26] Luc. VI, 19. [27] Luc: XXIV, 49. [28] Luc. IV, 22. [29] Joan. XX, 21. [30] Coloss. II, 9. [31] Joan. I, 16. [32] Matth. X, 20. [33] Joan. X, 30. [34] Matth. XXIV, 36. [35] Galat. IV, 6. [36] Rom. VIII, 9. [37] Joan. VI, 64.

ipso, de quo scriptum est : *Spiritus veritatis, qui a Patre procedit* [38] ? Item de persona Patris Dominus in Evangelio loquens ait : *Si dimiseritis hominibus peecata eorum, Pater vester dimittet vobis peccata vestra* [39] ; et iterum : *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est* [40]. Nunquid et in his persona Filii, non intelligitur ; quare excluditur, cum dicitur, *Spiritus veritatis, qui a Patre procedit ?* præsertim cum de se Veritate loquatur Filius, prout in præcedentibus demonstratum est. Nulla est ratio, nisi quia sic placuit Græcis adversari volentibus. Verumtamen firmiter credimus, et catholice tenemus, quod aliquando solius Patris nomen ponitur in locutione, et ipsius Filii nomen intelligitur : et aliquando nomen Filii in his non intelligitur, vel Spiritus sancti, et ipsis tantum personis convenit, et non Patri. Sed tunc considerare oportet, si id quod de una persona dicitur, possit convenire aliis, servatis proprietatibus uniuscujusque personæ sine confusione. Unde dicimus quod quædam conveniunt soli Patri, quædam soli Filio, quædam soli spiritui sancto. Quædam Patri et Filio, et Spiritui sancto, et quædam simul tribus personis. Patri tantum convenit hoc nomen *ingenitus*, *inprincipiatus* et *genitor ;* Filio, *genitus*, et *principiatus* ; Spiritui sancto *procedens* ; et hoc nomen, Spiritus sanctus, appropriato vocabulo Patri et Filio est commune, tam secundum Græcos sanctos, quam secundum Latinos ; *dare*, *mittere*, et *habere*, et *spirare*, sancto Spiritui vero et Filio commune est, quod ambo exsistunt æternaliter a Patre : hic per processionem, ille autem per generationem. Omnia vero alia communiter conveniunt tribus personis. Ea ergo, quæ non auferunt proprietatem, nec confundunt distinctionem, non est necesse, si dicantur de una tantum, quod alia propter hoc excludatur. Quia in talibus licet non nominetur, tamen semper subintelligitur, et si non specificetur, ut in præmissis est ostensum.

Quod Spiritus sanctus procedit a Filio, secundum apostolos, et Græcos.

Ostenso igitur quod Spiritus procedit a Filio secundum Evangelium, secundum quod sacri doctores nobis exposuerunt : restat, et necesse est, ut in pluribus mendaciis adversarii veritatis deprehensi, eorum assertionibus nulla de cætero fides adhibeatnr.

Cyrillus ita exponens istud verbum, quod in Actibus apostolorum positum est : *Ministrantibus autem Domino, et jejunantibus, dixit Spiritus sanctus : Segretate mihi Bernabam et Saulum* [41], ita dicit : « Si igitur vocante ipsos in apostolatu Spiritu, a Jesu vocatos eos dicunt, ostenditur manifeste, quod non alienus est ab essentia Filii Spiritus sanctus, sed in ipso, et ex ipso, quasi operatio quædem naturalis ommia potens explere, quæcunque et vult. »

Et post pauca, verbis respondens hæreticorum, dicentium, Spiritum imperfectum esse, et nihil habentem ex se, sed ex participatione exsistentem, propter hoc, quod de ipso dicit Dominus : *Non enim loquetur a semetipso* [42], etc., sic ait : « Non enim imperfectum Spiritum ostendens hoc de ipso ait Salvator, sed ut magis certificet audientes, quod essentiæ exsistens ejus, non aliud quid loquitur, quam quod ipse vult, et sensus exsistens ejus juxta B. Paulum dicentem de Spiritu : *Nos sensum Christi habemus* [43] : ille prorsus rationabitur et ordinabit, quæ et ipse, cujus est sensus. Propter hoc nihil ex se ipso Spiritum locuturum affirmavit, quasi dicat : Ego sum iterum qui loquor ; velut si et qui in homine est sensus, dicat de procedente ex se ipso ratione : Non loquetur a se ipso aliquid, sed quæcunque audiet loquetur. »

Et statim post aliqua verba interposita ait sanctus Cyrillus : « Talem quemdam intellectum oportet accipere de Spiritu sancto. Cum enim exsistat Spiritus sanctus Christi, omnia quæ ipse loquitur discipulis, non inseparata quadam voluntate ab eo, in quo est, loquitur : sed tanquam ex essentia illius naturaliter procedens, et totam voluntatem ejus habens, sicut et operationem. » Quod autem hic transtulimus *procedens*, in Græco dicitur προϊὸν et ex dictis sanctorum, et vi grammaticæ æquipollens dignoscitur τῷ ἐκπορευομένον participio. Cujus participii verbum legitur in Evangelio, ubi ex Patre dicit Spiritum procedere.

Idem sanctus exponens aliam autoritatem beati Pauli, idem repetit dicens : « Scribit Paulus quibusdam dicens taliter : *Notifico autem vobis quod nemo loquens in Spiritu Dei dicit anathema Jesu : et nemo potest dicere : Dominus Jesus nisi in Spiritu sancto* [44]. Manifestum est ergo, quod qui participat Spiritum sanctum, novit esse Dominum Jesum : qui autem non participat, ignorat. Qualiter qui participat Spiritum, novit esse Dominum Jesum : sicut qui de melle gustaverit, scit quod dulce est mel : sic et Spiritus participes. Ergo ex essentia Filii Spiritus sanctus qualitas quædam, ut ita dicamus, Dominationis omnis Dei. »

Cyrillus in serm. 2, ad Hermiam (3), parum ante medium super id, *Ecce ego vobiscum sum* [45], etc., dicit : « Misit nobis Filius de cœlo Paracletum, per quem et in quem nobiscum, et in nobis moratur : non alienum sive extraneum nobis effundens, sed essentiæ suæ, et Patris personæ Spiritum. »

[38] Joan xv, 26. [39] Matth. vi, 14. [40] Matth. xii, 50. [41] Act. xiii, 2 [42] Joan. xiv, 10. [43] I Cor. ii, 16. [44] I Cor. xii, 3. [45] Matth. xxviii.

(3) Dial. vii *de Trinit.* in quo probatur divinitatis Spiritus sancti, sicut in sex prioribus dialogis divinitas Filii.

Item Anastasius Antiochenus patriarcha in præfato sermone de recta veritate dogmatum sic ait : « De sana nostra fide, et rectis Ecclesiæ documentis diligenti et subtili ratione corporis et proprietatis assumentis, tanquam exemplum distinctionum divinarum personarum, statuimus per membrorum proportionem et proprietatem comparare. Etenim Spiritus oris ejus, scilicet Dei, dicitur Spiritus sanctus, ore exsistente Unigenito. Et Spiritus iterum ex ipso procedens, et missus non solum a Patre, sed etiam a Filio. »

Epiphanius Cypri in memorato libro *Ancorato* de processione Spiritus a Filio talia testatur : « Spiritus enim Deus est, et Spiritus Patris, et Spiritus Christi, non secundum aliquam compositionem, quemadmodum in nobis corpus et anima : sed in medio Patris et Filii, ex Patre et Filio. »

Idem sanctus in libro *De una Deitate* : « Ait ergo Petrus his, qui circa Ananiam erant : Ut quid tentat vos Satanas mentiri Spiritui sancto ? Non estis mentiti hominibus, sed Deo. » Ergo : « Deus ex Patre et Filio Spiritus, cui mentiti sunt, qui de pretio fraudaverunt. »

Item in eodem opere : « Vita tota Deus, ergo vita ex vita Filius : *Ego enim, inquit, sum via, veritas et vita.* Spiritus enim sanctus ab ambobus Spiritus et vita. Nam Spiritus Deus est. »

Et iterum. « Numquid dicimus duos esse Filios ? Et quomodo Unigenitus ? Imo, tu quis es, qui respondeas Deo ? Si Filium quidem vocat, id est, procedit ex se, Spiritum vero sanctum ex ambobus ? »

Quid ergo dicemus ? Adhuc egemus testibus ? Audivimus Græcorum blasphemias dicentium : Spiritus sanctus non procedit a Filio, quia perfecte procedit a Patre : quasi etiam non perfecte mittatur et detur a Filio ?

Item, Non procedit, inquiunt, a Filio, quia duo essent causæ, et duo principia. Ergo cum Scripturæ sacræ et Evangelium Filium principium scilicet de principio nominent, ut illud : *Ego principium, qui et loquor vobis* [45]. Et Psalmista : *Et tu in principio, Domine, terram fundasti* [46].

Idem, non procedunt quæ dicunt, quod Christus hæc tacuit, apostoli non dixerunt, sancti etiam de hoc nil prædicaverunt. Sed ex præmissis auctoritatibus, mendaciis eorum jam patefactis, restat nunc ostendere qualiter et in his quæ sequuntur, suis rationibus mentiantur.

Dicunt enim : « Sancti Patres in conciliis super hoc nil definierunt : sed ponentes in Symbolo, ea quæ sunt necessaria ad salutem, eos qui aliud adderent excommunicaverunt ; sed vos addidistis : ergo estis excommunicati. »

Responsio Latinorum.

Ad quod respondentes breviter sic dicimus : Sancti hoc in Symbolo non posuerunt, quia minime dubitaverunt. Non enim proponebant in Symbolo, vel definiebant in synodis, nisi ea quæ in quæstionem ab hæreticis vertebantur, et mundum vel universalem Ecclesiam in errorem ducebant. Unde nec Symbolum tunc temporis exposuissent, nisi eos ad hæc hæreticorum pravitas compulisset. Unde in prima et sancta universali synodo, quæ sub sanctissimo papa Sylvestro, tempore Constantini principis, a trecentis octodecim Patribus sanctis in provincia Bithyniæ, civitate Nicæa, contra impiissimum dogma Arii, dicentis Filium Dei factum et creatum, est celebrata, nil aliud definierunt de Spiritu sancto, nisi quod in ipso credi debeat, et quod sit Dominus, et vivificans.

In secunda vero synodo, quæ sub beato papa Damaso, tempore Theodosii principis, a centum quinquaginta Patribus in urbe Constantinopolitana contra Macedonium, præfatæ urbis episcopum, dicentem Spiritum sanctum minorem Patre et Filio, vel certe ministrum Trinitatis, celebrata est, definierunt prædicti Patres, Spiritum non factum nec creatum, sed potius creatorem, ab ipso fonte in Divinitate, Patre, tanquam a primaria vena procedentem. Et hoc in secundo Symbolo, quod Constantinopolitanum dicitur, diligentius notaverunt. Quia vero non fuit quæstio, sive dubium: Utrum Spiritus a Filio procederet, vel non ? sancti Patres, sicut et multa alia quæ postmodum in aliis conciliis catholice definita sunt, sub silentio transierunt. Processu vero temporis, increscente quorumdam malitia, in Occidentalibus partibus, dicentium Spiritum sanctum non procedere a Filio, pro eo quod in Symbolo non ponatur, aggregati in unum episcopi illarum partium, de licentia et auctoritate summi pontificis, veritatem fidei, quam tenemus in Symbolo declarantes, cantari etiam hoc in Ecclesia ab omnibus mandaverunt. Græci vero et cæteri Orientales vocati non sunt, aut quia nimis distabant, aut quia non dubitabant etiam hoc adducere in quæstionem.

Quod autem eis tunc licuerit, et liceat hodie nobis aliquid scribere, prædicare, et cantare, quod in Symbolo non est expressum, docemur ex quarto, quinto, sexto, septimo conciliis, quorum quædam definiunt, quod non est expressum in Symbolo : ut de sacris imaginibus, super quibus septima fuit synodus, nihil in Symbolo continetur. Sic nec de duabus voluntatibus et operationibus in Christo Symbolum manifeste determinat, de quibus sexta synodus definivit ; sic nec Theodorus Mopsuestiæ, nec Theodoriti scripta, quæ contra beatum Cyrillum composuit, condemnat Symbolum, quamvis secunda universali synodo (4) condemnentur. Sic nec duas naturas inconfusas et impermistas in

[45] Joan. VIII, 25. [46] Psal CI, 26.

(4) Fuit synodus secunda Constantinopolitana.

ANNO DOMINI MCCL

PANTALEONIS

CP. DIACONI *

TRACTATUS CONTRA GRÆCORUM ERRORES

Ex manuscripto codice bibliothecæ Bavaricæ, in lucem prolatus studio Petri Stevartii Leodii, SS. theologiæ professoris, et in tomo IV *Lectionum antiquarum* Canisii edit. Basnagii repetitus

LECTORI STEVARTIUS.

Reprimus tractatum istum in bibliotheca Bavarica absque speciali auctoris nomine. Itaque neque nos de auctore divinabimus. Codex Bavaricus perquam vitiosus erat. Quocirca ne mireris, si et liber iste inemendatus in manus tuas veniat. Satius et aliquid, quam nihil. Forsan alius in exemplar correctius incidet, præstabitque, quæ a nobis præstari nequiverunt. Interea his qualibuscumque fruere, et studium nostrum illustrandæ orthodoxæ antiquitatis favore tuo juva. Cum enim novatores hujus temporis studiose in lucem extrahant quidquid olim chartarum seu a Græcis, seu a Latinis adversus cathedram Petri a male sanis ingeniis conscriptum est; nihil laborantes de sermonis elegantia vel inelegantia, par non est ut ea quæ pro S. Petri successore Romano pontifice etiam rudi stylo exarata sunt, a blattis et tineis absumi sinamus, quisquiliisque hæreticis et schismaticis solidas refutationes, licet cultu styli carentes, non opponamus. Vale.

* De hoc Pantaleone vel homonymo seniore vide Fabricium cum Harlesii notis in tomo nostro XCVIII, col. 1239. Ibi exstant Pantaleonis, quisquis sit, *Homilia de luminibus sanctis*, ex Ducæo; item *in Jesu Christi Transfigurationem* homiliæ duæ, ex Combefisio; *Encomium Michaelis archangeli*, ex eodem; *homilia in Exaltationem crucis*, ex Gretsero. Scripta sequentia seriem absolvunt eorum quæ Pantaleoni tribuuntur quæque fortasse præstabat in unum fasciculum colligere. EDIT. PATR.

JACOBI BASNAGII

IN TRACTATUM CONTRA GRÆCOS OBSERVATIO.

Pantaleoni tribuitur hic tractatus; id sensisse videntur novissimæ Bibliothecæ Patrum editores in admonitione ad lectorem tom. XXVI, ubi de Joanne Caleca agitur. Id sensit etiam Ciampinus, quanquam alias dubius hæreat, utpote qui tractatum ut anonymum citaverit. Revera hæc leguntur ad finem operis, auctorem, ut prima fronte videtur, indicantia : *Ego Pantaleon cum essem ibi, Constantinopoli, ubi hoc actum est, hoc idcirco Memorabile feci.*

Fuit autem Pantaleon diaconus et chartophylax Ecclesiæ Constantinopolitanæ, et ex eo quod dicatur apud Gretserum, qui ipsius tractatum *in exaltationem crucis* edidit, *presbyter monasterii Byzantinorum*, ex diacono presbyterum alicujus monasterii factum conjicit Combefisius. Ipsi tribuit idem Combefisius Orationes *in transfigurationem Domini*. Quanquam ei sit aliqua suspicio, eas orationes stylo discrepantes binos habere parentes. Denique eidem Pantaleoni asseruit opusculum *de miraculis Michaelis*, quod legitur apud Surium, indeque concludit, Pantaleonem vixisse diu post Theodoram, cum miracula longo tempore post imperatricis obitum patrata narraverit.

Quæ Combefisii conjectura satis indicat, ipsi fuisse incertam Pantaleonis ætatem, ideoque non ipsi vindicasse *Tractatum contra Græcos* cujus parens procul dubio an. 1252 vixisse debuit; aliter tamen alii, ut superius observatum.

Nos hunc tractatum, in quo multa occurrunt observatione digna, in tres partes distinguimus, quæ tot habeant auctores.

Prior pars, quæ quatuor dissertationes adversus Græcos continet, non modo edita est *Constantinopoli in ædibus Fratrum Prædicatorum an.* 1252, ut fert titulus; sed ab ipsis Fratribus Dominicanis fuit concinnata. Sic enim ipsi loquuntur: *Hæc scripta sunt anno* 1252, *in civitate Constantinopoli a Fratribus Prædicatoribus ad ædificationem et profectum animarum, ad laudem et gloriam Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.*

Duo sunt notanda: 1°. Hic desinere opus illud, quod tentaverant Fratres; illi quippe quatuor capitula adversus Græcos probaverant, deinde clausulam *Amen*, qua finis operis indicatur, adjecerunt: denique, ut patebit inferius, quæ sequuntur ex aliis scriptis sunt excerpta. 2°. Inde patet Pantaleonem non esse hujus scripti auctorem, utpote qui diaconus aut aliquando monasterii presbyter, non vero monachus dicatur. At indubium est, illum tractatum a monachis confectum fuisse, et anonymum remanere debuisse, ut solent quæ jussu et opera congregationis alicujus scripta sunt: ideo plurimos auctores præfert et semper plurali numero sese indicant auctores: *In procemio hujus opusculi testati sumus.*

Secunda pars non fuit Dominicanorum, sed Hugonis Ætheriani, qui sæculo præterito Græcos confutaverat. Miror hoc non vidisse viros eruditos, quippe, 3°, sic loquuntur Fratres Prædicatores : *Quod licet jam quatuor dictis articulis demonstretur, tamen adhuc in his quæ subjecta sunt ostenditur, quæ ex dictis magistri Hugonis Ætheriani nuper extracta huic operi duximus inserenda. Dicunt enim et scribunt*, etc. Vides hic finito opere, quædam ex Hugonis Ætherii scriptis adjici. Quid evidentius? Unum tamen addi potest, multa ibi dici quæ Fratribus Prædicatoribus non conveniant. Asserit auctor, sese velut singularem personam indicans, vidisse sacerdotes sacratis manibus *qui viri sanguinum essent*, dum *sequerentur imperatorem per Cappadociam Persarumque regiones*. Subjicit deinde se vidisse clericos fustigatos et verberatos, sublata prius τριβωνίῳ, hoc est *veste clericali*, idque ipsi evenisse in *Nicæa civitate*. An credas Fratrum gregem vestigiis imperatoris adhæsisse, dum Orientales peragraret regiones? Deinde, quis imperator ille? An Balduinus II, qui e parte Latinorum præerat? Sed hic adversus Persas bellum nunquam gessit. Verum quidem est, Joannem Vatatzem, quem *Ducam* appellant plurimi, Nicææ sedem imperialem habuisse. Sed verisimile non fit Prædicatores eo tempore in ejus aulam admissos itinera cum ipso varia confecisse. Hæc non modo verisimilia, sed vera sunt de Ætherio, qui, cum gratia summa polleret apud Manuelem Comnenum, Latinis faventem et sæpius adversus Turcas Saracenosque belligerantem, ipsum per varios casus et discrimina rerum sequebatur. Unum objici potest, quæ leguntur in *Tractatu contra Græcos* non reperiri apud Ætherium; sed inde nova oriri potest conjectura, plurima edidisse Ætherium opuscula adversus Græcos, ex quibus quæ hic proferuntur fuerint excerpta.

Tertia denique pars hujus scripti, ab aliis plane diversa, continet tantum narrationem portenti cujusdam quod temporibus Michaelis Cerularii debuit evenisse. Sed non potuit habere Fratres Prædicatores auctores, qui prius fuse egerant de schismate Michaelis, et ne verbum quidem de illo portento dixerant, quodque huic operi sine fibula fuit affixum. Illa brevis narratio potest esse Pantaleonis, cui male totum opus adscribitur.

TRACTATUS

CONTRA ERRORES GRÆCORUM,

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI. DE ANIMABUS DEFUNCTORUM. DE AZYMIS ET FERMENTATO, DE OBEDIENTIA ROMANÆ ECCLESIÆ,

Editus Constantinopoli, in ædibus Fratrum Prædicatorum, anno Domini 1252.

—

Licet Græcorum Ecclesiam virtutum floribus et philosophiæ studiis olim decoratam noverimus, nec non et sanctorum Patrum, prophetarum, et apostolorum veloci cursu calcans vestigia, quam plures ex se vivos et ignitos lapides in ædificium supernæ Jerusalem dudum transmiserit construendum, nunc tamen in fine temporum, quod sine gravi mœrore proferre non possumus, innumeris et diversis errorum obfuscata turbinibus, in eadem caligine suarum opinionum, diversa a sancta Romana Ecclesia perseverat. Et quamvis infinita hæresium germina a trecentis octoginta annis, et circa, id est, a tempore Photii, vel Photini (1), primi hujus schismatis inventoris, in diversis suis partibus, propter defectum scientiæ, et invidiæ amaritudinem, manifeste pullulaverint: præcipue tamen in quatuor articulis generaliter, seu communiter dignoscitur deviare a nobis. Quorum primus, quia ab ipsa divina majestate inchoans, ore polluto affirmat contra opinionem, imo fidem catholicam, tertiam personam in Trinitate, id est, Spiritum sanctum « a Filio minime procedere, » vel spirari, aut exsistentiam habere.

Secundus autem, secundum theologos, virtutem numero secundam, id est spem fidelium, virulento conanime interimere studens, asserit, « defunctorum animas nec Paradisi gaudiis perfrui, nec infernorum suppliciis, vel igne purgatorio, » citra diem judicii, aut ante latam sententiam extremam, judiciis posse subjacere.

Tertius vero ipsam omnipotentis Dei potentiam creaturæ fermenti termino volens coarctare, voce blasphema prædicat, non nisi in fermentati panis materia perfici posse mysterium sacramenti. His itaque fidei, et charitatis, spcique virtutibus, a cordibus fidelium dicto studio et ordine deletis: ultimo, in totius consummationem nequitiæ, quartum eam (ad quam horum et similium errorum spectat correctio), id est, sanctam Romanam Ecclesiam, aggreditur; nec ei obediendum communiter asserendo prædicat, moribus affirmat, et factis dicit.

Contra quos errores pestiferos quamvis multorum jam fidelium desudavit labor, et plurima scripta ad defensionem veræ fidei catholicæ dimiserint perlegenda: quia tamen moderni Græci, novi pariter, et antiqui schismatici, nec argumentis vel rationibus, nec sacræ Scripturæ testimoniis, nisi suorum scriptis sanctorum, quibus plurimum innituntur tam apocryphis, quam veris, nolunt superari: fraternis quoque precibus inclinatus, qualiter ex suis libris eorum convincatur pertinacia, virtute, qua potero, ostendere laborabo.

Si quid ergo vobis, frater charissime, in his gratum fuerit, ad fontem bonorum omnium Deum referentes, ei, cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, orationum frequentia me sedulo commendate. Si qua vero, præter intentionem meam, minus veritati consona forsan apparebunt, vestræ correctionis lima depuretis, ad lumen veritatis charitatisve reducentes, meæ imperitiæ et brevitatis inopiæ veniam concedatis.

SEQUUNTUR OPINIONES GRÆCORUM.

Rationes Græcorum ad primum articulum: quod Spiritus sanctus non procedat a Filio.

Igitur Græci primum articulum suis rationibus, et auctoritatum testimoniis defendere volentes, ita procedunt.

Primo: Si Spiritus sanctus, inquiunt, procedit a Patre, secundum Evangelium, aut procedit perfecte; sive, illa processio perfecta est, aut non: si perfecta, ut concedetis, quare necesse est, ut a Filio procedat Spiritus sanctus? Ergo superfluit secunda processio, quod est superfluum, aut inconveniens in Divinitate. Ergo, etc.

Item, cum una sit causa et fons in Divinitate, scilicet Pater, tam Filius quam Spiritus sanctus exsistunt a Patre, ille per generationem, iste per processionem. Sed si a Filio exsistit aut procedit Spiritus sanctus, etiam Filius erit causa Spiritus sancti, et ita duæ causæ: et per consequens, duo

(1) Male; Photius enim a Photino fuit plane diversus. Bas.

principia in Divinitate. Sed hoc est inconveniens. Igitur, etc.

Tertio : Item in Joanne dicit Veritas discipulis suis : *Omnia quæcunque audivi a Patre meo, nota feci vobis* [1]. Ubi dicit Glossa : « Omnia necessaria ad salutem scripta sunt in Evangelio. » Sed illud non est scriptum in Evangelio ; ergo non est de necessariis ad salutem. Ergo non tenemur credere. Sed quæ vera sunt tenemur credere, et venerari, maxime quæ divinam essentiam videntur prædicare. Sed istud non tenemur credere. Ergo non est verum.

Quarto : cum Veritas faceret mentionem de processione Spiritus sancti ait : *Qui a Patre procedit* [2], non dixit : Et a Filio. Quod si Veritas aliud intellexisset, aliud dixisset ; ego autem verbis ejus addere non audeo, nec præsumo.

Item : Non solum Christus hoc tacuit, sed nec aliquis apostolorum tale aliquid dixit ; nullus sanctorum hoc prædicavit. Imo, quod plus est, in editione veræ fidei, sancta concilia nihil super hoc definierunt ; sed ponentes in Symbolo, quæ necessaria sunt ad salutem, omnem additionem, expositionem, declarationem sub anathematis vinculo concluserunt et rejecerunt.

Item multi nostrorum doctorum quorum antiquissima scripta apud nos usque hodie perseverant, ut Theodoritus, et quidam alii, contrarium hujus opinionis vestræ scripserunt et mandaverunt. Damascenus quoque, cujus scriptis certe contradicere non potestis, volens ostendere, quod tam Filius quam Spiritus sanctus exsistunt a Patre, et quod Spiritus sanctus non procedit a Filio, metaphoram vocis et intellectus adducens in medium, ait : » Primo est intellectus, deinde verbum exterius, scilicet vox ; spiritus autem vehiculum est verbi. Intellectus igitur format vocem, et in ipsa spirata ostenditur intellectus. Et intellectus Patri, et verbum Filio, spiritus Spiritui sancto attribuitur. Sicut ergo videmus, quod ab intellectu procedit spiritus et vox et non spiritus a voce ; sic a Patre procedit Filius et Spiritus sanctus, et non Spiritus sanctus a Filio. »

Epiphanius sanctus, episcopus Cypri, in libro *De una Deitate*, de Spiritu sancto sic testatur : « Spiritus sanctus Deus est, et Spiritus Christi est, non secundum aliquam compositionem, quemadmodum in nobis corpus et anima : scilicet in medio Patris et Filii. » Non ergo mediante Filio, ut vos deliratis, procedit Spiritus sanctus a Patre ; cum secundum Patris hujus vocem, medius inter Patrem et Filium ordinetur Spiritus sanctus.

Item, quis vobis hoc revelavit ? Unde habuistis ? Quare etiam nobis hoc non fuit revelatum ? Quare in Symbolo tale quiddam inseruistis, quod nusquam positum fuit a sanctis Patribus ? Si vero quorumdam verborum occasione divinæ Scripturæ, dicentium Spiritum Filii, vel quod Spiritus mittatur a Filio hoc habuistis : sciatis, vos vel non intelligere Scripturas, vel intellectas studiose pervertere, aut certe per ignorantiam multum a veritate et sanctorum expositionibus deviare. Quare ad nos, qui fontes sumus, redeuntes, audire poteritis veritatem. Dicitur igitur Spiritus Filii, non quia procedit ab eo, sed quoniam ratione divinæ essentiæ, est ei consubstantialis.

Item, dicitur mitti, vel dari a Filio Spiritus sanctus, quia ab ipso mittitur, ad sanctificandum creaturas, sicut in Joanne ipse testatur dicens : *Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos si autem abiero, mittam eum ad vos* [3]. Quod vero alibi dicit ipse Filius : *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet* [4], intelligendum est, de meo Patre. Omnia enim, quæ Patris sunt, exceptis proprietatibus personalibus, communia sunt utrique : proprium dicimus esse Patri, ut ab ipso tantum, et non ab alio procedat Spiritus sanctus.

Responsio contra prima duo objecta.

His aliisque quam plurimis conaminibus, quæ causa brevitatis non sunt posita (illa autem quæ magis usitata sunt, posita sunt), sanctam Romanam Ecclesiam errasse, et in canonem latæ sententiæ incidisse, mendaciter fatentes Græci, debitam obedientiam et reverentiam devotam eidem Ecclesiæ juste se subtraxisse, hominibus simplicibus persuadere laborant. Nos vero Latini, his et aliis contumeliis loco suo dimissis,

Ad primum et secundum objectum unam dantes responsionem sic solvimus : Concedimus quod plena et perfecta processione procedit a Filio : nec tamen sequitur quod sint duæ processiones, et una earum superflua, quia in illa simplicissima Divinitatis natura, nec numerus vicissitudinum, nec temporis varietas, nec localis positio, nec fluxus, nec incisio, nec interstitium, aut spatium temporis cadere potest. Inde est, quod illa processio qua Spiritus sanctus procedit a Patre et Filio nec intervallo temporis, nec spatio loci, cum non sit prius vel posterius, alias perficitur : sed simul et semel est a Patre et Filio ; a Patre tamen procedens, mediante Filio, secundum testimonia inferius posita, procedit : id est, hoc habet Filius a Patre, ut ab ipso procedat et spiretur Spiritus sanctus, mittatur et detur. Unde et ad ipsum Patrem, de quo etiam habet Filius omne quod suum est, referens, et ei totum attribuens, dicit apud Joannem : *Mea doctrina, non est mea, sed ejus qui misit me* [5]. Et iterum : *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit* [6] ; ac si diceret Filius : Patrem tantum in processione Spiritus nomino : quia omne quod habeo, ratione esse et principii, ab ipso Patre, qui est causa et principium in di-

[1] Joan. XV, 15. [2] ibid. 26. [3] Joan. XVI, 7. [4] Ibid. 14. [5] Joan. VII, 16. [6] Joan. XV, 26.

vinitate, me habere cognosco. Nam ut a Filio procedat Spiritus sanctus, hoc habet Filius a Patre; Pater vero non ab alio, sed a se tantum.

Istam itaque differentiam sacri doctores, fidei oculo interioris hominis et sane discernentes, in multis locis inveniuntur dixisse, quod Spiritus sanctus procedit a Patre *principaliter*. Alii dixerunt, quod *proprie* a Patre : alii quod a Patre per Filium, vel Filio *mediante*. Et licet verum sit quod sancti asserunt, et contradici non possit : non tamen sequitur, quod Græcus intelligit, scilicet, quod idem Spiritus prius a Patre, postmodum a Filio, vel quod magis a Patre quam a Filio procedat : aut quod sint duæ processiones, et una earum superflua ; sed quia Pater gignendo ab æterno Filium, dedit ei totum esse suum, est enim verus Deus de Deo : et quod idem Filius, æternaliter exsistens, a Patre nascendo accepit omne quod habet, et ut Spiritus sit et procedat ab eo. Quam essentiam Spiritus a Filio sancti doctores, maxime Græci, considerantes, Filium causam et fontem Spiritus sancti nominant, nec non et ipsum Spiritum imaginem Filii. Quemadmodum utique Filius imago est Patris, et talem numerum et ordinem Spiritus ad Filium assignant, qualem habet Filius ad Patrem : secundum quod in sequentibus plenius apparebit.

Diximus ergo, quod procedit Spiritus sanctus pariter et æqualiter a Patre et Filio, tanquam donum amborum, et amor utriusque : sed procedit a Patre per Filium, vel mediante Filio, ut diximus : aut certe principaliter et proprie a Patre, quia ut ab eo procedat, Pater a nullo habuit : Filius vero non a se, sed a Patre accepit. A quo enim habet, ut sit, ab eodem etiam habet ut Spiritus sanctus sit ab eo, et procedat, detur, et mittatur, ut ab eo esse accipiat. Quæ cuncta vocabula sane intelligentibus unum et idem, id est, essentiam Spiritus a Filio prædicant et manifestant. Quod tamen, sicut diximus, Græcus non confitetur.

Assertio catholicæ veritatis. Et primum ex Græcorum Patrum auctoritatibus.

Quod Spiritus sanctus procedat a Patre per Filium, vel mediante Filio, ut dictum est ; vel quod idem Filius dicatur fons, et causa Spiritus sancti : et etiam quod idem Spiritus sanctus vocetur imago Filii, et esse accipiat ab eo : omissis argumentationibus multis, quas nec recipiunt, nec plane intelligunt, sanctorum suorum testimoniis insistentes, sic probamus :

Gregorius Nazianzenus in sermone, qui incipit *Odibiles*, etc., ita dicit : « Spiritus ex essentia Patris per Filium æternaliter missus sanctificat omnem creaturam, » etc.

In Epistol. Dionysii : « Credo in Spiritum sanctum, Deum et vivificum, ex Patre per Filium procedentem. »

Basilius in sermone de Trinit. qui sic incipit : *Cognitio Patris*, etc. : « Antiquitus Divinitatis non ignorabatur mysterium. *Verbo enim Domini*, inquit Psalmista, *cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus, omnis virtus eorum* [7] ; sed nec alio Verbo, quam Filio, nec alio Spiritu, quam Spiritu sancto. Unus est enim Spiritus. Et sicut ex ore Dei proveniens Filius, sic Trinitatem Verbo unit, et antiquitus, et nunc. »

Item in eodem, ante finem : « Via Dei cognitionis est ab uno Spiritu per Filium unum ad unum Patrem. Naturalis bonitas, et quæ secundum naturam sanctificatio, et regalis dignitas ex Patre per Unigenitum ad Spiritum pervenit. »

Item Athanasius in editione fidei, cujus est initium : *Credimus in unum unigenitum Deum*, etc., parum ante finem : « Spiritus autem sanctus processivum ens Patris, et ferentis Filii, per quem implevit omnia. »

Item in Epistola Athanasius de Spiritu sancto, ad Serapionem, cujus est, initium : *Litteræ tuæ devotionis*, etc. : « Uno exsistente Filio viventi unam oportet esse plenam, perfectam, et sanctificativam vitam : quæ est operatio ejus, et donum, quod ex Patre dicitur procedere : quia ex Verbo, quod ex Patre est, manifeste resplendet, et mittitur et donatur. »

Gregorius Nyssenus in Epistola ad Eulalium, quæ sic incipit : *Vos quod justum*, etc., parum ante finem : « Immutabilem vere confitentes eum, qui secundum causativum et causatum est, differentiam non negamus ; in quo solum discerni alterum ab altero comprehendimus, hoc quoddam causativum credentes ; hoc autem ex causativo et ejus quod ex causativo est ; alteram iterum differentiam intelligimus, hoc enim proxime de primo : hoc autem per proximum de primo. »

Item, idem libro contra Eunomium, quasi in fine, ibi loquitur : « Sicut enim copulatur Patri Filius, et ex ipso esse habens, non est posterior secundum exsistentiam : sic iterum et ab Unigenito habetur Spiritus sanctus, intellectu solo secundum causæ rationem præspeculata Spiritus hypostasi. »

Item Athanasius in sermone contra Aerios cujus initium est : *Qui malitiose*, in fine loquens de aqua saliente in vitam æternam, sic ait : « Propter hoc David psallens Deo sic ait : *Quoniam apud te est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen* [8]. Sciebat enim apud Patrem esse Filium fontem Spiritus sancti ; sicut per prophetam Filius dicit : *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ* [9], » etc.

Item Cyrillus in sermone septimo, cujus initium est : *De humanatione Unigeniti*, quasi post duas partes sermonis : « Solvens enim a peccato eum qui sibi consentit, proprio jungit de cætero Spi-

[7] Psal. XXXII, 6. [8] Psal. XXXV, 10. [9] Jerem. II, 13.

ritu. quem immittit ipse : ut sicut ex Deo Patre est Verbum, ita ex propria nobis natura refundit Spiritum. »

Quod autem hic *refundi* dicimus, in Græco dicitur ἀναπηγάζειν, et a fontis nomine secundum ἀνὰ præpositionem derivatur. Ex quo liquide apparet, sanctum Patrem intellexisse Filium esse fontem Spiritus sancti.

Beatus Gregorius, cognomento Thaumaturgus, in suæ editione Fidei, quæ in Vita ejus legitur, sic ait : « Unus Spiritus sanctus ex Deo esse essentiam habens, et per Filium lucens liquide hominibus, imago Filii perfecta. »

Item Magnus Athanasius, in ea quæ ad Serapionem est de Spiritu sancto, Epistola, cujus est initium : *Litteræ tuæ sacræ affectionis*, etc., sic dicit : « Sicut in propria imagine est Filius in Spiritu : sic et Pater in Filio. » Et post modicum : « Imago Filii dicitur et est Spiritus sanctus, dicente Paulo : *Quos præscivit*, inquam, *et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii Dei*[10]. » Item in eadem : « Manifestum enim erit, quod neque creatura Spiritus, neque angelorum essentia, in eo quod illi convertibiles sunt, sed imago Verbi et Patris propria est. » Item in ejusdem Epistolæ abbreviato sermone : « Si autem bonus odor et forma Filii est, manifestum est quod non erit Spiritus creatura. »

Item Basilius in quarto sermone contra Eunominum, qui sic incipit : *Si natura Deus Filius*, etc.: « Imago quædam Dei Christus est : *Qui est*, inquam, *imago Dei invisibilis*[11], imago autem Filii Spiritus. »

Item in eodem libro cap. cujus titulus : *Quod sicut Filius ad Patrem se habet, sic Spiritus ad Filium* ; in ipso initio capituli, sic ait : « Propter hoc et Dei quoddam verbum Filius ; verbum autem Filii Spiritus : *Portans*, inquam, *omnia verbo virtutis suæ*[12].

Item beatus Cyrillus in libro Dialogorum cum Hermia (?), de Spiritu sancto loquens, cujus est initium, *Labor beatorum fructus gloriosus*, etc.: « Character verus et naturalis ad summum certitudinis, quæ secundum similitudinem intelligitur, ipse est Filius ; similitudo pura et naturalis Filii Spiritus est ; scribente audies beato Paulo : *Quia quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii Dei, quos autem prædestinavit, hos et vocavit.* »

Athanasius ad Serapionem in Epistola de Spiritu sancto, ut supra adnotatum est : « Et Filius inquit, *Quæ audivi a Patre, hæc loquor in mundo*[13], *Spiritus autem a Filio accipiet, et annuntiabit vobis*[14]. »

Item Basilius ad Amphilochium, cap. 5 : « Scribens ad Ephesios Paulus ait : *Veritatem autem facientes*, etc. *Ex plenitudine ejus nos omnes accepimus*[15]. Et ipse inquit Dominus : *Quoniam de meo accipiet, et annuntiabit vobis.* »

Item Gregorius Nyssenus in sermone contra Arium et Sabellium, qui sic incipit : *Quid dico ? Die mihi : Spiritus sanctus immortalis est*, etc. « Sanctus, principalis, justus, verus, profunda scrutans Dei, ex Patre procedens, ex Filio esse accipiens, » etc.

Item Epiphanius in libro qui *Ancyrotus* seu *Ancoratus* dicitur, sic dicit : « Spiritus autem sanctus, Spiritus Dei ens cum Patre et Filio, non est alius Deus a Deo ; a Deo autem ens a Patre procedit, a Filio accipit, et in eodem Filius revelat Patrem. Nullus enim novit Patrem nisi Filius, a quo procedit, a quo accipit. »

Ecce patet ex præmissis, qualiter Spiritus sanctus sit ex Filio, sive, quomodo precedit æqualiter ab utroque : quia nil aliud est Spiritum sanctum a Patre esse, vel a Filio, quam procedere ab eis. Quia cum non sit alius modus, quo persona sit ab alia, nisi generationis, aut processionis, necesse est ut, si est a Filio Spiritus sanctus, quod negare Græcus non potest, sit etiam ab eo per modum processionis : nisi forte novam velint fingere hæresim, ut dicant, quod idem Spiritus sanctus generetur a Filio, et sint in Divinitate duo Filii, et unus eorum nepos.

Ostensum est insuper, quod Spiritus sanctus, ut sit a Filio, hoc habet Filius a Patre : propter quod a Patre per Filium, vel mediante Filio, vel certe principaliter et proprie dicitur Spiritus pro edere vel spirari a Patre. Terminatum est enim, quomodo idem Spiritus a Filio, qui est ejus causa et fons, propter modum essendi a Filio, catholice dicitur esse ratio et forma Filii. Unde et verbum et imago Filii propter eamdem rationem Spiritus nuncupatur. Quæ prudens lector si consideret diligenter, multa quæ a Græcis objiciebantur, soluta inveniet ; et licet breviter, tamen et catholice, et vere terminata.

Solutio ad tertium objectum.

Ad tertium autem objectum, quod dicit : *Omnia quæcunque audivi a Patre meo, nota faciam*[16]. Concedimus sicut et ipsi glossant, omnia necessaria ad salutem. Hoc tamen necessario addimus in glossa, quod, aut implicite, aut explicite nota facit eis omnia. Nam cum verba sint Veritatis, Veritas mentiri non potest. Dicit enim : *Multa alia habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*[16*], quasi dicat : Horum et aliorum verborum meorum intelligentiam relinquo magisterio Spiritus sancti, qui docebit vos, *et suggeret omnia, quæcunque dixero vobis*[17].

Item, quamvis non inveniatur secundum vocem

[10] Rom. VIII, 20. [11] Coloss. I, 15. [12] Hebr. I, 3. [13] Joan. VIII, 26. [14] Joan. XVI, 14. [15] Joan. I, 16. [16] Joan. XV, 15. [16*] Joan. XVI, 13. [17] ibid.

in Evangelio, quod Spiritus procedit a Filio invenitur tamen secundum veritatem intellectus, in pluribus locis. Dicitur enim Spiritus Veritatis, id est Filii, quia de se Veritas increata loquebatur tunc, Christus. Si ergo est Spiritus Veritatis, aut quia Spiritus est a Veritate, aut quia Veritas est a Spiritu. Sed quod Veritas sit a Spiritu error est, quia Filius a Patre solo est et non a Spiritu : confiteri necesse est, quod sit Spiritus Veritatis, id est Filii, hoc est, a Filio. Si autem a Filio, aut generatione, aut processione, ut supra. Quia vero [id] est bonæ expositionis, patebit in sequentibus.

Spiritum sanctum esse Spiritum Veritatis, hoc est Filii, ex Græcorum Patrum expositionibus comprobatur.

Beatus Cyrillus, in recapitulatione de Spiritu sancto, dimembrationibus sexaginta sex, demonstratione sic ait : « In Evangeliis quidem Salvator sic ait de se : *Ego sum veritas*[18]. Beatus autem Joannes ex Patris essentia, et Filii Spiritum ostendens, in Evangeliis quidem ait : *Spiritus veritatis, qui a Patre procedit.* »

Idem sanctus, in quarta epistola ad Nestorium, cujus est initium : *Salvatore nostro dicente*, etc., parum ante finem : « Et si in hypostasi Spiritus sanctus propria, et intelligitur secundum se, vel quod Spiritus est, et non Filius, tamen non est alienus ab ipso Filio. Spiritus enim Veritatis nominatus est. Est autem Christus Veritas, et profunditur ab ipso, quemadmodum utique et ex Patre. Quid autem sit profundere, exponit idem Cyrillus in expositione Symboli Nicæni, tractans verbum illud, *Qui ex patre procedit*, dicens : « Transacto de Christo ipso sermone, cum beati Patres sancti Spiritus memoriam facerent : Credo, dixerunt, in eum, quemadmodum in Patrem, et Filium ; consubstantialis enim eis, et funditur Spiritus, et procedit tanquam a fonte Deo et Patre. »

Beatus quoque Basilius, in libro *De Spiritu sancto*, ad Amphilochium, cap. 18 : « *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Unde solus glorificat Deum. *Ille me clareficabit*, inquam, *quia de meo accipiet et annuntiabit vobis* non sicut creatura, sed sicut Spiritus sapientiæ, Christum, Dei virtutem et Dei sapientiam, in sua magnitudine revelans : et sicut Paracletus Spiritus characterizat ejus, quæ promisit per Spiritum, Paracleti bonitatem, et in sui dignitate majestatem demonstrat ejus. » Unde et *provenit* ; quod idem est, quod *procedit*.

Idem sanctus Epiphanius in libro *De Ancorato* : « Pater veri Filii est Pater, lumen totus Filius, Patris Verbum, lumen ex lumine, non utique facta vel creata applicatione sola ; et Spiritus sanctus, Spiritus veritatis, lumen tertium ex Patre et Filio. »

Item, alia auctoritas Evangelii, Spiritum ex Filio procedere comperte clamat. Dicit enim Filius : *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura : flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit* (ait evangelista) *de Spiritu, quem acepturi erant credentes in eum*[19]. Audisti, Græce, quod Spiritus procedit ab eo qui credit in eum ? Nonne etiam fluit a Filio Spiritus ? Imo. Quomodo a credentium mentibus fluere dicit Spiritum, nisi quia fluit ab eo, quem habet in se credens in eum, hoc est, a Filio ? Quid est vero, Spiritum a Filio fluere, nisi procedere ab ipso ? Quod autem flumina Spiritus sancti procedunt, monstratur manifeste in libro Jesu filii Sirach : *Ego*, inquit, *Sapientia effudi flumina*[20]. Quid enim in hoc loco per Sapientiam, nisi Filium, et quid per flumina, nisi Spiritum sanctum intelligimus ? Effudit ergo Sapientia flumina, quia Filius ex se emittit Spiritum, qui procedit ab ipso.

Item dicit de eodem Filius in Evangelio : *Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso*[21]. Quid aliud in hoc loco per vitam, nisi Spiritum sanctum intelligimus, quem Pater habet in se, et dedit Filio : ut ipse ta Spiritum habeat in se ipso, sicut habet Pater ? iErgo Filius non solum habet Spiritum, quem habet Pater, sed etiam ita habet Spiritum, sicut habet Pater. Videamus itaque, quomodo Pater habet Spiritum in semetipso. Pater autem sic habet Spiritum ut semper sit in Patre, et semper procedat a Patre : et ita semper procedit a Patre, ut semper in Patre maneat, et ita semper in Patre manet, ut tamen semper a Patre procedat. Si Filius isto modo habet Spiritum in semetipso, verum est, quod ipse dicit : *Sicut Pater habet vitam in seipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso.* Si autem isto modo non habet, quomodo erit verum, quod dicit : *Sicut Pater habet vitam in seipso, sic dedit et Filio habere vitam in seipso* ? Sed falsum esse non potest, quod a Veritate est dictum. Ergo verum est quod Veritas dixit.

Item : *Sicut Pater suscitat mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat*[22]. Vivificare Spiritus sancti est, etc., sicut Veritas dicit : *Spiritus est qui vivificat*[23], etc. Quando ergo Pater mortuos vivificat, de Spiritu sancto, quem mittit in eos, vivificat. Spiritus sanctus enim est, qui mortuos vivificat vitam dando mortuis operatione sua, et etiam vitam gratiæ mortuis in peccatis inspiratione sua. Si igitur Filius ita de Spiritu sancto vivificat, sicut Pater, sequitur quod sicut ad Patrem pertinet Spiritus, etiam illo modo pertinet ad Filium. Sed ad Patrem pertinet, ut ab ipso procedendo det vitam mundo, sicut alias scriptum est. Ita ergo et ad Filium.

Sed dicet Græcus : « Non ita pertinet Spiritus ad Filium, sicut ad Patrem, quia Pater dedit Fi-

[18] Joan. XIV, 6. [19] Joan. VII, 38. [20] Eccli. XXIV, 40. [21] Joan. V, 26. [22] Ibid. 21. [23] Joan. VI, 64.

lio, ut possit mittere ; sibi autem retinuit, ut procedat ab eo. » Absit ab animis fidelium hoc deliramentum, ut Spiritus sanctus coæterus et consubstantialis Patri et Filio, aliter et aliter detur et sit : vel quod aliquid aliud temporaliter accepit vel aliud æternaliter exsistat. Ista enim varietas non cadit in Deum, sed in creaturas. Nunquam etiam Filius ad mensuram accepit Spiritum, sicut et nos, et uti est scriptum. Legimus enim : *Non ad mensuram dat Deus Spiritum* [24] ; supple, Filio suo. Si verum est, quod Pater ita dedit Filio Spiritum, ut aliquam gratiam dominationis in se Filius (Pater) retinuisset, tunc revera dedisset Filio Spiritum ad mensuram, ita ut nos possemus illam donationem mensurare dicentes : Hoc quidem dedit Pater Filio, hoc autem non dedit ; sic dedit, et sic non dedit. Nonne Græcus mensurat Filio Spiritum, quando dicit : Filius sic habet Spiritum ut mittat, et donet illum ; sed non sic habet, ut procedat ab ipso.

Item Filius de Spiritu sancto ait : *Novi de me virtutem exisse* [25]. Et Evangelium similiter : *Virtus de illo exibat et sanabat omnes* [26] . Quæ autem erat illa virtus, quæ sanabat omnes ? De qua virtute iterum scriptum est : *Vos autem sedete in civitate Jerusalem, quousque induamini virtute ex alto.* [27]. Qui ergo negat Spiritum a Filio procedere, negat pariter verba sua ab ipso esse. Verumtamen evangelista : *Mirabantur omnes in verbis gratiæ, quæ procedebant ore ejus* [28].

Quid plura ? Ipsa namque Veritas, Salvator noster, volens omnem ambiguitatem istam de medio removere, post gloriam resurrectionis suæ jam immortalis factus et impassibilis, Spiritum sanctum ex se procedentem ostendit, cum inspirans discipulis ait : *Accipite Spiritum sanctum* [29], etc. Quam auctoritatem beatus Athanasius exponens in sermone de ea, quæ in carne, dispensatione Verbi Dei, et de Trinitate contra Arianos, cujus initium est : *Qui malitiose*, etc., sic dicit : «Propter hoc insufflat in faciem apostolorum dicens : *Accipite Spiritum sanctum*, ut discamus, quod de plenitudine Divinitatis est, qua datur Spiritus sanctus discipulis : *In Christo* enim, inquit, hoc est, in carne ejus, *habitat omnis plenitudo Divinitatis* [30]. Sicut Joannes Baptista dicit : *Nos autem omnes de plenitudine ejus accepimus* [31], » etc. Corporali etiam specie visus est Spiritus sanctus sicut columba descedens, et manens super eum. In nobis autem pignus et primitiæ Divinitatis habitant, in illo autem plenitudo Divinitatis, ne quis putet, quod non habens Spiritum, ipsum tunc accepit. Ipse enim ipsum desursum mittebat ut Deus, et ipse ipsum deorsum recipiebat ut homo. Ex ipso ergo in ipsum descendebat, ex divinitate ejus in humanitatem. » Et hoc quidem Athanasius.

Beatus Cyrillus de eodem Spiritu, quod Spiritus sanctus sit ex Filio, et quod ipse Filius dederat tunc Spiritum sanctum apostolis cum insufflavit, et dixit : *Accipite Spiritum sanctum*, super Genesim sic testatur : « Sicut beatus Moyses ostendit hominem a Deo accepisse spiraculum vitæ, hoc Christus innovans in nobis post resurrectionnem a mortuis, insufflavit discipulis dicens : *Accipite Spiritum sanctum*, ut iterum reformati ad pristinam imaginem, conformes appareamus Creatori per participationem Spiritus. »

Quando ergo Spiritus sanctus in nobis factus, conformes nos Dei ostendit, procedit autem a patre et Filio, manifestum, quia de eadem essentia est essentialiter in ipsa, et ex ipsa procedens, velut ex humano ore excurrit insufflatio : etsi parvum et non dignum sit exemplum. Omnia enim superabit Deus.

Item Anastasius patriarcha Antiochenus, in sermone de recta veritate dogmatum, qui sic incipit : *Dominus Deus meus fortitudo mea*, etc., de Spiritu sancto sic testatur : « Etenim Dominus ipsum Spiritum ex se ostendens existere, insufflans aiebat : *Accipite Spiritum sanctum.* »

Ecce, ut diximus, omnia quæ necessaria sunt ad salutem, aut explicite, aut implicite scripta sunt in Evangelio : quod ex dictis, et subsecutis sanctorum testimoniis probavimus, et in sequenti capitulo manifestius apparebit.

Ad quartum solutio

Ad quartum objectum, quo dicitur : « A Patre tantum dixit Filius procedere Spiritum, et non addidit, a Filio, » dicimus quod non est necesse, quod ubicunque subticetur una persona, excludatur ipsa, et non intelligatur ; quod isto modo in multos errores præcipitasset nos ipsa Veritas, Filius Dei. Verbi gratia, in Evangelio Scriptum legimus : *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis* [32]. Item : *Ego et Pater unum sumus* [33], dixit Filius, et nullam mentionem fecit de Spiritu sancto. Et iterum : *De die autem et hora illa nemo scit nisi Pater* [34]. Item Paulus : *Misit Deus Spiritum Filii sui* [35], non dicit, suum. Et iterum : *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus* [36]. Item Filius in Evangilio : *Spiritus est. qui vivificat* [37]. Si igitur illa sola persona intelligitur in his auctoritatibus, de qua fit mentio, et non alia : ergo Spiritus, Patris tantum est Spiritus, et non Filii, quia de Filio non fit mentio, nisi de Patre. Item solus Spiritus loquitur, et non pater, vel Filius. Item sic Pater novit quæ ventura sunt novissimis diebus, et non Sapientia ejus, id est, Filius, vel Spiritus sanctus.

Item : Quis est iste Spiritus Filii, quem immittit Pater in corda credentium ? numquid alius erit ab

[24] Joan. III, 34. [25] Luc VIII, 46. [26] Luc. VI, 19. [27] Luc: XXIV, 49. [28] Luc. IV, 22. [29] Joan. XX, 21. [30] Coloss. II, 9. [31] Joan. I, 16. [32] Matth. X, 20. [33] Joan. X, 30. [34] Matth. XXIV, 36. [35] Galat. IV, 6. [36] Rom. VIII, 9. [37] Joan. VI, 64.

ipso, de quo scriptum est : *Spiritus veritatis, qui a Patre procedit* [38] ? Item de persona Patris Dominus in Evangelio loquens ait : *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, Pater vester dimittet vobis peccata vestra* [39] ; et iterum : *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est* [40]. Nunquid et in his persona Filii, non intelligitur ; quare excluditur, cum dicitur, *Spiritus veritatis, qui a Patre procedit ?* præsertim cum de se Veritate loquatur Filius, prout in præcedentibus demonstratum est. Nulla est ratio, nisi quia sic placuit Græcis adversari volentibus. Verumtamen firmiter credimus, et catholice tenemus, quod aliquando solius Patris nomen ponitur in locutione, et ipsius Filii nomen intelligitur : et aliquando nomen Filii in his non intelligitur, vel Spiritus sancti, et ipsis tantum personis convenit, et non Patri. Sed tunc considerare oportet, si id quod de una persona dicitur, possit convenire aliis, servatis proprietatibus uniuscujusque personæ sine confusione. Unde dicimus quod quædam conveniunt soli Patri, quædam soli Filio, quædam soli spiritui sancto. Quædam Patri et Filio, et Spiritui sancto, et quædam simul tribus personis. Patri tantum convenit hoc nomen *ingenitus, inprincipiatus* et *genitor ;* Filio, *genitus,* et *principiatus* ; Spiritui sancto *procedens* ; et hoc nomen, Spiritus sanctus, appropriato vocabulo Patri et Filio est commune, tam secundum Græcos sanctos, quam secundum Latinos ; *dare, mittere,* et *habere,* et *spirare,* sancto Spiritui vero et Filio commune est, quod ambo exsistunt æternaliter a Patre : hic per processionem, ille autem per generationem. Omnia vero alia communiter conveniunt tribus personis. Ea ergo, quæ non auferunt proprietatem, nec confundunt distinctionem, non est necesse, si dicantur de una tantum, quod alia propter hoc excludatur. Quia in talibus licet non nominetur, tamen semper subintelligitur, et si non specificetur, ut in præmissis est ostensum.

Quod Spiritus sanctus procedit a Filio, secundum apostolos, et Græcos.

Ostenso igitur quod Spiritus procedit a Filio secundum Evangelium, secundum quod sacri doctores nobis exposuerunt : restat, et necesse est, ut in pluribus mendaciis adversarii veritatis deprehensi, eorum assertionibus nulla de cætero fides adhibeatur.

Cyrillus ita exponens istud verbum, quod in Actibus apostolorum positum est : *Ministrantibus autem Domino, et jejunantibus, dixit Spiritus sanctus : Segretate mihi Bernabam et Saulum* [41], ita dicit : « Si igitur vocante ipsos in apostolatu Spiritu, a Jesu vocatos eos dicunt, ostenditur manifeste, quod non alienus est ab essentia Filii Spiritus sanctus, sed in ipso, et ex ipso, quasi operatio quædem naturalis ommia potens explere, quæcunque et vult. »

Et post pauca, verbis respondens hæreticorum, dicentium, Spiritum imperfectum esse, et nihil habentem ex se, sed ex participatione exsistentem, propter hoc, quod de ipso dicit Dominus : *Non enim loquetur a semetipso* [42], etc., sic ait : « Non enim imperfectum Spiritum ostendens hoc de ipso ait Salvator, sed ut magis certificet audientes, quod essentiæ exsistens ejus, non aliud quid loquitur, quam quod ipse vult, et sensus exsistens ejus juxta B. Paulum dicentem de Spiritu : *Nos sensum Christi habemus* [43] : ille prorsus rationabitur et ordinabit, quæ et ipse, cujus est sensus. Propter hoc nihil ex se ipso Spiritum locuturum affirmavit, quasi dicat : Ego sum iterum qui loquor ; velut si et qui in homine est sensus, dicat de procedente ex se ipso ratione : Non loquetur a se ipso aliquid, sed quæcunque audiet loquetur. »

Et statim post aliqua verba interposita ait sanctus Cyrillus : « Talem quemdam intellectum oportet accipere de Spiritu sancto. Cum enim exsistat Spiritus sanctus Christi, omnia quæ ipse loquitur discipulis, non inseparata quadam voluntate ab eo, in quo est, loquitur : sed tanquam ex essentia illius naturaliter procedens, et totam voluntatem ejus habens, sicut et operationem. » Quod autem hic transtulimus *procedens*, in Græco dicitur πρσιὸν et ex dictis sanctorum, et vi grammaticæ æquipollens dignoscitur τῷ ἐκπορευομένον participio. Cujus participii verbum legitur in Evangelio, ubi ex Patre dicit Spiritum procedere.

Idem sanctus exponens aliam autoritatem beati Pauli, idem repetit dicens : « Scribit Paulus quibusdam dicens taliter : *Notifico autem vobis quod nemo loquens in Spiritu Dei dicit anathema Jesu : et nemo potest dicere : Dominus Jesus nisi in Spiritu sancto* [44]. Manifestum est ergo, quod qui participat Spiritum sanctum, novit esse Dominum Jesum : qui autem non participat, ignorat. Qualiter qui participat Spiritum, novit esse Dominum Jesum : sicut qui de melle gustaverit, scit quod dulce est mel : sic et Spiritus participes. Ergo ex essentia Filii Spiritus sanctus qualitas quædam, ut ita dicamus, Dominationis omnis Dei. »

Cyrillus in serm. 2, ad Hermiam (3), parum ante medium super id, *Ecce ego vobiscum sum* [45], etc., dicit : « Misit nobis Filius de cœlo Paracletum, per quem et in quem nobiscum, et in nobis moratur : non alienum sive extraneum nobis effundens, sed essentiæ suæ, et Patris personæ Spiritum. »

[38] Joan xv, 26. [39] Matth. vi, 14. [40] Matth. xii, 50. [41] Act. xiii, 2 [42] Joan. xiv, 10. [43] I Cor. ii, 16. [44] I Cor. xii, 3. [45] Matth. xxviii.

(3) Dial. vii *de Trinit.* in quo probatur divinitatis Spiritus sancti, sicut in sex prioribus dialogis divinitas Filii.

Item Anastasius Antiochenus patriarcha in præfato sermone de recta veritate dogmatum sic ait : « De sana nostra fide, et rectis Ecclesiæ documentis diligenti et subtili ratione corporis et proprietatis assumentis, tanquam exemplum distinctionum divinarum personarum, statuimus per membrorum proportionem et proprietatem comparare. Etenim Spiritus oris ejus, scilicet Dei, dicitur Spiritus sanctus, ore exsistente Unigenito. Et Spiritus iterum ex ipso procedens, et missus non solum a Patre, sed etiam a Filio. »

Epiphanius Cypri in memorato libro *Ancorato* de processione Spiritus a Filio talia testatur : « Spiritus enim Deus est, et Spiritus Patris, et Spiritus Christi, non secundum aliquam compositionem, quemadmodum in nobis corpus et anima : sed in medio Patris et Filii, ex Patre et Filio. »

Idem sanctus in libro *De una Deitate* : « Ait ergo Petrus his, qui circa Ananiam erant : Ut quid tentat vos Satanas mentiri Spiritui sancto ? Non estis mentiti hominibus, sed Deo. » Ergo : « Deus ex Patre et Filio Spiritus, cui mentiti sunt, qui de pretio fraudaverunt. »

Item in eodem opere : « Vita tota Deus, ergo vita ex vita Filius : *Ego enim*, inquit, *sum via, veritas et vita.* Spiritus enim sanctus ab ambobus Spiritus et vita. Nam Spiritus Deus est. »

Et iterum. « Numquid dicimus duos esse Filios ? Et quomodo Unigenitus ? Imo, tu quis es, qui respondeas Deo ? Si Filium quidem vocat, id est, procedit ex se, Spiritum vero sanctum ex ambobus ? »

Quid ergo dicemus ? Adhuc egemus testibus ? Audivimus Græcorum blasphemias dicentium : Spiritus sanctus non procedit a Filio, quia perfecte procedit a Patre : quasi etiam non perfecte mittatur et detur a Filio ?

Item, Non procedit, inquiunt, a Filio, quia duo essent causæ, et duo principia. Ergo cum Scripturæ sacræ et Evangelium Filium principium scilicet de principio nominent, ut illud : *Ego principium, qui et loquor vobis* [45]. Et Psalmista : *Et tu in principio, Domine, terram fundasti* [46].

Idem, non procedunt quæ dicunt, quod Christus hæc tacuit, apostoli non dixerunt, sancti etiam de hoc nil prædicaverunt. Sed ex præmissis auctoritatibus, mendaciis eorum jam patefactis, restat nunc ostendere qualiter et in his quæ sequuntur, suis rationibus mentiantur.

Dicunt enim : « Sancti Patres in conciliis super hoc nil definierunt : sed ponentes in Symbolo, ea quæ sunt necessaria ad salutem, eos qui aliud adderent excommunicaverunt ; sed vos addidistis : ergo estis excommunicati. »

Responsio Latinorum.

Ad quod respondentes breviter sic dicimus : Sancti hoc in Symbolo non posuerunt, quia minime dubitaverunt. Non enim proponebant in Symbolo, vel definiebant in synodis, nisi ea quæ in quæstionem ab hæreticis vertebantur, et mundum vel universalem Ecclesiam in errorem ducebant. Unde nec Symbolum tunc temporis exposuissent, nisi eos ad hæc hæreticorum pravitas compulisset. Unde in prima et sancta universali synodo, quæ sub sanctissimo papa Sylvestro, tempore Constantini principis, a trecentis octodecim Patribus sanctis in provincia Bithyniæ, civitate Nicæa, contra impiissimum dogma Arii, dicentis Filium Dei factum et creatum, est celebrata, nil aliud definierunt de Spiritu sancto, nisi quod in ipso credi debeat, et quod sit Dominus, et vivificans.

In secunda vero synodo, quæ sub beato papa Damaso, tempore Theodosii principis, a centum quinquaginta Patribus in urbe Constantinopolitana contra Macedonium, præfatæ urbis episcopum, dicentem Spiritum sanctum minorem Patre et Filio, vel certe ministrum Trinitatis, celebrata est, definierunt prædicti Patres, Spiritum non factum nec creatum, sed potius creatorem, ab ipso fonte in Divinitate, Patre, tanquam a primaria vena procedentem. Et hoc in secundo Symbolo, quod Constantinopolitanum dicitur, diligentius notaverunt. Quia vero non fuit quæstio, sive dubium: Utrum Spiritus a Filio procederet, vel non ? sancti Patres, sicut et multa alia quæ postmodum in aliis conciliis catholice definita sunt, sub silentio transierunt. Processu vero temporis, increscente quorumdam malitia, in Occidentalibus partibus, dicentium Spiritum sanctum non procedere a Filio, pro eo quod in Symbolo non ponatur, aggregati in unum episcopi illarum partium, de licentia et auctoritate summi pontificis, veritatem fidei, quam tenemus in Symbolo declarantes, cantari etiam hoc in Ecclesia ab omnibus mandaverunt. Græci vero et cæteri Orientales vocati non sunt, aut quia nimis distabant, aut quia non dubitabant etiam hoc adducere in quæstionem.

Quod autem eis tunc licuerit, et liceat hodie nobis aliquid scribere, prædicare, et cantare, quod in Symbolo non est expressum, docemur ex quarto, quinto, sexto, septimo conciliis, quorum quædam definiunt, quod non est expressum in Symbolo : ut de sacris imaginibus, super quibus septima fuit synodus, nihil in Symbolo continetur. Sic nec de duabus voluntatibus et operationibus in Christo Symbolum manifeste determinat, de quibus sexta synodus definivit ; sic nec Theodorus Mopsuestiæ, nec Theodoriti scripta, quæ contra beatum Cyrillum composuit, condemnat Symbolum, quamvis secunda universali synodo (4) condemnentur. Sic nec duas naturas inconfusas et impermistas in

[45] Joan. VIII, 25. [46] Psal CI, 26.

(4) Fuit synodus secunda Constantinopolitana.

Christo in unitate personæ, sine omni conversione per Symbolum habemus expressum, cum sic esse definierit quarta universalis synodus, Leonem papam primum secuta: epistolam quoque ejus quem prædiximus, fidei orthodoxæ columnam usque hodie Græcus appellat : et quod forsan aliquis miretur, sancta et universalis synodus prohibet, ne alicui liceat proferre, vel scribere, vel componere alteram fidem ab ea quæ definita est a sanctis Patribus Nicææ congregatis, quamvis secunda synodus Symbolum ediderit, ut supra ostensum est, in quo aliqua continentur, quæ in Nicæno concilio non habentur : quod ex collatione utriusque synodi manifestum est lectori. Ipsam vero prohibitionem ad verbum sic continet, tertiæ synodi cap. ult. : Iis igitur lectis definit sancta synodus, alteram fidem nemini licere proferre, vel scribere, vel componere, præter eam, quæ definita est a sanctis Patribus Nicææ cum sancto Spiritu ; præsumentes alteram fidem, proferre, vel offerre, converti nolentes ad agnitionem veritatis ex judaismo, vel hæresi qualicunque, hos, si quidem fuerint, anathematizari. »

Sed dicet Græcus : Quid ultra quæritur ? Ecce habemus propositum ex definitione.

Responsio Latinorum.

Ad quod respondentes sic dicimus : Prohibitio sancti concilii sicut sancta et vera esse ostenditur. ita nil contra veritatem dignoscitur continere. Dicit enim : Si quis aliam fidem a veritate prædicaverit, scripserit, anathema sit. Sed Latinus scribit et prædicat illud, quod sanctorum auctoritatibus et sacræ Scripturæ testimoniis probat esse verum. Ergo non aliam, sed eamdem minus expressam olim in Symbolo, tam fidelibus quam infidelibus, prædicat fidem.

Quod autem vera sit expositio, probatur per auctoritatem Apostoli, et per ipsos tractatores sacræ fidei, qui in dictis conciliis personaliter interesse meruerunt. Dicit ergo Paulus quibusdam sic : *Quicunque vobis aliud prædicaverit, præter id quod accepistis*, hoc est, si quis vobis aliud, id est, contrarium evangelizaverit, vel contrario modo docuerit, *anathema sit*[47]. Non dicit : Si quis vobis addiderit. Nam si illud dixisset, sibi ipsi præjudicasset, qui cupiebat venire ut suppleret, quæ eorum fidei deerant. Sed qui supplet, quod minus erat addit, non quod inerat tollit.

Qui prætergreditur fidei regulam, non addit ad omnia, sed recedit a via. *Aliud* ergo positum est pro opposito. Nam, quæ de Deo est, veritatem nullus hominum prohibere potest, quin possit cantari, legi, et prædicari in ecclesiis. Unde idem Apostolus ait : *Nihil possumus adversus veritatem*[48]. Cum igitur Romana Ecclesia aliud, aut contrarium sanctorum definitionibus non scribat, vel prædicet, sed quod verum est, et cujus oppositum facit hæresim, nec non et ejus veritas periculoso silentio petentibus denegatur : patet quod, si propter pietatis naufragium, quod imminebat, addidit veritatem fidei, in Symbolo non expressam, non est excommunicata.

Si vero propter declarationem fidei talem, ut Græci asserunt, additionem factam in Symbolo, excommunicationis sententiam Latini incurrerunt, confiteri necesse est omnes qui in secundo, quarto, quinto, sexto, septimo, conciliis fuerunt, pro eo quod præter ea quæ in Symbolo Nicææ continebantur, aliqua imo multa de fide definierunt, anathematis gladio fuisse percussos. Sed quæ major dementia, et major cæcitas, quam dicere, aut proferre, aut prorsus cogitare, quod tertium concilium excommunicaverit præteritos, et futuros, qui aliquid plus, quamvis verum, definierunt in Ecclesia, quam illud, quod definitum est a sanctis Patribus in sancta Nicæna synodo constitutis ?

Item, numquid Nicænum, aut Constantinopolitanum Symbolum omnia continet, quæ necessaria sunt ad salutem, ubi nullum de septem sacramentis Ecclesiæ, excepto baptismo, aliud expressum ibidem continetur ? Cui ergo dubium videtur, quædam vera esse de Deo, quæ in libris non continentur ? Et ut de his nunc taceamus, (5) qui non lecta expletis sequuntur : Patrem et Spiritum, Filio incarnato, incarnatos non esse, aut passos, ubi in Scriptura poteris invenire ? quod tamen ita verum est, ut oppositum vel mente concipere, sit absurdum.

Item, quomodo tertium concilium excommunicat primum et quartum, quintum, et sextum, et septimum ? cum in fine cujuslibet concilii hanc eamdem prohibitionem factam ab eis recipiat, scilicet : *Si quis alteram fidem*, etc. Si vero excommunicati quomodo sancti, si autem sancti non excommunicati. Quomodo tamen non excommunicati, nisi prohibitionis juxta sententiam, alteram fidem, id est, contrariam rectæ fidei præsumpserunt prædicare ? Quod vero tam studiose et sollicite in omni concilio hoc ipsum prohibuerunt, contra hæreticos, non in præjudicum veritatis factum esse aperte probant quæ in sequentibus continentur.

Dicit enim beatus Cyrillus in Epistola ad Nestorium : « Non tibi sufficiet confiteri Symbolum fidei solum editum pro tempore in Spiritu, a magna synodo pro tempore congregata Nicææ. Intellexisti enim non recte : sed interpretatus es non recte : sed perverse contra hæreticorum importunitates dictum est, plus vel minus aliam fidem affirmare conscribere, componere, docere, vel sapere : quæ aliquid superinducere, vel subtrahere moliuntur

[47] II Cor. XI,4, [48] II Cor. XIII, 8,

(5) Locus mendosus.

sanæ mentis intellectui eorum qui in Nicææ Symbolum conscripserunt. »

Item de eodem Athanasius : « Nil amplius debere scribi de fide, sed contentos esse ea quam in Nicæa sancti Patres conscripserunt, fide, propter hæreticorum cautum est cavillationes : » non ut pietati præjudicium inferretur; alias omnes sanctos, qui postea aliquid de fide dixerunt, et sex venerabiles synodos in contemptum egisse ponemus.

Item Cyrillus in Epistola, cujus est initium : *Legi commonitorium* : « Athanasius dixit, sanctam synodum non fecisse memoriam dictionis Genitricis : ego autem scripsi, quod et si non fecit synodus memoriam, bene fecit. Neque enim erat motum aliquid hujuscemodi tunc temporis, propter quod non erat necessitas quæ non quærebantur ferre in medium. »

Item Basilius in Epistola quam scripsit Epiphanio, ita dixit : « Nihil possumus addere fidei nos, neque præter eam quæ in Spiritum sanctum, glorificationem, quam in transcursu Patres nostri hujus memoriam fecerunt nondum de ipso tunc mota quæstione. »

Patet igitur ex præmissis, quod contra hæreticorum importunitates, quæ veritatem pervertere nituntur, facta fuit hæc pro his, non ut pietati præjudicium inferretur. Et quod ea quæ in transcursu dicta sunt, declarare licet etiam cum additionibus, nec non et veritatem tacitam pro tempore in manifestum prodire, scribere, et cantare licet. Quod, cum negare Græci non possunt, nisi forsan scripta sua et Patres suos sanctos velint condemnare, necesse habent nobiscum et ipsi fatendo dare, Romanum pontificem propter additionem factam in Symbolo (quam veram esse nullus sanctorum dubitavit) non esse excommunicatum, vel hæreticum, sed pium doctorem, et catholicum et fidelem dispensatorem [49] quem Dominus super familiam suam, id est, universalem Ecclesiam constituit, ut det illis cibum in tempore opportuno [50].

Opinio Græcorum.

Dicunt igitur Græci iterum : Multorum doctorum nostrorum hactenus, quorum scripta apud nos usque hodie perseverant, ut Theodoritus et cæteri, vestræ opinioni erroneæ contraria scripserunt.

Responsio Latinorum.

Quibus responsum reddentes dicimus : Quod si omnes quos doctores nominant, tales sunt, quales Theodoritus fuisse probatur ; eos tanquam pestem fugimus, et tanquam hæreticos reprobamus. In quinto (6) namque concilio, cum dictus Theodoritus nisu temerario ausus erat se opponere (7). B. Cyrillo, pro eo quod in pluribus scriptis suis Spiritum sanctum ex Filio esse fateatur ; excommunicationis sententiam in pleno concilio sustinuisse meruit : donec ea quæ contra prædictum Patrem dixerat et scripserat, publice retractaret.

Auctoritatem ergo hujus (8) Theodoriti tanquam blasphemam respuentes, ad illam Damasceni, quæ sic incipit : « Primo est intellectus, deinde verbum exterius, spiritus autem est verbi vehiculum, » accedamus.

Item solutio ad verbum Damasceni.

Sciendum est Græcis, quod est verbum exterius, et verbum interius. Verbum interius, sicut sancti doctores dicunt, est intellectus, vel cogitatio. Verbum exterius, sermo est. Similiter est spiritus duplex : interior spiritus, et exterior. Interior spiritus amor est ; exterior vero, aer. Jam ergo doctores, sicut sanctus Augustinus et alii, exemplificantes de Verbo incarnato et Spiritu increato, comparant spiritum interiorem ad verbum exterius, de quibus dicit sanctus Augustinus : « Prius est mens : dictum est verbum, sive cogitatio, quia cogitatio in mente concepta, verbum dicitur. » Consequenter sequitur, quod ex utroque spiretur affectus sive amor. Mens namque Patri attribuitur ; verbum Filio ; amor Spiritui sancto. Ex hoc ergo dicimus Spiritum ab utroque procedere, sicut amorem ex mente et verbo interiori, sive cogitatione.

Auctoritas Damasceni aliter ista accipit, et ideo in errorem multos induxit. Aliam vero auctoritatem Damasceni, quæ dicit : « Nos Spiritum sanctum ex Filio esse non dicimus, » si tanquam authenticam per concilia recipere vellemus (quamvis non sit) sicut sanctorum, de quibus supra memoriam fecimus, sic exponemus : « Nos dicimus, » id est, « Non cantamus. » Quod quidem verum est. Illud enim : *Filioque procedit* : omnino in Ecclesiis subticetur ab eis. Si autem fiat vis in præpositione, *ex*, secundum quod importat aliquando universalem auctoritatem principii, aut principalem causam, potest sustineri. Nam quod Spiritus procedat a Filio, hoc habet a Patre ; secundum quod in præcedentibus testificati sumus.

Ad aliam autem auctoritatem Epiphanii, quæ fatetur Spiritum medium inter Patrem et Filium, dicimus id intelligendum, quod Spiritus est connexio et amor utriusque. Nam ipse Epiphanius, et omnes alii cum eo, Spiritum sanctum ex ambobus, sicut supra notatum est, et ordine mediante confitentur. Unde cum dixisset Epiphanius in auctoritate præallegata, « non secundum aliquam compositionem, quemadmodum in nobis anima et corpus, sed in medio Patris et Filii, » statim sub-

[49] Luc. XII, 42. [50] Psal. CLXIV, 15.

(6) Imo in tertio, hoc est. in Ephesino. STEW.

(7) Non fuit hæc controversia inter Cyrillum et Theodóretum, sed utrum Christus una, an duæ persona esset. ID.

(8) Resipuit Theodoretus, et a concilio Chalcedonensi receptus est. ID.

junxit, quod Græcus occultaverat: « Spiritum ex Patre et Filia. »

Sed et Basilius in sermone qui incipit: *Non erat. ut videtur*, etc., vicesimo septimo capitulo, cujus est initium: *Sed forte dicet quis*, etc., sic testatur: » Pater quidem sine principio, et ingenitus, et semper intelligitur. Ex ipso autem secundum propinquum, sine interstitio, unigenitus Patri communis est. Per ipsum autem Unigenitum etiam cum ipso antequam alia (9) majus, et subsistens per medium intercidit intellecto, statim et Spiritus sanctus copulatione comprehenditur. » Dicitur ergo medius, prout diximus, quia amor est utriusque. Ordinatur vero post Filium, quia ex ambobus procedit.

Unde in *Ancorato* Epiphanii: « Pater semper ingenitus, increatus, incomprehensibilis: Filius, genitus, et semper increatus, et incomprehensibilis: Spiritus sanctus, semper non genitus, non creatus, non confrater, non ex Patre frater, non proles Patris, non proles Filii; sed ex eadem essentia Patris et Filii Spiritus sanctus, Spiritus omnium Deus est, »

Ad illud, quod quærebatur: « Quis vobis revelavit hoc? Unde habuistis? Quare, et nobis non fuit revelatum? Quare in Symbolo tale quid intrusistis, » etc., quia in superioribus ostensum est, vel responsum est et solutum, ideo hic sub silentio prætermissum.

Ad auctoritates etiam Evangelii, quas prave exponunt, dicentes: « Dicitur Spiritus Filii, quia mittitur ab eo ad sanctificandas creaturas: vel quia est consubstantialis ei, » sic respondemus:

Quærimus a Græcis: Aut Spiritus erat ab æterno Filii, aut si dicunt, Non, contra Gregorius Thaumaturgus in editione fidei suæ, quæ in sua Vita legitur, Spiritus esse Filii ab æterno claro sermone denuntians ait: « Neque defecerit unquam Filius Patri, nec Spiritus Filio, sed inconvertibilis et inalterabilis eadem Trinitas semper. »

Item Gregorius Theologus in sermone de Penetecoste, qui sic incipit, *De hac solemnitate breviter philosophemur*, circa medium sermonis, sic testatur de eodem Spiritu: « Erat semper Spiritus sanctus, et est, et erit, neque incepit neque deficiet: sed semper Patri et Filio coordinatur et connumeratur. Neque decebat deficere Filium Patri unquam, et Spiritum Filio. »

Item Epiphanius, episcopus Cypri, de perfecta humanatione Dei Verbi: «Et quoniam animam et intellectum suscipit, et quanquam est homo. » Et de Trinitate post unum folium: « Pater erat semper, et Filius ex Patre erat semper, et Spiritus sanctus ex Patre et Filio erat semper. Et neque Filius creatus, neque Spiritus, creatura, etc., sed ab æterno, ut sancti testantur, fuit Spiritus Filii, et a Filio. « Quomodo ergo dicit Græcus, quod dicitur Spiritus Filii, pro eo quod mittatur ad sanctificandas creaturas, cum ab æterno non esset qui sanctificaretur, eo quod creaturæ incipiunt sub tempore? Ergo non dicitur Filii, quia mittitur ad sanctificandas creaturas, sed quia æternaliter exsistat ab eo. Si autem exsistit ab eo æternaliter, aut generatione, aut processione, ut supra.

Sed dicit Græcus iterum: Spiritus sanctus Filii esse dicitur, quia ratione divinæ essentiæ ei est consubstantialis.

Latinus: Absit ab auribus fidelium hoc deliramentum. Quia si ista ratione dicitur esse Spiritus Filii, scilicet quia est ei consubstantialis: eadem ratione Filius ipse, et Pater etiam dicerentur Spiritus sancti, vel a Spiritu sancto, quia similiter sunt ei consubstantiales.

Videtis, Græci, quorsum tendunt hic congruæ expositiones vestræ? Nam prima Macedonium, altera Sabellium blasphemos imitantur. Primus enim Spiritum sanctum inter creaturas ordinat; secundus in Trinitate ordinem confundit. Ubi ergo nunc est vestra gloriatio, quia impudenter vos de pulchritudine scientiæ jactatis, dicentes: « Si autem occasione quorumdam verborum, » et cætera. Ast rursus ad nos redeuntes audire poteritis veritatem. Estne ista veritas primæ veritatis, ut relictis sanctorum Patrum sententiis, sequamur Macedonium et Sabellium hæreticos jam condemnatos? Quid ergo est? Dicitur Filii Spiritus, secundum omnes sane intelligentes, quia procedit ab eo: quod utique ita verum est, ut qui contrarium sentit vel prædicat, secundum quod patebit inferius, est in via perditionis.

Quia igitur multo conamine nisi sunt Græci Romanum pontificem, et totam Occidentalem Ecclesiam ostendere in canonem latæ sententiæ incidisse, et quod juste, et sine culpa aliqua sint separati a nobis, et minime potuerunt: restat nunc ostendere, qualiter ipsi in laqueum, quem ipsi paraverunt nobis, inciderunt, et utrum dicendi sint hæretici, vel tantum excommunicati, vel quod magis dolendum, utrum utrumque simul.

Ostendit Græcos incidisse in canonem ob errorem de Spiritu sancto.

Quod in canonem latæ sententiæ inciderunt sic probatur: Constat jam omnibus, quod ipsi dicunt Spiritum sanctum non procedere a Filio, nec esse omnino ex ipso: et quod nec datur ab eo, nec mittitur, nisi temporaliter ad sanctificandas creaturas. Et constat similiter, in cunctis Scripturis authenticis, et receptis conciliis, hoc quod prædiximus, scilicet, quod Spiritus sanctus est essentialiter a Filio, et procedit ab eo, manifestius contineri. Quæ scripta ita recepta et approbata sunt per concilia generalia, ut qui eorum aliud contrarium sentit vel prædicat, ipso facto et jure sit excommunicatus·

(9) Locus valde corruptus.

Definit enim secundum concilium (10) sic : « Condemnamus et anathematizamus cum omnibus aliis hæreticis condemnatis et anathematizatis a catholica et apostolica Ecclesia, etiam Theodorum, qui fuit episcopus Mopsuestiæ, et impias ejus conscriptiones, nec non et impia scripta a Theodorito adversus rectam fidem, et contra capitula Patris nostri beati Cyrilli et tertiæ sanctæ synodi Ephesinæ ; et quidquid ad suggestionem Theodori et Nestorii (11) »

Esse audivimus ; beati Cyrilli duodecim capitula, ubi maxime exsistentia sancti Spiritus a Filio tangitur, ita universaliter sunt recepta, ut qui eorum sentit contraria, vel prædicat, ipso jure sit excommunicatus cum aliis hæreticis et olim condemnatis. Dicit itaque Cyrillus, in nono capitulo prædictorum duodecim : « Si quis dicit, unum Dominum Jesum Christum glorificatum esse a Spiritu, tanquam aliena virtute ab ipso data utentem et ab ipso recipientem, ut operari possit contra spiritus immundos et implere in homines divina signa ; anathema esto. » Hunc autem anathematismum ipse idem sanctus Pater interpretans sic ait : « Homo factus Unigenitus Dei Verbum permansit, et sicut Deus omnia exsistens quæcunque et pater, præter solum esse Pater, et proprium habens, quod ex Patre est, et essentialiter inhærens illi Spiritus sanctus, signa illa divinæ potentiæ operatus est. » Istam igitur expositionem accepit tertia synodus, quinta confirmavit, et contradicentes excommunicavit ; Ecclesia universalis tenet, et tenuit, et approbavit. Sed Græci nostri temporis contradicunt nono capitulo expositionum ejusdem, et allegant pro se scripta Theodoriti hæretici, et per concilium excommunicati ; ergo, secundum vim propositæ definitionis hæretici sunt judicandi. Unde beatus Augustinus in libro *De fide ad Petrum*, cum in octavo capitulo ejusdem, Spiritum sanctum ex Patre et Filio procedere firmasset testimoniis, in fine omnium capitulorum (12) subjunxit, et ait Petro : « Hæc interim quadraginta capitula ad regulam veræ fidei firmissime pertinentia, fideliter crede ; fortiter tene, firmiter defende. Et si quem contraria his dogmatizare cognoveris, tanquam pestem fuge, et tanquam hæreticum abjice. » Ita enim ista quæ posuimus, fidei catholicæ congruunt, ut si quis non solum omnibus, sed etiam singulis voluerit contraire, in eo quod singulis horum contumaciter repugnat, et his contraria docere non dubitat, hæreticus, et fidei Christianæ inimicus, atque ob hoc omnibus catholicis anathematizandus appareat.

Propter eamdem insuper causam, hoc est, quia obstinato animo negant processionem Spiritus sancti a Filio, et plurimos etiam alios errores, in quibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ adversantur, anno ab incarnatione Domini millesimo quinquagesimo quarto, excommunicationis sententia contra eos in urbe regia Constantinopolitana lata est. Et magnum ejusdem civitatis ecclesiæ altare hanc ipsam continet sententiam impositam, scriptam a sedis apostolicæ legatis, tempore Leonis papæ IX ut videndum exhibent quæ apud eam urbem sunt, tam Græca quam Latina hujus rei monumenta.

Sed Innocentius papa III, in editione quam fecit catholicæ fidei temporibus nostris, præsidens in generali consilio Laterani celebrato, et dicens : « Patrem a nullo, Filium a Patre solo, Spiritum sanctum ab utroque, » omnem excommunicavit et anathematizavit hæresim, extollentem se adversus eam quam composuit, sanctam orthodoxam et catholicam fidem. Sed Græcus manifeste se erigit contra articulum de Spiritu sancto. Ergo, etc.

Item : Falsarii Scripturarum authenticarum sunt excommunicati per concilia ; sed ipsi falsificant Scripturas, et utuntur falsis, et scienter. Ergo anathematis gladio percussi incedunt per viam damnationis.

Et beatus Athanasius in Symbolo rectæ fidei, cum dixisset : « Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus : Filius a Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus ; Spiritus a Patre et Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens, » in fine libri subjunxit et ait : « Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter : firmiterque crediderit, salvus esse non poterit. » Sed Græci non credunt, quæ in eo continentur ; salvari ergo non possunt.

Nos autem sanctorum Græcorum et Latinorum sententias secuti, credimus et confitemur, cantamus, et scribimus, et docemus Patrem a se, non ab alio : Filium a Patre solo genitum : Spiritum sanctum a Patre et Filio æqualiter procedentem, et pariter tres quidem discretas, distinctas, et perfectas hypostases ; sed unam essentiam, unam deitatem, unam potestatem, unam causam : a quo omnia, et per quem, et in quo sunt omnia : et ipsi est gloria, et honor, et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Illos vero qui dicunt : Spiritus sanctus procedit quidem a Patre, sed non a Filio, vel aliter, et plus a Patre, quam a Filio : aut prius a Patre, quam a Filio, et similia, ratione fidei adversantia : et hoc asserendo credunt, prædicant et scribunt, sicut jam dudum definitum est a sanctis Patribus, tanquam hæreticos a catholica Ecclesia abjicimus, et vitamus, maledicimus, et reprobamus.

Distinctio de animabus.

Expedito in præcedentibus primo articulo, scilicet de processione Spiritus sancti a Filio, in quo, ut singulis versutis Græcorum objectionibus

(10) Constantinopolitanum.
(11) Deest aliquid.
(12) Cap. 44.

respondimus, et ipsos tanquam veritatis falsarios ex libris suis, quibus se jactant, et contra Romanam erigunt Ecclesiam, non solum errasse, verum etiam in Canonem latæ sententiæ incidisse probavimus ; forsan plus necessario præter propositum prolixi fuimus ; restat nunc videre per eadem testimonia, ubi animæ talium, id est, infidelium et male credentium, exeuntes a corpore recipiantur. Opinio enim eorum est, sicut diximus : quod neque in paradisum bonæ, neque in infernum ante diem judicii vadunt animæ reproborum : sequentes quemdam hujus hæreseos inventorem, archiepiscopum quondam Cæsareæ Cappadociæ, Andream nomine, qui dicit propria corpora præstolari, ut cum eis, cum quibus bona vel mala commiserint, retributiones similiter factorum recipiant. Qui etiam ad confirmandam suam opinionem erroneam, auctoritatem Apostoli ad Hebræos pro se introducit, qua dicitur : *Et hi omnes testimonio fidei probati, non receperunt repromissionem Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur* [51].

Cui Andreæ obviat beatus Joannes Chrysostomus in expositione ejusdem Epistolæ, et talia testatur : « Perceperunt quidem juxta coronas debitas. Si unum corpus sumus omnes, major efficitur isti corpori delectatio sive fruitio, quando communiter, et non particulariter coronantur. Etenim etiam justi in hoc sunt admirabiles, quia gaudent fraternis bonis tanquam in propriis. Itaque et hoc ipsum secundum voluntatem eorum est, ut simul cum propriis membris coronentur ; nam simul glorificari magna est ei fruitio. » Quasi dicat sanctus, juxta illud Apocalypsis : *Datæ sunt singulis stolæ albæ* [52], prætendentibus vindictam proprii sanguinis, id est, desiderantibus mutationem in melius corporum. Singulæ stolæ albæ, id est, prima stola, quæ est glorificatio animæ : *Et dictum est eis, ut quiescant adhuc modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum vestrorum* [53] ; hoc erit in fine mundi, quando resumptis corporibus gloriosis, in utroque, et de utroque gaudebunt. Tunc quidem habebunt perfectum gaudium sancti, qui quoniam habent modo adhuc oculum mentis ad corpus naturale, eorum gaudium imperfectum aliquo modo etiam a sanctis nostris doctoribus judicatur.

Beatus quoque Athanasius, in libro *Quæstionum* suarum, cum interrogatus fuisset, ubi essent nunc animæ defunctorum ? respondit quærenti : « Extranea quidem, et metuenda quæstio, et hominibus occultata. Non enim permisit Dominus, quemlibet eorum solvi, qui ibi sunt, et ad nos venire, ubi vel quomodo sint præassumptæ animæ defunctorum. »

Verumtamen ex divinis Scripturis docemur, quod peccatorum animæ in inferno sunt, subtus omnem terram et mare, sicut, docet Psalmista : *In tenebrosis et umbra mortis, et lacu inferiori* [54]. Et sicut scriptum in Job : *In terram tenebrosam et turbulentam, in terram tenebrarum æternarum, ubi non est claritas, nec videre vitam* [55]. Justorum autem animæ post adventum Christi, sicut in latrone didicimus, in paradiso sunt. Non enim propter animam solam latronis Christus Dominus paradisum aperuit, sed et propter reliquas sanctorum animas.

De isto insuper latrone Joannes Chrysostomus, exponens illud verbum Lucæ : *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso* [56], ita loquitur : « Quidam dicunt nondum assecutum esse latronem paradisi mansionem, sed propter promissionis firmitatem, et immutabilitatem dicunt dominum dixisse : *Hodie mecum eris in paradiso.* » Alii autem, et ad vocabulum cogunt. Dicunt enim : Oportet nos distincte et punctatim legere sic : *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso* ; quasi in futurum tempus æstiment respicere promissionem. Impossibile est, inquiunt, ipsum nunc esse in paradiso, cum Apostolus dicat de sanctis in Epistola ad Hebræos : *Hi omnes non receperunt promissiones, ut non sine nobis consummarentur* [57]. Et post pauca adjungit idem sanctus, reprobatis istorum opinionibus, dicens : « Et latro quidem paradisum possidet, sive assecutus est. Non enim mentiri potest, qui dicit : *Hodie mecum eris in paradiso.* »

Item in prædicto libro *Quæstionum*, cum iterum diceret quærens : « Numquid non memores erunt animæ præassumptæ, sicut angeli memores sunt ? sanctorum quidem animæ prorsus memores sunt ; peccatorum vero animæ cum sint in inferno, neque Dei, neque nostri memores sunt. » Et addidit David dicentem ad Dominum : *Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi* [58] ? Et iterum : *Non mortui laudabunt te, Domine, neque omnes qui descendunt in infernum* [59].

Idem sanctus in prædicto libro, ad aliam quæstionem sibi factam : Quid, scilicet, ibi operentur nunc animæ præassumptæ, respondit : « Anima a corpore soluta, nec bonum, nec malum valet operari (13). Nam visiones, quas vident quidam de his qui mortui sunt, dispensatione Dominus ostendit ad nostram utilitatem. Sicut enim lyra non habens pulsantem, otiosa jacet et absque opere : sic anima et corpus ab invicem separata nihil operari queunt. Sanctorum autem animæ a Spiritu sancto impulsæ sive tactæ cum angelis in terra viventium Dominum laudant, et exsultant. »

[51] Hebr. XI, 39. [52] Apoc. VI, 11. [53] ibid. [54] Psal. LXXVII, 7. [55] Job X, 21. [56] Luc. XXIII, 43. [57] Hebr. XI, 40. [58] Psal. VI, 6. [59] Psal. CXIII, 17.

(13) Meritorie scilicet, vel demeritorie.

Ecce habemus ex his magnis duobus testibus Athanasio et Chrysostomo, quod sanctorum animæ, secundum fidem et spem Romanæ Ecclesiæ, regnant etiam nunc cum Christo ; animæ reproborum, factorum suorum dignam mercedem recipientes, cruciantur in inferno in sæcula sæculorum.

Quod similiter ita fuit olim certum Ecclesiæ Græcorum, quod non solum in libris, verum etiam parietibus ecclesiarum suarum, antiqui Patres manifestis indiciis imprimere curaverunt. In quibusdam enim picturis, angelos lucis deferentes sanctorum animas in cœlos conspicimus. In nonnullis vero Satanæ angelos ex corporibus morientium reproborum, cum quadam violentia extrahentes animas, et in tartara secum ferentes reperimus. Unde quomodo nunc ad tantam dementiam devenerunt ut dicant, defunctos nec paradisi perfrui gaudiis, nec cruciatus infernales pro varietate meritorum sustinere, nescimus, sed solum mirari possumus. Præsertim cum de hoc populi aures repleant in ecclesiis in officio suo frequentato. Dicunt enim de martyribus sic : « Famosissimi martyres, vos terra non absorbuit, vel occultat, sed cœlum suscepit, et intus exsistentes ligno vitæ remunerati estis : apud Christum intercedite, ut detur nobis pax et magna misericordia. »

Item : « Vos, qui pro Verbo passi estis usque ad mortem, athletæ, animas quidem habetis in cœlis in manu Dei, et per universum orbem honoramini. Vestras reliquias sacerdotes et reges adorant, et omnes populi exsultantes assueti clamant : Somnus pretiosus est in conspectu Domini mors sanctorum ejus. »

Item in eodem officio talia cantantur : « Chorus sanctorum invenit fontem vitæ, januam paradisi. Inveniam et ego veniam per pœnitentiam ; ovis errabunda ego sum : revoca me, Salvator, et salva me. »

Item : « Per vos, qui prædicantes Agnum Dei occisi estis ut oves, et ad vitam quæ sine senio est, et sempiternam transpositi estis. Hunc enim Agnum attentius martyres petite, debitorum solutionem nobis donantes. »

Item in Officio mortuorum talia pro defunctis orant : « Dona requiem, Deus, famulis tuis, et ordina eos in paradiso, ubi chori sanctorum sunt, Domine, et justi fulgent in gloria, « His ita se habentibus, quis eorum potest excusari de ignorantia ?

De quatuor receptaculis defunctorum.

Sed et si plus aliquid scire cupiunt Græci de animabus defunctorum, legant et intelligant libros suos, et invenient quatuor receptacula defunctorum, scilicet cœlum empyreum, quod et paradisus beatorum dicitur, infernum, limbum et purgatorium.

De primo et secundo dicta sufficiant.

De tertio respondebit Athanasius vice nostra. In prædicto siquidem libro *Quæstionum* suarum, movetur iterum a quærente quæstio talis : *Ubi, quæso, sunt, vel perveniunt pueri defuncti, vel in tormentis vel in regno ?* Et ubi infidelium pueri ? Ubi etiam non baptizati, et defuncti ? cum fidelibus vel infidelibus ? Ad has itaque quæstiones breviter satisfaciens quærenti respondit : « Domino nostro dicente : *Sinite parvulos venire ad me, talium est regnum cœlorum* [60] ; iterumque Apostolo dicente : *Nunc autem filii vestri sancti sunt* [61], manifeste constat, quod tanquam mundati et fideles, in regnum intrant Christianorum filii baptizati. Non baptizati autem, et etiam gentilium pueri, neque in regnum intrant, neque iterum ad tormenta vadunt : sunt enim expertes peccati (14). » Cum igitur Pater sanctus asserendo dicat, animas puerorum non baptizatorum nec paradisi perfrui gaudiis, neque iterum cruciatus inferni, cum sint sine actualibus peccatis, sustinere, reliquit in nostra intelligentia locum tertium, ubi animæ talium, Deo jubente, post hanc vitam recipiuntur, in quo scilicet nec boni præsentiam, nec mali sensibilem pœnam aliquam experiantur. Et licet huic loco Pater sanctus nomen non imposuerit, sancti tamen Latini, ut Augustinus. Gregorius et cæteri, quippe qui eodem spiritu repleti fuerunt, determinantes de nomine loci, hunc locum *sinum Abrahæ*, sive limbum nominaverunt, in quem ante adventum Christi sancti Patres descendebant. Nunc vero pueri, qui absque baptismo decedunt, sine pœna sensibili, ut dictum est, detinentur,

Probatio, quod sit purgatorium.

De quarto loco, id est purgatorio, multa sanctorum Patrum testimonia reperimus. Et primo in Epistola ad Corinthios, ubi loquitur Apostolus : *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus. Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, pretiosos lapides, lignum, fœnum, stipulam : uniuscujusque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit, qui in igne revelabitur ; et uniuscujusque opus, quale sit, ignis probabit. Si cujus opus manserit, quod superædificavit, mercedem accipiet ; si opus arserit, detrimentum patietur ; ipse autem salvus erit ; sic tamen quasi per ignem* [62]. Cum quidam doctorum suorum inter eos attentius ut dictum locum exponeret, adjecit : « Ignem istum credimus καθάρτήριον, id est mundificatorium, in quo animæ defunctorum probantur tanquam aurum in fornace. »

[60] Matth. x, 13. [61] I Cor. vii, 14. [62] I. Cor. iii, 11-15.

(14) Actualis scilicet.

Sancta quoque Macrina, soror beati Basilii, cum esset liberalibus studiis imbuta et Spiritu sancto repleta, inter alia quæ de sacris eruditionibus divinarum Scripturarum exposuit, de igne purgatorio talia testata est dicens : « Oportet animam ad similitudinem Dei factam, ad ipsum redire ; non redit autem nisi purgata ; purgatur vero per ignem, post hanc vitam paratum. »

Istud testimonium reperitur in tractatibus qui *Macrina* nominantur. Sed forsan dicent nobis : Nos testimonium mulierum non credimus. Esto ! Audiant igitur fratrem ejusdem virginis magnum doctorem Ecclesiæ beatum Gregorium Nyssenum, quæ, et qualia in sermone, qui in primo Sabbato post Pentecosten in commemoratione defunctorum, legitur, de igne purgatorio referat testimonia. Dicit enim : « Si humanam naturam voluntarie juxta liberi arbitrii motum quidem indecenter præcipitantem se, violenter ac coacte ad suum beneplacitum transponeret, id est, ad se traheret Deus, vel induceret, ablatio esset hæc utique præhabitæ bonitatis et æquipollentis Dei dignitatis privatio. Æquale Dei est liberum arbitrium. Ut ergo et potestas maneret naturæ, et malum aboleretur, hoc invenit Dei sapientia consilium, dimittere scilicet hominem in his, in quibus voluit esse, ut gustatis malis, quæ operatus est, rursus redeat per desiderium voluntarium ad pristinam beatitudinem, omneque vitiosum et irrationabile quoddam pondus postponens, et removens a natura, sive præsenti vita per orationes et observantiam mandatorum expleatur : vel post hanc vitam penitus per purgatorii ignis conflationem purgetur. »

Item beatus Basilius, introducens personam defuncti loquentem in Officio mortuorum talia dicit : « Imago sum ineffabilis gloriæ tuæ. Et si stigmata vel punctiones porto delictorum, miserere tuæ plasmationis, Domine, et purga per viscera misericordiæ tuæ : et desiderabilem pœnitentiam concede mihi, paradisi civem rursus faciens me. »

Item Damascenus, in sermone mortuorum, volens probare quod eleemosynæ, et orationes, et alia beneficia Ecclesiæ prosint defunctis, introducit, verbi gratia, exemplum, quod in Vitis Patrum de quodam discipulo cujusdam Patris legitur, et dicit : « Cum autem defunctus esset discipulus ejus, scire volens senex, quæ et qualia meruisset in vita sua juvenis ille, cœpit aures Domini orationum instantia pulsare. Cumque ista per aliqua horarum spatia fierent, vidit senex prædictum juvenem in fluvio igneo usque ad gulam demersum. Cum vero orationi anxius incumberet, prospexit eumdem usque ad cingulum. Ultimo autem orationis beneficio ex toto liberatum aspexit. »

Sed dicent forsan Græci : « Ignem istum credimus ignem infernalem, a quo etiam quidam virtute orationis liberantur, ut Trajanus imperator, qui per beatum Gregorium, qui Dialogus dicitur, fuit sustentatus. » Sed contra beatus Basilius in Officio mortuorum, de infructuosa pœnitentia exsistentium in inferno talia fatetur : « Quid turbaris importune, o homo ? una hora, et omnia prætereunt : non est in inferno pœnitentia ; nec est ibi requies. Ibi vermis, qui non dormit, ibi terra obscura et tota nebulosa. »

Item beatus Athanasius, cum quæreretur a quodam, quæ essent illa peccata, quæ per orationes, et alia beneficia, et suffragia diluentur post mortem, respondit de his : « Magnus Dionysius sic dicit : Si quidem levia et subtilia exsistunt peccata defunctorum, percipiunt utilitatem de beneficiis, quæ pro eis fuerint : si vero gravia vel turpia fuerint peccata hominis, conclusit contra eum, vel adversus eum Deus. Verum tamen oportet nos curam gerere de propriis animabus, et non sperare post mortem per alias oblationes consequi veniam delictorum. » Hæc et his similia in Vitis Patrum, et in Dialogo beati Gregorii, quem similiter recipiunt, de animabus defunctorum reperiuntur testimonia : quæ purgatorium locum post mortem esse sufficienter indicant, etsi Paulus tacuisset. Græci nostri temporis terrenarum rerum sollicitudine, non tam pro se, quam pro uxoribus suis et filiis occupati, tenent libros pulchros quidem et veros, nisi quos corruperunt, clausos, quin et sibi penitus ignotos ; unde nobis veritatem, quam tenent, et ignorant, prædicantibus, quasi falsariis Scripturarum, et nova inaudita dogmatizantibus contradicere non verentur.

Alii vero obducto supercilio grandia verba trutinantes, auctoritatem Apostoli ad Corinthios repugnantem, pro se exponere conantur. Dicunt enim : *Fundamentum aliud nemo ponere potest præter id, quod positum est, quod est Christus Jesus* [63]. Fundamentum unum, sicut jam diximus, est ille lapis angularis Christus, super quem ædificati sunt apostoli et prophetæ, et qui pro tempore fuerunt Patres Spiritus Dei pleni. Aurum vero, et argentum, et lapides pretiosi sunt evangelica præcepta, et altitudo divinorum dogmatum, contra quæ portæ inferi non possunt prævalere. Conati sunt nihilominus super illud fundamentum immobile, malitiosi sectatores, hæresiarchæ dico, adulterantes et corrumpentes sermonem veritatis, ædificare ; id est omnem materiam pravæ doctrinæ superinducere, putantes, ut ita dicamus, in hoc se obsequium præstare Deo. Sed veniet secundus Domini adventus, sive apparitio, et inutilia quædam ædificationis opera cæterorum doctorum cum detrimento consumentur, sive comburentur ; ipsi autem sic salvi erunt, quasi per ignem, inexstinguibilem scilicet. Salvabitur ergo talis, *sanabitur*, *servabitur* per ignem sicut adamas, qui nunquam consumitur per ignem. Sic et ipsi hæretici et malitiosi sectatores salvabuntur, non ad purgandum, sed ad cruciatus

[63] I Cor. III, 11.

æternos sustinendos, Hæc est, inquiunt, expositio vera, et hic sensus auctorum.

Ad quod, licet superius satis determinatum sit, dupliciter respondemus. Primo, per virtutem verbi, quod dicitur, *salvabitur*. Istud namque verbum σώζω, quod Latine redditum, sonat, *solvo*, ita proprie significat salutem, id est, liberationem ab omni molestia: quod nunquam, et maxime in pœna conservationem. Et cum abundantissima et copiosissima exsistat lingua Græca, ita appropriatæ sunt verborum significationes suis terminis: quia nunquam, aut rarissime, præcipue in sacra pagina ponitur unum pro reliquo. Unde aliter definierunt, *custodire*, aliter *conservare*, aliter *sanare*. Primum namque dicunt φυλάττω, secundum τηρῶ, tertium σώζω, quod salutem, id est, liberationem ab omni incommodo, quod est electorum: quo verbo usus est Apostolus in præmissa auctoritate, definierunt. Sic σώζω, unde σωτηρία salus, et σωτὴρ, id est, Salvator. Unde iste expositor præmissæ auctoritatis Apostoli aut virtutem verborum ignoravit: aut, quod magis præsumendum est, sciens et prudens veritatem fidei malitiose abscondit.

Secundo respondemus, quod præpositio verbi hujus, *per*, sumitur aut causative, aut instrumentaliter. Quocunque istorum modorum sumatur, nusquam adamas salvatur secundum eos per ignem; quia non habet hoc ab igne, ut conservetur lapis illæsus, sed potius a natura taliter sibi a Deo insita, ut scilicet ab elemento ignis non possit corrumpi. Similiter et homo corruptibilis cum sit, non habebit hoc ab igne sive gratia ignis, ut in æternum sive vivens in igne crucietur; sed Deo jubente, supra naturam ad malum suum, tale quid post resurrectionem recipiet, ut sit in æternum vivens, sine fine per ignem, et in igne, non jam salvetur, id est, conservetur secundum Græcos, sed potius crucietur. Salvari ergo hominem dicimus, cum a peccatorum venialium maculis, mediante illo igne temporali et purgatorio, liberabitur: ut sic videlicet anima purgata, seu purificata propriis maculis, digna conspectui judicis quandoque præsentetur. Scriptum est enim *Nihil coinquinatum intrabit in eam* [61]; sed anima portat inquinamenta venialium, ut supra ostensum est per illam antiphonam: *Imago sum ineffabilis*, et cætera. Ergo, non nisi purgata. Et sicut habemus de divite et Lazaro, quod irrefragabiliter responsum accepit, quod non posset transire aliquis a loco tormentorum, igitur purgabitur alibi. Istum locum dicimus locum purgatorii, ad quem transeunt animæ, quæ dum adhuc viverent, de suis excessibus plenarie non satisfecerunt. Habemus igitur ex præmissis quatuor receptacula defunctorum, id est, paradisum bonorum, infernum damnatorum, lymbum puerorum non baptizatorum, et purgatorium pœnitentium.

[61] Apocal. xxi, 27.

Incipit tertia distinctio. De sacramento altaris.

Dicto superius de processione Spiritus sancti, quam Græci negant et de paradiso, et inferno, nec non et de purgatorio, de quibus similiter male sentiunt: nunc de sacramento charitatis, id est Eucharistiæ, consequenter videamus. Verum quia quasdam frivolas rationes videntur prætendere in suam defensionem sui erroris, illa postponenda sunt, quæ sub prætextu pietatis errore hujusmodi nutriunt, ut non solum visis rationibus et auctoritatibus, reprobentur: verum unde, et a quo habuerunt originem declaremus, ut cum absque robore firmitatis, velut domus sine fundamento, apparuerint, ad modicum impulsum fidelium, omnis eorum structura nequitiæ, ruinæ exponatur.

Anno itaque ab incarnatione Domini millesimo quinquagesimo tertio, tempore Leonis papæ noni, fuit quidam patriarcha in urbe regia Constantinopoli, nomine Michael Circularios [Cerularius.] Hic si quidem secutus per omnia prædecessorem suum Photium patriarcham, qui prius superbam cervicem suam contra summum pontificem erigere attentavit, nisus est quantum potuit, etsi non quantum licuit, Latinos, qui in eadem urbe tunc temporis sub imperatore Græco degebant, ad Græcorum ritus, et præcipue ad sacrificandum in fermentato, tandem per censuram ecclesiasticam invitare. Sed quia tantum nefas diu Romanam curiam latere non potuit, missi sunt a pontifice summo legati ad prædictam civitatem, qui hujusmodi furentium impetum per auctoritatem sedis apostolicæ refrenantes, eum et sequaces ejus anathematis gladio percusserunt, ex tunc itaque Græci majoris invidiæ stimulis agitati, quam plures libros, seu tractatus in confusionem Romanæ Ecclesiæ ediderunt, et suis posteris legendos, tanquam authenticos, et fidei catholicæ firmitatem habentes, districte mandaverunt; eos vero, qui in his contraria dogmatizare præsumerent, annuatim in ecclesiis, voce præconis, quod usque hodie in eorum ecclesiis conventualibus observatur, hæreticos denuntiarent.

Hunc igitur Michaelem Græci usque hodie sequentes, Latinos *Azymitas* voce publica asserere non verentur. Unde in tantam excæcationem et contemptum apud eos devenit mysterium sacramenti, ut non solum in mortis articulo ex eo sumere recusent, verum etiam incendii supplicium potius eligant sentire, quam simpliciter confiteri. Probat hoc Cyprius, qui nostris temporibus duodecim monachos Græcos, isto errore laborantes, novos diaboli martyres, per flammas ignis produxit. Dicebant enim prædicti monachi: Sacramentum Latinorum lutum esse, et non sacramentum: et quod sacrificantes, vel sumentes ex eo, more gentilium dæmoniis immolarent. Rationes autem quas contra Latinos allegant, et quibus se tueri videntur, sunt istæ

Rationes Græcorum contra Latinos in azymo consecrantes.

Primo dicunt, quod Dominus noster, qui in sui memoriam hoc fieri mandavit, non in azymo, sed fermentato pane tradidit discipulis suis. Constat enim, quod secundum legem Moysi, quarta decima luna fiebat immolatio agni et esus azymorum, sicut scriptum est Levitici XIII, quæ dies Pascha proprie vocabatur. Sed Dominus juxta Evangelium Joannis, *ante diem festum Paschæ*[63 66] celebravit. Cœnam cum discipulis suis, et mysterium corporis et sanguinis sui tradidit. Si in tali die, qui erat tertia decima luna, celebravit Pascha, tunc utebantur fermentato; ergo de fermentato tradidit corpus suum,

Item: *Non introierunt prætorium, ut non contaminarentur, sed manducarent Pascha* [67]. Sed tunc fuit luna quarta: decima ergo in præcedenti, fuit luna tertia decima, quando Dominus tradidit corpus suum, et inde ut prius.

Item cum evangelista de materia illius panis faceret mentionem, non dixit: Jesus accepit azyma, sed: Accipiens Jesus ἄρτον Et ἄρτος supponit pro fermentato. Ergo, etc.

Item cum scriptum sit, quod stando et cum lactucis agrestibus et festinanter deberet comedi agnus paschalis, nullum tale quid in Evangelio reperitur. Unde constat, quod illa cœna non fuit Pascha Judæorum, sed potius cœna et Pascha Christianorum, et non cum azymis, sed cum fermentato pane, quod significat Christi perfectionem, fuit celebratum. Nam Christus noster Dominus duas naturas in unam personam sibi univit, et sicut divina est simplicissima, ita humana est composita ex anima et corpore, sive carne. Sicut ergo in Christo fuit et est divinitas, anima, et corpus: ita in mysterio sacramenti nostri, quod ex perfecto pane, id est fermentato, perficitur, similiter tria reperiuntur, scilicet forma, fermentum, et aqua. Vestrum autem sacramentum non solum non est verum sacramentum, sed nec sacramentum quidem, quod tantum discrepat a veritate. Hæ sunt rationes, quas in eorum libris me invenisse recolo, et ab ore ipsorum audivisse in disputatione.

Responsio ad rationes Græcorum.

Ad primum igitur objectum respondemus sic: Quod fecit Dominus Pascha tempore et modo debito, aut non. Si dicaut, non: contra Joannes Chrysostomus, homilia octagesima quarta super Matthæum, ita dicit: « Non enim Christus transgreditur Paschæ tempus, sed Judæi, qui omnia præsumunt, Christum conculcant et leges; quia diligenter fervebant furore, et sæpe conantes interficere, non valuerunt: tunc accipientes ipsum ex insperato, voluerunt etiam Pascha dimittere, pro homicida sua voluntate implenda. Propter quod congregati sunt omnes, » etc.

Idem super Joannem: « Non ergo, ut aliter opinantibus visum est, Dominus Salvator, qui et ipse ait: *Non veni solvere legem, sed adimplere* [68], Pascha suum anticipavit: sed tempore, et modo debito cuncta consummavit. » Fecit ergo Pascha Dominus cum discipulis suis, sicut evangelista testatur, quando fecit cum azymis et agno immaculato, ut in lege scriptum est.

Item Theophylactus, Bulgariæ episcopus, exponens illud quod legitur ad Corinthios: *Convenientibus vobis in unum*[69], etc. ita dicit: « Non possum non concedere, quando ipse Dominus corpus suum ex pane, quem habebat, scilicet azymo, cum dies essent Azymorum, tradidit discipulis suis, si secundum Evangelia et sanctorum Patrum sententias, celebravit Dominus tempore debito Pascha; unde tunc fermentatus apparuit contra legem? Sicut enim scriptum est in Exodo XII *Septem diebus fermentatum non apparebit in domibus vestris*[70]. Quod si credimus verbis Veritatis dicentis: *Non veni solvere legem*, etc., credendum est, et prædicandum, Dominum Jesum nec unum iota, nec unum apicem legis præteriisse, et ut totius transgressionis immunem, dixisse insidiatoribus suis: *Quis ex vobis arguet me de peccato*[71]? alioqui nec peccata multorum tulisset, nec pro transgressoribus orasset ut non perirent, nec pro nobis passus, sed pro sua prævaricatione *juste punitus* [72] fuisset, præsertim quod non solum transgressor legis inventus esset fermento tunc apud se reperto; sed insuper multos discipulos reos mortis effecisset, cibans eos fermentato, et in injuriam divinæ legis; quod est impossibile. »

Unde quamvis principes sacerdotum falsum testimonium quæsissent adversus eum, ut eum morti traderent, nullum tamen tale quid objecerunt, quale Græci nunc objiciunt. Quod si fuisset objectum, solum sufficisset ad perdendum enm. Nec Pilato dicente: *Accipite eum vos, et secundum legem vestram judicate eum*, dixissent: *Non licet nobis interficere quemquam* [73], quia ipsi præcepto legis interfecissent fermentati participem, et dixissent: *Nos legem habemus, et secundum legem debet mori*[74], quia fermentatum comedit in Pascha, aut certe apud eum apparuit.

Sed forte dicit Græcus: Non in publico, sed in occulto hoc egit. Absit! Quia non solum de factis suis, sed etiam de dictis ait ipsi summo pontifici: *Ego palam locutus sum mundo, et in abscondito locutus sum nihil. Qnid me interrogas? interroga eos qui audierunt* [75]. Sed etiam numquid dominum domus, in qua Pascha celebravit, latuit? aut certe si ipse consensit, numquid et Judam complicem malignorum latere potuit? qui juxta Psalmistæ vocem: *Dux meus et notus meus* vocatur [76]; præsertim cum fuerit dispensator, quem Dominus dilecto

[63.66] Joan. XIII, 1. [67] Joan XVIII, 28. [68] Matth. V. 17. [69] I Cor. II, 18, [70] Exod. XII, 20. [71] Joan VIII 46. [72] Isa. LIII, 1 seqq. [73] Joan. XVIII, 31. [74] Joan. XIX, 7. [75] Joan. XVIII, 20, 21. [76] Psal. LIV, 14.

anni demonstrans ait: *Ipse est, cui intinctum porrexero*[77]; et: *Qui mecum intingit manum opside, hic me tradet*[78]. Quod si ita est, quæ hibuit infelicem Judam, de memorato fer- to ipsum prodere sanguinem justum palam, mnibus modis quærebat prodere clam? aut cesse habuit dicere: *Peccavi tradens san- justum*[79]; cum tradendo transgressorem vertit a se et a populo furorem Domini, et n promeruit? Sicut enim scriptum est in onomio: *Si propheta quilibet, aut filius tuus, a, seu uxor, et amicus quem diligis ut ani- am, voluere clam persuadere tibi, ut averta- æremoniis leges, non acquiescas eis, nec au- nec parcat ei oculus tuus, nec miserearis, et s eum, et statim proditopopulo interficies, ut tur Dominus ab ira furoris sui, et misereatur ultiplicetque te*[80], etc.

iterum dicunt Græci: Si creditur omnipo- oluit utique subito fermentatum undecunque re, aut certe ipsum azymum benedicendo ntare. Quod quam sit frivolum, nemo est, qui telligat: quia quocunque modo apud eum in olemnitate fermentatum apparuisset, legis ressor fieret, et plane dignus puniri, qui in legis contumeliam fermentatum tractasset. si quolibet modo tantum miraculum factum , aliquis evangelistarum narrasset; cum etiam m minima, nec narratione adeo digna, ut de tione discipulorum, diligenter fuerint nar- mnia ergo tam obstinato silentio reticuerunt arii sacramenti initium, quod totius Ecclesiæ t fundamentum. Unde quamvis sit omnipo- tud facere non potuit, quia noluit. Quare ? Quia transgredi legem noluit. Unde? *Non olvere legem, sed adimplere*[81]. Quod autem otentia sua ligetur ratione necessaria et robatur per evangelistam Matthæum, dicen- patria Christi: *Non potuit ibi virtutes mul- ere, propter incredulitatem eorum*[82].

Responsio ad auctoritatem Joannis.

secundum objectum de auctoritate Joannis: *n introierunt*[83], etc., dicimus, quod Pascha liciter accipiatur. Aliquando enim est dies lationis: unde Levitici: *Decimo quarto die ad vesperam Pascha Domini est*[84]; et in Mat- *Scitis quia post biduum Pascha fiet*[85]. Ali- lo agnus immolatus, ut: *Unde vis paremus scha*[86]? Quandoque vero dies azymorum, sic- petur in Actibus apostolorum de Petro: *Vo- st producere eum populo; erant enim dies azy- n*[87]. Aliquando autem panes azymi, sicuthic: *introierunt in prætorium, ut non contamina, , sed ut manducarent Pascha*[88], id est, panes azymos. Unde, licet Dominus dixerit discipulis suis: *Scitis quia post biduum Pascha fiet*[88], etc., Matthæus tamen ipsius diei, in cujus vespera, qua Pascha fiebat, mentionem faciens ait: *Primo die azymorum accesserunt discipuli*[89], etc. Cui concordans Marcus ait: *Erat autem Pascha et azyma post biduum*[90]. Et post pauca: *Prima die azymorum, quando Pascha immolabant*[91], etc. Si igitur videretur non accipiendum Pascha et azyma, ut modo Pascha, pro festo azymorum, et modo festum azymorum intelligatur pro Pascha; quomodo stabit: *Erat Pascha et azyma post biduum?* Sed beatus Lucas omnem solvens hæresis controversiam ait: *Appropinquabat dies azymorum, qui dicitur Pascha*[92]; et quia cum eo, qui proprie Pascha dicebatur, subsequentes quoque dies azymorum abusive nuncupantur Pascha, quem diem vellet intelligi, in sequentibus ostendit dicens: *Venit autem dies azymorum in qua necesse erat occidi Pascha*[93]. Quod plane in decima quarta luna fiebat ad vesperum, quando agnus occidebatur; quem etiam Pascha dici, evangelista sic perhibuit, ut in ipso Pascha occidendum diceret.

Porro, qualiter intelligi debeat, quod ait: *Ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha*[94-99]. Paulo post ait: *Erat autem Parasceve Paschæ hora quasi sexta*[1]. Parasceve Paschæ, præparatio Paschæ interpretatur: quando jam præparabatur, et instabat celebritas dici magni Sabbati, qui celebrior cunctis diebus tunc habebatur paschalibus apud Judæos: adeo ut observantia ejus gentilis hominis cohabitatione, veluti introitu prætorii, pollueretur. Igitur: *Ne in cruce remanerent corpora in Sabbato, rogarunt Pilatum, ut tollerentur*[2]. Pascha igitur, in præmissa auctoritate, accipitur pro azymis: quo necessario concesso, cessat adversariorum objectio.

Solutio ad tertiam.

Ad tertiam, quod dicunt, quod ἄρτος supponitur pro fermentato, dicimus, quod multum discrepant a veritate: quia ἄρτος in sacra Scriptura non solum pro azymo, verum etiam pro quolibet pane sumitur, prout in sequentibus apparebit. Scriptum est in Luca, quod cum Dominus apparuisset in specie peregrini, coactus fuit a duobus discipulis, ut discumberet, et post: *accepit ἄρτον, et benedixit*, et quæ sequuntur[3]. Sed constat, quod hæc facta sunt in die Resurrectionis, hoc est, in die azymorum, qui per septem dies secundum legem durabant, in quibus non solum non comedi, verum nec in domibus, nec in finibus illis omnibus, panis fermentatus poterat inveniri. Constat ergo, quod ille panis, qui secundum Græcos ἄρτος dicitur, non fuit fermentatus, sed azymus. Ἄρτος ergo supponit pro azymo.

oan. XIII, 26. 78 Matth. XVI, 23. 79 Matth. XXVII, 4. 80 Deut. XIII, 6-10. 81 Matth. V, 17. 82 Matth. 3. Marc. VI. 83 Joan. XVIII, 28. 84 Exod. XII, 18. 85 Matth. XXVI, 2. 86 Ibid. 17. 87 Act. XII, 3, 4. n. XVIII, 18. 89 Matth. XVI, 2. 90 Marc. XIV, 1. 91 Ibid. 12. 92 Luc. XXII, 1. 93 Ibid. 7. 94-99 Joan. 28. 1 Joan. XIX, 14. 2 Ibid. 31. 3 Luc. XXIII, 13.

Atque hoc ipsum habemus in Levitico, ubi Moses de panibus propositionis fecit mentionem, qui azymi erant, secundum legem [4]. Item, ubi ait: *Comedetis panes azymos cum lactucis agrestibus*[5], habens in Græco, comedetis ἄρτον. Item in Sapientia, ubi scriptura de pane cœlesti, id est manna, *paratum de cœlo* [6], etc., dicit Græcus, ἄρτον. Item Psalmista, ubi nos dicimus: *Panem angelorum* [7], in Græco habetur ἄρτον ἀγγέλων. Item Salomon: *Suavis est panis mendacii* [8]. Ecce manifesto constat, quod hoc nomen *panis* indifferenter accipitur, tam pro azymo, quam pro fermentato; et tam de eo quod replet ventrem, quam pro eo quod satiat mentem, hoc est, desiderium hominis, sive in bono, sive in malo.

Sed dicit iterum Græcus: Veritas debet correspondere umbræ. Sed quarta decima luna ad vesperam immolabatur agnus typicus. Ergo in die Parasceve fuit luna quarta decima. quia quarta decima luna immolatus fuit Agnus verus. Ergo et in quinta feria præcedenti fuit luna tertia decima, et tunc fecit Christus Pascha suum. Ergo Christus comedit azyma Pascha.

Dicimus quod veritas respondet umbræ, quia in Pascha typico erant duo, scilicet agni immolatio, et comestio. Agnus typicus immolabatur luna quarta dicima; et immolatio veri Agni inchoata est luna decima quarta, qua captus erat Dominus. Et immolatio respondet immolationi. Comestio autem comestioni totaliter respondet; quia agnus typicus comedebatur quarta decima luna, et Dominus dedit corpus suum discipulis suis.

Si autem objiciatur de mulieribus, quod paraverunt aromata, quod non fecissent in die festo: dicendum est, quod opera misericordiæ non prohibebantur, sed tantum opera servilia, sicut dixit Dominus de Magdalena: *Sinite illam, ut in diem sepulturæ meæ servet illud* [9]. Item, circumcidere licebat in die Sabbato, quia hoc erat opus spirituale, non servile, sicut dicitur Matth. XII, 5: *Sabbatis sacerdotes in templo Sabbatum violant* circumcidendo hominem, *et sine crimine sunt.*

Si vero opposuerint nobis de die Sabbati · *Quia erat magna illa dies* [10]; dicendum est quia dies Sabbati magnus dicebatur, quia erat dies Sabbati, et insuper festum azymorum; non quia esset primus azymorum; quia omnes dies illi septem erant magni; primus tamen et ultimus majores erant. Hic autem dicebatur magnus esse, quia, sicut dictum est, duo concurrebant, scilicet Sabbatum, et festum Azymorum, id est una dies de septem diebus. De hoc vero, quod Judæi clamaverunt: *Non in die festo*; ergo non erat festum, quando crucifixus erat Dominus, dicimus quod licet clamaverunt, tamen fecerunt contra se, tanquam prævaricatores legis. Primo igitur die azymorum, qui erat dies, fecerunt Christum occidi.

Responsio ad aliud.

Ad id, quod sequitur, quoniam illa tria, quæ sunt in Christo, scilicet corpus, et anima, et divinitas, si ista fabula aliquo modo digna esset responsione, possumus dicere, quod præter illa tria, aliæ duæ proprietates possent in suo fermentato assignari. Est enim in farina fermentata sal, aqua, et ignis, sine quo unquam panis ad essentiam suam potest pervenire. Et ita non ternarius, ut ipsi mentiuntur, sed quaternarius et quinarius numerus in pane invenitur fermentato.

In nostro vero sacramento, in quo nihil est superfluum, etiam secundum significationes suas, tria tantum reperiuntur, scilicet farina, aqua et ignis; mediante quo farina et aqua conjunguntur. Farina supponit pro carne; aqua, pro anima; ignis vero pro divinitate; quæ utraque assumpsit in unitatem personæ. Sed quid nobis de istis fabulis vetularum? Audiant Græci super hoc beatum Gregorium in Dialogis, quæ, et qualia sacramento detrahentibus responderit Græco sermone, cum in Græcia translegatione fungeretur. Dicit enim: « Solet plane moveri quæstio, quod in Ecclesia alii fermentatum offerunt; alii panes azymos. Esse namque Ecclesiam distinctam quatuor ordinibus, novimus, scilicet Romanorum, Alexandrinorum, Hierosolymitanorum, et Antiochenorum: quæ Ecclesiæ generaliter nuncupantur, cum unam teneant catholicam fidem, diversis tamen utuntur officiorum mysteriis. Unde fit, ut Romana Ecclesia offerat panes azymos, propter quod Deus sine ulla commistione carnem suscepit. Scriptum est: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* [11]. Sic ergo pane azymo efficitur corpus Christi. Nam cæteræ supradictæ Ecclesiæ offerunt fermentatum, pro eo, quod Verbum Patris indutum est carne, et est verus homo; ita quod fermentatum commisceatur farinæ, et efficiatur corpus Domini nostri Jesu Christi verum. Sed tam Romana Ecclesia, quam prædictæ pro ineffabili mysterio, tam fermentatum, quam azymum, dum sumimus, unum corpus nostri Salvatoris efficitur. » Hæc sunt verba Gregorii, quæ in Vita ipsius Græco sermone reperiuntur (15).

Sed Joannes Chrysostomus, cum hujusmodi litem vellet de medio removere, in quadam epistola sua, quam Græcis de sacramento et aliis consuetudinibus Latinorum dubitantibus, de Constantinopoli transmisit, ita dicit: « Volentibus nobis aliquid dicere de sacra communione, utrum ex azymo, vel fermentato in sacra Dominica cœna facta fuerit: longioris temporis, et etiam perfec-

[4] Levit. XXI, 17. [5] Exod. XII, 8; Num. 9, 11. [6] Sap. XVI, 20. [7] Psal. LXXVII, 24, 25. [8] Prov. XX, 17. [9] Joan. XII, 7. [10] Joan. XIX, 31. [11] Joann. I, 14.

(15) Vide S. Thomam opusc. extremo, de error. Græcor.; Gennad. scholar. pro concil. Flor. c. 2, sect. 8.

scriptoris indigemus spatio. Sed multis
is, id quod utile et pacificum est, imo ut ita
, quod magis est secundum dispensationem et
arium, et quod magis continet veritatem,
lum est ; panis antequam consecretur, et
iatur, sive azymus, sive fermentatus fuerit,
renter panis est et dicitur sacris Eloquiis,
postmodum ostendemus. Postquam conse-
fuerit, neque azymus neque fermentatus
, vel est ; sed corpus et caro Domini, ea-
nec alia, quam quæ ab incorrupta Virgine
o Dei assumpta, et in dextera collocata, a
orthodoxis et catholicis mystice sumitur,
r quod et mysterium, hoc est, abscondi-
ominatur. Et ideo nonnullis est incompre-
ile hoc sacramentum ; transmutatur autem
virtute a Spiritu sancto in corpus et san-
n Jesu Christi, secundum quod ipsa sacra
a indicat, et etiam manifestat. Dicimus enim :
amus, Sancte sanctorum, ut beneplacito tuæ
tis veniat Spiritus sanctus tuus super nos,
er omnia hæc tua dona (sive munera) et bene-
et sanctificet, et ostendat quidem hunc pa-
ipsum pretiosum corpus Domini et Dei Sal-
s nostri Jesu Christi. »

gitur divina virtus, sive Deus transmutat
sita dona in corpus et sanguinem Jesu
i, superfluum est contendere, utrum ex azy-
ive fermentis fuerit, sive album, sive ru-
forsitan vinum, et hujusmodi quasdam stul-
riositates de metuendis et tremendis myste-
rscrutari.

A cant Eloquia sacra : *Sed super his omnibus tertia dies est, quo hæc facta sunt* [15], infra autem septem dies, erat dies illa. Ἄρτος ergo vocatur, ut ostensum est, azymus. Nam hoc nomen ἄρτος genus est fermentati et azymi ; et de ambobus prædicatur, sicut de speciebus. Ex his ergo verbis, ut dictum est, Chrysostomi, et aliis pro ista materia allegatis, satis manifeste colligitur, quod sancti Patres antiqui, tam Græci, quam Latini, tam de sacramento altaris, quam de aliis fidei articulis, sicut Ecclesia Romana, catholice et sancte senserunt. Moderni vero Græci, quia jugum obedientiæ sacrosanctæ dictæ Romanæ Ecclesiæ a collo suo indebite excutere voluerunt, multis eam involutam esse erroribus prædicare non verentur. Quia tamen ipsi suam rebellionem pertinacem quibusdam suis rationibus palliare non verentur : quid eorum libri contra clament, ex multis pauca in medium proferemus.

B

Quarta distinctio. In qua ostenditur quod papa est caput Ecclesiæ.

Sciendum vero, quod ad probandam obedientiam et debitam reverentiam Ecclesiæ Romanæ oportet nos quærere primo : « A quo habuit Ecclesia istam potestatem ? secundo, quando ? tertio an super omnes universaliter, an particulariter ? »

Quantum ad primum, distingue : Quia aut habuit a Deo, mediante Petro aut a principibus sæcularibus ; aut simul ab istis tribus ; aut a conciliis generalibus ; aut simul ab istis tribus ; aut a nullo istorum : sed usurpato sibi honore utitur Ecclesia violenter et indigne. Et istam ultimam concedunt Græci. Et dicunt quod nullus apostolorum fuit major altero : sed omnes fuerunt æquales et fratres, juxta illud : *Omnes autem vos fratres estis, et patrem nolite vocare vobis super terram, quia unus Pater vester cælestis est* [15].

C

Ad quod respondentes dicimus, quod Dominus hic non removet officium prælationis, cum Paulus apostolus dicat : *Obedite præpositis vestris, et subjacete eis* [16], sed libidinem dominandi. Unde non dixit : Nolite statuere : *Nolite vocari* : unde cum nos eligimus pastorem Ecclesiæ, non eligimus nobis patrem, vel matrem simpliciter, sed potius vicarium Patris nostri veri et Magistri, qui in cœlis est, sed, nec quem eligere volumus nos, sed quem Deus dare, juxta sanctiones et canones apostolorum suorum, constituit et ordinavit, juxta illud : *Nemo sumit sibi honorem, nisi vocatus a Deo, tanquam Aaron* [17]. Unde Glossa super illum locum : *Patrem nolite vobis vocare super terram* [18], sic ait : Quod Deo debetur, vobis non præsumatis ; nec alios Rabbi vocetis, nec divinum honorem hominibus deferatis. » Item alia Glossa : « Deus dicitur Pater et Magister, nam indulgentia Pater, ut honor ætati deferatur, non auctor vitæ habeatur : magi-

D

enim ἄρτος ab ἀρθώς, id est, *perfectione* :
is autem non est perfectus : quia caret
iento : ergo non est ἄρτος. Dominus autem
benedixit. » Talis est mirabilis eorum syllo-
s. Nos vero ad syllogismi hujus machina-
m, cum nullius valoris sit, infirmum, et de-
ullam faciamus responsionem ; ne videamus,
ensionem ejus, quæ in nobis est rationalis
æ, multa loqui et inutiliter. A sanctis ta-
vangeliis ἄρτον vocatum esse azymum pro-
us, sive ostendemus, et mendax istorum
logia apparebit. In Luca enim scriptum est :
tum est, discumbente eo cum eis [13]. Et post
: *Cognoverant eum in fractione* ἄρτου [14].
bi azymum ἄρτον nominavit. Quod autem
s fuerit ille, qui tunc in Emmaus Cleophæ
comitanti sibi datus est, hinc est manife-
Post immolationem agni septem diebus co-
ant Judæi azyma, quibus diebus fermentatus
non inveniebatur apud eos. Infra autem sep-
ies, benedixit Dominus panem istum, de
emoriam fecimus, in Emmaus, sicut indi-

uc. XXIV, 30. [13] Ibid. 35. [14] Ibid. 21. [15] Matth. XXIII, 8, 9. [16] Heb. XIII, 17. [17] Hebr. V, 4.
th. XXIII. 9.

ster. ex consortio veri Magistri tanquam ejus nuntius, et pro reverentia ejus, qui mittitur, honoratur.

Petrus autem habuit prærogativam dignitatis super apostolos, et plenitudinem potestatis super omnes homines. Quod probatur sic : In Evangelio Joannis, cum Dominus ter requisisset a Petro singulariter et specialiter, an ipsum diligeret, audivit : *Pasce oves meas* [19]. Super quem locum dixit Joannes Chrysostomus : « Quia igitur finis erat Cœnæ, Petro præposituram orbis omnium committit, non alteri dat, sed huic tantum. Quare? Quia omnium præcipuus et caput totius chori. Et ideo etiam, ut ostendat ei, quod potest confidere, tanquam negatione oblitterata ; quia ei neque illam improperat, nec profert in medium : sed : Si diligis me, præesto fratribus, et ferventem amorem, quem in me habere dicebas ita ut mori velles pro me, nunc ostende. Interrogat autem eum ter, simul quantam curam habeat de ovibus sibi commissis. » Et post aliqua dicit ei : *Sequere me* [20]. Commisit quidem Petro prælationem omnium fidelium. Quia etsi Jacobus Hierosolymitanam sedem suscepit, Petrus tamen totius orbis : quasi dicat : Sanctus vocatus est Jacobus in partibus Hierosolymitanis ; sed Petrus in plenitudine potestatis. Unde in mandato : *Tibi dabo claves* [21], tibi discretive quasi ab aliis, dabo claves. » Super quo Joannes Chrysostomus ita : « Sicut Pater dedit tibi revelationem confessionis veræ fidei ; sic ego dabo tibi claves cœlestes. Divinorum ergo dignitates tradidit Preto, potestative in terris exsistens, et cœlestibus intrans. »

Item Chrysostomus : « Et quidem alios prætermittens, huic, id est, Petro, de ovibus disponit, cum sit princeps apostolorum, et caput chori. Propter quod Paulus ascendit Hierosolymam, tunc videre ipsum præ cæteris. » Hæc sunt verba Chrysostomi.

In quibusdam tamen codicibus reperiuntur, quæ videntur sapere, quod non solum Petro, sed etiam apostolis communiter eamdem tradidit Dominus potestatem. Super quo voluimus admonitum esse lectorem, ut habeat, quo debeat adversariis respondere, si quæ inveniuntur in Glossa Chrysostomi posita, quæ dicunt plenitudinem potestatis non esse traditam tantum Petro, sed omnibus aliis, absque dubitatione aliqua dicit, quicunque legerit, quod illa non sunt verba Chrysostomi, sed potius Theophylacti, archiepiscopi Bulgarorum, qui missus est a Photio, tempore schismatis in Bulgariam, ut ipsos Bulgaros, tunc temporis Ecclesiæ Romanæ devotos et obedientes, ad Græcorum ritus et obedientiam revocaret. Quod et factum est. Iste itaque Theophylactus, cum omnia fere scripta beati Joannis Chrysostomi suo ingenio abbreviasset, quidquid pro Latinorum Ecclesia facere videbatur, aut omnino tacuit, aut de suo superaddendo verum intellectum corrupit. Inveniuntur tamen quædam originalia Chrysostomi adhuc illæsa in armariis monasteriorum Græcorum.

Item Græci in officio suo de apostolis Petro et Paulo talia testantur, cuilibet laudem cantantes : « Petro, qui divisi sunt corpore (16), uniti sunt spiritu. Divinorum prædicatorum præpositos ; Petrum quidem tanquam apostolorum principem ; Paulum vero tanquam præ cæteris laborantem. »

Item Dominus in Evangelio de Petro : *Tu vocaberis Cephas* [22], quod in Latino redditum sonat *caput* ; ut ex ipsa impositione nominis *caput* Ecclesiæ eumdem demonstraret. Quod sacri tractatores fidei considerantes, ubicunque de Petro mentionem aliquam fecerunt, κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων, id est, caput vel verticem apostolorum, vel apicem nominaverunt. Quam prærogativam nominis nunquam alibi legi. Quanquam Germanus Nicænus archiepiscopus, iste scilicet, qui nuper defunctus est, in quibusdam suis litteris, quas contra Latinorum fidem nuper transmisit, etiam apostolum Paulum κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων nominavit. Quia autem quidam Græcorum episcopus nunquam talem abusionem se audivisse testatus est, unde et derisit hominem. Sed esto. Quid ad rem ? Romanus namque pontifex, non solum Petri, sed etiam Pauli meruit esse successor. Petro successit in potestate clavium, Paulo in discussione causarum. Nam sicut Petrus auctoritatem ligandi atque solvendi accepit a Domino, ita Paulus scientiæ plenitudinem. Et licet omnes apostoli ligandi et solvendi claves a Domino susceperint, nullus tamen plenitudinis potestatem sibi aliquo tempore vindicavit. Sunt vero vocati in partem sollicitudinis, sicut archiepiscopi a papa, episcopi ab archiepiscopis, et ab episcopis sacerdotes. Unde factum est, ut successores aliorum apostolorum, non summi pontifices, sed archipræsules, vel archiepiscopi nuncupentur. Romanus vero pontifex, quia Petro, id est, Christi vicario successit, non immerito summus pontifex et papa, hoc est, *Pater Patrum*, singulariter nuncupatur.

Aliorum etiam locorum episcopi, in quibus ipse personaliter præfuit, ut Antiochiæ, vel ad quam vicarium suum misit, ut Marcum Alexandriæ, et item Cæsareæ Palæstinæ, ubi concilium ordinavit, et ei vices suas commisit, propter Petri reverentiam singulare privilegium et dignitates præ cæteris Ecclesiis meruerunt, ut dictarum Ecclesiarum episcopi, non solum episcopi vel archiepiscopi, sed patriarchæ, hoc est, principes Patrum, vel principales, appropriato vocabulo, a cunctis nominarentur.

Si vero quæritur, Unde ergo Jerusalem et Constantinopolis habent patriarcham ? respondemus :

[19] Joan. XXI, 17. [20] Ibid. 22. [21] Matth. XVI, 19. [22] Joan. I, 42.

(16) Locus corruptus.

In primo generali concilio, Patres sancti, qui adérant, considerantes loci reverentiam, de Jerusalem scilicet, quam Redemptor omnium sua præsentia et suo cruore piissime dignatus est consecrare, honorem hujusmodi, et patriarchatus ejusmodi loci episcopo dispensative concesserunt. Dixerunt enim : « Statuimus, ut Æliæ episcopus propter reverentiam Domini, præeminentiam vel prærogativam honorem patriarchatus habeat : salvo jure et reverentia metropolis, » hoc est, archiepiscopi Palæstinæ Cæsareæ. Quod ideo factum est, quia Cornelius centurio, sicut diximus, a Petro apostolo episcopus ibidem ordinatus vices ipsius apostoli apostolorum principis in vita sua gerebat. Distinctio sexagesima quinta ita habet, quam mos antiquus et vetusta traditio obtinuit, ut Æliæ, id est, Jerusalem episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem, manente tamen metropolitanæ civitatis propria dignitate.

Constantinopolis « *proprie sedem non habet* ; » sed Theodosius imperator in secundo concilio coegit centum quinquaginta Patres, clam summo Pontifice, sine cujus consensu fieri non potuit, prout *legentibus* hunc libellum patebit, ut Constantinopolis sedem sublimarent, nomen ei patriarchatus attribuentes, quod ante non habebat. Processu vero temporis, crescente Græcorum malitia, et potentia invalescente, Patres, qui convenerant in quarto concilio, suasu principis Martiani, quædam privilegia Romanæ sedis similia, et hoc nomen οἰκουμενικὸς patriarcha, quod sonat, orbicularis, sive universalis patriarcha, eidem Constantinopolitano episcopo, contradicentibus apostolicæ sedis legatis, contulerunt. Et, ut habeat primum locum post papam : cum Alexandrinus archiepiscopus primitus eam dignitatem habuerit, in primo, et secundo, et tertio concilio, propter reverentiam beati Marci, discipuli beati Petri. Verumtamen quia ea definiebantur in conciliis sine consensu papæ, vel legatorum ipsius, robur firmitatis habere non poterant, dicti Patres IV concilii cuncta, quæ egerant, ad ipsum transmittentes, petunt humiliter eorumdem confirmationem. Sed quia tale ambitionis nomen et potestatem usurpatam indebite, non sine magna injuria aliorum patriarcharum et maxime papæ, sibi arrogaverunt Græci; ideo beatus Leo papa petitioni concilii nullo modo assensum præbere voluit, sed scripsit eis sic (17) : « De negotiis fidei synodum congregari permisimus, et ut sanctorum Patrum canones conserventur, quæ in Nicæna synodo inconcussis dogmatibus edita fuerunt. Quapropter, inquam, consideratione vestræ sanctitatis innotesco, quod Ecclesiarum, prout ab illis trecentis decem et octo Patribus divinitus inspiratis edita sunt, volumus ut permaneant ; ut nil inverecunda ambitio desideret. » Inde Anatolio prædictæ civitatis episcopo, petenti confirmationem suæ dignitatis, et querenti de legatis sedis apostolicæ, eo quod non consenserunt prædictæ ordinationi, ita dicit : « Sed temetipsum accusas, quod eis (legatis) parere nolueris, dum illicita moliris ; superflue non concedenda appetens et insalubriter contraria concupiscens, quæ nullum unquam potuerunt nostrum obtinere consensum. Absit enim a conscientia mea, ut tam prava cupiditas meis studiis adjuvetur, » etc. Hæc autem scripta sunt in gestis quarti concilii, de quo præfati sumus.

Sed Gregorius Dialogus episcopum ejusdem urbis Eleemosynarium reprehendens, eo quod tale nomen habere præsumpserit, ita scribit in suo Registro : « Papa insuper Romanus cum oblatum esset ei a conciliis nomen illud, nunquam voluit suscipere: » Et post pauca : « Sufficiet, inquit, tibi, quod dignitatem patriarcharum dedimus tibi, cum non habeas sedem. » Sedem vocat auctoritatem Petri videlicet : locum quem per se, vel per alium præsidendo auctorisabilem et reverendum reddidit, ut merito sedes apostolica nominetur. Hoc semper Constantinopolis curavit. Propter quod et inter sedes apostolicas non numeratur vel computatur.

Unde Leo papa in IV concilio ad Martianum imperatorem, de Anatolio, præfatæ urbis episcopo temere usurpante jus non sibi concessum, ita scribit : « Sufficiat prædicto, scilicet Anatolio, quod tuæ pietatis auxilio et studio seu sollicitudine, nostro assensu tantæ civitatis episcopatum obtinuit : nec indignum se faciat habere regalem civitatem : quam quidem apostolicum locum, sive sedem facere non poterit. Sed nec aliquo modo speret, quod offendendo alios, possit ipse crescere. Nam prærogativæ honorum sanctarum ecclesiarum Patrum canonibus, et venerabilis synodi Nicææ celebratæ decretis, constituta, nulla possunt temeritatis audacia moveri, nec etiam aliqua novitate mutari. » Unde beatus Gregorius Dialogus dicit, cum de sedibus generalibus faceret mentionem, sicut supra in tractatu de sacramento Eucharistiæ ostensum est, Ecclesiam quatuor ordinibus distributam esse, id est, Romanorum, Hierosolymorum, Alexandrinorum, et Antiochenorum : qui generaliter, inquam, Ecclesia nominetur.

Hic se sic habentibus, multum videtur oppositio quorumdam Latinorum infirmari, quod dicunt, quod patriarchiæ dictæ sunt, quia in his locis apostoli præsederunt. Sed eo, quod apostolus præsidet, id est Petrus, vel per se, vel suum vicarium, valeret quod dicitur. Si simpliciter intelligi volunt, quomodo stare possit non videmus : quoniam essent plures, quam hæc. Nec omnia supra nominata loca patriarchali, honore ornarentur. Nullus enim apostolorum sedit. Constantinopoli, vel Alexandriæ, nisi Petri dicipulus sanctus Mar-

(17) S. Leo ad concilium IV

cus. Sedit enim Mediolani Barnabas, electus apostolus gentium cum beato Paulo, et aliqui de apostolis quibusdam regionibus specialiter præfuerunt. Sed si quorumdam apostolorum, et discipulorum Domini sessio faceret sedem : necessario esset, sicut diximus, quod essent plures, quam quinque patriarchæ in mundo. Sed quoniam hoc non videmus, sequitur, quod gratia Petri prædictarum civitatum sedes honorem hujusmodi præ cæteris Ecclesiis meruerunt. Suscepit Petrus in plenitudine potestatis, et eam posteris suis successivo jure dimisit ; ut qui in ea sede, quam, ut ita dicam, martyrio crucis consecravit pro Domino, isque secundum canonem fuerit electus, Christi vicarius non immerito cognoscatur. Quod ut nescientibus antiquas historias innotescat, quoquo modo de multis pauca in medium adducimus.

Scribit enim Leo papa (18) congregatis sanctis Patribus in quarto consilio sic : « Misit nobis imperator, ut venerabili synodo nostram præsentiam præberemus ; quod quidem nec necessitas temporis, nec ulla consuetudo poterat permittere. Tamen in his fratribus Paschasino et Lucentio episcopis, Bonifacio et Basilio presbyteris, qui ab apostolica sede directi sunt, me synodo vestra fraternitas existimet præsidere : nec sejunctam a vobis præsentiam meam confidat, qui nunc in vicariis meis adsum, et jamdum fidei catholicæ prædicatione non desum, » etc. Qui legati auctoritatem summi pontificis functi, sic in concilio locuti sunt :

« A beatissimo et apostolico episcopo Romano, qui est caput omnium Ecclesiarum, mandata habemus, ut Dioscorus, patriarcha Alexandriæ, in concilio non sedeat. Quod si sedeat, expellatur. » Item, legati dant contra Dioscorum sententiam, rogati a concilio sic : « Rogamus sanctitatem vestram, qui locum obtinetis sanctissimi archiepiscopi Leonis, ut sententias contra eum, et pœnas quæ in canonibus continentur, definiatis in ipsum. Omnis enim et tota universalis synodus vestræ sententiæ non discordabit. » Qui definientes dixerunt : « Manifesta fiant omnibus ea quæ dixit Dioscorus. » Et post pauca sententiam dantes, deposuerunt eum. Cui sententiæ concordans patriarcha Constantinopolitanus, et tota synodus : « Ego, ait, ea, quæ apostolicus thronus per omnia sentit, sentio, et consentio deponi, » etc.

Item Leo papa dicto patriarchæ sic scribit : « De Eutyche non cognovimus, qua justitia a communione est separatus. Quapropter cognoscere volentes de causa, volumus tui facti rationem cognoscere, ut omnia suspendantur, usque ad nostram notitiam. Quoniam nos, qui volumus sacerdotum Domini justa esse judicia, non possumus non cognitis rebus in præjudicium alicujus partis ferre sententiam, antequam ea quæ gesta sunt, cum veritate audiamus, » etc.

Idem Leo papa his, qui in concilio Ephesi celebrato erant, ita scribit : « Itaque ad perfectionem divinitus statutorum apostolicæ cathedræ petiit imperator apponi confirmationem tanquam a B. Petro fuerit facta. »

Item principes qui intererant concilio loco imperatoris, de papa ita loquuntur : « Quia igitur lecta est epistola domini nostri sancti Patris archiepiscopi Leonis, qui cathedram apostolicam ornat, expedit etiam ut beati Cyrilli epistola, quæ contra Nestorium scripta, legatur. »

Item dicti Leonis papæ epistolam de duabus naturis in Christo, plenam fidem continentem tota perfecta synodus devote suspiciens et approbans, in episcopis singulis, et per singulos dicit : « Fateor epistolam archiepiscopi nostri Leonis apostolicæ sedis patriarchæ, consonam esse editioni trecentorum decem et octo Patrum, qui in Nicæna, et centum quinquaginta, qui in Constantinopolitana, nec non in ejus, quæ in Epheso sub B. Cyrillo fuit celebrata. Et eidem epistolæ consentio et subscribo. »

Alii autem ex ipsis vocant eum *episcopum omnium Ecclesiarum*. Nonnulli, *papam*, *plures patrem suum* : *alii patriarcham œcumenicum*, id est, *universalem*. Quidam vero *dominum suum*, addentes plures, *apostolorum sedi præsidentem*, et similia, quæ causa brevitatis hic non ponimus. Et tamen si de singulis velint verificari, legant concilia generalia, et maxime quartum concilium, Græcorum Chronica inspiciant, ubi dictorum omnium absque dubio reperient veritatem.

Item patriarcha Constantinopolitanus ad eumdem papam Leonem pontificem, illa scribit : « Sanctissimo et beatissimo Patri, » etc. Narratis his, quæ in concilio gesta fuerunt, dicit : « Oportet hæc omnia ad notitiam sanctitatis tuæ pervenire, necessario mittens ea illuc per talem, et talem episcopum, » etc. Et infra : « Quæ per eos manifesta facimus, optamus ut per prosperam responsionem, quam vos decet, læti ad nos redeant, laudantes in omnibus charitatem et providentiam vestræ beatitudinis, quam erga sedem hujus regiæ urbis, paterna semper consuevistis sollicitudine habere. » Et infra : « Etenim sedes Constantinopolitana patrem habet apostolicum thronum vestrum. Unde ea quæ in sancta synodo consecutive gesta sunt confirmare dignemini : nec non definitioni, de qua dictum est, hujus Constantinopolitanæ sedis. »

Et fine totius dicti concilii ex parte omnium scribunt ; sic ad eumdem narrantes, quæ in concilio gesta sunt, et confirmationem eorumdem postulantes. Dicunt ergo : « Beatissimo et sanctissimo, » etc. Et post : « Repletum est gaudio os

(18) Epist 47, ad synodum Chalcedonensem.

nostrum, et lingua nostra exsultatione. » Et infra : « Quam fidem tu veluti aureum flumen usque ad nos præcepto conditoris deductum custodisti, omnibus beati Petri interpres, vel expositor constitutus. Unde nos te tanquam auctorem boni ad utilitatem utentes, sortem veritatis filiis Ecclesiæ demonstramus. » Infra : « Si enim ubi sunt duo, vel tres congregati in nomine ejus, id est, Dei, ibi dixit se esse in medio, quantam putas circa ducentos viginti sacerdotes inhabitationem ostendere, et familiaritatem, quæ etiam (9) patientiæ, et labori, cognitioni, quæ in confessione ipsius præposuerunt, quibus tu utique ut caput membrorum præsidebas? »

Et infra : « Dioscori Alexandriæ præsulis causas depositionis exponentes inter multa intulerunt de vinea Domini, et custode ejus. Insuper inquiunt : Contra ipsum vineæ custodem, qui a Salvatore deputatus est custos, insaniam suam ostendit, dicimus scilicet sanctitatem tuam et incommunicabilem eum qui corpus Ecclesiæ unire sollicitus est, meditatus fuit facere. » Et infra : « Ea igitur, quæ definimus ad remotionem totius confusionis, ad robur vero ecclesiasticæ ordinationis propria et amicabilia, ad decorem congrua, stabilire digneris, *sanctissime* et beatissime Pater. Nam hi, qui locum tuum obtinent sanctissimi episcopi Paschasius et Lucentius, et hi, qui cum eis directi presbyteri, Bonifacius et Basilius, dictis definitionibus fortiter assisterunt, volentes prorsus, ut hoc bonum a vestra providentia incipiatur, » etc. Et in fine ejusdem sic loquitur : « Ut autem sciatis, quod non ad gratiam, aut ad odium fecerimus alicujus, sed tanquam divino nutu gubernati et directi sumus, cuncta vobis gestarum rerum nota facimus, ut a vobis, quæ gesta sunt, statuantur, roborentur, et concedantur. » Pariter quædam consimilia, etc.

Imperatores vero Petri auctoritatem et successorum ejus non ignorantes, ad eumdem Leonem ita scribunt : « Victores Valentinianus, et Marcianus, gloriosi triumphatores, semper Augusti, sanctissimo Patri et venerabili archiepiscopo Leoni : Beatitudinem tuam syllabis nostræ serenitatis velocissime valere optamus : inquirentes, ut cura omnipotentis Dei, vestrarum precum interventu nobis concedatur, ita ut pia et pacifica sua magnificentia, omnia prospera et optata nostro imperio concedere dignetur. Miramur maxime, quod post synodum Chalcedonensem, et litteras venerabilium episcoporum, qui ad tuam in Deo amicitiam missæ sunt, per quas omnia in ipsa facta, vobis nuntiaverunt : nequaquam a tua sanctitate tales litteræ missæ sunt, quæ videlicet in sanctissimis ecclesiis lectæ ad omnium notitiam pervenirent, pro quorumdam animabus, quæ Eutychetis pravam adhuc opinionem sectantur, ambigutatem immisit : utrum videlicet tua beatitudo, ea quæ in synodo sancta edita sunt, confirmaverit. Et propter hæc vestra reverentia litteras mittere dignetur, per quas omnibus ecclesiis et populis notum sit, universa, quæ in sancta synodo gesta sunt, a tua beatitudine esse confirmata. Illud tamen, ut decebat episcopum apostolicæ sedis, tua sanctitas excellenter dixit, quod ecclesiasticos canones conservans, nihil ab antiqua consuetudine in ordinatione olim edita, et immobili, usque hodie perseveranti, aliquid patiebatur diminui : » Et infra : « Cum autem confirmaverit catholicam fidem et veram orthodoxam, noveritis Chalcedonense concilium, omnibus episcopis consentientibus, fuisse secutam. Propter hoc quod et tua venerabilitas, proprias et speciales velocissime mittat, per quas confirmare vos ipsam, quæ in Chalcedonensi celebrata est, synodum manifestissime ostendatis : ut nec illi, qui desiderant, ignominiosam possint habere aliquam suspicionem de judicio tuæ sanctitatis gloria, id est, quod tua sanctitas de his, quæ acta sunt, judicat esse tenendum. » Hoc autem dicit, quia sine confirmatione papæ, vel legatorum ejus, infectum negotium habebatur. Ista autem quæ diximus, colliguntur ex IV concilio.

Sed ne aliquibus videatur, quod propter dictam definitionem, editam in memorato concilio, quid videatur imminutum de potestate papæ, de consequentibus conciliis, quæ multo post celebrata sunt, aliqua proponamus. In sexta enim synodo (20), quæ sub papa Agathone, tempore Constantini principis, et Heraclii, et Tiberii fratrum suorum, in urbe Constantinopoli, contra Monothelitas celebrata est, Patres qui convenerant, auctoritatem principis apostolorum non ignorantes, de successione ipsius, in octava sessione ejus libri talia fatentur et scribunt. Demetrius [Domitius] episcopus Phisiadis [Prusiados] civitatis ita dicit : « Relationibus missis ab apostolica et principali sede antiquioris Romæ, id est Agathone, ad a Deo coronatum et mitissimum dominum nostrum magnum Victorem imperatorem, tanquam a Spiritu sancto editis, per os sancti, et principis apostolorum Petri, et per digitum B. benedicti papæ, Agathonis scriptis, ego assentior, et sic credo, et sic sentio, istas duas nostras voluntates in Christo unitas personæ, etc.

Item, Theodorus episcopus Berissensis Armeniæ : « Ego audiens relationes missas ad Dominum nostrum benignissimum, a Patre nostro, Romano papa Agathone, et auctoritatum quæ in ipsis feruntur, intentionem capiens ; credo, sicut credit ipse Pater noster papa antiquioris Romæ. » In hunc modum omnes episcopi consurgentes dixerunt : « Nos omnes illa credimus, et illam fidem tenemus, et istam sequimur, » etc. Et peractis rite omnibus referentes Deo gratias, et papæ, qui eos direxit ad

(19) Locus corruptus.

(20) Conc VI act. 8.

bonum in laudem ipsius, totum concilium ista A scripsit : « Sanctissimo et beatissimo, » etc. Et infra : « Unde et nos omnes tibi, tanquam principali sedi Ecclesiæ totius orbis, quod gestum est, attribuimus, vel committimus supra firmam petram fidei stanti, litterisque a vestra beatitudine ad piissimum imperatorem missis, in quibus vera confessio continetur, libenter consensimus, quæ tanquam summo apice apostolorum enuntiata, agnoscimus. »

Item Joannes, episcopus Constantinopolitanus, Constantino papæ ita scribit : « Sanctissimo, » etc. Et infra : « Licet suæ divinitatis et potentiæ indicium ipsam magnitudinem creationis, quæ in visibilibus est, posuit Deus : præcipue tamen in pretiosissima sensibili creatura, hoc est, in nostro B plasmate, illa, quæ suæ gloriæ et sapientiæ sunt, demonstravit. Ex quo etiam admirandam esse Dei sapientiam Propheta exclamavit ipse. Itaque nostræ naturæ Conditor diligenti operatione toti corpori caput præposuit, in quo perfectionem, sive integritatem sensuum apponens, sive attribuens, omnem inde reliquorum membrorum motum et perfectionem fieri et conservari fecit, ita ut si horum aliquod offendi contigerit, aut alio modo affligi, non sine provisione eorum cura sit posita, sed etiam in novissimis, membris, sive viribus naturalem compassionem ostendit, per manuum submi- nistrationem et oculorum per visionem ducatum, sanatur, quod afflictum est et dolet ; non injuriatur, despicit, aut rejicit horum cooperationem vel C officium, tanquam inutile. Et his itaque, quæ circa vestram præsentiam sunt, habemus parabolice loqui, o sanctissime. Nam cum caput sacerdotii, quod in Christo est, canonice vos esse reputamus, congrue quærimus per vos auxilium dolori, qui contingit, et tristitiæ. Ecclesiastico ergo corpori, quod in nobis est, propter pestilentem et morbidam plagam animarum a tyrannica potestate inflictam, consolationem mittite. Prorsus enim ratione proprietatis capitis, nos inconsulte, vel non voluntarie infirmatos non despiciatis, neque identitatem a natura obliti, repellatis nos (21), sed magis plagis nostris condoleatis. *Cum* enim *patitur unum membrorum*, secundum Pauli vocem, *compatiuntur* merito *omnia membra* [23]. Nunc igitur et recursum, D quoad sanitatem sit, ad restitutionem perfectam nobis concedite justissime. Et maxime, quando infirmitas occasionem non sine causa corporis sui stabilimentum acceperit, sed ad extrinsecus coacto et improviso impensa, sive casum suum acceperit. »

Postea mutat personam, quia loquitur concilio, quod congregaverat papa, propter eamdem causam, de qua hic igitur, scilicet propter Iconomachos, scilicet impugnatores imaginum. Inde subdi- tur : « Propter quam causam nobis necessario, fratres adeo honorabiles, præsentem litteram manifestæ certitudinis misimus vobis, et ostendimus, quam sit importabile pondus plagæ, propter quod et usque ad vestram sanctitatem, secundum quod exigit consuetudo synodalis attestationis, seu proclamationis, devenire prohibeamur, tyrannice detenti, » etc.

Quem in favorem Ecclesiæ ponendum decretum Constantini, quod post receptam gratiam in urbe Romana beato Petro et Papæ successoribus condidit, et tam Latinis quam Græcis litteris cunctis fidelibus in æterna memoria reliquit. Scribit enim sic :

Privilegium Constantini (22).

« Necessarium judicamus cum omnibus satrapis nostris et toto consultu, et principibus et populo, qui est sub potestate Romanæ Ecclesiæ, ut sicut sanctus Petrus ex persona fidelis Dei est in terra, sic episcopi et successores principis apostolorum, potestatem in terra habeant magis, quam imperium nostrum gloriæ nostræ. Et hoc concessum a nobis, et ab imperio nostro et volumus nos ipsum principem apostolorum, et successores ejus ex persona ejus, primos ad Deum Patres esse et defensores. Et sicut imperialis potestas nostra in terra veneratur et honoratur, sic faciamus, ut veneretur et honoretur Romana Ecclesia, et magis quam imperium nostrum. Et æternam sedem sanctam cathedram beati Petri volumus glorificari et exaltari : dantes ei potestatem, et gloriæ dignitatem, et discernentes sancimus ut habeat potestatem principalem, et sit ipsa caput quatuor sedium, scilicet sedis Alexandriæ, Antiochiæ, Hierosolymorum, et Constantinopolis. Et similiter in omnibus Ecclesiis totius orbis episcopus, qui est in sancta Romana Ecclesia sacerdos mundi. Et quidquid est ad sanctitatem, vel utilitatem Dei, et correctionem, et firmitatem fidei Christianorum, ut ab ipso judicetur. Justum est enim, ut ibi sancta lux habeat caput et principium, qui sanctus Legislator, id est, Salvator noster Jesus Christus beato Petro jussit tenere cathedram, et etiam ubi passionem sustinuit crucis, et beatæ mortis calicem bibit, factus imitator Magistri et Domini sui, et ut ibidem gentes inclinent capita sua propter confessionem nominis Christi, ubi doctor eorum beatus Paulus apostolus propter Christum extendens cervicem, coronam martyrii suscepit, et usque in finem mundi ibi requirant doctorem, ubi sanctorum reliquiæ requiescunt. »

Et infra : « Propter hoc utile æstimamus, imperium nostrum et potentiam imperii ad partes orientales transferri, et in regionem Byzantii, in loco

[23] I Cor. XII, 20.

(21) Locus obscurus et mendosus.

(22) Hæc Constantini donatio fidem non meretur et a criticis omnibus reprobatur.

utili civitatem condere, et imperium nostrum ibidem collocare. Quoniam ubi est principium sacerdotii, et caput Christianæ religionis a Rege cœlorum traditum, indignum est, ut ibi rex terrenus habeat potestatem. »

Hæc et his simlia quam plurima continentur in dicto privilegio Constantini, quod ad honorem et reverentiam sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, illo tempore Græcis et Latinis, ut dictum est, litteris promulgavit. Hoc tamen a semetipso non habuit, sed cum esset tunc tempore Christianissimus, sanctorum trecentorum decem et octo Patrum concilio interesse meruit vel studuit; et eodem Spiritu quo et ipsi pleni, sedem apostolorum principis, prout in Evangelio a Domino didicerat, in honore dignam esse decrevit. Ibi enim prædicti sancti Patres prærogativam dignitatem Ecclesiis per universum orbem dispensantes, Romanam Ecclesiam esse caput omnium Ecclesiarum in suis definierunt sententiis; prout in præallegatis conciliis necessario comprobatur.

Sed et reliqui imperatores orthodoxi thronum Petri omnibus aliis præferentes, tales de ipsa leges condiderunt: « Volumus, ut omnis regio ecclesiastica consuetudines Romanæ Ecclesiæ imitetur. » Et iterum: « Dictam sedem omni honore dignam decrevimus, quia quidquid ad correctionem fidei spectat, ab illa sede fuit semper receptum, correctum et emendatum. »

Quæ cuncta si diligens lector discutere volet, inveniet illa tria, quæ in principio istius partis fuerant quæsita, esse soluta. Videlicet quo tempore Romana Ecclesia habuit istam potestatem, vel a quo, et utrum super omnes universaliter, vel particulariter super aliquos. Quod iterum repetentes dicimus: Quod auctoritatem habuit Ecclesia a Christo, mediante Petro, cui cura omnium spiritualium specialiter singulariterque fuit commissa: exsecutionem tamen potestatis, vel auctoritatis habet Ecclesia a primo concilio Nicæno celebrato (23): in quo unaquæque sedes secundum plus et minus, honorem ab apostolis receperat, et minus fuit privilegiata et exaltata: dignitatem vero et potentiam temporalem recepit a fidelibus imperatoribus, qui a tempore B. Sylvestri, pro ea publicas leges promulgantes, ei pacem dederunt. Unde, et donis largissime dotata, jus suum libere super omnes, et ubique ex tunc cœpit extendere. Unde et duos patriarchas Photium, et quemdam alium (24) in urbe Constantinopolitana deposuisse dignoscitur, et quosdam alios excommunicasse. Imo in cuncta reverentia habita est ante schisma sedes apostolica, quod legati missi ab ea Constantinopolim summo cum honore et laudibus reciperentur. Inde est, ut ipse imperator de equo proprio resiliens, equum legatorum pedester traheret (25) usque ad palatium quod Cardinalium vocabatur, imitando scilicet Constantium I, Christianorum principem, qui beato Sylvestro talem reverentiam dignoscitur fecisse, prout in præfato privilegio continetur manifeste. Ait enim: « Et tenentes frenum ejus, propter timorem et reverentiam B. Petri, stratoris officio usi sumus, per scripturam publicam cunctis innotescant. » Unde tanta cæcitas modernis Græcis, et mentis hebetudo, ut dicant, se non teneri ad obedientiam Ecclesiæ Romanæ?

Item quæramus, et ipsi respondeant: Aut reliquit Petrum ut vicarium sedis suæ, aut non. Si sic, habemus propositum, et cessat omnis quæstio, et sumus in pace. Si non: sed eadem ratione, quia Petrus non relinquitur, nec Andreas, nec Jacobus, nec aliquis alius apostolus. Unde ergo in Ecclesia multitudo sedium, et dignitatum diversitas, et ligandi atque solvendi animas tanta potestas? Unde etiam Constantinopolitano præsuli tanta vel talis potestas, unde dicat se primum post papam, vel super alios patriarchas? Sed dicunt, quod a conciliis. Sed concilia sedem Petri, prout ostensum est, aliis præferunt. Unde beatus Stephanus νέος, id est, novus martyr (supple, his, qui vocabant eum ad quoddam falsum concilium) respondit: « Quomodo vestra synodus universalis vocabitur, in quo Romano non placuit præsuli, sine quo impossibile est prorsus, res ecclesiasticas canonizari? » Istud testimonium invenitur passione sua confirmare. Et alioqui infirmare ante legatos non poterat concilium, nec congregari similiter sine consensu papæ. Ergo et Romanus pontifex habet potestatem similiter principalem a conciliis; et inde ut prius.

Si vero dixerint: Nos reputamus eum excommunicatum et hæreticum; quia addidit in Symbolo: *Filioque;* et ideo non obediemus ei (26).

Item quæritur ab eis: In quo concilio, aut in qua synodo tantus pastor et Pater Ecclesiæ fuit convictus de mendacio et hæresi, communi sententia condemnatus: quæ cum ostendere non potuerunt, quia nunquam factum est, dicimus, quod etiamsi verum esset, quod ei imponitur, tamen falsum est, sicut supra demonstravimus. Antequam convincatur principaliter per concilium, manet semper penes eum auctoritas; nec debet vitari, sed omnes tenentur ei obedire, quousque, sicut diximus, in sua præsentia cognoscatur causa. Hoc

(23) Hoc sano sensu accipi debet. STEW.

(24) Anthimum forsan, ab Agapeto depositum temporibus Justiniani, voluit indicare. BASN.

(25) Romani pontifices Constantinopoli suos habere responsales sive apocrisiarios, sed illi non dicebantur legati, nec fuerunt cardinales, nec id a temporibus Constantini, sed Justiniani potius institutum. Nec tunc temporis palatium fuit cardinalium; quippe non in ædibus propriis, sed in palatio regio habitabant apocrisiarii, ut patet ex epistola Phocæ ad Gregorium Magnum. Nec ullum occurrit palatium cardinalium apud Constantinopolim. Nec denique mos fuit imperatoribus tantos honores legatis deferendi. BASN.

(26) Deest responsio.

docent concilia, ratio docet et suggerit, et canones compellunt. Unde in quarto concilio patriarcha Alexandrinus Dioscorus, et Eutyches archimandrita, cum per suam facinorosam hæresim forent deponendi, ante tamen latam sententiam et causam cognitam, manifeste loca sua tenuerunt in concilio, et semper *venerabiles Patres, et sanctissimi* vocabantur.

Cum igitur nec in hoc se possint excusare Græci, unde est, quod a matre Ecclesia tanto tempore recedentes, redire ad obedientiam tam obstinato animo recusant ? Puto quod longiturnitas temporis hanc cæcitatem interioris hominis induxit eis. Transacti sunt enim trecenti octoginta anni et amplius, ut creditur, quod istud schisma et scandalum cœpit oriri. Sed nunquid tempus præjudicat in talibus ? imo tanto magis rei schismatis, apud examen æterni Judicis, quanto indultæ pœnitentiæ temporibus ingrati abutuntur ; præsertim cum semel, bis, ter, sicut in Græcis reperiuntur historiis, per legatos Romanæ curiæ, et nuper per fratres nostri ordinis, et Fratres Minores tempore Gregorii IX papæ, a suo errore fuerint dulciter revocati : ut tandem, licet sero, ad sinum matris Ecclesiæ redeuntes, uno ore, quamvis diversis sonorum vocibus, benediceremus pariter Redemptorem nostrum Jesum Christum, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Constat ergo ex his quæ dicta sunt, quod Romanus pontifex caput est omnium Ecclesiarum, sive universalis Ecclesiæ cum una sit, et non plures, successorque Petri et vicarius Dei in terris ; et ei tanquam ipsi Domino oportet fideles, in hisquæ secundum Deum sunt, devote et humiliter obedire. Eos vero, qui contumaciter impugnant, et ipsam sedem Ecclesiæ non asserunt esse caput, sicut jam a pontificibus ejusdem sedis decretum est, anathematis gladio percussi, cum Dathan et Abiron schismatis incursuros dicimus dispendium damnationis æternæ.

De quatuor causis schismatis.

Causas vero sive excusationes schismatis credimus esse quatuor. Prima fuit divisio imperii. Licet enim imperatores, qui regnabant Constantinopoli, post recessum Constantini ab urbe Romana, pro eo quod totum contulerant Ecclesiæ, sicut supra diximus, nullum jus haberent in Italia, interdum tamen ubique regnaverunt. Sed cum infra Italiam usque ad Romam barbara gens irruisset, et summus pontifex auxilium imperatoris Leonis, qui erat Constantinopoli, requisisset, et ille negligenter agendo, auxilium præstare Ecclesiæ refutasset, compulsus est prædictus papa magnum Carolum de Gallicis partibus evocare, et in Italia imperatorem constituere, et Ecclesiæ defensorem. Etenim erat ille Leo, ut legitur, valde voluptuosus, et ideo in regimine imperii sui valde remissus. Unde suo tempore Saraceni Syriam, Turci vero Cappadociam obtinuerunt, et sic facta est divisio imperii Romani.

Secunda occasio divisionis fuit, quia non tuerunt vocati ad concilium Ultramontanum, quando illa dictio : *Filioque*, fuit apposita. Verum, quia superius causam signavimus, hic subticemus.

Tertia occasio fuit, quam ipsi aliquando nobis in familiari colloquio assignaverunt, scilicet superba nimis exactio legatorum papæ. Dicebant namque (27) referentes, quod quando legati summi pontificis ab ipsa sede apostolica annuatim Constantinopolim chrisma deferebant, nisi octoginta libras auri a clero et urbis populo, præter alia dona et munuscula eisdem impenderentur, non recedebant. Taceo age, aiebant, de pompa, et superbia, quam ipsi ostendebant.

Quarta vero et potissima, quantum ad clerum, fuit depositio Photii patriarchæ, et excommunicatio ipsius, et aliorum prælatorum, et quorumdam abbatum. Sed numquid hæc sufficiunt ad excusationem tanti schismatis, et perditionem tot animarum ? Minime Sed « occasionem pro facto quærit, qui vult recedere ab amico. » Sed quid sequitur in auctoritate ? *Omni tempore*, inquit Salomon, *erit exsecrabilis* [24], id est, vitandus ab omnibus, despectus et vilis ; quod præsens dies indicat in ecclesiis Græcorum. Nam incarcerantur eorum clerici et monachi, sicut cæteri rustici, et populares exactiones et pedagia fiunt super eos, quemadmodum super laicos, ut verum sit, quod per prophetam scriptum est : *Sicut populus, sic sacerdos* [25]. Translata est quippe gloria ab eis sacerdotalis, dignitas et ecclesiastica libertas in contemptum redacta. Nam quæ vult ipse, qui imperat instituere, instituit ; et quem vult deponere, similiter deponit. Et merito. Ut qui subesse Ecclesiæ Romanæ et personis ecclesiasticis contempserunt, subjaceant nunc laicis principibus vel inviti. Recognoscant distantiam servitutis, et dominorum orbis terrarum et convertantur, et clament ad Dominum, et summum pontificem, et liberet eos.

Hæc autem scripta sunt anno Domini millesimo, ducentesimo quinquagesimo secundo in civitate Constantinopolis, a fratribus Prædicatoribus, ad ædificationem Ecclesiæ, et profectum animarum, ad laudem et gloriam Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen (28).

[24] Prov. XXVIII, 9. [25] Isa. XXIV, 2.

(27) Eadem prorsus fuit Lutheri et Lutheranorum olim querela, quando defectionem ab Ecclesia moliebantur ; iniqua prorsus, mendax, et calumniosa utrobique. STEW.

(28) Hic erat finis tractatus adversus Græcos, quem composuerunt fratres Dominicani. Quæ sequuntur sunt alterius auctoris, *Hugonis* nempe *Ætheriani*, qui scripserat an. 1170. Id patet ex ipso titulo : *Quæ admista prædictis*. Vide obs. præf. BASN.

Quædam admista prædictis.

it in procœmio hujus opusculi testati sumus. rum Ecclesia doctorque olim sua venustate plurimos ad æmulationem fidei provocabat rum, ita et nunc erroris caligine obfuscatus, horrorem sua fœditate aspicientibus incutiat, non Ecclesia fidelium, sed potius congrega- n immerito hæresiarcharum possit appellari. licet jam quatuor dictis articulis demonstre- men adhuc in his, quæ subjecta sunt osten- Quæ ex dictis *magistris Hugonis Ætheriani* extracta, huic operi duximus inserenda. t enim, et scribunt de Latinis sic:

Contra Romanum ponificem (29).

anus Pontifex, et omnes partium occidenta- Christiani, sacerdotes et laici præter Cala- ante multa tempora extra catholicam Eccle pervagantur evangelistarum et apostolicarum ionum ignari, et a fide alieni. Nam Theoto- 30) a ritibus gentium parum discordant, in impii; sed Calabri, et cæteri orthodoxi, antiquitus, et apostolicæ, et Ecclesiæ nostræ ni ejus moribus informati sunt. Cæteri omnes erunt, impios a corpore Ecclesiæ non solum s alios et ignotos amplectentes, verum ipsam atem sanctam blasphemantes. Etenim sua nnantes, et alienis adhærentes, neque divinis uris redarguentibus illorum errores, neque qui eos miserunt, volunt morem gerere.

gis sanctos Patres nostros et doctores, sic sen- et inde se habere talem traditionem mentiun- am in sancto Symbolo, quod a Patribus no- qui apud Niceam convenerant universali synodo consequenter manifeste sic definitum « Et in Spiritum sanctum Dominum, et vivi- em, ex Patre procedentem , » sed et in sancto gelio evidenter clamitante de Spiritu sancto: *Patre procedit*, supra nominati viri addide- *Et ex Filio*, fallaciter, et ad suum periculum. ntamen, ut opinor per angustiam suæ linguæ esse arbitrati sunt, Spiritus ex Patre proces- m. et causam quæ per Filium sit, ad nos mis- m barbare et inconvenienter intellexerunt. « fermentato azyma offerunt, et calumniantur um Petrum, et sanctos Patres Romanos pon- « auctores exstisse talis traditionis.

erdotes principes cum laicis ad bella profi- ntur armati, et in acie bellant ante alios gra- es . Jejunant in Sabbatis; et si festa dies itatis sit, vel Epiphaniæ, non solvunt jejunium manam edulio casei dicatam non agnoscentes s comedunt. Secunda die Jovis ova, caseum, manducant, a quibus minime, per totam quadragesimam suos pueros prohibent. » Historias sanctorum præter passionem Christi, in Ecclesiis suis non designant. » Et ipsam non pictura, sed opere plumario in similitudine sculptilium, et in terra similium [fictilium] faciunt. In sancta templa ingredientes super pavimenta cadunt in faciem, et primo susurrant. Deinde crucem uno digito insurgentes osculantur, et hanc orationem consummantes surgunt, et sacras imagines renuunt osculari. Sanctam Dei Genitricem, Matrem Domini nostri Jesu Christi, tantum *sanctam Mariam* vocant. Secus altare ecclesiarum quælibet accedit, cujuscunque sit sexus, ætatis, vel ordinis. Et in solemnitate missarum mulieres sedere possunt, si velint, in sede sacerdotum. Sic sciunt distinguere inter sacra et profana! comedunt suffocata, capta a bestiis, morticina sanguinem, ursos, fibros, quos vocant castores, ericios, quæque his spurciora contra apostolicum decretum : sicut Lucas in apostolorum historia refert his verbis: *Visum est enim Spiritui sancto, et nobis, nihil ultra imponere vobis, quam hæc necessaria, ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, et sanguine, et suffocato, et fornicatione* [16].

Sacerdotes et episcopi sacerdotales stolas, id est, casula non de lana, sed de sericis netura contexentes eis operiuntur, diuturnas (31) ipsas præparantes; cum hujusmodi stola, id est, casula vel planeta Christi habitum repræsentant, sive habitum quem habuit, quando exutus fuit vestimentis, in dutus est chlamyde coccinea, quæ de lana contexta erat, qua nos utimur Quadragesimali tempore. In alienis vero diebus utimur albis, eo quod Christus agnus immolatus dicatur. Et ideo ex vestimentis ovium nobis casula præparamus. In signum sanctæ Ecclesiæ desponsationis annulos portant, et chirothecas, in dextra quidem scribunt: *Domini dextra*, in sinistra vero: *Agnus Dei*. Sacerdotes eorum solum in aqua baptizant, et salem in os mittentes baptizandi: baptizandos postquam spuunt in sinistra manu et dextra miscentes salivam, mungunt. Postquam ad ætatem pervenerunt, peccatis ob noxios oleo perunguntin remissionem peccatorum et bis baptizari videntur. Iidem sacerdotes quasdam purgationes faciunt jugiter, et aspersionem, quibus alligantur culparum Judaicis servientes ritibus: quinque digitis quomodo aliqui benedicunt, et cum pollice faciem signant, tanquam Monothelitæ. Cum igitur debeant disponi digiti in consignationibus, quod per eos duæ naturæ significentur, et tres personæ, prout Christus monstravit, quando in cœlum ascensurus discipulis manibus elevatus benedixit. A Septuagesima usque ad Pascha non cantant *Alleluia*. Affirmant non de-

ct. xv, 28, 29.

) Notandum, in hoc sequenti opusculo pludici ex auditione et rumore vulgi ignobit ignari. Item, ex odio et invidia contra m. sedem. Novatoribus pleraque potius con-

veniunt. Stew.

(30) *Teutones.*
(31) Videtur locus mendosus.

bere aliis linguis Dominum venerari, nisi istis tribus, scilicet Hebræa, Græca, et Latina. Mortuos sepeliunt manibus eorum nequaquaquam constitutis in modum crucis, sed deorsum missis circa inferiora instrumenta.

Omnia cera oppilant. Sacerdotes ter quater in die celebrant super uno altari, ubicunque contigerit. Ut unus sacerdos ter, vel quater celebrat quater in die cum felix sit, qui unam digne possit cantare. Tradunt filias suas nuptui accipientes consororis filiam filio suo, aut fratri, aut consanguineo. Si quis monachus in episcopum promoveatur, carnes manducet intrepide. Et monachi parva vexati ægritudine carnibus vescuntur. Communiter autem omnes pinguedine porcina utuntur.

Venerabilem quidem crucem in aliis diebus in ecclesia vident et adorant; in sancta Quadragesima velant sindonibus, cum qua et occultant *Alleluia*. Et in sancto magno Sabbato de penetralibus educentes ipsam, tanquam de sepulcro resurgentem demonstrant populo; et de subito cum magno clamore cantant: *Alleluia*, et multoties, et per multas horas vociferantur, quemadmodum Christus surrexit. Cum missæ celebrantur et mysteria conficiuntur, plerique assistentium laicorum, si placet eis, loquuntur et sedent. Participationem sanctæ communionis, non similiter ut nos Græci, perficiunt sed dicunt quod qui missam celebrat sacerdos, osculatur volentem communicare, promotiones episcoporum et laicorum non per omne tempus perficiunt antistites, sed tantum in anno quater, et per observabilem diem. Nam cum anni quatuor tempora sunt, scilicet ver, æstas, autumnus, hiems, horum temporum initia, primo eum (32) mensi Martii scilicet, et Junii, Septembris, atque Decembris observant. In primis hebdomadibus clericos, et diaconos, presbyteros, episcopos, promovent: male sentientes, et barbarice, adventum Spiritus sancti non secundum virtutem promoventis et promoti arbitrantes descendere ; sed in diebus quibusdam putant hunc venire, ut insipientes. Non patiuntur sacerdotes habere uxorem, et sacramentorum peragere mysteria. Duos fratres duabus sororibus carnaliter copulari permittunt. Radunt barbas presbyteri more suorum militum, præter apostolicam institutionem. Sanctam Eucharistiam negligentissime spectant: nam ad ægros proficientes sine lumine ipsam deferunt et tribuunt. Et qui castra sequuntur, in marsupio ponunt, et portant in vestibus, in pileis. Clerici eorum et laici non sunt distincti; altare velato capite accedunt. Sanctis ac terribilibus locis nullam aut modicam exhibent reverentiam. Ad tempus sonum rœseutando in nocte Nativitatis Domini, Matutinæ cantantur; vesicas explodi permittunt circa altare, ut habeant risus materiam. In diebus Passionis, cum ambulant extinctis luminibus in ecclesiis, terræmotus faciunt, sedes, tabulas, parietes percutiunt malleolis et lagenas confringunt; et cum deberent vigilare in orationibus alii in stuporem mentis, alii in risum convertuntur, et alia quædam in ipsis tenebris fiunt, quæ nec fatu digna judicavi. Verum hac de grecogice (33) laicorum lapsum excerpsi, ut si quando ad aures eorum devenerint, ad se reversi correctionibus vacent.

Græcorum malæ consuetudines.

Græcorum intolerabilis est, redargutio, Vulcanum imitando, qui altero pede claudus dicitur. Matrem suam scilicet sedem Petri apostolorum principis, contra faciens contemnit, et abhonorat. Porro stultam fecit Deus talium sapientiam. Nam vanitatis opinione pleni, poma, ut Tantalus, fugacia quæritant. At vero munda vult [debet] esse manus, quæ alias debet tergere sordes. Quare collyrio primum inungant oculos suos, abstersuri saltem deinceps lippitudinem aliquando, et aliorum vitia nequibunt discernere subtiliter. In scatebris quidem temeritatum, in præsumptionis aculeo, in jactantia amaritiam proferendo, quod prius auditum non est, Spiritum sanctum scilicet ex solo Patre procedere, talparum formicarumque cuniculos male fortes exstruxerunt. Dividunt utrique cum Ario divinam substantiam. Nam ex eorum disputatione, Patre minor necessario Filius reperitur. Confundunt nascentis et procedentis differentiam, quæ in hoc tamen bene dignoscitur, quod Filius ex uno solo, Spiritus vero ex duobus provenit. Nam cum Spiritus imago Filii sit naturaliter, sicut magnus Basilius, Theologus Gregorius, atque Damascenus tradunt, necesse est habere de ipso exsistentiam, et procedere. Propterea liber sub imperio Manuelis editus, quem *De immortali causa* præsignat titulus, cui Græci contradicere non possunt, scilicet Spiritum ex duobus pariter procedere, inexpugnabilibus argumentis demonstrat. Ergo Græci *locuti sunt falsa, et erraverunt ab utero* [27] matris suæ Ecclesiæ, quam Christus in synodo, et imperatores omnium Ecclesiarum principem constituerunt. Obliti sunt illud Salomonis : *Conserva, fili mi, patris tui præcepta, et ne dimittas legem matris tuæ. Liga eam in corde tuo jugiter, et circumpone gutturi tuo* [28], *atque a stultitiis, quæ ad rem non pertinent, avertere* [29]. Arefacti conversi sunt in arbores autumnales expositi, non solum scilicet in rebus, verum etiam in plerisque fructibus veritatis, quod ex tractato capitulo et reliquis quæ subscribuntur, patet.

Contra instructionem Christi Salvatoris, nostri, fermentata offerunt, cum supercilio enim ignorant, quis dux fuerit illius traditionis ; Christo in Cœna benedicente azyma, quod trium exangelistarum

[27] Psal. LVII, 4. [28] Prov. XX, 21. [29] Ephes. V, 4.

(32) Locus mendosus; forte *eorum*.

(33) Monstrum verbi.

firmatur testimonio. Dicunt, et quod nequaquam relatu dignum esset, nisi quod ei omnes, tanquam magno propugnatori innituntur, asserentes fermentati panis vitam et animationem conferre, Sed omne corpus articii, sicut ex se simile non producit, ita vita caret et animatione. Nimirum causam extrinsecus habet moventem, ut stannum, domus, arca, fermentatus panis, et similia. Quæ vero intrinsecus habent moventem causam, naturalia sunt, ut quæque animata. Non autem est in pane vis sanctificationis, sed in verbo. Unde non videtur fidei consentire hujusmodi eorum factum et assertio, quæ penuriam monstrare volentes, ut Armeni, qui nil aquei laticis suæ immolationi apponunt, superflui inveniuntur. Nam simul frigidam, calidamque denuo, quasi benedictio impotens conficiendi fuerit, Dominico sanguini ad consummationem admiscent.

Diebus paschalibus cum populus communicaturus aride præparant, insuper abundantiam conficiunt in Dominicum corpus, et post distributionem, reliquiarum acervos, quia durabile non est, sepeliunt. Communicandis panem intinctum præparant. et accedentibus offas porrigunt cum cochlearto: *quod* Christus nequaquam fecisse legitur. Diaconi eorum qui ad aliquam promotionem incedunt, accipiunt uxores, ne honores perdant, quod contrarium est decimo canoni Nicænæ synodi. Sacerdotes eorum in plerisque locis, viri sanguinum exsistunt, et inferunt (34) sacratis manibus ; quod propriis oculis imperatorem sequendo per Cappadociam (35) Persarumque regiones, intuitus sum. Sacerdotibus debitum honorem subtrahentes, inter convivia sibi assistere faciunt. Pro facili occasione, pœnis et flagellis sacerdotes et clericos instar paganorum affligunt. Et ut habeant ridendi materiam, in capitibus eorum pileos pugnis conquassant: cum scriptum sit (36) : « Si quis manum in clericum jecerit, aut sine causa seu confingens occasionem, anathema esto. »

In sorte Simonis Magi de jure ponendi sunt Græcorum pontifices, qui nullis ecclesias sine pecunia largiuntur. Quos vere tangit illud apostolicum: *Pecunia tua tecum sit in perditionem* [39]. Sacros ordines, qui gratis dedent dari, nisi manus eorum ære graventur, non tribuunt; sepulturas in cœmeteriis non faciunt, nisi accepta pecunia, a quibuslibet, prorsus inficiant. Patriarchæ eorum, et archiepiscopi, et archimandritæ, secundum quod aliquando fuit in primitiva Ecclesia hæreticorum, ad obtinendos honores, celsitudines, a laicis promoventur. Quod prorsus hoc in tempore tricesimus apostolorum canon inhibet fieri, qui est hujusmodi: « Si quis episcopus per mundanos principes dignitatem obtinuerit, excommunicetur, et separetur, et omnes ejus consortes. » Sed etenim et tertius canon synodi, quam Græci septimam vocant, pronuntiat omnem electionem a principibus sæculi factam fore irritam. Unum solum Sabbatum, quod nos sanctum vocamus, pro sepultura Domini Salvatoris jejunio commendaverunt : reliqua vero anni Sabbata, epulæ, balnea, et ludicra, et quælibet penes illos celeberrima esse prætendunt. Sed errore satis jucundo traducuntur, quomodo apostolis sancitum esse sub anathemate mentiendo astruant, dicentibus: Maledictus, qui in Sabbato jejunaverit, præter unum. Nam si propter singularem Domini resurrectionem omnes dies Dominici cultu digno venerantur, et propter singularem mortem, sexta feria, nonne et propter singularem sepulturam, singulis Sabbatis, nisi solemnitas inhibeat, a qua et jejunium, et tristitia abducenda non sint beatus Sylvester asseruit?

Natura quidem hominis a principio in ruinam posita est, verum Græcorum gula cum ea certet, quæ e corruptine inest malitia. Nam non solum bis, sed quotiescunque opportunitas aliqua præbet, alimenta ori immittunt. Hinc est quod in quibusdam diebus Veneris, postposita omni verecundia, carnibus vescuntur; septem solis diebus in anno jejunant: quinque pro tota Quadragesima, in principio suæ illorum septimanæ, Sabbato sancto, in vigilia Epiphaniæ Domini. Etenim per omnem magnam Quadragesimam cœna minime abstinent, sed posito per singulos semel comedunt; nec secundum opinionem suam Quadragesimam celebrant, cum Quadragesima jejunium quadraginta dierum significet. Ipsi vero majorem septimanam a numero Quadragesimæ secludentes sex hebdomadis Quadragesimam claudunt. Tot enim sunt a prima eorum septimana usque ad Sabbatum, quod palmarum arborumque ramos præcedit, in quo universaliter ab illis cantatur: » Quæ animæ utilis est, complemus Quadragesimam, » a quibus sex septimanis, si sex dies Dominici cum totidem Sabbatis subtrahantur, triginta solum dies invenientur. De Dominicis vero diebus supervacuum est disserere: in quibus Christianis omnibus prohibetur jejunium. At igitur si Græci jejunant in diebus Dominicis (nam eisdem cibariis vescuntur in Sabbatis), anathematis rei sunt canonis, dicunturque anathema: sic qui in Sabbatis jejunaverit, præter unum Cum igitur die Sabbatorum jejuniis valefaciant, et omnia illa de festivitate (37), etiam si major septimana reliquis numeretur, evidentissime constat, eos non habere Quadragesimam.

Monachi extra claustrum pernoctantes, ut pecudes, singulis horis in plateis ipsi comedunt, de

[39] Act, VIII, 20.

(34) Videtur deesse vocula *mortem*, aut similis quæpiam,

(35) Hæc non conveniunt Fratribus Prædicatoribus, sed, Ætheriano, qui Manuelem, Græcorum imperatorem, sequebatur, dum bella gereret in Ægypto, Asia, etc. BASN.

(36) Can. Apost.

(37) Locus corruptus.

sinu, tanquam ex arca fructus, vel aliquid vescibile extrahentes, manducant. Declinant ut caupones, et calido lyæo comesta inferiora credunt.

Penes monachos non est unum marsupium, sed obliti dicentem: *Nisi quis renuntiaverit omnibus, quæ possidet* [31], etc., singuli habent singula. Græci nequaquam venerantes præceptum apostolicum illud: *Vir si comam nutriat, ignominia est illi* [32]. Omnes cum maximo studio incrementis operam præstant. Hujus lapsus clerici maxime rei sunt, et etiam, quos nullo modo decet, monachi nutriunt. Etenim in coronæ modum, sicut regula præcipit, tonsuram capillorum non faciunt, sed pene ut mulieres in fronte dividendo discriminant, servatis undique capillis, ut colli nuda, et aurium cartilagines protegant. Mulieres deserto naturali cultu capillorum, comis mortuorum densissimis subornantur, contra monitionem beati Petri apostoli, dicentis: *Mulieribus non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus* [33]. Mulieres fusco [fuco] et puniceo facies suas pingunt, et variis coloribus insigniuntur.

Viri et mulieres sacramentum conjugii pro futili reputant. Nam quoties alter displicet, vel altera alteri, coram prætore urbano voluntatibus eorum expositis, instrumentis et cingulis præcisis, sine contradictione viri uxores, et mulieres viros pro libitu accipiunt, contra mandatum, quod dicit: *Quod Deus conjunxit, homo ne separet* [34]. In domibus suis mansiunculas construunt, in quibus sanctorum imagines collocant, et eis omne obsequium exhibent lampadarum, cereorum, et incensi; et synodales, quas patres eorum construxerunt, ecclesias, in solitudinem sinunt et in paupertatem redigi: et pene in cubitibus suis faciunt missarum solemnia celebrari, beato Sylvestro hoc inhibente. Can. « Nullus presbyter celebrare præsumat, nisi in sacratis locis, in villis, in oppidis provinciarum. » Uxores sacerdotum, chorum ingredientes, oblatos panes de altari tollunt, et obsequium diaconi peragentes, cuncta quæ in cunctis suis necessaria sunt officiis missarum, præparant. Missam circa horam tertiam, pene nullos auditores habens sacerdos celebrat. Et quod nefas puto, uxori, vel puero filio associatus, quos non habet socios, vel comites salutando dicit: « Pax vobis. » Omnibus in Quadragesimali tempore Sabbatis, et Dominicis diebus missas celebrant, et Dominicum corpus conficiunt. Reliquis vero cum major incumbit necessitas, missarum solemnitates prorsus abdicantes, præsanctificatis utuntur. In Quadragesima silentio commendant: *Deus Dominus, et illuxit nobis* [35], quod reliquis anni temporibus decantant. Sacerdotes eorum more Judaico, promittunt barbas, quæ sunt Dominico sanguine, cum ab illis bibitur, madentes. Suffocatorum nec abstinent sanguine; nam turbos comedunt laqueis strangulatos, et alias aves, et intestina sanguine porcino implentes, pro deliciis vescuntur, contra apostolorum decreta. Sanguine humano porcos alunt, qui artem minuendi (38) exercent. Cum ad mortuum sepeliendum conveniunt, noti amici et cognati accedentes, ei osculum præstant singuli, tanquam licentiam accepturi, more paganorum, qui ad mortuos intendebant verba hæc « Vade, cum natura te vocaverit; sequemur te. » Misturam sanguinis prohibitam a sanctis Patribus faciunt jugiter. Nam consobrini consobrinas uxores ducunt. In baptizando præter Salvatoris præceptum apostolorumque consuetudinem, duo faciunt multum superstitiosa. Unum quidem, quod oleo per totum, baptizandum perungit sacerdos, ne aquæ tinctura illum pertingat; alterum vero, quod aquam fieri mandant calidam infantulum perpurgaturam: quod neque, Christus neque aliquis discipulorum fecisse legitur: quare duo baptismata faciunt, cum scriptum sit: *Unus Dominus, unum baptisma, una fides* [36].

Frustra quidem arguunt Latinos Græci, aquæ causa, quæ per dies Dominicos in ecclesiis ad sanctificandum populum benedicuntur; cum si hæc culpa sit, ipsi multipliciter rei sint. Nam singuli papyris oleo lampadarum ardentium coram imaginibus sanctorum intinctis, frontes suas perungunt, et aqua se aspergunt, a reliquiis sanctorum contacta; et in singulis Kalendis diligentissime aquam sanctificant. Ad quam tollendam, de vicinia venientes atque asportantes in domos suas, non solum ipsi aspergunt, sed verius delibant. Apostoli apostolorumque successores prorsus etiam cum uxore coire, ne sacerdotium polluerent, omiserunt; Græci vero sacerdotes, derelictis sanctorum vestigiis, *ut animales*, contrahentes matrimonium, *non percipiunt ea quæ Dei sunt* [37]. Et quod abominabilius est, a concubitu mulieris surgentes, sancta profanant mysteria, quæ pollutos et receuter cum mulieribus coinquinatos nullo modo admittunt. Christum minus posse, quam κύριον putant. Nam ex hoc probari potest, quod *Christe eleison* nunquam concinunt: *Kyrie eleison* frequentissime cantant in officiis suis. Prælatio sacerdotii apud eos tantum inter monachos esse videtur. Soli enim monachi potestatem solvendi atque ligandi exercent, quæ Petro, Petrique successoribus principaliter est tradita. Qua de causa studium singulare pecuniæ sacerdotes in monastico habitu constitutos complectitur, multaque inde facinora profluunt, ut evanescant in cogitationibus suis et redargutionibus suis truces. Nam quod in magno Constantini palatio diligentissime observatur, hoc Latinos facientes coarguunt. In Ecclesia utique dicti palatii,

[31] Luc. XIV, 33. [32] I Cor. XI, 14. [33] I Petr. III, 3. [34] Matth. XIX, 6. [35] Psal. CXVII, 27. [36] Ephes. IV, 5. [37] I Cor. II, 14.

(38) Secandi venas.

ubi sanctæ constituunt reliquiæ, sanctæ Dei Genitricis imago post altare sita, quam quodam excellentiæ privilegio vocant dominam domus ; statim a capite jejunii in conclavi clauditur usque ad magnum Sabbatum, panno illius portæ operiuntur, similiter autem sancti mantellis, sanctique Koramidii (39) locos, Quadragesimæ tempore, usque ad illud Sabbatum velaminibus tectos custodiunt ; sanctæ Dei Genitricis imaginem, ut filios parturiat compellant, eaque mediante ipsam Domini Matrem, ut commater fiat, accersunt, hoc modo. Imagini sindonem connectunt, ut baptizatum puerum de manu sacerdotis, ipsa ut commater accipiat. Quam superstitionem a se fieri sermone profitentur. Sed quid imago loquatur, aut fidem spondeat pro puero, aut testimonium reddat baptismi, nisi Deum contemnat, quis audeat asserere ? Nullam superstitionis speciem volentes omittere, et vivos fratres habentes odio, sanctos per suas imagines invitos sibi fratres faciunt. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non intuetur, neque cognoscit, quomodo diliget? Magis autem cum ficta et simulata est et inunita fraternitas hujusmodi, ære conducunt sacerdotem, cum *in Ecclesia* cantatur missa ; funduntur pro exsecrabili fraternitate preces non exaudiendæ. Animalis enim est hujusmodi fraternitas, non spiritualis. Cerei ad minus accenduntur duo, et perungitur oleo fictus frater, et sanctam amplectitur imaginem, quam ausus est dicere fratrem; qui homicida esse convincitur, cum fratres suos viventes odio habeat .

Contradicunt Christo patenter, et super sanctissimo illius corpore verbis operibusque occursant. Nam cum ipse azymorum panis specie carnem suam discipulis dederit hi asserunt azymos panes in carnem non posse converti per benedictionem. Qua ex re, sacramenti corporis Domini Latinos aiunt expertes . Sed o Pelagiana incredulitas ! si non credas Latinum sacerdotem incruentam immolare hostiam, conficere corpus Christi, hæreticus es . Nam multi per ipsam immolationem sanctificantur per quorum reliquias jugiter fiunt miracula. Rursus si credis, hereticus. Nam detestaris quod Ecclesia Latinorum conficit corpus Dominicum ; et potius vis in sorte Judæ traditoris annumerari, quam illius sanctissimi corporis participare ; sed attendere debet Christianus, quod sicut vina diversa verbum Dei in sanguinem, ita panes azymos et fermentatos, non adeo differentes permutat in carnem . Si forte Latinus sacerdos, quod vix permittitur in Ecclesiis eorum, Dominica peragat, Græcus non nisi abluto altari ibidem celebrat. Ulterius, Latinus cum Græca muliere volens matrimonium contrahere, juramento compellitur deserere communionem suam, confessionem suam, baptismum, jejunium Sabbatorum, et Christi carnis edulium. Omnis enim, qui in regia urbe de fratribus Græcorum uxorem ducit, scripto spondet juramento quod deinde non manducabit in azymis carnem Domini, nec filios secundum ritum faciet baptizari, neque sacerdoti Latino peccata confitebitur, neque in Sabbato jejunabit præter unum solum, neque non a Dominica Quadragesimæ usque ad Pascha vescetur carnibus.

Græcorum sacerdotes omnibus modis laborant ostendere plus factis quam dictis, quod inviolata fides sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ irrita sit. Nam quemcunque Latinum sibi associant per fidem, sive latenter, sive patenter baptizant. Unde Latinorum filios, mediantibus matribus, dicti sacerdotes, patribus nescientibus, rebaptizant, baptizatos jam secundum ritum Latinorum. Quod omnibus dictis supra abominationibus detestabilius est. Ex indice hoc mellitum lac inter cæteras Græcorum consuetudines repertum expressi : ut cum eo ipsi pectora purgaverint, ter plurium animarum se reos recognoscant.

De conciliis generalibus.

Consequenter post prædicta videndum est de conciliis generalibus et particularibus, videlicet ubi, quando, et a quibus, et pro quibus causis fuerunt celebrata : et etiam qui sint, qui dictis conciliis fuerunt condemnati.

Sciendum, quod licet septem vel octo dicantur concilia apud sapientes Græcorum, in libro qui *Nomoranon* dicitur, invenimus tamen quinque tantum ex ipsis quæ generalia habentur concilia, et non plura, et ideo contigisse credunt, quod non intercessit in eis pontificis Romani auctoritas ; et episcopi non fuerunt universaliter citati, vel certe quia non ediderunt canones, fidei doctrinam continentes, sed tantummodo illa quæ ad honestatem et mores Ecclesiæ pertinebant. Verum sive generalia, sive particularia, vel quocunque nomine censeantur, cuncta tamen, quæ in ipsis fideliter gesta sunt, communiter sunt recepta : et eorum auctoritas, tam in negotiis fidei, quam in aliis, parem obtinet firmitatem.

De prima sancta et universali synodo Nicæna; homousion Filium Patri definit, verum Deum et hominem, creatorem omnium, non creaturam.

Prima igitur sancta et universalis synodus in provincia Bithyniæ, civitate Nicæa, tempore Constantini Magni principis, quem Græci in Catalogo sanctorum numerant, sub beatissimo papa Sylvestro, ubi interfuit Osius episcopus Cordubæ, et Victor de Italia, vicarii domini Papæ, Metrophanes archiepiscopus Constantinopolitanus, et Alexander patriarcha Alexandrinus, Eustathius Antiochenus, Macarius Hierosolymitanus. Fuerunt autem cum istis et alii Patres sancti, numero trecenti et octo et decem.

Convenerunt autem contra Arium vana sapien-

(59) Locus corruptus.

tem, qui fuit tunc temporis presbyter Ecclesiæ Alexandrinæ. Hic quidem Arius blasphemavit Dominum nostrum Jesum, Deum verum, et verum hominem. Dicebat enim illum esse creaturam. Ideo impius, et consubstantialem Deo Patri nec unquam confiteri, nec considerare cum aliis catholicis viris voluit; cum ista confessio communis esse omnibus, cunctis prædicata, scilicet quod omnis filius ejusdem naturæ sit cum genitore et substantiæ; et, qui Filium inter creaturas computat, de necessitate etiam Patrem creaturam confitetur. Unde, hunc tanquam inimicum veritatis, simul cum illis, qui idem sapiebant, anathematizantes, ab Ecclesia ejecerunt, hoc est, Eusebium Nicomediæ, Eunomium et Macedonium. Hi enim quamvis in dictionibus suis differrent, tamen ut Arius a veritate exciderunt. Orthodoxam autem fidem confirmaverunt, consubstantialem Patri Filium confirmantes et prædicantes, creatoremque universitatis, et non creaturam, sed verum Deum et dominatorem [in Symbolo] declararunt, quod ipsi sancti Patres in inspiratione sancti Spiritus tunc temporis ediderunt.

De secunda synodo, Constantinopolitana prima, quæ Spiritum sanctum Patri *et Filio consubstantialem pronuntiat.*

Secunda autem sancta et universalis synodus fuit Constantinopolitana, tempore magni Theodosii imperatoris, sub Damaso papa. Ubi fuit Nectarius ejusdem urbis archiepiscopus, et Timotheus patriarcha Alexandriæ, Meletius Antiochiæ, qui et in ipsa synodo vitæ finiit cursum; Cyrillus Hierosolymorum, Gelasius Cæsareæ Palæstinæ, Gregorius Nyssenus, Gregorius Theologus sive Nazianzenus, qui tunc temporis thronum obtinebat Constantinopolis: qui quidem, discessione facta, voluntarie in ipsa synodo renuntiavit honori, secedens in locum, qui dicitur Nazianzum. Fuerunt autem cum istis et alii sancti Patres numero centum quinquaginta.

Convenerunt autem contra impium Macedonium, qui patriarchalem sedem civitatis furtive et tyrannice rapuerat, et blasphemavit in Spiritum sanctum dicens, quod non esset Deus. Quo juste deposito, ordinatus fuit statim Nectarius de quo supra fecimus mentionem. Eapropter Macedonium ut inimicum pietatis, ibi cum suis complicibus anathematizantes condemnaverunt. Deum autem verum, ac universitatis dominum sanctissimum Spiritum in Symbolo ampliaverunt : et quod consubstantialis sit Patri, et Filio, et ejusdem divinitatis, prout in Symbolo fidei continetur, quod ipsi latius et diffusius gratia ejusdem Spiritus sancti prædicaverunt.

Insuper contra Apollinarium Laodiceæ, et Sabellium Libyæ, blasphemos, et qui cum his similia sentiunt, excommunicationis sententiam protulerunt. Qui dicebant carnem Domini nostri Jesu Christi inanimatam, id est, sine anima rationali, et intellectu humano et in morte corporis commortuam divinitatem, asserebant, Sancti vero prædicti Patres ipsam carnem animatam et intellectualem confirmaverunt, habentem animam nostris animabus similem et rationalem.

In sancta tamen synodo dictus imperator Theodosius multum excessit, faciens quædam, contra primæ et sanctæ synodi, ac reverendæ instituta. Etenim coegit supra nominatos centum quinquaginta Patres clam summo pontifice et vicario ejus, ut Constantinopolitanam sedem sublimarent nomine patriarchæ, illi attribuentes, quod ante non habebat. Quæ res vehementis discordiæ et perturbationis sentina et causa exstitit, et usque hodie perseverat.

De tertia synodo, Ephsina prima : Dei Genitricem confitetur Mariam

Tertia sancta et universalis synodus celebrata fuit apud Ephesum temporisbus Theodosii Junioris sub Cœlestino papa Romano. Ubi interfuit Cyrillus magnus doctor, et patriarcha Alexandriæ et propugnator Ecclesiæ, Joannes Antiochiæ, Juvenalis Hierosolymorum, et Memnon Ephesiorum. Præerat autem tunc temporis sedi Constantinopolitanæ impius Nestorius Cum his itaque sanctis Patribus fuerunt et alii sancti quam plures, numero ducenti. Convenerunt autem contra ipsum Nestorium anthropolatriensem, id est hominis cultorem : Christum separantem et dividentem. Dicebat ipsum hominem esse purum, et non Deum incarnatum. Duos filios in uno Christo Deo docens et duas personas. Unde nec sanctam Mariam Virginem, quæ peperit ipsum Christum Jesum, Θεοτόκον id est, Dei Genitricem, sed Χριστοτόκον nominibat. Hujus rei gratia dicta synodus perseverantem in dicta blasphemia deposuit, tanquam Judaice, ἀνθρωπολάτρην et proprie, et vere Dei Genitricem, omnifariam sanctam Virginem Mariam demonstrarunt, et eum, qui ex ipsa sine semine incarnatus est, Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, et Deum verum prædicaverunt.

Joannes vero, Antiochenus patriarcha, contristatus, quod sine ipso depositus fuisset Nestorius, accipiens qui secum venerant episcopos, in quibus et erat Theodoritus deposuit Cyrillum, quod nefas est dicere, qui etiam in ipso Ephesino concilio locum summi pontificis obtinebat, veluti præter canones Ecclesiæ dictam fecisset synodum. Et ita fecit schisma inter eos. Postea vero cura et sollicitudine ejusdem imperatoris iterum uniti fuerunt consentientes in unum. Nestorius itaque impius missus est in exsilium.

Secunda ergo synodus, quæ eodem Theodosio Juniore in Epheso facta est, tanquam furtiva et reproba habetur. Et quoniam Dioscori prava sapientis, et Eutychetis fatuitates consensit tenere, et approbavit, a sancta catholica et apostolica Ecclesia merito est repulsa prædicta synodus.

De quarta synodo Chalcedonensi: verum hominem, et verum Christum confitetur in duabus naturis, sine confusione et divisione.

Quarta vero sancta et universalis synodus celebrata fuit in Chalcedonensi urbe, tempore Marciani imperatoris, sub sanctissimo Leone papa, magna columna Ecclesiæ. In qua fuerunt Anatolius archiepiscopus Constantinopolitanus, Maximus Antiochenus, Juvenalis Hierosolymorum; Alexandriæ vero fuit Dioscorus superbus, cum quibus et alii sancti Patres numero DCCL [DCXXX].

Convenerunt autem contra ipsum Dioscorum et Eutychen archimandritam monasterii, cognomento Studii, quod in ipsa regia urbe est. Hi enim Salvatoris et Dei nostri Jesu Christi incarnationem recusabant, facientes prorsus ipsum phantastice indutum carnem. Unde et in una natura ipsum exsistere dicebant, divinitati attribuentes quas sustinuit passiones. Propter hoc ergo, ipsis perseverantibus in hujusmodi errore, excommunicavit et anathematizavit et omnes eis consentientes sancta synodus.

Promulgavit ergo super hæc sacramenta definitionem, quod ipse sit perfectus Deus, et perfectus homo in duabus naturis, sine confusione et divisione.

Epistolam quoque sanctissimi Leonis, quam misit Flaviano episcopo Constantinopoleos, tanquam columnam orthodoxæ fidei, susceperunt, et usque hodie sic appellatur.

Scire etiam oportet, quod hi, qui dicuntur Theodositæ a quodam Theodosio, et Jacobitæ a quodam Jacobo, et Severiani a quodam Severo, similia scilicet prædictis Dioscori et Euthychetis abominabilium hæreticorum et exsecrandorum erroribus, tanquam ipsi exsecrati, seu exsecrandi, sentiunt et sapiunt, et resistunt, cum aliis hæreticis, seipsos alienantes a sancta Ecclesia catholica.

Tempore ipsius Marciani pervenit ad aures beati Leonis, de quo facta est mentio, quod Anatolius, Constantinopolitanæ sedis antistes, invaderet paulatim alienas sedes suoque illas adderet pontificio, ideoque dictus papa Anatolio, ut ab hujusmodi rapina cessaret, scripsit. Sed omnis ejus monitio cum nihil proficeret, cessit in irritum. Ex quibus tunc non cessaverunt dictæ sedis præsules fovere discordiam, et ob depositum cum Romana Ecclesia contendere. Unde et in quarto concilio sine consensu papæ et legatorum ejus, sicut alias, in tractatu *De potestate papæ* dictum est, canonem pro se ediderunt, de quo in fine hujus operis aliqua disseremus.

De quinta synodo, Constantinopolitana secunda.

Quinta sancta et universalis synodus celebrata est Constantinopoli, temporibus Justiniani imperatoris, sub papa Vigilio Romano. Ubi interfuerunt Eutyches archiepiscopus Constantinopolitanus, Apollinarius patriarcha Alexandrinus, Domnus Antiochiæ, et Eutyches Hierosolymorum cum aliis centum septuaginta.

Quæ sancta synodus in primis approbavit et confirmavit Chalcedonensem synodum sanctam nec non et orthodoxa et salutaria ejus dogmata. Et quæ a diversis exortæ sunt hæreses anathematizavit, et excommunicavit eadem sancta synodus Origenem, et omnia ejus impia scripta, Evagrium, et Didymum, et similes, et æqualia sapientes, et doctrinis gentilium contemnentes [*inhærentes* vel *insistentes*.] Etenim ipsi corpora, in quibus nunc sumus, dixerunt, tanquam sine intellectu et insipienter, non esse resurrectura, et quod paradisus sensibilis non est factus a Deo, nec est; et quod Adam non fuit formatus a Deo in carne; et quod pœna reproborum finem habeat; et quod dæmones reducentur in statum pristinum, quem habuerunt, scilicet antequam caderent. Non solum autem hoc, sed et alias infinitas blasphemias colligentes seipsos immerserunt in profundum. Quæ tamen usque in publicum, vel in manifestationem non prædicaverunt, sed apud aliquos in occulto habebantur, nec potuerunt perfecte æstimari prædicta dogmata de sancta synodo. Quia cum dicti tres hæretici multo antiquiores fuissent prædicto quinto concilio, multos in diversis partibus mundi attraxerunt sibi. Cumque multum populum corpissent hujusmodi impia dogmata corrumpere, statim et quintum concilium voluntate Dei fuit celebratum, ubi ipsos, et eorum blasphemias reprobans, eos et omnes similia sequentes anathematis gladio percussit.

Insuper et Theodorum Mopsuestiæ impii Nestorii discipulum cum suis exsecratis dogmatibus excommunicavit et ejecit ab Ecclesia. Cum quibus et Antiochum, et Petrum Zoam eliminavit, nec non et Theodoritum, qui contra propugnatorem pietatis et veritatis, beatum Cyrillum, multum impie et male scripserunt, et etiam contra primam sanctam synodum Ephesinam, et contra fidei nostræ documenta mentitus est, donans se infideli Nestorio et profano, ab Ecclesia tanquam hæreticum ejecerunt, donec omnia revocaret; quæ omnia tanquam pestifera cum illa epistola, quæ Ibæ dicitur, quæ missa fuit in Persidem ad Marim, penitus exstiparverunt; non solum rectis doctrinis adversantia erant hujusmodi, sed cum omni impietate participabant. His itaque rite peractis confirmaverunt, ut dictum, dogmata Ecclesiæ, et roboraverunt.

De sexta synodo, Constantinopolitana tertia. Damnat unam in Christo voluntatem et operationem.

Sexta sancta et universalis synodus facta etiam fuit Constantinopoli, Constantini Pogonati, filii Justiniani, temporibus, sub Agathone papa Romano. In qua fuit Gregorius patriarcha Constantinopolitanus, Theophanes Antiochiæ, et Petrus monachus vicarius Alexandriæ (vacabat enim sedes), cum aliis centum septuaginta.

Congregati autem fuerunt contra quosdam, qui novam hæresim confinxerunt in sancta catholica et apostolica Ecclesia. Dico autem contra Theodorum episcopum de Pharan, Honorium Romanum. Cyrum Alexandriæ, Sergium et Pyrrhum, Paulum et Petrum episcopos Constantinopolitanos, nec non contra eos qui denuo hæresim ipsorum innovaverunt in ipsa sancta synodo, hæreticos; dico contra Macarium præsulem Antiochiæ, qui depositus fuit, eo quod obviaret his quæ ab ipsa synodo catholice definiebantur, et Stephanum ipsius discipulum. Hi præscripti hæretici ausi fuerunt temerarie dicere, unam voluntatem et unam operationem esse in Christo post incarnationem; conjunctionemque, quæ orthodoxæ fidei est, solvere volebant. Hujus gratia sancta universalis synodus sexta prædictos hæreticos tanquam impugnatores Dei anathemate perculit, et omnia eorum dogmata, et omnes similia eis sapientes, et qui unquam sapuerunt, vel futuri sunt sapere, et non pœnitentes, cum his et Polychronium, puerilia sapientem senem, qui mortuos resurrecturos negabat, similiter excommunicaverunt.

Roboravit igitur sancta synodus fidem catholicam de duabus voluntatibus naturalibus et operationibus post unionem Verbi ad humanam naturam, non in divisione autem personarum, quod absit! sed quia unitæ, quæ in Christo sunt naturæ, suam quælibet habuit voluntatem propriam et operationem. Alii enim, qui hujusmodi naturæ auferunt proprietates, aut destruunt operationes et voluntates, aut naturas confundunt, quarum exsistunt proprietates. Nullum tamen canonem hæc synodus edidit, prout etiam ipsi Græci mirantes testantur.

Secunda sexta synodus reprobata, et canones ejus.

Hujus Constantini (39) filius Justinianus, Rhinotmetus nomine, post obitum patris sui, cum suscepisset sceptri moderamina, in fraudem et injuriam apostolicæ sedis synodum congregavit in Trullo palatii sui, et appellavit eam similiter sextam synodum, quæ non sancta, sed exsecrabilis est dicenda: cum clam pontifice Romano ad condemnationem sanctæ Dei Latinorum Ecclesiæ, canones ediderunt centum numero cum duobus. Adversantur autem sanctæ Dei Romanæ Ecclesiæ, præcipue tertius, decimus, tricesimus, quadragesimus quintus, et quinquagesimus secundus canones: qui infra in objectionibus Græcorum subnotantur.

De septima synodo, Nicæna secunda, adversus Iconomachos.

Septima quoque fuit synodus Nicææ, ubi et prima omnium fuit celebrata, tempore Adriani papæ Romani. Constantinus namque cum Helena matre sua cum pariter a piissimis prædecessorum scitis deviaret *Nasimutili* Justiniani pertinaciam secutus est. Verumtamen ad sacrarum memoriam imaginum populum revocare gestiens, synodum congregari jussit, quam septimam et universalem visus est vocare, cum nullum favorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et apostolicæ sedis haberet, secundum quod quidam volunt (40). Attamen in libris Græcorum legitur contrarium in hunc modum.

Septima sancta et universalis synodus convenit Nicææ, ubi et prima omnium fuit celebrata, tempore Constantini principis; qui filius Herenæ reginæ sub Adriano papa Romano, in qua fuit Tharasius patriarcha Constantinopolitanus, Alexandriæ, Theodoritus Anthiochiæ, et Heliæ Hierosolymorum, cum quibus et alii sancti Patres, in numero sexaginta sex (350). Vicarii vero dicti papæ fuerunt Petrus presbyter, cardinalis, monachus, et Petrus abbas monasterii Sanctæ Sabinæ, quod est in ipsa urbe Roma.

Hi omnes congregati sunt contra εἰκονομάχους, id est, contra impugnatores imaginum, figurarum Christi, crucis et beatæ Mariæ Virginis, et aliorum sanctorum, quas asserebant nullo modo esse colendas: ignorantes tales infelices hæretici, quod honor, qui talibus impenditur, non propter se, sed propter illum, quem imago repræsentat, exhibetur. Et quod propter hujusmodi picturas, antiqua et strenua facta sanctorum infiguntur memoriæ simplicium, qui per scripturas eas capere non sufficiunt, et successivo ordine transmittuntur in posteros, ut eorum gloriosi triumphi oblivione non deleantur, sed cum omni pietate venerentur, eorum imitentur facta per exemplum bonorum. Ideo barbaram et erroneam opinionem multorum sacræ Scripturæ testimoniis confutantes ab Ecclesia eliminaverunt, perpetuo anathemate damnantes eos qui de cætero super hoc aliquid temere attentarent. Hic est tenor septimi concilii, qui supradictis multum repugnare videtur.

Sed ista contrarietas citius solvitur, si rei gestæ tempus et ordo videantur. Revera dicti monachi nuntii fuerunt sedis apostolicæ, non ut synodum celebrarent, sed ut dictum imperatorem ex parte papæ cum litteris suis diligentius monerent, ut relicto errore sacrarum imaginum, quo tunc tota Græcia infecta erat, ad antiquum et pristinum honorem ecclesiarum picturæ restituerentur, sicut et fecit. Accepta igitur occasione dictus imperator, ex litteris papæ, congregavit septimum conciliumin ipsa regia urbe primitus, sed facta dissensione, cum non possent concordare, discesserunt ab invicem, qui convenerant.

Verum detenti fuerunt in eadem urbe per annum integrum, et sic postmodum jussu dicti imperatoris convenerunt. Cui concilio præfuerunt dicti nuntii papæ, et Tharasius patriarcha, quem sanctum nominant, et alii prælati supra nominati. Pace in Ecclesiis per istum modum restituta, retulit, ut mos erat, Tharasius patriarcha Constantinopolitanus

(39) Pogonati. Vide Baron. tom. III Eccl. Histor. anno Christi 680.
(40) Perperam isti sentiebant. Stew.

totum processum summo pontifici, ut sic tale concilium sua auctoritate confirmaretur. Nam colliguntur septem concilia in libro, qui *Nomocanon* appellatur. Quid tamen papa responderit, non inveni.

De synodis particularibus.

Dicendum quoque, præter istas septem universales synodos, fuit et una alia, universalis quidem, sed quia non agit de articulis fidei, non ponitur in numero generalium synodorum ab antiquis Græcis sed inter alias quæ locales nominantur. Moderni vero Græci, schismatici cum sint, ab omni numero illam excluserunt, et nomen ejus audire subticuerunt, eo quod eorum patriarcha Photius, hæresiarcha, fuit in ipsa dignitate patriarchali quam sibi injuste usurpaverat, nuper depositus. Et beatus Ignatius, qui studio dicti Photii a dicta sede injuste expulsus fuerat, honorifice restitutus. Testatur hoc Chronicon nomine Paphlagonis, in quo pene inaudita enarrantur de Photio exsecranda maleficia in damnationem ipsius. Fluxerunt autem a septima universali synodo usque ad istam octavam, anni octingenta duo; ab eadem autem sexta trecenti septem.

Particulares, sive locales synodi in partibus *Orientis* fuerunt istæ:

Prima fuit celebrata in Antiochia Pisidiæ, tempore Aureliani imperatoris, contra Paulum Samosatensem, qui primus ausus est blasphemare Christum Dominum nostrum Filium Dei, dicens purum eum fuisse hominem; sed per gratiam fuisse insignitum et sublimatum. Quod audientes prælati Ecclesiarum, confluxerunt undique complures ad dictam civitatem, obviantes errori novo, et primitus exorto. Præfuit autem isti synodo tunc temporis Hymenæus Hierosolymorum episcopus, et beatus Gregorius Neocæsareæ Cappadociæ, qui agnominatur Thaumaturgus, id est, mirificus, et alii, qui Paulum communi sententia deponentes ab Ecclesia ejecerunt. Utrum vero ediderit canones, non habetur.

Post istam immediate fuit secunda in civitate, quæ dicitur Anguria [Ancyra]; in provincia Galatiæ, cui præfuit Jutellius [Vitalis] Antiochiæ Syriæ præsul, et Agricolaus Cæsareæ Cappadociæ. Convenerunt prædicti Patres, et multi cum eis in dicto loco propter quosdam, qui tempore persecutionis in Ecclesia, propter nimia tormenta negaverunt Christum: scire volentes, utrum tales recipiendi essent ad fidem de cætero, et quomodo essent reconciliandi. Unde, inquisitione facta, definierunt multa super hoc, et fecerunt canones viginti quinque.

Fuit et tertia synodus consequenter post illam, et in Neocæsarea Ponti: quæ similiter canones edidit quatuordecim.

Hanc secuta est prima generalium in civitate Nicæa, conta Arium, ut superius expressum est, cujus canones sunt vigiuti.

Alia synodus celebrata fuit postmodum in Antiochia Syriæ, tempore Constantini [Constantii] principis, filii Constantini Magni, quæ viginti canones ecclesiasticos promulgavit. Post istam fuit et alia synodus in civitate, quæ dicitur Gangra, in regione Paphlagonum. Quæ viginti quinque canones pro honestate clericorum edidit et ordinavit.

Alia fuit in civitate, quæ Sardis dicitur (41), propter Constantium imperatorem, filium magni Constantini, qui declinavit in hæresin Arianorum. Huic frater suus [Constans], qui regnabat in occidente, ad monitionem papæ, misit litteras comminatorias, scilicet, quod pugnaret contra eum, nisi a dicto errore desisteret. Tandem de utriusque voluntate exstitit, ut synodus congregaretur in partibus Orientis, et quidquid Patres super hoc definirent, eorum starent consilio et sententiæ. Et cum factum esset, definivit prædicta synodus Sardica, Symbolum Nicænum summe esse tenendum: addens viginti unum canones ad doctrinam fidei pertinentes.

Similiter in Laodicea metropoli quædam alia fuit synodus, quæ 59 canones promulgavit.

Post hanc vero congregata est secunda et universalis synodus, quæ Constantinopolitana dicitur, contra Macedonium, præfatæ urbis episcopum, sicut supra fecimus mentionem, qui contra Spiritum sanctum impie blasphemavit. Sed canones non edidit nisi quinque.

Hanc secuta est tertia generalis, in civitate Epheso celebrata, contra impium Nestorium, sicut habetur supra. Cujus canones fuerunt sex.

Post istam vero fuit tertia in urbe Constantinopolitana contra Eutychen, sed particularis: nullos tamen canones edidit, nec habentur.

Deinde secuta est illa, quæ in Chalcedone urbe a sexcentis triginta Patribus sanctis celebrata fuit. Cujus canones sunt viginti quinque.

Fuit et alia synodus Contantinopolitana, particularis tamen contra Severum. Anastasius siquidem imperator, declinans in hæresim Eutychetis, multos et magnos prælatos ejecit de locis suis, suscitans per universum imperium suum persecutibnem universæ Ecclesiæ Christi. Unde cum præstitisset favorem Severo hæretico, ut fieret patriarcha Ecclesiæ Antochenæ sine irrita electione Flaviani, quem canones advocabant martyrem (42); scandalis, et persecutionibus, et homicidiis implevit Ecclesiam Christi prædictus Severus: ita ut Anastasius ipse protector suus et fautor per litteras ipsi comminaretur, quod nisi desisteret a tali insania, eum ab honore patriarchatus deponeret. Quo Anastasio defuncto, suscepit Justinus homo catholicus sceptrum imperii. Quod timens et videns Severus, voluntarie cessit honori, latenter fugam iniens, et pergens Alexandriam ad suos complices. Cumque ibidem in prædictum errorem plurimos induxisset, Justinianus imperator, qui prædicto Justino suc-

(41) Synodus ista est universalis, tametsi Nicænæ synodi appendix quædam censeri soleat.
(42) Locus mendosus.

cesserat, rogatu episcoporum orthodoxorum illius patriæ, congregari synodum petiit in urbe Constantinopolitana. Eodem tempore papa Agapetus, propter persecutionem, quæ totam Italiam occupaverat, cum multis clericis et episcopis venit Constantinopolim. Hujus autem autoritate dicta synodus condemnavit impium Severum et omnes ejus similes. Nam Anthemium, præfectæ urbis episcopum, complicem Severi, qui contra jura canonum dictæ civitatis occupaverat sedem, beatus papa Agapetus ab honore deposuit et condemnavit.

Post illam fuit illa quinta synodus generalis, quæ fuit ab Justiniano principe, contra Origenem et theodorum Mopsuestiæ, et reliquos hæreticos, prout superius fecimus mentionem : quæ habuit canones viginti duos.

Post istam fuit sexta et septima, quæ ultimo describuntur, inter quinque ; et superius nominata fuit. Celebratum est illud famosissimum concilium (43). Plurimos canones edidit, scilicet centum triginta tres.

Sed et Photius patriarcha, qui erat hæresiarcha, duo successive concilia celebravit in urbe Constantinopoli. Primum in templo Sanctorum Apostolorum : reliquum, cui præbuit, ut dicunt, papa Joannes favorem, in ecclesia Sanctæ Sophiæ.

Ista igitur sunt concilia quæ recipit Græcorum Ecclesia et retinet : de quorum canonibus adversus Romanam Ecclesiam gloriatur addens istis canones apostolorum, quos a beato Clemente se accepisse testatur ; quorum numerum in suis libris assignans, ponit eos esse octoginta quinque.

Furtiva insuper synodus, quæ in Trullo palatii fuit facta, fecit canones ad libitum imperatorum, ut dictum est supra, centum et duos.

Sed et synodus Photii, cui præstitit favorem Joannes papa, ut ipsi volunt, fecit canones septem et decem. Quorum ultimus videtur multum facere pro Latinis.

Sunt igitur in universo omnes canones nominati, computati canonibus apostolorum, cum his, et qui in furtiva synodo de Trullo editi fuerunt, CCCXXI. Habent insuper quasdam epistolas sanctorum suorum, Basilii, Cyrilli, Athanasii et aliorum, in quibus continentur canones plures, quos inter alios authenticos recipiunt, et pari veneratione imitantur.

Horum igitur auctoritate Græci suffulti, quam plurimos latratus contra Romanam Ecclesiam latrando emittunt : pro eo, quod multa in eis, quæ contra Latinos, et pro Græcis prima facie agere videntur. Quorum tenorem diligenti investigatione considerantes, de Græco in Latinum pro legentium exercitatione tractabimus, huic operi superimmiscentes.

[37] I Petr. II, 23.

Oppositiones Græcorum.

Sit ergo unus canon apostolorum: » Episcopus, aut presbyter, aut diaconus uxorem suam occasione honestatis, vel castitatis non ejiciat. Si autem ejecerit, excommunicetur. Perseverans autem, deponatur. » Sed vos, inquiunt, accedentes ad sacros ordines, votum emittere castitatis adigitis. Ergo compellitis vos uxores dimittere, si volunt assequi talem gradum. Ergo, etc.

Item vicesimus septimus canon dicit : » Episcopum, presbyterum, aut diaconum verberantem fideles, qui peccant, aut infideles inique agentes, et per hoc timeri volunt, deponi præcipimus. » Nequaquam autem hoc docuit vos Dominus; *sed cum malediceretur, non remaledicebat*[37]. Sed vos Latini manifeste disciplinatis eos, quos absolvitis, et quandoque usque ad effusionem sanguinis. Ergo juxta sanctiones Patrum estis deponendi.

Item sexagesimus tertius dicit: »Quod si episcopus, aut sacerdos aut diaconus, seu omnino de catalogo clericorum carnes comederit in sanguine animæ ipsius, aut captum a bestia, vel morticinium, deponatur. Hoc enim lex prohibet. Si vero laicus fuerit, excommunicetur.» Sed constat, dicunt, quod Latini indifferenter vescantur talibus. Igitur, etc.

Item sexagesimus quartus præcipit: « Neque quis jejunet Sabbati die, nisi sit vigilia Paschæ. Si quis clericus inventus fuerit diem Dominicum jejunans aut Sabbatum, præter unum solum, deponatur. Si laicus est, excommunicetur. » Sed Latini fere omni die Sabbati jejunant. Ergo, etc.

Item octogesimus clamat sic : « Episcopus vel presbyter aut diaconus militiæ vacans, et volens utrumque tenere, scilicet mundanum principatum et sacerdotalem diœcesim, deponatur. » Nam quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ Dei, Deo. Sed prælati Latinorum, et etiam ipse Papa, assumit sibi talium dignitates, et vocantur quidam *duces*, quidam *comites*, quidam etiam *marchiones*. Ergo, etc.

Item canon tertius consilii in Neocæsarea celebrati injungit pœnitentiam bigamis. Et multo majorem his, qui in trigamia, et ultra ceciderunt, et indicat beatus Basilius tale matrimonium fornicationem. Dicit enim concilium : « De his, qui in pluribus nuptis ceciderunt. Equidem tempus pœnitentiæ manifestum est, quod definitum est, sed conversatio eorum et fides abbreviat tempus.»

Item septimus canon ait : « Presbyter in nuptiis bigami non comedat : quia cum veniam petat bigamus, quis erit ille presbyter, cui propter comestionem quærat bigamus confiteri ? »

Item in canonibus beati Basilii de eodem habetur sic : de trigamis, et pluribus nuptiis copulatis, eumdem definimus canonem, quem et de

(43) Locus mutilus. Forte Carthaginiense, cujus apud Balsamonem exstant canones 136.

bigamis proportionaliter, annum quidem super bigamis ; alii dixerunt duos. Quidam trigamos, et ultra, tribus, et quatuor puniunt, quidam insuper excommunicant eos. »

Item eodem dicto canone : » De nuptiis pluries celebratis Patres conticuerunt, tanquam incentivum essent, quod et omnino alienum a genere humano : nobis autem evidens est, quod plus sit quam peccatum fornicationis. » Sed Latini celebrant tales nuptias sine contradictione. Ergo faciunt contra instituta canonum, et sanctorum Patrum. Sed qui talia agunt, excommunicandi sunt. Ergo, etc.

Item canon Timothei episcopi Alexandriæ dicit : « Quod mulieres menstruatæ non debent accedere ad ecclesiam, etiam pro baptismo recipiendo, sed debent abstinere ab ingressu ecclesiæ, et differre baptismum, quousque purificentur. »

Item Laodicensis concilii canon quadragesimus quartus prohibet ne mulieres partem illam aliquomodo ecclesiæ, quam nos chorum dicimus, intrent. Item canon ejusdem concilii septimus prohibet, ne quis presbyterorum, aut episcopus offerat sacrificium in aliqua domo, nisi ubi est *ecclesia*. Quæ cuncta, qualiter in Ecclesia Latinorum serventur et a viris, et a feminis, omnis, qui oculos habet, videre potest.

Item tertius canon secundi concilii ita dicit : « Constantinopolitanum episcopum habere prærogativam honoris post Romanum episcopum, « supple, decrevimus : eo quod ipsa sit nova Roma. Cui convenit vicesimus octavus canon Chalcedonensis concilii, qui sic definit : » Ubique sanctorum Patrum definitiones sequentes, et canonem, qui nuper lectus est, centum quinquaginta Dei amantissimorum episcoporum (sub piæ memoriæ Theodosio Magno, qui fuit imperator, in regali Constantinopoli urbe, nova Roma), cognoscentes, » eumdem et nos definimus et statuimus de prærogativis sanctissimæ ejusdem Ecclesiæ Constantinopoleos, novæ Romæ. Etenim throno antiquioris Romæ, eo quod regnaret illa civitas, Patres congrue et decenter tradiderunt tunc primitivum honoris : et eodem respectu moti, centum quinquaginta Dei amantissimi episcopi, æqualem prærogativam honoris attribuerunt etiam sanctissimæ novæ Romæ ; et ut in ecclesiasticis rebus, sicut ipsa, magnificetur, secunda post ipsam exsistens.

Hoc idem definit sexta synodus. Sed etsi non eamdem potestatem habet patriarcha Constantinopolitanus, quam habet papa, constat quod par est et similis in potestate. Sed par in parem non habet imperium. Unde ergo ei tanta præsumptio, ut dicat se principem super omnem terram ? et etiam, quod dicta sedes novæ Romæ subdita sit sibi ? Hoc nihil est, nisi invadere sedes alienas. Sed qui hoc agunt, anathema sunt. Ergo, etc.

Item canon quinquagesimus secundus septimi concilii, quod factum fuit in Trullo, prohibet celebrationem Missæ in Quadragesima, diebus Sabbatis et Dominicis exceptis, dicens : « In omnibus diebus jejunii sanctæ Quadragesimæ, præter Sabbatum et Dominicam, Annuntiationisque diem, fiat de præsanctificatis sacra missa ; » sed Latini omni die in Quadragesima celebrant, et ubique, etiam bis in die. Ergo faciunt contra instituta. Ergo sunt excommunicati et anathematizati.

Responsio Latinorum ad auctoritates canonum.

His, ut dictum est, auctoritatibus Ecclesia Græcorum se muniens et erigens contra Latinos. non cessat iisdem insultare, rabiem prævaricationis et anathematis imponendo. Et licet nostræ facultatis et ingenii non sit, ad singula, prout competit, respondere : quædam tamen lectorem, juris ignarum, cautiorem facere possunt, sicut possumus compendiosius pro parte Latinorum. Deo auctore, obviabimus supradictis.

Respondentibus igitur primis, generali modo loquendi, dicimus : quod omnis scriptura, quam Græcus pro se contra Latinum, præter textum Bibliæ, adducit, suspecta est et esse debet cuilibet viro sapienti, eo quod ab initio nascentis Ecclesiæ, tantum exercuit [se exseruit] perversum dogma hæreticorum in gente prædicta, quod eorum studium et intentio fuit, semper dicta sanctorum vera removendo, aut falsa inserendo, corrumpere, destruere, et dilacerare, Probant hoc concilia, et maxime unum ; ubi ex parte Monothelitarum, libris corruptis in medium prolatis, imponebant beato papæ Vigilio, quod quosdam anathematizaverat qui non confitebantur duas naturas, et unam voluntatem et operationem fuisse in Christo. Imo ita fuit et est familiare Græcis et proprium, Scripturas sacras corrumpere ; quod ad compescendam hujusmodi insaniam sancti Patres sub anathematis attestatione hoc in suis fieri prohibuerunt, utentes verbis Apocalypsis [38] cum tali additione : « Quicunque apposuerit his, vel diminuerit : si clericus est, deponatur ; si laicus, excommunicetur, » etc., ut supra fecimus mentionem. Et ut omnis via eisdem hæreticis præcluderetur, ordinaverunt insuper, ut communiter dicitur, ut libri, præcipuo sanctorum conciliorum, in chartis bombycinis scriberentur, eo scilicet, quod rasuram non sustineat hujus pergameni (*f.* sicut pergamena).

Contra canones vero apostolorum et aliorum, qui nobis objecti sunt, multiplex erit responsio, et diversimode possunt adversarii confutari. Constat enim, sicut ipsi dicunt, canones, quot apostolis inscribuntur, de Latino in Græcum a beato papa Clemente fuisse translatos. Cum igitur omnis aqua fluens in fonte et origine naturalior et verior, quam in rivulis, qui procedunt ab eo, inveniatur,

[38] Apoc. xxi, 7 seqq.

supponendum et credendum est, quod in Ecclesia Latina, a quibus tanquam a fonte rivuli processerunt, dicti canones veriores et puriores sunt, quam in Ecclesia Græcorum : præsertim cum per ora plurium hæreticorum et schismaticorum, a trecentis octoginta annis, et citra transierunt : quod multas alias soliti sunt corrumpere scripturas. Sed cum in Ecclesia Romana plures ex eis, et maxime, qui modo Latinis objecti sunt, minime reperiantur, sequitur, quod aut superadditi sunt ab eis : cum sit verissimum, quod de Latino in Græcum fuerunt assumpti,

Sed si verum est, quod sint ficti ab hæreticis et schismaticis, et aliis canonibus veris inserti, merito et absque quæstione aliqua sunt repudiandi. Si vero ab aliquo, nescimus quo, talem scripturam suscepit et tenuit Ecclesia Græcorum, dicimus, quod in Græca auctoritate ignoratur ipsius veritas, et inter apocrypha et dubia sunt computanda : apocrypha autem Ecclesia nescit, ubi maxime eorum silentio veritati penitus convincitur obviare. Quid ergo est ? Nos sane primam partem hujus argumentationis eligentes, dicimus cum expositore canonum, re et nomine maxime inter Græcos (44) quod Photius, vel Photinus patriarcha, auctor schismatis, qui multa de corde suo fixit contra Latinos, dubios canones, et plures alios apostolorum canonibus, et aliorum sanctorum Patrum interseruit, et in multis locis libens veritatem condemnavit.

Secundo ad idem dicimus, quod beati apostoli et sancti Patres etiam complura definierunt et ordinaverunt in Ecclesia, pro variis causis et eventibus, locorum nimirum et temporum, etiam personarum, quibus procul dubio causis de medio sublatis, eorum similiter effectus debuit, et debet rationabiliter et sine causa removeri. Hinc est, quod interdum rigida, interdum remissa imperant. Quandoque etiam in his quæ sunt suis prædicationibus contraria, inveniuntur dispensasse. Probant hoc actus eorumdem apostolorum, ubi de consensu unanimi pauca quædam, sed tamen gravia gentibus imponentes, scilicet *abstinere ab idolis immolatis, et sanguine suffocato, et fornicatione*[39] ; quædam postmodum Paulus doctor gentium, qui eodem spiritu plenus erat, ut infra dicetur, salubriter revocavit. Idem etiam Apostolus, pro tempore, pro causa etiam utili, circumcidit Timotheum, et postmodum dixit Galatis : *Si circumcidimini, Christus vobis nihil prodest*[40]. Hinc est quod Cephas quædam legalia coram Judæis tenuit, licet appareret reprehensibilis, propter infirmos. Et Paulus similiter totondit sibi caput in Cenchris, coruscante jam Evangelio, et purificandus secundum legem ascendit Hierosolymam, ut tractaret cum quibusdam, qui votum fecerant in templum Domini. Hinc est etiam, quod Salvator noster, et legum Dominus pro varietate temporum diversa visus est imperare apostolis, cum scilicet eos modo cum unica tunica, et sine sandalis, et absque baculo, modo cum duabus, et calceatos mittit ad prædicandum.

In definitionibus quoque Patrum, sicut diximus, multa inveniuntur, quæ hoc idem probant similiter, hoc est, quædam pro tempore, et ad tempus statuta fuisse, Dicunt enim in quibusdam suis definitionibus, prout Græcorum probant exemplaria, tali modo : Si quis carnes et caules in die Dominico non comederit, si clericus est, deponatur ; si laicus est, excommunicetur. Et iterum : Si quis diem Dominicum jejunare inventus fuerit, vel Sabbatum præter unum, anathema sit. Hæc et iis similia multa statuerunt. Quod, ut sæpe diximus, factum est, ut ex talibus statutis errores, qui erant in Ecclesia, evellerent ; non, ut legem perpetuam ex hoc hominibus persuaderent. Cui enim dubium est, quod multi fidelium abstinent a carnibus omni tempore ? et tamen non peccant ; et quod plures alii tam in festis, quam in aliis pro salute corporis, quidam pro salute animæ ? et tamen in tali opere nullo modo peccant, quia intentio finem imponit operi, non opus intentioni, secundum quod iidem Patres sancti in plerisque suis tractatibus aperte exposuerunt. Sed ne nostrorum adversariorum manus, sic generaliter respondendo, effugisse videamur, redeamus ad singula, et videamus, utrum nos objecta, an Græcos, qui ea objiciunt, miserabiliter damnent.

Dicit unus canon, quem apostolorum nominant, sicut supra ostensum est, isto modo : « Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus suam uxorem, » etc.

Dicimus, quod in Ecclesia Dei occidentali nusquam tale vidimus, nec permittimus fieri quale nobis Græci objiciunt ; videlicet, ut aliquis matrimonio legitime copulatus sub prætextu alicujus religionis vel honestatis, suam dimittat uxorem, ipsa reclamante, aut renitente. Sed potius nos tales per censuram ecclesiasticam compellimus, si quam religionem ingressi sunt, dimittere, et suæ sponsæ legitime copulari. Verum si soluti sunt, et ad sacrum ordinem sponte et voluntarie confugere volunt, cum mos antiquus in occidentali Ecclesia, ob religionem fidei et sacramenti reverentiam, obtinuerit, ut ministri immaculati altaris, et non umbræ et carnalibus sacrificiis, sed veritati et spiritui servirent, exiguntur revera votum castitatis emittere, quemadmodum hi, qui seipsos propter regnum cœlorum castraverunt ingressu religionis, votum obedientiæ, castitatis et paupertatis profitentur ; et quædam alia secundum regulæ instituta. Non ergo cogimus clericos ad continentiæ sortem descendere, sed eis religiose et pie prædicimus.

[39] Act. xv, 20. [40] Galat. v, 2

(44) *Nominato*, vel simile quid defuit in ms.

quod, si talem ordinem et gradum ascendere desiderant, oportet eos jura sui ordinis inviolabiliter observare. Congruum est quippe, et consonum rationi, ut si sacerdos legalis ingressurus tabernaculum, vel templum ad immolandam victimam, vel incensum Domino, tempore vicis suæ, carnem suam freno continentiæ moderabatur; quod sacerdos evangelicus, qui hostiam immaculatam, Agnum scilicet verum, non obumbraticum quotidie offerre debet, quotidie et continue castitatis et puritatis veste induatur, si omnipotenti Deo sacrificium acceptabile offerre concupiscit. Non igitur nos illa inhibitio, sed Græcorum Ecclesiam tangit, quæ in istam maledictionem ab initio corruit, et usque hodie miserabiliter in eo perseverat. Ipsa namque est, quæ laicos et plebeios viros, uxoratos tamen, B assumens in episcopos, vel contra, cogit eos contradicentibus eorum uxoribus, castitatis votum emittere, vel monasterium aliquod introire, ipsas sponsas, continentiam profiteri. Istud probatione non indiget, quia pene tot testes sunt, quot gentis illius consuetudines non ignorant. Nonne hic caput Goliathi proprio ense inciditur? nonne gladius eorum, super Latinos vibratus, *intrat in corda eorum, et arcus* [41] indebite tensus, in suis manibus fractus esse monstratur?

Sed canon apostolorum est, qui dicit: « *Si quis episcopus*, » etc. Quare non observatur ab eis? Cur nobis innocentibus suam damnationem et turpitudinem tam obstinato animo objiciunt? Cum ergo respondere non possint, transeamus ad vicesimum septimum canonem, qui dicit: « Episcopum, sive C presbyterum, vel diaconum verberantes fideles, » etc.

Respondeo: In quolibet peccato manifesto tria ad minus reperiuntur, scilicet, libido interior, opus exterius, et evidentia libidinis. Interiori offenditur Deus. Difformatur quippe anima ad imaginem Dei facta, et Deus, qui tibi prohibuit, despicitur a creatura. Opere exteriori corrumpit homo seipsum et alium. Evidentia vero, vel enormitate, quæ est clamor cum voce, totam Ecclesiam offendit. Oportet ergo, si vult recte pœnitere, ut contra istos tres morbos tria quædam objecta remedia penitus adhibeat, scilicet dolorem contritionis, contra libidinem mentis; laborem satisfactionis, per exsecutionem operis; privatim tamen pro privatis, pu- D blice pro manifestis.

Item peccatorum quædam sunt ex ignorantia, quædam ex infirmitate, quædam ex studio et malitia perpetrata. Quando ergo aliquis de numero fidelium non privatim, sed publice, non ignoranter, sed studiose et superbe peccans, separatus est ab Ecclesia, tam merito delicti, quam sententia prælati, justum est, ut si vult reconciliari Ecclesiæ, a cujus integritate abscissus est peccando, quod condignam et congruam delicti satisfactionem offerat ad arbitrium sacerdotis. Discernentes autem sacerdotes Ecclesiæ, quorum est discernere inter fidelium lepram, et non lepram, judicaverunt, ut is qui per contumaciam ab unitate fidelium separatus est, et matrem suam, id est Ecclesiam, imo Deum in ipsa contristat contemnendo, prostratus coram eo petat veniam, et in signum subjectionis et humilitatis corpus percutiendum et verberandum offerat, imitatus eum; qui dicit: *Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus* [42]. Et iterum: *Disciplina pacis nostræ super eum* [43], etc. Et ut ex hoc ostendat pœnitens, Ecclesiam Dei matrem et magistram esse vitæ et moribus parvulorum, *in quorum* nimirum *cordibus* secundum Sapientiæ voces, *stultitia colligata est, et virga disciplinæ fulgabit eam* [44]. Esto etiam, quod verum sit, quod canon ille sit apostolorum sanctorum; Latinos tamen non tangit, quia non dicitur ibidem: « Quod quicunque episcopus voluerit, etc., quacunque ex causa, » sed dicitur: « Episcopus, etc., verberantes fideles, et propter hoc timeri volunt, » etc. Non enim hoc agit Ecclesia Romana in suis filiis, tanquam tyrannicam exercens potestatem, vel odio commota, sed propter illas causas, quas prædiximus, et alias, quas propter brevitatem judicamus reticendas.

Sed Ecclesia Græcorum, quæ trabem gestat in oculo, quam non videt, sed potius festucam modicam in oculo fratris sui [45], hoc, quod nobis objicit, studiosius implet, non dico in suis laicis, ad quos nimirum manus extendere non præsumit, sed in suis papatibus et clericis, quos tanquam viles et rusticos, pugnis faciunt verberari, sublato tamen prius τῷ ἰματίῳ, id est, veste clericali, ad horam, prout propriis oculis aspeximus in civitate Nicæa.

Nunc ergo, si ita est, imo quia ita est, stultam fecit Dominus Græcorum sapientiam. Hunc igitur canonem tanquam inutilem relinquentes ad sexagesimum tertium, qui de sanguine et suffocato loquitur, sermonem convertamus.

Et licet generalis responsio supposita sufficiat, tamen aliquid latius respondeamus. Fatemur sane, verum decretum fuisse ab apostolis in Actibus eorum, ut hi, qui conversi erant de gentibus, abstinerent [46]. Quod quidem expediebat tempori illi et statui infirmorum, eo quod synagoga conversorum Judæorum, cum honore et obsequio, sicut dicit beatus Augustinus, ducenda erat ad sepulturam. Processu vero temporis, roborata prædicatione Evangelii, et multitudine gentium ad fidem currente, per Paulum doctorem gentium et apostolum specialem earum, imo per ipsum Dominum, qui per Apostolum loquebatur, hujusmodi sententia revocata est. Dicit enim ad Corinthios: *Omne quod in macello venit, comedite, nihil interrogantes, propter conscientiam* [47]. Item: *Omnia munda mundis* [48]. Et alibi: *Scio et confido in Domino Jesu: quis es, qui judicas alienum servum* [49]?

[41] Psal. xxxvi, 13. [42] Isa. l, 6. [43] Isa. liii, 5. [44] Prov. xxii, 15. [45] Matth. vii, 3. [46] Act. xv, 29. [47] I Cor. x, 25. [48] Tit. i, 15. [49] Rom. xiv, 4.

Scilicet, qui salva pura conscientia comedit, quidquid a majoribus comedendum accepit. Idem: *Nemo vos judicet in cibo et potu* [50]. Ac si dicat: Nemo vos velut Judæos discernat ab his, inter quos habitatis, in differentia ciborum, et in reliquis, quæ idem apostolus adjecit. Ad idem facit quod Dominus in Evangelio dicit: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem* [51], etc. Quod quidem primo pastori declarare volens Dominus in visione illa cœlesti et admirabili, quia idem pastor Ecclesiæ Petrus linteum quatuor initiis de cœlo ad terram submitti videbat, post admirationem, quam habuit, dixit ei: *Quod Deus permundavit, tu ne commune dixeris* [52].

His auctoritatibus et multis rationibus Ecclesia Dei Romana sufulta loco et tempore talibus utitur absque offendiculo et conscientia peccati. Sed Ecclesia Græcorum, cui omnia in scandalum et offendiculum conscientiæ versa sunt, non absque macula criminis talibus abutitur. Quis Latinorum cum tanto studio et attentione utitur porcino sanguine, sicut populus Græcorum? Et ut oculis propriis vidimus, pro summis reputat deliciis: quoties illo sanguine confecto, quod ut credimus cipuncti (45) vocant in suis epulis, velut canes impudentissimi, ingurgitari possunt? Item numquid non utuntur suffocatis, et captis a bestia, quando venatitiis carnibus, ut leprum, qui canum dentibus præfocantur, et aliorum animalium, nec non et avium, quæ loqueo captæ sunt, vel reti, et manibus aucupum eorum capita retorquentur, et tam diligenter et curiose vescuntur? Unde ergo eis tanta insania, ut hoc, quod ipsi tam summo studio peragunt, in se approbent, in aliis reprobent, derideant, et depravent? Obmutescant saltem nunc eorum dolosa labia, et impudentes frontes decidant jam confusæ.

Post hunc sequitur canon sexagesimus quartus, qui sic incipit: « Si quis clericus inventus fuerit jejunans diem Dominicum, vel diem Sabbati præter unum, » etc.

Respondeo: Canon iste non est apostolorum, sed quorumdam, qui, propter causam superius assignatam, talem sententiam promulgaverunt. Si enim esset canon apostolicus, fuisset utique tempore Sylvestri papæ. Constat autem, quod in diebus suis mota fuit quæstio a Græcis, quod videlicet non jejunaret Sabbatum, præter unum, allegantibus quibusdam de lege Moysis, sicut habetur in Vita ipsius papæ; sed cum nullum assensum præbere voluisset, Sylvester papa ait: « Si omnis Dominicus resurrectionis est colendus in gaudium Christianorum, et omnis Sabbati dies sepulturæ est deputandus ad exercitationem Judæorum. Omnes enim discipuli Domini fletum habuerunt Sabbato, sepultum suspicantes, et Judæis epulantibus lætitia inerat; discipulis autem jejunantibus tristitia imperabat. Tristemur ergo cum tristantibus de sepultura domini, si volumus cum iisdem de Domini resurrectione gaudere. Neque enim fas est ut distinctiones ciborum, et cæremonias Judæorum more Judaico observemus. »

Hæc et his similia dicente beato Sylvestro, placuit quibusdam orientalibus conventibus illa traditio apostolicæ sedis. Sed magis elegerunt Sabbatum celebrare cum Judæis. Cujus sententiæ concordans beatus Innocentius papa ait: « Sabbato jejunandum esse, ratio evidentissima demonstrat. Nam si diem Dominicum ob reverentiam Domini non jejunamus, Sabbatum prætermittere non debemus: quod inter tristitiam et lætitiam temporis illius videtur inclusum. Nam utique apostolos constat biduo isto, et in mœrore fuisse, et propter metum Judæorum se occultasse. Quod utique non est dubium, et in tantum jejunasse biduo memorato, ut traditio Ecclesiæ habeat, isto biduo sacramenta penitus non celebrare. Quæ forma per singulas hebdomadas est tenenda. Hic loquimur secundum modum, qui tunc erat, propter quod commemoratio illius (47) diei semper est celebranda. Quod si putant semel, atque uno Sabbato jejunandum; ergo et dies Dominica, et sexta feria, semel in Pascha erit utique celebranda. Si autem Dominici diei, aut sextæ feriæ per singulas hebdomadas reparanda est imago, dementis est, bidui agere consuetudinem, Sabbato prætermisso, cum non disparem habeat causam, a sexta feria, in qua Dominus passus est, quando et apud inferos fuit, ut die tertia resurgens redderet lætitiam, post biduanam præcedentem tristitiam. Non ergo nos negamus, sextam feriam jejunandam; sed dicimus, et Sabbato hoc agendum, quia ambo dies tristitiam apostolis, ac iis qui Christum secuti sunt, » indixerunt, qui die Dominica exhilarati, non solum ipsum festivum esse voluerunt, sed etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse dixerunt.

Ut ergo ad primum verbum nostrum revertamur, canon iste, quem Græci apostolorum esse mentiuntur, si fuisset tunc temporis, suffecisset illis in adjutorium suæ petitionis, seu opinionis, hoc decretum apostolicum, quod nimirum immutabile secundum eos permanet; maxime, si istud Dei apostoli immutabiliter omnibus servandum mandaverunt. Quæ fuit ergo causa, quæ eorum clausit labia, ut non haberent recursum in diebus illis ad certitudinem apostolicæ sanctionis? Nulla prorsus fuit: quia nec editus erat, nec canon dici poterat, quia nec erat.

[50] Coloss. II, 16. [51] Matth. XV, 11. [52] Act. X, 15.

(45) Barbara lexis, fartorum, *Blutwurst oder Rosenwurst*.

(46) Epist. 1, ad Decentium.

(47) Quæ utique forma per singulas tenenda est hebdomadas, propter id quod commemoratio illius etc.

Sed octogesimus, inquiunt, qui sic incipit : « Episcopus, vel presbyter, seu diaconus militiæ vacans, » etc., rursum clamat contra Latinos.

Respondeo, si vim canonis inspiciat lector, supposito etiam quot sit apostolorum, Latinis non obviat. Quia nec militiæ vacant episcopi nostri, eo modo quo canon accipit; nec [*quisquam eorum*] utrumque principatum unquam tenuit, vel tenet, ut simul rex et sacerdos sit, vel vocetur, nisi spiritualiter, sicut dicit Scriptura : *Fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotium*[53]. Si vero ipsam exhortationem, quam fecit Ecclesia principi sæculari, vel auctoritatem, quam dat, vel adjutorium, quod præstat contra persecutiones ipsius Ecclesiæ, et viros nefandos, militiam reputant, quis in hoc non offenditur? Nonne Ecclesia Græcorum dat coronam imperatoribus gestandam in signum pulchritudinis, et gladium in manu tenendum ad vindictam sanguinis exercendam? Nonne cum ipsis vadunt in exercitium, et pugnaturis exhibent sacramenta sua, et orant pro eis generaliter et specialiter in secreto Missæ? sicut scriptum est : «Memento, Domine, piissimorum et fidelissimorum imperatorum,» etc. Et post pauca : « Robora eorum brachia, exalta eorum dextram, confirma eorum regnum, subjice eis omnes barbaras nationes, et eos qui bella volunt,» etc. Nec recusamus utrumque gladium esse, materialem scilicet et spiritualem. Sed unum concedit militi ad nutum sacerdotis educendum, alterum vero retinuit sibi. *Ecce*, inquiunt apostoli in Evangelio, *gladii duo hic*[54]. Et rursus loquens de materiali Dominus ait : *Converte gladium tuum in vaginam*[55]. Dicendo *tuum*, materialem gladium significat, quo percusserat servum principis Sacerdotum. De spirituali vero nemini venit in dubium, cum idem Petro per cujusdam specialitatis apicem, ligandi atque solvendi concessit potestatem. Uterque igitur gladius Ecclesiæ traditur. Sed ab ipsa Ecclesia unus exercendus ; alius, sicut supra diximus, pro Ecclesia manu sæcularis principis eximendus. In quo ergo peccat Ecclesia, si suo jure utitur a Domino sibi concesso? Uterque igitur gladius, ut dictum est, ad Ecclesiam pertinet, et de utroque disposuit, sicut sibi videtur, ad tuitionem fidelium, et reipublicæ conservationem.

Quam dignitatem seu potestatem Constantinus primus Christianorum imperator providens in spiritu mox postquam ad fidem conversus est, contulit eo modo eidem Ecclesiæ libere, quo supra in quarta distinctione hujus operis plenius est expressum. Quamvis enim quidam prælatorum, pro terris et regionibus, quas ad usus Ecclesiæ retinent, vocentur duces, comites, seu marchiones, et interdum procedunt in expeditionem, tamen manus suas semper mundas custodiunt a sanguine peccatorum. Non enim pugnant ipsi personaliter sed pugnaturis fidelibus contra iniquos assistentes, eos sic, puta A verbo et opere, reddere satagunt animæquiores. Et ita, quæ Cæsaris sunt Cæsari persolvunt, et quæ sunt Dei, Deo exhibent.

De bigamis autem, et ultra, nobis brevis incumbit responsio. Aut enim qui talia statuerunt, de clericis, et non de laicis, intelligi voluerunt : aut, si de omnibus accipiendum est, de illis solis loquuntur, qui vivente prima contrahunt cum secunda, et tertia : aut certe, ut quidam eorum sane interpretati sunt, non est hoc accipiendum de copula matrimoniali, sed de benedictione nubentium et solemnitate nuptiarum, quæ aliter erga viduas, aliter erga virgines observatur. Cui etiam sententiæ concordare videtur littera canonis, qui dicit : « De nuptiis pluries celebratis patres conticuerint, » B etc. Si autem, ut Græci autumant, simpliciter et nude intelligenda sunt verba canonis, verbi gratia, ut dicatur, non licere homini prima uxore mortua contrahere cum secunda, dicimus, quod cum sit contra doctrinam Apostoli, et salutem infirmorum, nulla ratione debet exaudiri. Ait enim Apostolus ad Corinthios *Mulier est alligata legi, quandiu vir suus vivit. Si autem mortuus fuerit, cui vult nubat, tantum in Domino*[56]. Dominus quoque in Evangelio de muliere, quæ causa suscitandæ prolis septem viros fratres successive habuerat, non redarguit talem copulam toties repetitam, sed tantum erroneam opinionem eorum qui futuras carnales nuptias in regno justorum sperabant[57]. Item Samaritanæ, quæ plures viros habuerat, juxta puteum C loquens, de illo solo illam redarguit, quem suum non esse virum divinitus intellexit. Ait enim : *Quinque viros habuisti, et hunc, quem habes, non est tuus vir*[58]. Copulari ergo pluribus vicibus successive non est prohibitum, sed concessum; etiam status talium non est condemnandus, sed tolerandus, cum nec ab aliquo homine possit prohiberi, id quod per Spiritus gratiam pro salute infirmorum cernimus esse indultum.

Item quæritur a Græcis, Potestne fieri dispensatio alicujus concilii? Si dicunt, quod non, quis ergo Græcorum salvabitur, posito, quod sint in fide catholica, seu orthodoxa vere obedientes? Nonne contra istum canonem, et illos supra positos, quotidie veniunt? Si dicunt, quod sic; sed, si prælatus aliD quis, multo magis summus pontifex, qui potestatem plenitudinis obtinet a Christo, mediante Petro apostolo. De qua require supra quarta distinctione.

Interea consulimus Græcis aurum sapientiæ ab Ecclesia Romana emere, quam despiciunt, ut locupletes fiant, et caliginosis oculis collyrium apponant : ut in speculo sacri Eloquii clare inspicientes recognoscant Romanam ecclesiam, quæ omnium Ecclesiarum caput est, insuper et magistra : eo quod nil in dictis evangelicis et Epistolarum. et etiam doctorum, contrarium invenit, quod, interpretative, vel dispensative secundum statu-

[53] Apoc. v. 10. [54] Luc. xxii, 38. [55] Joan. xviii, 11, [56] I Cor. vii, 39. [57] Matth. xxii, 24 seqq. [58] Joan. iv, 18.

ta sanctorum Patrum, in unitate Spiritus non con A cordat.

Distinguentes, itaque inter ea quæ dispensationem recipiunt, et illa, quæ aliter se habent dicimus quod sunt præcepta primæ necessitatis, quæ assimilant animam Deo, sicut præcepta Decalogi; et illa non recipiunt dispensationem. Item sunt præcepta secundæ necessitatis, ut unus uni jungatur et hæc quandoque fuerunt dispensata, ut patet in patre Abraham, et Jacob, David, et aliis sanctis, qui pluribus conjuncti fuerunt· Sunt et præcepta tertiæ necessitatis, ut est votum voluntarium et hoc quadruplex, continentiæ, religionis, abstinentiæ, peregrinationis. Duo prima non recipiunt dispensationem (48); alia duo recipiunt, cum æquipollenti. Sunt insuper et quartæ necessitatis, ut institutiones prælatorum; et hæc recipiunt dispensationem, quoties et quando eis pro causa utili et necessaria, videtur expedire. B

Hisce sit habentidus, et rite intellectis, patet solutio ad plurima, quæ nondum etiam fuerunt quæsita. De his autem, quæ sequuntur et de mulieribus menstruatis, et quæ ingrediuntur chorum, propter sui ignobilitatem auditum præstare nolumus : nisi tantum de patriarcha Constantinopolitano, qui suæ superbiæ consulens, plures fingi fecit canones talis ambitionis, ut super omnes prælatos videatur prælatus. Vocat autem se οἰκουμενικὸν patriarcham, id est *orbicularem patriarcham* : et licet in quarta distinctione hujus operis, satis de eo disputatum sit, tamen adhuc, in detestationem et sugilationem hujus superbi nominis, pauca repetemus C

(49) Canon iste de ambitione dictæ sedis editus fuit in secunda synodo, clam summo pontifice, ut magister Hugo Etherianus refert, vir utique sapiens, et peritus in utraque lingua. Responsio supra est in secunda synodo in fine. Et quia fieri non potuit, nec debuit, ipso facto suscitavit scandalum et discordiam inter Græcos et Latinos non modicam, usque ad tempora papæ Vigilii. Nullum tamen is favorem præbuit dicto canoni, quod nos scimus, etiam dato, quod posset in præjudicium prædecessorum suorum præbere assensum. Interea post Ephesinam celebratur quarta synodus in civitate Chalcedone : in qua quidem Anatolius præsul regiæ urbis, satis egit pro principatu sui sacerdotii. Et factus est inde canon. Verum quia legati D Leonis primi viriliter obstiterunt, petiit totum concilium pro se, et imperator seorsum, nec non et dictus Anatolius a dicto Leone humiliter dicti canonis confirmationem. Sed cum omnes preces incassum caderent, remansit dictus canon infirmus et inutilis de jure, etsi non de facto, prout supra in quarta distinctione, et in quarta synodo continetur. Nam, sicut supra dictus Anatolius superbus alienas sedes paulatim et occulte rapiens suo illos ausus est addere pontificio; in synodo quoque, quam sextam nominant, quæ dicitur furtiva fuisse, similiter dictum canonem renovaverunt. Itaque usque hodie Ecclesia Græcorum non concessa possidet, tenet, et utitur, sicut patet. Quis enim in pontificatu Romanæ sedis potuit se exspoliare potestate propria, et dare alteri ? ut sint in uno corpore duo capita, scilicet in Ecclesia Dei ; Res utique monstruosa.

Item : Si habuerunt in jure ex vi constitutionis in secunda synodo factæ, quæ necessitas fuit repetere in quarta ? et, si in quarta obtinuerunt suum propositum Græci, quare iterum in sexta synodo, quæ post multa tempora fuit, hoc idem repetierunt ? Non fuit alia, nisi quia urgebat eos prava eorum conscientia, quia videre poterant, et per concilia intelligere, quod nullus canon vigorem et firmitatem obtinet aliquam, nisi favorem pariter et assensum summi Pontificis obtineat. De quo supra in quarta distinctione. Unde istum canonem, tanquam inutilem et furtive intrusum respuentes, dicimus, sicut alias : omnes illos, qui asserunt Romanum pontificem non esse caput universalis Ecclesiæ, per viam incedere damnationis vel perditionis et esse de numero Core, Dathan, et Abiron schismaticorum, qui in signum damnationis æternæ absorpti sunt a terra.

De celebratione autem Missæ in Quadragesima, et de quibusdam aliis, non respondemus, tum quia frivola sunt tum quia in furtiva synodo de Trullo similiter fabricata sunt. Si vero objiciunt nobis illud decretum sextæ synodi, quod papa Adrianus approbavit : *Quia in eo statutum est* .etc. et illud Innocentii, *Renovantes*, etc.. Respondemus, quod illa propriam interpretationem et catholicam recipiunt, et non secundum pravum intellectum Græcorum. Alia vero discussioni jurisperitorum et arbitrio relinquamus.

(50) Tempore, quo victoriosissimus imperator Constantinus, cognomento Monomachus, imperii perspicaciter moderabatur dignitatibus, erat quidam Michael Constantinopolitanæ sedis patriarcha actibus et intellectu stultissimus, qui, prout verba ejus attestantur, hæresiarcha potius, quam patriarcha esse omnibus innotuit, Hic læva suasione sui cordis exactus, sanctæ Romanæ sedis Eucharistiam nefanditer infamabat, tractans secum, quod melius esset Græcorum sacrificium, quam Latinorum, eo quod ipsi fermentatum, et Romana Ecclesia, ut ab apostolis acceperat, azymum sacrificat. Interea dum præfatus patriarcha, ut libelli sui apices asseverant, sacrificium Latinorum arguere conaretur, hoc sanctissimus Leo papa IX audiens, more solito ad nefandam alterationem exstirpandam, dominum Stephanum cancellarium religiosissimum virum qui tertius post eum papa Romanæ sedis exstitit, et honestæ sedis pontificem, et cum illis Petrum Melphitanum magistrum, et doctos cum suis apicibus transmisit. Qui Constantinopolitanam urbem in-

(48) Cur non auctoritate summi pontificis? Stew.

(49) Hæc addita sunt a Fratribus Prædicatoribus qui superiora e libris Etheriani excerpserant.

(50) Hæc sunt Pantaleonis meræ fabulæ. Basn.

gressi, et imperiali honorificentia sublimati, ejusdem urbis patriarcham (adeuntes) quater cum eo colloquium de nominato sacrificio habuerunt... (51) per nuntium asciverunt. Quod ipse audiens se ab eorum colloquio deviavit. Mox ipsi Sanctæ Sophiæ basilicam ingredientes, super altare paginulam posuerunt. Exeutes autem ab ecclesia sublatis pedum sandaliis pavimentorum marmora percutientes, in mari pulverem projecerunt, et hoc secundum Evangelii vocem egerunt dicentes: *Quamcunque civitatem introvieritis, et renuerint dogma vestrum, nihil exinde efferatis. Sed inde abeuntes pulverem pedum vestrorum excutite* [50]. Præterea ipsis e civitate discedentibus stupendum valde miraculum actum est. Liminare marmoreum ejusdem ecclesiæ miræ magnitudinis dissolvitur; statimque talis est clades subsecuta, ut diebus paucis sexaginta Græcorum millia morerentur, nec ullus alienæ gentis: interim et per triduum inæstimabiles coruscationes, et tonitrua, et imbrium et grandinum multitudines exstiterunt.

Hæc vero gesta sunt anno ab Incarnatione Domini millesimo quinquagesimo quinto, indictione octava. Quod ego Pantaleon, cum essem ibi Constantinopoli, ubi hoc actum est, hoc idcirco memorabile feci, quo legentibus pateat Latinæ sereitatis institutio, et nemo audeat talia præsumere.

[50] Matth. x; Marc. vi; Luc. ix.

(51) Lacuna in ms.

PANTALEONIS

DIACONI ET CHARTOPHYLACIS MAGNÆ ECCLESIÆ

NARRATIO

MIRACULORUM MAXIMI ARCHANGELI MICHAELIS *

I. Magnæ et multæ et variæ sunt tuæ incorporeæ et magnificæ archangelicæ virtutis et dignitatis notiones, donaque et gratiæ, O gloriosissime Michael princeps militiæ, amplusque et revera sublimis et multiplex decoræ tuæ materiæ, expertis formæ, et vitæ status. Est autem parva et nihili facienda humanæ linguæ carnea potestas, angustusque et humilis et artificio carens, qui per instrumenta corporea a nostro corde sermo proficiscitur. Quomodo ergo te, o omnipotentis Dei princeps militiæ, pro dignitate, licet conemur, laudibus affecerimus? Quam vocem incorpoream, incorporeo tuo intelligenti ordini respondentem, per materialia et corporea labra offeremus? Quibus utemur sonis, quæ significent ineffabilem et inexplicabilem tuam gloriam? Dubitat revera universa natura terrigenarum te laudare et celebrare, quies princeps ordinis supercœlestis. Enarrari enim et verbis explicari non potest locus divinæ tuæ pulchritudinis et splendoris. Quomodo enim mirabilis facta est scientia Dei ex nobis! invaluit, non poterimus nos homines ab eam [1]: ita etiam archangelicæ essentialis tuæ bonitatis et potestatis infinita multitudo, a qua arcana et divina emanant fidelibus, apprehendi et investigari non potest humanis cogitationibus.

II. Sed quoniam alicubi dicit divinum Eloquium: «Quod didicimus, prædicamus: et quod scimus, annuntiamus [2]; » ea de causa mittentes infinita magnalia tuorum miraculorum, pauca quædam, apposite et convenienter collecta ex divini. Spiritus eloquiis, conamur exprimere nostrorum verborum coloribus, et graphice narrare magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ, et terribilium tuorum miraculorum eructare potentiam, et prodigia tua annuntiare iis qui hodie fide sunt congregati in divino tuo festo, ut salutis jam propositum argumentum omnibus, qui ardenter ad id accurrunt, o maxime et imprimis admirabilis Michael princeps Dei militiæ. Hodie enim tanquam magnificentissimus quidam convivator, convocas nos omnes spiritales convivas ad epulum tui festi, quod exortum est sole

[1] Psal. cxxxviii, 6, [2] I Joan. i, 1.

* In codice Græco 308 apud Nanios asservato leguntur hujus sermonis titulus et initium: Tit. Παντελέοντος διακόνου καὶ χαρτοφύλακος τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας διήγησις θαυμάτων τοῦ παμμεγίστου ἀρχαγγέλου Μιχαήλ. Inc. Μεγάλαι αἱ πολλαὶ καὶ ποικίλαι τῆς ἀσωμάτου καὶ μεγαλοπρεποῦς ἀρχαγγελικῆς σου ἀρετῆς καὶ ἀξίας ἐννοιαι καὶ δῶρεαί τε καὶ χάριτες, πανσεβάσμιε Μιχαὴλ ἀρχιστράτηγε· καὶ πλατεῖα καὶ τῷ ὄντι μετέωρος καὶ πολυειδὴς τῆς πανευπρεποῦς ἀΰλου σου μορφῆς, καὶ ζωῆς ἡ κατάστασις Cod. Nan. pag. 521.

luminosius, quod positum est ad principia orbis terræ, qui est a finibus usque ad fines: in quo miraculorum et animæ utilitatis deliciis se explent omnia corda fidelium. Sed nunc quoque, ut semper, miserere nostræ humilitatis, qui es excelsus assessor regni cælorum, et exorere nobis splendoribus benignæ tuæ providentiæ, qui a benigno Deo accepisti benignitatem, benigne Michael princeps militiæ. Qui es lecta et luminosa, significansque et splendida stella solis gloriæ. Qui es fortissimus pugnator et propugnator ac defensor eorum qui Dominum diligunt. Qui provides et prospicis, eosque firmo tuo patrocinio adjuvas et defendis, qui te invocant, et magno desiderio ad te accedunt in divinam tuam ædem et maxime venerandam. Tu illumina nostros intelligentes cordis oculos, ut intelligamus, menteque apprehendamus et enuntiemus, quoad ejus fieri poterit, miracula tuæ majestatis. Nam per te universa copiosa omnium bonorum suppeditatio datur ab omnipotenti Dei providentia, iis qui in te sperant citra ullam dubitationem, et se conferunt ad omnem tui laudationem.

III. Quid autem cogitantes, aut quibus verbis utentes imprimis, poterimus sufficienter ostendere divinæ providentiæ et benignitatis infinitum pelagus? Ad primum enim bonum et quod præcipue primo operatur, quoad ejus fieri potest, oportet aperte omnes extolli. Principaliter ergo et aperte et ex debito debemus mente cogitare, qui figuram ferimus et imaginem ejus, qui ex se habet potestatem et dominium divinæ essentiæ, quod unus est solus Deus, qui propter infinitam bonitatem est omnia fabricatus, quæ sunt in cœlis et in terra, ut dicit divinus Apostolus: « sive visibilia, sive invisibilia, sive Throni, Dominationes, sive Potestates, sive Virtutes, sive Principatus, sive Archangeli, sive Angeli, sive Seraphim, sive Cherubim; et ipse est ante omnia et omnia in ipso constant [3]. » Qui hanc etiam variam condidit creatam naturam in unam unius mundi harmoniam et complementum. Qui solus est ingenitus et æternus. Qui solus est expers principii, et in quem non cadit interitus et finis. Qui solus est ejusmodi, ut comprehendi et investigari et videri nequeat. Qui omni circumscriptione et comprehensione essentiam habet superiorem. Qui nullam potest suscipere mutationem et alterationem: estque omnipotens, et ab exitio et interitu aliena natura, fons perennis, et qui nunquam exinanitur, miserationum et bonitatis: omnium divinorum donorum et gratiarum, qui exhauriri minime potest, abyssus : misericordiæ, quod non potest exprimi, pelagus: beatissima et summa pulchritudo, et sola revera digna, quæ ametur. Universi, quod dicitur et intelligitur, boni efficiens et impertiens et largiens causa, et prima causa. Hic est, qui propter solam bonitatem essentialem et naturalem, ea quæ non erant aliquando, vocavit ad hoc ut essent, et omnia ad essentiam deduxit et constituit, eaque comprehendit et continet, dirigit et ducit, ferens solo nutu suæ majestatis et potentiæ.

IV. Atque primum quidem, convenienter et quod dicit Theologus Gregorius, mente agitavit angelicas et cœlestes potestates : et quod mente agitavit, fuit opus verbo completum, et spiritu perfectum. Sicque constiterunt secundi splendores, ministri primi splendoris, sive intelligentes spiritus, sive ignem, utpote materiæ expertem et incorporeum, sive aliquam aliam naturam, quod quam proxime ad ea quæ dicta sunt, accedat, eos existimare oporteat. Volo quidem, inquit, dicere eos primum ad malum immobiles, et qui solum habent boni motum, ut qui sint circa Deum, et primo a Deo illuminantur, nam quæ hic sunt, sunt secundæ illuminationis, Mihi autem persuadet, ut non immobiles, sed ad movendum difficiles eos existimem, qui propter splendorem Lucifer, et factus est et dicetur tenebræ propter elationem, et quæ sub eo consistunt potestates, architectatrices vitii, boni fuga, et nobis conciliatrices. Atque sic quidem qui apprehenditur intelligentia, et propter hæc mundus fuit constitutus.

V. Cum autem prima ei recte se haberent, secundum mente agitat mundum materia præditum, et qui cernitur. Et is quidem est id, quod ex cœlo et terra, et iis quæ intercedunt, est constitutum et coagmentatum. Luciferum autem, eum qui a Deo defecit et cum eo pugnavit et est insolens et jactabundus, diabolum vocat Theologus, ex voce Isaiæ prophetæ, qui ejus casum deplorat, et dicit: « Quomodo cecidit e cœlo Lucifer qui mane oriebatur, et contritus est super terram [4] ? De eo enim divinus quoque David, ad eos qui similiter a divina charitate defluxerant, atque sceleratus ille et malitiosus, qui defecerat, dicit : « Et tanquam unus ex principibus cadetis [5]. » Princeps enim erat unius angelici ordinis in cœlis diabolus, non diabolus ab initio productus et factus, sed bonus ex bono, et pulcher ex pulchro et qui solus bona facit, opifice universorum. Postremo autem præter legem naturæ, decretumque et rationem divinæ justitiæ, imperii cupiditatis œstro percitus, rebellavit adversus Creatorem, regnum et gloriam sibi conans usurpare. Secum autem attraxit etiam infinitam rebellium multitudinem, quæ suæ stultitiæ et malitiæ eum accepit adjutorem. Nam propter hanc causam impiæ cogitationis, ex cœli convexis vehementi impetu cecidit exsecrandus. Nam simul atque ei venit in mentem sceleratissima et maxime impia cogitatio, fuit confestim contritus ab omnipotenti Domino, qui dixit : « Videbam Satanam tanquam fulgur e cœlo cadentem [6]. » Similiter autem de eo quoque dixit per Ezechielem prophetam : « Simul atque elatum fuit cor tuum propter pul-

[3] Coloss. I, 16. [4] Isa XIV, 12. [5] Psal, LXXXI, 7. [6] Luc. X, 18.

chritudinem tuam, et dixisti in cogitatione tua, Deus ego sum : statim a sancto monte meo in terram te dejeci per Cherubim, et interiit scientia tua cum pulchritudine tua : et dabo te in cinerem super terram coram omnibus te videntibus[7], » fidelibus scilicet. Quomodo etiam dixit Dominus in divinis Evangeliis : « Ecce do vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpios, super omnem potstatem inimici [8]. »

VI. Nonnulli autem discendi cupidi inquirunt, num propterea sit ejectus, quod Adam eum non adoraverit. Est autem stultorum et insipientium hoc dicere. Cecidit diabolus priusquam factus esset Adam, quomodo Patres aperte pronuntiant omnes angelos fuisse factos ante cœlum et terram. Diabolum vero est probabile quarto die cecidisse, quando Deus facit luminaria, sicut scriptum est in Job : « Quando facta sunt astra, laudarunt me magna voce omnes angeli mei, et hymnis celebrarunt[9]. » Semper enim etiam non tacite angelis Dominum glorificantibus, tunc majori voce eum laudibus celebrarunt, ut significavit Scriptura, propter justum scilicet casum maligni illius, qui defecerat. Oportet autem scire ex nostris scriptis, o dilecti, quod omnis chorea et ordo habet ducem ordinis, qui incipit melodiam. Sic etiam de sanctis angelis dicit Dionysius, angelicorum ordinum divinissimus interpres : Non absurde divina et cœlestia, materiali nostræ hierarchæ, pro viribus sensiliter, quoad ejus fieri potest, sunt assimilata. Ducem vero ordinis angelicæ choreæ lucidissimum et maximum militiæ principem Michaelem intelligere, a superis accepimus.

Miraculum primum de rebelli et superbo Satana, et immundis ejus spiritibus.

VII. Hic ergo fidelissimus et sanctissimus, magnus exercitus dux Michael, divini consilii pius minister, qui propter Dominicum et omnipotentem divinum jussum, in terram jecit ex cœlestibus absidibus rebellem et superbum Satanam cum ejus immundis, et malignis spiritibus : tunc in eos invectus, et triumphum agens de eorum malitia, congregatis cunctis angelorum populis, magna voce laudavit Deum universorum et omnipotentem Dominum, angelicos greges eo veluti ducens ut status meminissent immobilis, et quæ bona facit stabilitatis, et dicit : Attendamus, perinde ac si diceret : Qui creati fuerant, et quibus obtigerat, ut Deus increatus et inaspectabilis eos produceret propter naturalem suam bonitatem, quid eis accidit qui nobiscum hucusque divinis illustrabantur splendoribus ? Animadvertamus quam repente mutati sunt in tenebras propter arrogantiam et contemptionem ejus qui eos fecerat. Cognoscamus quos fructus conciliet liberi arbitrii voluntas inconsiderata, et stemus immobiliter in timore, quotidie divinum officium offerentes. Porro autem quamdam quæ eos contineret hymnodiam, ut qui in primo loco staret, cum Seraphim et omnibus simul divinis et cœlestibus potestatibus, magna voce cecinit, divinam illam et quæ nunquam potest desinere omnipotentis divinitatis, quæ est principium luminis, unicaque est trina, per sanctam glorificationem : Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth : plena est universa terra gloria ejus [10]. A Dei vero administratoria divina gloria alienatus maleficus diabolus, cum vidisset terrestrem hominem esse quavis re creata honoratiorem, ut qui Dominicis manibus factus esset ad suam imaginem et similitudinem, statuit eum totis viribus separare et eripere ad ejus, qui ipsum fecerat et honoraverat, salutari præcepto. Videns enim malignus et scleratus se in extrema esse ignominia, valde cruciabatur : et cum non posset ad Deum converti, in Dei imaginem suam effudit improbitatem, et effecit ut homo esset obnoxius interitui et morti, eo ejecto e divinis et vivificis paradisi deliciis, Et statuit Deus Cherubim et flammeam rhomphæam versatilem, ut custodiret paradisum. Sed etsi sic quidem cecidisset homo, qui liberum habebat arbitrium, et a bono statu defluxisset, non eum despexit Deus, sed ut qui sit natura benignus et ingens mare habeat bonitatis, veluti quædam arma ad conservandum validissima ei præbuit magnum Michaelem militiæ principem adversus diaboli potentiam : ut custodiret et defenderet hominem, qui lapsus fuerat, ut quomodo ceciderat per imperitiam, per laboriosiorem cursus vivendi rationem et divinam virtutem instaurato prælio, victor effectus coronetur.

VII. Porro autem archangeli Michaelis suasionibus et monitis instructus Adam, et ligone terram fodiens, et sudore et labore frugaliter nutritus, non fuit amplius seductus ad hominis inimico et Dei hoste, nec passus est aliam commotionem. Nam ab eo tempore omnino eum valde habebat odio mente agitans per propheticum rorem, qui adhuc in eo inerat illud : « Ne des in commotionem pedem tuum, et non dormitabit, qui te custodit[11], » angelus. Ab eo enim tempore credimus nos habere angelum unicuique animæ ducem, ut dicit Dominus in Evangeliis : « Videte ne despietatis unum ex his parvis, qui sunt minimi : angeli enim eorum assidue vident faciem Patris vestri, qui est in cœlis [12]. » Similiter etiam dicit Jacob patriarcha : « Angelus, qui me liberat a malis omnibus [13]. » Non dixit : Qui me liberavit, sed : Qui me liberat. Quin etiam beatum apostolum Petrum a manu Herodis angelus Domini liberavit [14]. Simul atque enim constitutum fuit humanum genus, jussi sunt angeli ejus vitæ curam gerere, et unumquemque hominem fidelem sortitus est bonus angelus, ut ejus vitam componeret, et ejus animam perficeret. Multi autem cum eo luctantur dæmones a via recta eum facientes aberrare. Immundis enim dæmonibus

[7] Ezech. xxxviii, 7 seqq. [8] Luc. x, 19. [9] Job xxxviii, 7. [10] Isa. vi, 3, [11] Psal. cxx, 3. [12] Matth. xviii, 10. [13] Gen. xlviii, 16. [14] Act. xii, 6 seqq.

non sunt curæ infideles, sed ii qui pie vivunt : eis enim invident, et cum eis bellum gerunt. Quando autem ambulat quidem in sanctitate et justitia homo fidelis, lætatur angelus, qui et fuit datus ad ipsum custodiendum. Quando vero a via recta declinaverit, tristis quidem est bonus angelus, dæmones autem exsiliunt. Jam vero magnus quoque dicit Basilius : Sunt angeli, qui in utraque ecclesia describunt eos qui orant et jejunant. Vide, o homo, ne propter parvam voluptatem et brevem hoc damnum accipias, quod te non descripserit angelus.

IX. Et in fidelibus quidem, ut prius diximus. unus angelus a Deo datus est unicuique. In infidelibus autem unamquamque integram gentem sortitus est unus angelus, ut dicit Scriptura : « Statuit terminos gentium secundum numerum angelorum Dei [14]. » Et ut Judæorum quidem gentem custodiret, constitutus est Michael, magnus Dei militiæ princeps [15], utpote quod in Deum credidissent. Alius vero præfectus fuit Persis, alius vero Græcis, et deinceps similiter. Cæterum divinus quidem et magnus dux exercitus Michael est princeps omnium cœlestium potestatum. præestque et curam gerit totius gentis fidelis : et rursus fideles, qui laborant, prævenit et conservat, ut qui a Deo jussus sit celerem habere naturam, et tamquam fulguris adeptus velocitatem, universam terram et ætherem uno momento percurrere. « Exsiliit enim inquit, angelus, qui ambulabat ante castra filiorum Israel [17]. » Hunc autem angelum, militiæ principem Michealem esse dixit Scriptura in Jesu Nave [18]. Nam nomen ejus aperte declaravit in propheta Daniele [19].

X. Hic ergo magnus et gloriosus Dei militiæ princeps Michael, et veteri, ut convenit, fuit administer, et novo magis administrat, quæ sunt salutaria. Postquam enim valde irritarunt et penitus dereliquerunt Dominum Deum increduli Israelitæ, et ea de causa fuerunt penitus exterminati, et advocati sumus qui credidimus ex gentibus, et factus est novus Israel, a Christo denominatus, et Christum intelligens (nam si interpreteris Israel, is est *mens videns Deum*), tunc divinum quoque militiæ principem Michaelem removit a Judæorum consuetudine bonus Deus, et ab eo tempore eum nobis electis Christianis constituit maximum defensorem et servatorem, aliarum gentium curam suscipientibus aperte aliis minoribus angelis. Nam quo est gens quidem sancta Christianorum reliquis omnibus præstantior, eo necesse est esse majorem dignitatem archangeli Michaelis, qui curam gerit generis Christianorum. Non enim essentia angelorum habet differentiam, sed dignitatis excellentia. Vult enim omnes homines esse salvos, qui universorum curam gerit et est natura benignus.

XI. Sed cum miseri homines sua stultitia in errore perseverarent et cultu simulacrorum, et nequaquam vellent id quod oportebat intelligere, et effectorem agnoscere ex magnitudine et pulchritudine rerum ab eo creatarum, pius ille Abraham, cum ex rebus creatis meute comprehendisset Creatorem, et infinitæ potentiæ admiratus esset artificium, valdeque ægre ferret et indignaretur in stultos, et incredulos, qui rem creatam colebant ultra Creatorem, Deus e cælo eum est allocutus, dicens : « Egredere e terra tua et ex cognatione tua et domo patris tui, et veni in terram, quam indicabo tibi [20]. » Deinde sic ei apparuit in specie trium angelorum [21]. Ab eo autem hospitio acceptus apud quercum Mambre, præclare ejus hospitalitatis mercedem præbuit ei jam seni, et cum sterilis esset uxor Sara, pium filium Isaac et in moribus et virtute ei similem [22]. Postquam autem præter spem natus esset filius, omnibus probatiorem reddens ejus animi magnitudinem, fideique et animi pietatem, ei rursus dixit : « Abraham, Abraham, accipe filium tuum dilectum, quem genuisti Isaac, et eum mihi offer in sacrificio. Ille autem simul atque fuerat ei imperatum, rem exsequebatur, et cum ligasset Isaac, et extendisset manum quæ tenebat gladium, jam guttur illius tacturum, eum repressit angelus Domini, Michael scilicet, dicens : « Ne immittas manum tuam in filium. Nunc enim novi, quod tu timeas Dominum ; sed aspice tuis oculis, et vide ad te missum arietem ligatum, et eum offer pro Isaac filio tuo [23]. » Hunc autem angelum, qui hæc dixit patriarchæ, militiæ principem Michaelem aperte esse credimus. Etenim Jacob quoque, quem frater persequebatur Esau, militiæ princeps liberavit et servavit. Qui etiam ei animum addens, ne timeret eum qui persequebatur, cum eo luctatur in nocte, et tangit ejus femur, propemodum dicens : « Si cum angelis valuisti luctari, quid times hominem in quem cadit interitus [24] ?

XIII. Cum autem multiplicati essent, qui ex pii Abrahæ genere descenderant, ut pollicitus ei fuerat angelus, ii vero in Ægypto male haberentur, eorum misertus est Deus, qui est natura benignus, et elegit Moysen famulum suum, et per ipsum archangelum Michaelem, eum constituit ducem totius generis Abrahæ, ut educeret eos e terra Ægypti, et per mare Rubrum tanquam per siccam terram eos transmitteret, properante populo ad terram eis promissam, quæ fluebat lacte et melle, Michaele archangelo parante viam ejus ante ipsum [25]. Cum autem pervenisset in regionem Moabitarum, ut transiret per eorum fines, ei restitit Balac rex Moab, prohibens eum transire. Accersiit quoque ipse rex Balac vatem quemdam senem insignem, nomine Balaam, ad exsecrandum populum Moysis, ut vinceretur. Proficiscenti autem Balaæ in via occurrit angelus Domini, Michael scilicet defensor Israelitarum. Quem cum vidisset asina Balaæ, declinavit, et allisit pedem Balaæ ad parietem, et eum arguit asina humana voce, ostendens terribilem ar-

[14] Deut. xxxii, 8. [15] Dan. x, 27. [17] Exod. xiv, 19. [18] Josue v, 13. [19] Dan. xii, 1. [20] Gen. xii, 1. [21] Gen. xviii, 1. [22] Gen. xxi, 1 seqq. [23] Gen. xxii, 1-14. [24] Gen. xxxii, 28. [25] Exod. xiv, 1 seqq.

changeti visionem. Balaam autem cum aspexisset splendorem qui ex eo emicabat, valde territus, dixit : Parce mihi, parce mihi Domine. Nam ignorans peccavi. Sed hanc licet visionem aspexisset Balaam, non statim est reversus ; sed venit ad regem Balac, qui eum accerserat, ut desiderio ejus satisfaceret. Sed ambo a scopo exciderunt. Nam cum in altissimo loco stetisset Balaam, et conspexisset castra Israel tanquam cedros propter aquas, propheticam benedictionem loco exsecrationis vel invitus vates effatus est populo Israelitico, dicens : « Orietur stella ex Jacob, et surget homo ex Israel et confringet duces Moab, » etc. Propter malum autem omnino et exsecrandum suum consilium, quod merebat, Balaam accepit exitium

XIV. Quod autem esset Michael princeps Domini militiæ, qui occurrit Balaæ, et ei denuntiavit, ut qui esset dux populi Judæorum, eumque præcederet et educeret, aperte ostendit Scriptura in corpore Moysis, ut divinissimus Judas apostolus frater Domini, dixit in sua Catholica Epistola : Michael autem archangelus, quando contendens cum diabolo, disserebat de corpore Moysis, non ausus est efferre judicium blasphemiæ, sed dixit ei angelus : Increpet te Dominus. Quid autem cum diabolo dissereret militiæ princeps Michael, scimus. Conabatur hostis, et inimicus, et profanus diabolus cum summa impudentia, et contendebat in decessu Moysis, qui Deum maxime est contemplatus efficere, ut ejus corpus redigeretur sub potestatem interitus, ut nullus videret bonum signum in futurum ad humanam essentiam. Et ideo dicebat tenebricosus Satan luminosissimo Dei militiæ principi Michaeli, Moysem fecisse cædem Ægyptii, et alia in eum confingebat calumnias et criminationes. Superbo ergo et jactabundo maligni animo resistens Michael archangelus et contradicens, et nunc hoc, nunc illud respondens ad ea confutanda, quæ ab illo dicebantur improbe, postremo videns ejus insignem impudentiam, eum increpavit, dicens : Increpet te Dominus ; hoc est : Te, o diabole, perdat Deus. Statimque evanuit sceleratus adversarius. Talis est enim potentia divini et Deum contemplantis Michaelis, et hæc est, quæ fuit disputatio et contentio in decessu magni Moysis, quando ejus corpus abscondit Michael princeps militiæ, qui est angelicarum potestatum præstantissimus.

XV. Sedis quoque etiam post decessum divini Mosis, cum Jesus Nave divinitus in populum Israeliticum obtinuisset imperium, et eum duceret in terram promissionis, et struxisset aciem contra adversarios et de committendo prælio dissereret, visus ei tanquam fortissimus miles militiæ princeps Michael, stans omnino erectus, læto vultu et veste insignis, eratque strictus gladius in manu ejus. Accedens vero Jesus, qui erat armatus, ei acerbe dixit, ut est verisimile : Nosterne es, an adversariorum ? Præclarus enim tuus et varius aspectus incitat me, ut te interrogem. Dic ergo mihi ocius, priusquam te cæsim aggrediar. Non enim convenit, ut acie relicta in discrimine, ego te pergam alloqui. Arbitror enim te venire nos speculatum. Sin autem venisti transfuga, abjecto hoc tuo micante gladio, sis cito nobiscum, et liberare ab exitio, quod impiæ urbi Jericho imminet, Sin autem es noster, cur solus stas extra aciem, quæ versatur in certamine ? Dic mihi autem ocissime, ego enim ex lingua Hebraica te agnoscam. Hæc cum interrogaret Jesus Nave, respondit ei Michael magnus ductor Dei ordinum : Ego præcipuus dux copiarum Domini nunc accessi. Protinus autem, abjectis armis suis, Jesus Nave humi cecidit in terram, et eum adoravit, dicens : Domine, domine, quid imperas tuo famulo ? Nam ego quoque sum tuus famulus, sicut etiam dominus meus Moyses. Tu mecum quoque duc exercitum, me perpetuo, sicut illum, corroborans. Ecce enim adversus hostes fortiter direxi aciem, fretus invictis tuis viribus, per quas sævus et immanis Pharao cum toto exercitu, colligatis simul curruum axibus, ut mari funditus obrueretur effecisti : et qui dominum meum Moysen in via obsistendo impedierunt, impios Moabitas ad internecionem delevisti. Quid imperas famulo tuo, domine ? Sanctissimus autem princeps Dei militiæ dicit ei : Solve calceos ex pedibus tuis. Locus enim in quo stas, est sanctus. Quod cum statim factum esset, jussit ut audacter invaderet urbem illam, septem muris circundatam et inexpugnabilem : et simul atque invasisset cum septem sacerdotibus tuba canentibus, eam ad solum usque diruit admirabiliter, et eam totam cum omnibus ædibus et divitiis exussit, ut qui eam Domino, tanquam consecratum donarium et prædæ primitias, obtulerit. Deinde sic postea viginti et novem reges, præter Jericho cum eorum exercitibus et urbibus Jesus Nave filius consumpsit, non habens civitatem, non ullam belli sedem, non milites, qui ullam haberent belli peritiam, sed divino nutu, et auxilio maximi ducis omnium cœlestium potestatum.

XVI. Erat enim hic militiæ princeps, qui etiam in Goliath pone est jaculatus, et eum pronum prostravit, quando divina funda fuit percussus Dei parentis David. Nisi enim angelus Domini eum pone percussisset, supinus cecidisset in fronte accepto vulnere [29].

XVII. Eumdem autem maximum militiæ principem videt etiam Dei summus contemplator propheta Daniel, arguens sceleratos, qui adversus castam Susannam insanierant, et dicit alteri eorum : « Exspectat angelus Dei jam tenens gladium, ut te secet medium [30]. » Quin etiam postquam venit in mentem Dei parenti et regi David, facti ab eo pec-

[26] Num. XXII-XXXI. [27] Judæ, 9. [28] Josue V-XII. [29] I. Reg. XVII, 1 seqq. [30] Dan., XIII, 59.

cati, et egregiam illam compunctionem et pœnitentiam cito ostendit, cum qua flens ex profundo cordis clamavit : « Peccavi Domino ; » postquam vidit propheta Nathan angelum, qui erat paratus, recessisse, dixit divino Davidi : « Dominus quoque abstulit peccatum tuum ; non morieris [31], » magnam et ineffabilem benigni Dei bonitatem ei annuntians, et eum consolans.

XVIII. Jam vero cum exsecrandus Sennacherib rex Assyriorum, plurimas gentes redegisset in servitutem, et multas Judææ munitas cepisset civitates, venit et circumdedit Jerusalem cum maximis copiis, et statuit Rasphacen sævissimum suum ducem ad piscinam viæ superioris, et clamavit Hebraice ad Ezechiam et Judæos, qui erant in civitate, blasphema verba dicens et satanica : « Hæc autem dicit vobis rex magnus Assyriorum : Quæ est hæc fiducia, qua confiditis, quod dicitis : In Dominum Deum confidimus ? Egredimini ad dominum meum potentem regem Sennacherib, et vivetis, et non moriemini : et comedet vir ficum suam, et bibet vitem suam : et accipiam ex vobis in terram meam, et glorificabo valde et magnificabo : et ne audiatis Ezechiam, quoniam vos decipit, dicens : Dominus nos liberabit. Num liberantes liberarunt dii gentium unusquisque suam regionem a manu regis Assyriorum ? » Hæc cum audiisset Ezechias, induit saccum, et ingressus est in domum suam, et flevit vehementer, dicens : » Domine Deus Israel, qui sedes super cherubim, et in orbem circumdaris et glorificaris non tacite a seraphim, et ab omnibus sanctis angelis. Tu Deus solus in omnibus regnis terræ. Tu fecisti cœlum et terram, et omnia quæ sunt in eis. Inclina, Domine, aurem tuam, et audi : aperi, Domine, oculos tuos, et vide, et attende sermones Sennacherib quos emisit, exprobrans Deum viventem, Quoniam in veritate, Domine, desertas reddiderunt gentes reges Assyriorum. Et nunc, Domine Deus noster, serva nos a manu ejus, et cognoscent omnia regna terræ quod tu es Dominus Deus solus. Et egressus est angelus Domini nocte illa, et interfecit ex castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Et cum mane surrexissent, invenerunt corpora mortua. Et dum averteretur et fugeret Dei hostis Assyrius Sennacherib, eum interemerunt duo filii ejus graviter in gladio, « cum permansisset nulla ductus pœnitentia [32]. Cujus autem fuit hoc stupendum, præclarumque et admirabile facinus et potentia ? nonne omnium regis Domini Sabaoth principis copiarum Michael, qui non visus duxit exercitum, et adversarios temporis momento sine gladio aperte concidit, in auxilium et custodiam suorum, qui spem suam collocarunt in Deum vivum ultionum, et qui solus potest servare ?

XIX. Sed ingrati Judæi, et stulti, et increduli, et ignari, qui plurimorum divinorum beneficiorum fuerunt immemores, post manu angeli hostium illorum infestissimorum factam cladem, et turpem illorum fugam, ne sic quidem potuerunt intelligere et agnoscere, sed dicebant : Manus nostra excelsa fecit hæc omnia prodigia. Propterea tradidit eos Deus omnino in manus Nabuchodonosor regis Chaldæorum, qui etiam diruit omnes muros Jerusalem, et incendit civitatem totam, et domum Domini, et bello capta accepit vasa sacra, et multitudinem divitiarum eorum, et duxit omnia Babylonem. Et fuerunt Judæi servientes in captivitate cum magno metu Chaldæis, colentes omnes eorum simulacra, præter sanctos tres pueros et prophetam Danielem.

XX. Hi enim soli viri pii, etiamsi plane infantes abducti essent in captivitatem, Dei timorem semper habentes, non cum sui generis pontificibus, Scribis et Pharisæis eo deducti sunt, ut colerent deos, qui non sunt neque regium illud jussum timuerunt : sed in Deum vivum, qui dat salutem, confidentes, cum ducti essent ad tyrannum, audacter dixerunt : Notum tibi sit, rex, quod deos tuos non colimus, et imaginem auream, quam posuisti, non adoramus. » Tunc Nabuchodonoser rex in ira et furore injecit Ananiam, Azariam et Misael in fornacem ignis ardentem. Dei autem angelus, Michael scilicet, simul cum eis descendit in fornacem ; et nec omnino quidem eos tetigit ignis, sed excussit angelus flammam fornacis, et transiit ignis circumcirca, et combussit viros omnes, qui ipsos injecerant, hoc est, administros regis. Tunc tres tanquam uno ore lætantes, laudabant et benedicebant et solum Deum glorificabant. Rex autem audivit ipsos Deum laudantes in medio fornacis, et cito surgens, dixit magnatibus suis : » Non tres viros vinctos injecimus in medium ignis, et aspectus quarti est similis Filio Dei ? Tunc cum rex eos accersisset, egressi sunt illæsi. Cum autem divini pueri egressi essent absque ulla læsione, coram eis adoravit rex, et dixit : « Benedictus Dominus Deus Sidrach, Misach, et Abdenago, qui misit angelum suum, et eripuit pueros suos ex igne fornacis ardentis. Tunc rex constituit eos principes, et maximo eos honore affecit cum propheta Daniele [33] Pulchre revera divinus cantor David psallit : » Castrametabitur angelus Domini in circuitu timentium eum, et liberabit eos [36]. »

XXI. Simile autem rursus miraculum ostendit Deus admirabilium, per gloriosum archangelum suum Michaelem, in famulo quoque suo Daniele, injecto in lacum leonum. Nam postquam regnarunt reges alii a Nabuchodonosor, diligebatur ab omnibus sapientissimus Daniel, ut qui ex Deo somnia conjiceret. Babylonii autem invidia moti, insurrexerunt eo tempore adversus Cyrum, qui tunc apud eos regnabat, sicut prius adversus Darium, et dicunt ei : « Rex, da nobis, ut morte afficiamus Hebræum Danielem : quoniam Bel deum nostrum

[31] II Reg. XII, 13. [32] IV Reg. XVIII, 28-33. [33] IV Reg. XIX, 15-37 [34] IV Reg. XXV, 1 seqq. [35] Dan. III, 1 seqq. [36] Psal. XXXIII, 8.

contrivit, et venerandum draconem interfecit, et sacerdotes et incantatores nostros occidit. Sin minus, te interimemus et domum tuam, ut judaizantem. » Cum vere vidisset rex: quod eum valde urgerent, coactus, tradidit eis Danielem. Illi autem injecerunt eum in lacum leonum et fuit illic sex dies. Erant autem in lacu septem leones. Occlusit vero archangelus Michael ora leonum, et non molestia affecerunt Danielem, neque attigerunt omnino corpus ejus. Cum vero venisset rex septimo die, ut lugeret Danielem in lacu, invenit salva quæ fixerat signacula, et lacu aperto, videt Danielem stantem rectum, et manus habentem extensas, et Deum laudantem, et dicentem: « Benedictus es, Deus, qui misisti angelum tuum, et obstruxit ora leonum, et mihi non nocuerunt. » Tunc rex cito cum gaudio Deum glorificans, sustulis Danielem e lacu illæsum et adoravit eum; Viros autem, qui Danielem accusaverant, injecit in lacum leonum [37]. Non prius autem fuerunt in solo lacus, quam eos invadentes leones devorarunt, et omnia ossa eorum, tanquam in pulverem comminuerunt. Hic ergo vir desideriorum Daniel, sanctissimum archangeli nomen nobis ostendit, quod vocaretur Michael, id est, *dux Dei exercitus*, ut qui hoc mysterium acceperit ab alio angelo.

XXII. Porro vero Habacuc quoque propheta erat in Judæa. Ipse autem coxerat pulmentum et panes intinxerat ad nutrimentum, et ibat ut id ferret suis messoribus. Angelus Domini apprehendit verticem Habacuc, et impetu sui spiritus eum portavit a Judæa Babylonem cum lentis alimento; et intulit ipsum archangelus in lacum leonum, non solutis illic signaculis. Comeditque Daniel servus Domini, et lætatus est. Et rursus idem angelus Michael restituit confestim Habacuc in locum suum, nihil ei impedimenti afferens, quominus eadem hora veniret et eodem cibo messores suos copiose aleret [38]. Papæ, quanta est divini archangeli pernicitas.

XXIII. Validissimo quoque suo impetu, divino nutu, similiter rursus alias assumpsit divinum quoque prophetam Ezechielem, ut dicit ipse Ezechiel in sua prophetia: « Et aspexi, et ecce similitudo, viri a lumbis suis, et inferius ignis: et a lumbis ejus et superius tanquam visio electri. Et accepit me a vertice in spiritu suo in medio cœli et terræ, et deduxit me Jerusalem [39]. »

XXIV. Quid etiam apostolum quoque Philippum similiter rapuit angelus Domini mei, et transtulit in Azotum, et non vidit amplius ipsum eunuchus reginæ Æthiopum, postquam ab eo accepit baptismum salutarem [40].

XXV. Mentem autem impellit, et mihi animum excitat eximia gratia et virtus divini ordinum ductoris supernarum potestatum, et ducit ad narrandum unum solum ejus miraculum. Vincitur enim et caligat omnis vis dicendi, intuens ad altitudinem et multitudinem et excellentiam infinitorum et variorum et omnis generis ejus miraculorum, et recusat omnino de iis scribere. Deficiet enim plane tempus nos ut divinus ait Apostolus, narrantes. Est enim pelagus metiri facilius, et stellas numerare, quam maxima, quæ a maximo incorporeo quotidie in nos fiunt, miracula. Ex magnis ergo et insignibus ejus miraculis, audebo pauca quædam vobis narrare admirabilia opera.

XXVI. Tempore Michaelis imperatoris et Theodoræ ejus matris, erat vir quidam, nomine Marcianus, qui a teneris unguiculis fuerat cerifer venerandi hujus templi. In ipso enim divino et venerando et pulcherrimo templo archangelico, omnes qui mari agitantur omne genus morborum, et accedunt in fide, et ex intemerata illa ejus imagine bibunt unguentum emanans, statim assequuntur, quæ speratur, curationem. In hoc ergo divino et religioso templo assidue perseverabat prædictus Marcianus archangeli ceifer, usque ad senectutem cum magno amore et fide neque unquam omnino opus habuerat medico, sed simul atque aliquando incidisset in illum morbum, protinus procidebat in dicto templo ductoris ordinum Michaelis brevique sanus redibat in domum suam propter totam suam in eum affectionem,

XXVII. Cum eum ergo aliquando gravis morbus et plane desperatus invasisset, jacuit in inferiori parte templi archangeli aliquot dies cum stabili et firma in eum fiducia. Cum plurimi autem amici et medici ad eum congregarentur, et dicerent alii alia, quæ ad ejus pertinebant curationem, ipso vero ne eos quidem omnino de hic audire sustinente, ausus est unus ex medicis facere ea, quæ dicuntur fomenta, et jussit iis qui ipsi ministrabant, ut ei mederentur ante matutinum, vellet an non. Cum autem fomenta composuisset medicus, domum re, diit. Illa autem nocte Marcianus cum a se veluti discessisset et esset in exstasi, quomodo et vir hic pius narravit, et subjectum argumentum ostendit veritatem, omnes templi portas vidit repente apertas, et lavacrum, quod exstabat, virum terribilem cum impetu e cœlo equitem descendisse. Cum is autem ex equo descendisset in purpureo, quod illic erat, marmore, ingressus est in templum, a plurimis stipatus, tanquam præpositi veste indutus, et impletum est universum templum odore ineffabili. Paulo post vero cum accessisset ad lectum Marciani, finxit se ea attrectare, quæ erant in scamno, et rapere quæ in eo erant posita ad alimentum et usum; et cum invenisset in catino posita, quæ dicta sunt, fomenta, ea accepta tulit ad Marcianum, rogans quid hæc sibi vellent, et quisnam esset, qui ea temere fecisset in domo sua. Cum is autem respondisset cum tremore, dicit ille terribilis et gloriosus duobus suis satellitibus : Tollite ea, et eun-

[37] Dan. XIV, 1-42. [38] Ibid. 33-38. [39] Ezech. VIII, 2. [40] Act. VIII, 26-39.

tes, quamprimum perforate caput ejus, qui me contempsit, et ipsa in id injicite. Cumque intinxisset summum digiti sui in candela, quæ impendebat ejus admirabilium rerum effectrici imagini, signavit caput Marciani sancto oleo in figuram crucis, et ex ecclesia egressus, equo rursus conscenso, sublatus est ad cœlum, statimque clausæ sunt omnesportæ ecclesiæ, ita ut, quomodo, videri non potuerit. Marcianus autem magno timore affectus, et animo anxius usque ad matutinum, propter terribilem visionem, accersit presbyterum ecclesiæ, et narravit ei omnia. Tunc presbyter cum quæsiisset, quæ a medico parata fuerant, fomenta, nec invenisset, Marciani quoque caput animadvertisset, et vidisset sanctam crucem in eo per sanctum oleum expressam, obstupefactus abiit quamprimum ad medicum, ut ei narraret omnia, et consuleret, ut ipse quoque peteret veniam ab ordinum ductore Michaele de iis, quæ ipse admiserat.

XXVIII. Cum autem venisset presbyter in domum medici, invenit illic multitudinem innumerabilem et luctum qui non poterat comprimi, cognatorum et amicorum ejus sociorum : qui omnes defebant repentinum, et non prius animadversum, lethalem ejus morbum, ipsum autem jacentem in medio omnium, totamque ejus faciem ustulatam, clamantemque graviter, et magna voce ejulantem : Miseremini mei, qui Deum timetis. Scindite, Christiani, caput meum, non fero enim dolores. Postquam vero audivit a presbytero verba terribilia, quæ audiverat a pio Marciano, tunc intellexit medicus esse plagam dignam sua audacia, et statim acerbe exclamavit: Ego sum causa gravis hujus meæ mortis: sed me tollite et abducite, et jacite in sanctam ædem ejus, et si quid jubet ejus misericordia, faciet in me indignum suum servum. Portantes autem eum, tulerunt una cum lecto. Marcianus autem cum sensisset tumultum assedit: et cum causam rescivisset, seipsum consideravit, et inventus est omnino sanus. Tunc cito descendens de lecto suo, Deum glorificavit, suumque defensorem et dominum et magnum medicum et militiæ principem Michaelem: cursimque egressus, processit obviam, et sustulit medicum e lecto, et portavit eum suis manibus simul cum presbytero, et posuit eum ante sanctam aram, miserabiliter deflentem et confitentem, ut ei esset propitius sanctus princeps militiæ. Marcianus autem cum per se manare fecisset unguentum e sacra illa imagine, unxit caput patientis medici statimque fugatum est [illegible]rbum illud tormentum, et ardentes facici pustulæ sunt exstinctæ, et factus est sanus omnino sicut prius, glorificans Deum et sanctissimum ejus militiæ principem Michaelem. Mansit vero de cætero medicus ille perseverans et munifice offerens in eodem glorioso templo archangelico, toto tempore vitæ suæ Dominum laudibus extollens, et eum qui fuit velox ad ferendum auxilium et eum defendendum, militiæ principem Michaelem.

XXIX. Atque nonnulli quidem dicunt esse novem eorum ordines, convenienter parabolæ Servatoris, quæ dicit : » Si mulier aliqua habens decem drachmas, unam ex eis perdiderit, non accensa lucerna eam quærit, et quando eam invenerit, convocat amicas, dicens : Gratulamini mihi, quoniam inveni drachmam quam perdideram [41]. » Sunt autem novem ordines incorporeorum, nempe Angeli, Archangeli, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Throni, Cherubim, Seraphim : et decimus ordo est hominum. Nonnulli vero dicunt nonaginta novem esse eorum partes : centesimam autem esse hominum, convenienter parabolæ centum ovium, de quibus dicit Christus : « Si fuerint alicui homini centum oves, et aberraverit una ex ipsis, non relictis nonaginta novem in montes profectus, quærit eam quæ errat? et si contigerit eam invenire, de ea magis lætatur, quam de nonaginta novem, quæ non aberraverunt [42]. » Revera enim nos sumus, fratres, qui male aufugimus, et aberramus super montes et colles nefariæ actionis et incredulitatis : quos non despexit pastor bonus et benignus, sed quæsivit, et supra suum humerum portavit, et retulit in numerum gregis boni et non errantis.

De S. archangelo Gabriele.

XXX. Laudemus ergo omnes Dominum, fratres, et nomen ejus simul extollamus, qui facit magna et quæ investigari nequeunt, gloriosaque et admirabilia quorum non est numerus, per sanctissimum Michaelem quotidie, et olim et nunc, et hic et alibi, et multis et singulis. Nam etsi per alios sanctos angelos innumerabiles, fecit Deus admirabilium innumerabilia miracula per universum orbem terræ, trium tamen solum ostendit divina Scriptura pretiosa et veneranda nomina, Michaelis et Gabrielis, et aperte colendi Raphaelis. Et quod sanctissimus quidem Michael fecerit hæc omnia, quæ sunt simul posita terribilia miracula, hinc patet ex divinis Scripturis. Divinissimus autem Gabriel missus fuit ab omnipotente Deo et Patre, tempore divini et benigni in terram descensus, veluti quidam pronubus Dei Verbi, ad sanctam Virginem, et Dixit : « Ave gratia plena, Dominus tecum, » et hac voce depulit antiquissimam et diuturnissimam molestiam primæ parentis Evæ, et implevit lætitia universum orbem terræ [43]. Prius vero sterili quoque clarissimæ Annæ, quæ in horto suo obsecrabat Dominum, prædixit fore, ut ex ea nasceretur Dei parens. Quin etiam prophetæ Zachariæ in templo suffienti ipse dixit fore, ut in senectute gigneret Præcursorem : quo tempore eum etiam fecit obmutescere in pœnam incredulitatis [44]. Eumdem ergo divinissimum Gabrielem vidit rursus idem Zacharias in sanctis sanctorum, cibum e

[41] Luc. xv, 8, 9. [42] Ibid. 4-6. [43] Luc. i, 26-38. [44] Ibid. 5-20.

cœlis afferentem ad Dei matrem. Eumdem autem Gabrielem viderunt etiam pastores in ortu Christi, annuntiantem eis magnum gaudium et universo mundo [45]. Alii quoque similiter plurimi boni, insignes et divini fratres, sunt ab eo in divinis initiati mysteriis. Nam per hos duos, Michaelem, inquam, et Gabrielem, descendit omnis datio bona et omne bonum perfectum, quod desuper mittitur in terram a Deo omnipotente. Hæ enim sunt duæ maximæ et pari momenti lucernæ Divinitatis, quæ est principium luminis, et est unica et trina : et quæ non occidunt luminaria totius orbis terræ, qui est sub cœlo, mystæque arcanorum, et ad futurorum introducentes mysteria.

De archangelo Raphaele.

XXXI. Inducitur autem præclarus Raphael, quando Tobiæ excæcatos oculos artificiose illuminavit [46]. Hic enim Tobias fuerat abductus captivus in prima Hebræorum captivitate Ninive. Cum autem esset pius justus, convenienter legi, eorum qui erant sui generis, morientium in captivitate corpora clam sepeliebat, qui contemptui habebantur, et non sepeliebantur. Quodam autem die cum reversus esset ex hoc pio opere, deposuissetque ligonem et bipalium, dormiit extra domum suam, propterea quod ipse esset pollutus, convenienter legi, quæ dixit : « Quicunque tetigerit mortuum, immundus erit usque ad matutinum [47]. » Illa autem nocte calidum excrementum in ejus oculos demisit passer, et statim fuit excæcatus. Nequaquam vero blasphemiis incessens, perpetuo agebat gratias Deo, qui id permiserat. Post hæc autem cum accersivisset Tobias filium suum, dixit ei : « Ecce ergo, ut vides, fili et cæcus et senex factus sum propter multitudinem meorum peccatorum. Age ergo, mittam te ad Gabelum cognatum meum. Deposui enim apud eum ante captivitatem aliquot auri talenta : et affer ea ad sustentandas meas calamitates. Sed viam, o fili, nescis, quoniam est magna. Inveniamus autem hominem, qui sciat viam, timentem Deum, et cum eo conveniamus de justa mercede. Qui tibi sit comes post Deum et te rursus reducat ad meos obscuratos oculos illæsum et lætum. Cum autem talis homo ab eis quæreretur, accessit ab eos divinus archangelus Raphael humana specie, præ se ferens se velle conduci mercedula, et dicit eis : « Paciscimini mecum, ut par est, et ergo ipsum concervabo post Deum. Recte enim scio et locum, et cognatum tuum Gabelum, et ejus uxorem, et filiam ejus. »

XXXII. Cum ii ergo sic convenissent, et accepisset puerum angelus, qui videbatur mercede conductus, cum plurimis votis ex senis manibus, ambulaverunt sine labore multos dies. Eos vero consecutus est canis quoque e domo. Cum ipsi autem venissent ad Tigrim fluvium, sedit puer Tobias ad lavandos pedes, et aspexit piscem exsilientem, ut eum devoraret ; et exclamavit puer. Dicit ergo ei viæ comes angelus : Ne timeas, sed eum teneas audacter. Id autem cum factum esset, rursus dixit ei : Disseca eum, et cor quidem et jecur diligenter serva in vase, fel vero in altero vase. Habet enim senex quidam, ad quem proficiscimur, formosam filiam habentem spiritum immundum, qui vocatur Asmodæus. Qui propter ejus amorem suffocavit septem viros, qui eam desponderant. Loquar autem ego cum sene de contractu, et persuadebo ei, ut accipias filiam ejus in uxorum. Suffumiga autem eam ex jecore et corde, et fugiet ab ea Asmodæus, homines occidens dæmonium, in supremas partes Ægypti per me ligatum vinculis insolubilibus, et non repente morieris. Et revertetur ipsa quoque nobiscum cum multis facultatibus in domum tuam. Quod etiam factum est, ut summatim dicam. Tunc puer servavit cor et jecur et fel, piscem autem comederunt.

XXXIII. Cum autem venissent, et alacriter accepti essent a sene Raguele, et verba movissent de contractu, nolebat senex, timens maxime propterea quod esset ei propinquus genere, et ostendebat eis sepulcra septem virorum. Tandem autem persuasus cum celebrasset nuptias, et eum aspexisset virum, quomodo ei suggesserat ejus viæ comes, Deo magnas egit gratias, et eam dedit senex uxorem Tobiæ, et dimidium suorum bonorum, et misit eos cum magno gaudio. Ipsis vero reversis, et simul cum ea ancillis et famulis et infinita pecunia accepto etiam a Gabelo deposito, cum venissent prope domum Tobiæ, canis loco agnito procurrens, ingressus est domum, et complexus pedes Tobiæ, ei blandiebatur. Ille autem cum ex eo cognovisset adventum filii, surrexit propere, et ivit ei obviam, et hic et illic offendebatur ad parietem non videns. Viæ vero comes dicit Tobiæ « Accipe fel piscis, et cum in foribus occurreris patri tuo, priusquam ipse te amplectatur, unge oculos ejus, et statim ascipiet. » Quod cum factum esset et protinus visum recepisset, steterunt obstupefacti, Deum laudantes propter omnia bona, quæ eis fecerat. Volentibus autem ipsis magnas referre gratias viæ comiti, qui existimabatur mercenarius, et prompto et alacri animo ei dare dimidium pecuniæ quam attulerant, se eis aperuit archangelus Domini, et dixit : « Ego sum Raphael, unus ex septem archangelis, qui Deo offerunt preces justorum : et neque comedi, neque bibi etiamsi vos putaretis. Domino vero perpetuo agite gratias, et semper ei confitemini, quod magnificavit misericordiam suam super vos. Quæ cum dixisset, statim fuit sublatus ab eorum oculis. » Hoc ergo solum dixit Scriptura fecisse Raphaelem,

[45] Luc. II, 9-12. [46] Tob. XI, 14, 15. [47] Levit. XI, 39.

quod fuit optimum et maximum miraculum. Dicit autem se unum ex septem archangelis, quoniam omnium ordinum supercœlestium, et quæ intelligentia apprehenduntur, classium et cœtuum duces sunt et principes [48], sicut dictum est superius.

XXXIV. Celebremus autem nos hic quoque sincére, ut debemus, o sacrosancte et a Deo collecte cœtus, lætum et illustrem et admirabilem diem festum ordinum ductoris Michaelis, qui animas et corpora beneficio afficit : et ei offeramus dona accepta et digna, et pios ei hymnos perpetuo non cessemus psallere, ut ipse quoque moveat vehementiores intercessiones ad communem Dominum et Creatorem, ut nobis det veniam, qui multiplicium peccatorum humana imbecillitate circumdati sumus et miseria. Ad eum ergo clamemus et dicamus : Benigne minister benigni Domini, qui in mysteriis initias, Michael princeps militiæ, assiduis tuis apud Regem gloriæ intercessionibus, omnes tuos laudatores et fideles tuos famulos, cum per pœnitentiam, ut meliores evadant, deduxeris, et ut sanctos decet vivant, erudieris, illic colloca in statione justorum. Te enim omnis cœtus Christianorum, post Deum et intemeratam ejus Matrem, patronum habemus maximum et salutis defensorem. Te nostri auxilii arma validissima et mœnia adversus omnes hostes, tam qui in intelligentiam cadunt, quam qui sub sensum, opponimus. Te nostræ defensionis divinam et evidentissimam circumferimus gloriationem. Per te fideles reges assequentur trophæa victoriæ. Per te duces exercitus Christiani populi, vincunt et dedecore afficiunt phalanges gentium infidelium. Per te omnis gratia illuminans, et prædictio, et sapientia, et virtus ut est fidelibus hominibus. De cætero ut qui habeas etiam quod potes, da etiam vicissim eventum petitionum. Protege semper et conserva vitam nostram pennis tuis archangelicis, et nos libera ab omni nocumento. Cura affectiones eorum qui ægrotant. Fac ut in auram evanescant, et dissolvantur spiritus eorum qui probris insultant et injuriis. Adhuc magis deprime et dejice elatum et gloriosum supercilium et magniloquentiam perversi et Dei hostis, et hominibus infesti Satanæ, et fac ut cessent et otiose reddantur improbæ ejus machinationes. Depelle dæmonum insidias, quæ adversus nos structæ sunt. Evelle, quæ ab inimico sata sunt zizania in agro Ecclesiæ. Purga veri Patris familias et Domini sementem. Oppugna, et ignominia affice, et dissolve cœtus eorum qui male sentiunt, et sunt impii. Nos perpetuo confirma et corrobora intercessionum tuarum defensionibus ad hoc, ut citra impedimentum faciamus Dominicam et divinam voluntatem : ut per tuam providentiam et defensionem digni habiti, qui vitam agamus in veritate et justitia, assequamur æterna Christi bona in regno cœlorum, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et potentia in sæcula sæculorum. Amen.

[48] Tob. I-XIV.

ANNO DOMINI MCCXL

MANUELIS CHARITOPULI

CP. PATRIARCHÆ

SOLUTIONES QUARUMDAM QUÆSTIONUM,

DE JURE PATRONATUS

DE TRANSLATIONE EPISCOPORUM.

Vide tom. CXIX, col. 807-816.

ANNO DOMINI MCCXL

GERMANUS II

PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANUS

—

NOTITIA

(Lequien *Oriens Christianus*, tom. I.)

—

Manueli successit Germanus II, sapientissimus sanctissimusque vir, Callisto, imo et Acropolitæ cap. 42 **aliisque** Græcis, ex Anaplo Proponditis oriundus, piscatoris, ut ferebatur, filius; qui, cum Magnæ Ecclesiæ diaconus esset, Constantinopoli expugnata, in Achyrenæ monasterium S. Georgii Paneumorphi secesserat. Anno 1232, mensis Augusti die sexta, indictione v, acceptis litteris Manuelis Ducæ, Epiri et Thessaliæ principis, synodum habuit aliquot metropolitarum, Christophori scilicet Ancyræ Galatiæ, Joannis Nicomediæ, Nicolai Amastridis, Basilii Serrarum, Agapeti Lupadii et Melitopolis, Leonis Prusæ, Nicephori Pontoheracleæ, Leonis Pompeiopolis, Basilii Præconnesi, Georgii Didymothici; cujus synodi gesta indicantur a Lambecio ex cod. Cæsareo Græco 241, atque ad Manuelem Ducam ab ea delegatus dicitur Christophorus Ancyranus. Germano patriarchatum gerente, Joanne Batatzi imp., anno 1231, die 26 Aprilis concilium Nymphæi in Bithynia habitum est, propter nuntios quatuor Romani papæ Gregorii IX, qui Ecclesiæ unionis restituendæ gratia advenerant; quorum duo ex ordine Prædicatorum, duo alii ex Minorum erant: cujus synodi acta Græca Latinaque exstant. Concilii nullus qui sperabatur exitus fuit: Gregorio tamen papæ Germanus patriarcha epistolam dedit. Nicephorus Callistus addit, Germanum contra Latinos scripsisse; ejusque profecto opuscula aliquot exstant, jejuna prorsus et inficeta, ut fere nullum aliud Græcorum deterius prodierit. Morti proximus monasticum institutum resumpsit, accito sibi *Georgii* monachi nomine; cumque Ecclesiæ suæ annos decem et octo præfuisset, vitam morte commutavit. Onuphrius in Chronico sex menses addit, eumque obiisse censet anno 1240. Ephræmius, quem Leo Allatius laudat lib. II *De consens.* cap. 14, in sua patriarcharum CP. Chronologia, quam versibus politicis composuit, hunc inter sanctos pontifices ascriptum tradit, quem proinde in tribus catalogis abesse permirum est.

GERMANI II SCRIPTA.

(Ex Fabricii Bibliotheca Græca ed. Harles tom. XI.)

—

Scripta inedita.

I. *De processione Spiritus sancti adversus Latinos.* Incipit: Ἐὰν ὑμεῖς μένητε ἐν τῷ λογῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μου ἐστε. Collegit auctoritates Patrum etiam Latinorum, Græcis tamen verbis expressas, teste eodem Allatio II, 14 pag. 712. Libro I contra Latinos, responsione 10 (*a*), citatur a Nic. Comneno p. 336 *Prænot. mystagog.* (*b*) Ex *epistola ad patriarcham Cpol. Latinum* (Nicolaum) Allatius p 300, 568,

II. *De azymis* ad Theodorum Studitam juniorem, scriptum inficetum prorsus et inscitiæ plenum,

(*a*) S. *De Ecclesiæ Orientalis et Occidentalis consensione*, cujus locum repetiit Lambec. III, p. 312 sq. HARL.

(*b*) Vindobon. in cod. Cæsar. LXIV, n. 27, est synopsis testimoniorum S. Scripturæ et SS. Patrum contra Latinorum hæreses et errores *de processione Spiritus sancti, azymis et baptismate ex Germani. patriarchæ CPolitani, Niceæ residentis responsione ad epistolam papæ Gregorii IX.* V. Lambec. III, pag. 318 sqq. ed. Kollàr. Paris. in bibl. publ. cod. MCCLXVII, II. 2. Conf. Oudin *De script. eccles.*, III, p. 56. sqq. HARL.

judice Stephano de Altimura Ponticensi in Panoplia contra schisma Græcorum p. 358. FABR. Exstat in cod. Vindob. Cæs. modo laudato, et Paris, in bibl. publ. cod. MCCXV, n. 3, HARL.

III. *De purgatorio*, et IV. *De tribus modis administrandi baptisma.* Allatius l. c. pag. 712.

V. *Homiliæ* plures et *Catecheses*, cum *epistola* ad Nicolaum grammaticum, servatæ in codice Coislini-ano, cujus notitiam ex eruditiss. Montfauconi catalogo pag. 391 hic apponere non gravabor. « Codex CCLXXVIII, olim CCCLXIII, bombycinus, XIV circiter sæculi, foliorum 236. Sancti Germani patriarchæ CP. Sermones et homiliæ.

« Fol. 4. S. Germani archiep. CP. Sermones. Primus in ordinatione ejus in patriarcham CP. init.: Πάλιν ἐπ' ἐμὲ χρίσμα καί πνεῦμα. FABR. Hic et sequens aliique sermones quatuor, nec non epist. ad populum Cpol. postquam episcopus factus esset, et epistola ad *Nicolaum grammaticum*, qui ad partes Musulmanorum transierat, et scripta ignominiosa contra orthodoxam fidem vulgaverat, postea vero ad sanam mentem redierat, Oxon. in cod. Barocc. CXXXI. — Germani sermo, quando archiepiscopus ipse consecratus esset; ejusdem sermo indictionis initio; ejusdem homilia contra clericos avaros et parænesis ad parentes de liberis; homilia de sacra synaxi, et quod adhuc durant miracula, denique sermo in Annuntiationem B. Virginis, in Thomæ Gale cod. XLVI, f. 5880 cat. mss. Angl. vol II. HARL. — 2) Εἰς ἀρχὴν ἐνδίκτου. Init. Χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε, πάλιν ἐρῶ. — 3) In Exaltationem S. Crucis. Init, Πάλιν ἑορτῆς μυστήριον, καί πάλιν. — 4)Epist. post ordinationem ejus. Init. Ἀββακοὺμ πάλαι ἐκεῖνον τὸν ἐν προφήταις θαυμ. — 5) Ad Constantinopolitanos, contra Bogomilos. Iinit. Ἀνάγκη ἐλθεῖν τά σκάνδαλα. [Conf. Schroeckh. libr. cit. tom. XX, p. 475. HARL.] — 6.) Contra eos, qui conveniunt in ecclesiam. Init Ἤδη μὲν ὁ τῆς ἡμέρας ὀφθαλμός ἥλιος. — 7) Cratiarum actio pro concursu populi, et contra vanitatem vitæ. Init. Εὐλογμτὸς Κύριος ὁ ποιῶν θαυμάσια. — 8) Gratiarum actio de Sampsone, de Davide, et contra mœchos. Init. ἡΩσπερ τά ἐν αὐχμηρίᾳ φυτά, ὅταν μὲν ἀρδ. — 9) Πρὸς τοὺς ἱερωμένους, etc. Init..... Τὸ τοῦ προσώπου ἐρύθημα. — 10) De misericordia et futuro judicio. Init. Ἐβουλόμην καὶ τὸ σήμερον καιριώτερα. — 11) Quo scopo homo compositus factus sit, etc. Init. Ἀσπάζομαί σε, πρωτίστητῶν. — 12) De bono in Ecclesia ordine, etc. Init. Αἱ μητέρες ὅταν ἀπογαλακτίζειν. — 13) De eodem argumento. Init. Ἀδολεσχήσω καί πάλιν, ἵν' ὑμεῖς ἀσχολή. — 14) De præparatione ad mysteria accipienda. Init. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ παλαιός ἐκεῖνος, καί τῇ σκιᾷ. — 15) De superhumerali summi pontificis, etc. Init. Ὁ μὲν νομικὸς ἐκεῖνος ἱεράρχης, καὶ τυπικός. — 16) Contra clericos inordinatos, etc. Init. Οὐκ ἀφνὴς ἐγὼ τὴν ποιμαντι. — 17) De amore Dei erga homines, etc. Init. Τίς ἡ τυραννις ἦν ἐκ τῆς πρὸς ὑμᾶς. — 18) Post reditum ex Lydia, et de condemnatione hæretici Leontii. Init. Λύει μου τὴν γλῶσσαν ἡ παρεῦσα πανήγορις. — 19) Homilia κατανυκτική. Init. Ἡ μὲν ἀπολογια τῆς ἐμῆς ἐμῆς σιωπῆς. — 20) De conventu in Ecclesia, etc. Init. Τί ἂν ἀνθορωπος πάθοι ἐπιστασίαν. — 21) Quod Deus multum curet de hominibus, etc. Init. Φέρε δὲ καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν τεχνίτην. — 22) Cum Canicleus (*a*) diaconum percussit. Init· Ὦ γλυκεῖα ὄψις, ὦ γάνος ψυχῆς. — 23) De eodem Canicleo. Init. Οἴμοι ἐγὼ, μητερ, ὡς τινα με ἐτεκες. — 24) Ad populum, quod non semel per hebdomadem ad vigilias in ecclesiam concurrant. Init. Τί ποτε, ὦ ταρόντες, οἴεσθε. — 25) Quod oporteat os psalmodiis sanctificare. Init Κύριε, ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου, κία. — 26) In parabolam cœnæ apud Lucam. Init. Ἔχει μὲν τῆς εὐαγγελικῆς περικοπῆς τῆς σήμερον. — 27) Gratiarum actio, quod inciderit in morbum in adornanda hac homilia, et de mysteriis sacris. Init. Ὑπολαμβάνειν μοι ἔπεισα, ω φιλοχρ. — 28) Homilia μεθεόρτιος Christi nativitatis. Init. Τῆς περι λόγοις μεγιστης πτωχείας μου. — 29) Hom. post festum Luminum. Init. Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ. — 30) Εἰς τά ἀπό κρεωφαγίας. Init. οἶδα, ὡς ἐν θαὐματι κείσεται τοῖς πολλοις.— 31) Homilia apologetica de diuturniore silentio. Ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως. — 32) Post nativitat^em Christi et ante Lumina. Init. Χθὲς τοῖς λαμπροῖς γενεθλίοις τοῦ. — 33) In primam Dominicam Jejuniorum. Init. Ὡς ἐμεγαλύνθη τά ἔργα σου, Κύριε. — 34) In infanticidium. Init. Τίς Θεός πλὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ὁ Θεός. — 35) De eodem festo. Init. Οἱ μικρολόγοι τῶν ἑστιατόρων. — 36) Alia sine titulo. Init. Ὁρᾶτε, μὴ καταφρονήσητε ἑνός. — 37) Alia sine titulo. Init. Τῶ καιρῶ εισῆρχετο. — 38) In primam Dominicam Jejuniorum. Init. Ὡς ἀγαπητά τά ακηνώματα σά. — 39) In secundam Dominicam Jejuniorum. Init. Ἡνυσται μὲν ἰδοὺ σὺν Θεῶ καὶ ἡ. — 40) In tertiam Dominicam Jejuniorum. Init. Ἡ μὲν τῶν Εὐαγγελίων πανὶερος βιβλος. — 41) In quartam Dominicam Quadragesimœ. Init. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἄνθρωπός τις. — 42) In quintam Dominicam Jejuniorum. Init. Τὸν μὲν δὴ τῆς τεσσαρακονθημερου. — 43) In Dominicam ante nativitatem, et in tres pueros. Ἐπειδὴ πολυανθρωπότερον σήμερον τὸ ἀθροισμα. — 44) Quod non sit accedendum ad divinos et præstigiatores. Init Χριστὲ ἀναξ αὐτοσυμπαθὲς, αὐτόνυκτε. — 45) In tertia Dominica Jejuniorum et in sanctam Crucem. Init. Ἰδοὺ ἡ κλίνη Σαλομὼν ἑξήκοντα δυνατοί. — 46) Homilia sine titulo. Init. Ὅταν στρατοπεδευσάμενον ἐνταῦθα κατίδω. »

(*a*) Ὁ Κανίκλειος, vel ὁ Κανίκλης, vel ὁ Κανικλείων a Byzantinis scriptoribus is appellatur qui *caniculo*, sive atramento imperatoris præerat. Vas enim illud, *caniculum*, a caniculis fictitiis sustentabatur. Vide Villoison in *Anecdotis Gr.* tom. II. p. 72. HARL.

« Deinde sequuntur catecheses ejusdem : Primæ catechesis initium : Οἴδατε, ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας. — Secundæ init. Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου. — Tertiæ catechesis init. Ἔτι τρεῖς ἡμέραι καὶ Νινευΐ. — Quartæ catechesis init. Τὴν ἀλλοίωσιν ἐλαιῳ. — Quintæ init. Ὅποι τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συν. Sine titulo, init. Ἀλλὰ καὶ Ἰωνᾶς ἐκεῖνος. — « Fol. 193. Epistola *ad Nicolaum grammaticum*, qui in Musulmanorum religionem se contulerat, etc. Hæc epistola est inter primam et secundam catechesim. Init. Εἶπα, ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου. [« Vide paulo ante de cod. Coislin. ad n. 1. HARL.] ».

Hactenus codex Coislinianus. Ex his solæ editæ homiliæ quatuor, quibus asteriscum præfixi, 3, 34, 38 et 45.

VI. *Epistola ad Manuelem Ducam*, despotam Epiri et Thessaliæ, ms. in bibl. Cæs. [Vindob.] Inc. Ἠττήμεθα νὴ τὰς σὰς ἀριστείας, ἠττήμεθα, πανευτυχέστατε Δέσποτα. Vite Lambecium V, p. 107 (*a*). Ubi etiam memorat Manuelis Ducæ epistolam ad Germanum, ad quam hic respondet, et in qua Germanum (*b*) ille vocat παναγιώτατον δεσπότην καὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ Χριστιανῶν ἀπλανέστατον ὁδηγόν.

Mandatum seu Commonitorium synodale, traditum Christophoro, metropolitæ Ancyrano, cum is ex synodo Nicæna A. C. 1232 celebrata tanquam legatus patriarchalis ad Manuelem Ducam esset profecturus. Ms. in eodem Codice Cæsareo, [n. 4, pag. 227 sqq., ubi conf. not. Kollarii, *A*.] sed posteriore parte mutilum. Incipit : Καιρὸς τοῦ βαλεῖν λίθους καὶ καιρὸς τοῦ συναγαγεῖν λίθους. [conf. Oudin. l. c. III. p. 59 sqq. HARL.

VII. *Oneirocriticon*. Lambec. V, p. 237., seq. sive p. 478 ed. Kollar. — Oudin. l. c. tom. III, pag. 61 et pag. 236, illam somniorum interpretationem in cod. Vindobon, pertinere arbitratur ad Nicephorum II patriarcham Cpol. a. 1250. Sed forsan Lambec. tutius judicat, Nicephori oneirocriticon esse brevius, quam Germani, et ab hoc illum sua videri per compendium accepisse. — In Montfauc. Bibl. bibliothecar. mss. I, pag. 708. *D*, inter codd. bibl. Sfortianæ cod. sic citatur : « Germanum Cpol. scripsisse adversus eos qui dicunt, dæmones convertendos, meminit Photius. » HARL.

Scripta edita.

I. *Epistola ad Gregorium IX* papam Rom. de unione, quæ Latine sæpius prodiit inter Gregorii IX epistolas et apud Matthæum Paris, ad. a. 1237, cum alia Germani *id cardinales* epistola ; et apud Odoricum Raynaldum ad a. 1232, n. 46, et in conciliorum tomis, cum Gregorii IX responsione duplici, ut tom. IX Labbei, pag. 318, et tom. VII Harduin., pag. 149. Sed Harduinus primus etiam Grece dedit p. 1961 acceptam a Michaele Le Quien, qui ex codice regio MMDIII descripserat. Incipit : Ὦ Κύριε, σῶσον δή ὦ Κύριε, εὐόδωσον δή. Apud eumdem Harduinum pag. 157-162. Græce et Latine exstat definitio apocrisiariorum Gregorii IX ad Germanum missa, quod Spiritus sanctus a Patre Filioque procedat æqualiter hæc in codice Cæsareo apud Lambecium III, p. 118 (*c*) inscribitur : Ἔκθεσις τῆς ὁμολογίας τῆς πίστεως τῶν Λατίνων συγγραφεῖσα καὶ ἀποσταλεῖσα παρὰ Γρηγορίου πάππα Ῥώμης πρὸς Γερμανὸν τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως. In eodem codice Cæsareo subjuncta Germani responsio Græce adhuc inedita : Τοῦ ἁγιωτάτου Γερμανοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῆς σὺν αὐτῷ ἱερᾶς συνόδου ἀπάν-

(*a*) S. p. 225 sq. ed. Kollar. in. cod. CCLI, n. 2 et 3, et Oudin. l. cit. III, p. 58 sq. HARL.

(*b*) Nicephoro Gregoræ, Ἀνὴρ συνετός, καὶ ἀρετῇ καὶ λόγῳ βίον κοσμήσας.

(*c*) Sive p. 305 sq. n. 24 et 25, in cod. LXIV ed. Kollar. Add. ibid. p. 311, n. 27. Synopsis argumentorum etc. supra de ineditis Germani II scriptis ad n. II citata : — Infra, in vol. XI pag. 530. ed. vet. — Schroekh. *Hist. Eccl. Christ.* tom. XXIX, pag. 414 sqq. — In codd. dudbus bibl. Sfortianæ secundum Montfauc. Bibl. biblioth, mss. I, pag. 706. *D. E.* Epistola Gregorii papæ ad patriarcham CPolitan. in qua loquitur ille de duplici gladio Ecclesiæ, temporali et spirituali, et usu utriusque ; atque Germani, patriarchæ CPol. et synodi ejus disputatio de Spiritu sancto adversus legatos sedis apostolicæ. — Ibid. II, pag. 1319 *C*, n. 36, papæ epist. ad patriarch. CPolit. ejusque ad ipsum *super unione*, Manuele imperatore ; — et n. 41-45 inder codd. Mazarin. Germani epist. ad Gregorium papam ; Gregorii papæ ad ipsum ; Fratrum Minorum, legatorum Romani pontificis, fidei editio ; Germanii cum iis disputatio. — Oxon. in cod. Baroc. XCI, Germani CPol. patriarchæ epistola ad papæ Romani legatum qui presbyteros quosdam Græcos male tractaverat, et in carcere detinuerat : inc. Δέσποτα. — Ibid. in cod. Guil. Laudi LXXVIII, n. 18-21. (sive n. 720 cat. codd. Angliæ etc., tom. I.) Germani ep. ad Gregorium papam ; Gregorii papæ. ep. ad Germanum ; Determinatio *Fratrum Minorum*, f. confessio de processione Spiritus sancti a Patre Filioque, etc., et Germani ac synodi, quæ cum ipso, oppositio adversus Phræmenarios, a Gregorio papa missos reliquosque — ibid. inter adversaria mss. Gerardi Langhæni (cat. cit. pag. 268, n. 6). Germani epistola ad Latinorum CPoli patriarcham, græcos sacerdotes, ut papæ in supplicationibus memoriam facerent, cogentem. — Paris in bibl. publ. cod. CMLXX, n. 4, Gregorii papæ fidei expositio missa ad Germanum ; n. 5, Germani responsio ad illam expositionem, et Gregorii ad legatos Minoritas : ibi de processione Spiritus sancti imprimis disputatur. — In cod. MCCLVII, n. 1, Gregorii expositio, etc. et n. 3, Germani et synodi, cui præerat responsum, quo Latinorum dogma de processione Spiritus sancti refutatur. — Venetiis in bibl. Marc. cod. DLXXV, Gregorii papæ epistola ad Germanum, et hujus epistola ad illum Gregorium de unione : Ἀπάντησις τοῦ Γερμανοῦ, καὶ τῆ, σὺν αὐτῷ ἱερᾶς συνόδου πρὸς τους ἀπο του παππα Γρηγορίου σταλέντας Φραιμενουρίους καὶ τοὺς λοιπούς. Inc. Εἴπατε ἡμῖν, etc. V. cat. codd. Gr. Marc., p. 303. HARL.

τησις πρὸς τὴν τοιαύτην ὁμολογίαν τοῦ πάππα, καὶ πρὸς τοὺς ὑπ' ἐκείνου σταλέντας Φρεμενουρίους (*a*) καὶ λοιποὺς περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Hanc Latine vulgavit Lucas Waddingus in Annalibus ordinis Minorum. diversam a priore Germani scripto de processione Spiritus sancti quod ex Allatio paulo ante memoravi, illiusque veluti summa ac compendium. Confer Altimuram pag. 359, 360. *Panopliæ contra schisma Græcorum.* FABR. Edita est Græce ex cod. Cæsareo Vindobon. a Franc. Carolo Altero, ad calcem edit libri: Χρονικὸν Γεωργίου Φραντζῆ, etc. Vindobon. Austr. 1796, fol., pag. 139 seq. Gregorii ἔκθεσις — missa ad Germanum. In fine: ὑπογραφαὶ τῶν ἀποκρισιαρίων. Pag. 140 seqq. sequitur Germani et synodi cum illo responsio, f. ἀπάντησις, etc., in qua multa et sacrorum et ecclesiasticorum scriptorum loca testimoniaque afferuntur. In præfat. autem pag. 11 seq. Alter. agit de codd. Vindobonensi atque Vaticano. HARL.

II. *Homiliæ variæ.* 1) *In infantes Betlehemiticos.* Κυροῦ Γερμανοῦ εἰς τὴν σφαγὴν τῶν ἁγίων νηπίων, καὶ εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίου, ἀναγινωσκομένη Κυριακῇ πρὸ τῶν Φώτων. Incipit: Τίς Θεὸς πλὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Græce ex codice Augustano edidit David Hœschelius inter homilias sacras variorum Patrum, Augustæ Vindel. 1586, pag. 154-181. FABR. De Germani homiliis et codd. in bibloth. Angliæ asservatis, in quibus illæ aliaque Germani scripta exstant, copiose agit Oudin. l. c. tom. III. pag. 61 seq. — In cod. Augustan. Vind. secundum Reiseri indicem mss. bibl. Augustanæ, pag. 8, n. 20, sunt septem sermones Germani, archiep. Cpolitani: 1) *In sepulturam Christi,* dictus die magni Sabbati; 2) *In annuntianem Marie;* 3) *In primam jejuniorum Dominicam,* deque imaginum restitutione; 4) *In venerationem vivificæ crucis,* dictus tempore jejunii; 5) *De infantibus, ab Herode occisis*; 6) *In exaltationem sanctæ Crucis;* 7) *In Dominicam ante Natalem Christi, deque tribus pueris in fornacem missis.*— Ex Germani sermonibus permultis plura collegit excerpta Macarius Chrysocephalus in opere, Ῥοδωνιὰ inscripto, quod exstat in cod. Veneto CCCCLII bibl. Marc. Vide Villoison, in *Anecdotis Græcis,* tom. II, p. 72. — In indice ad hunc tomum, voc. *Germani,* citatur fragmentum ex quadam illius oratione, in qua explicatio allegorica arboris illius, in medio paradiso positæ. HARL.

2) *In exaltationem venerandæ crucis, et contra Bogomilos.* Εἰς ὕψωσιν τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ κατὰ Βογομίλων. Incipit: Πάλιν ἑορτῆς μυστήριον, καὶ πάλιν ὁ ἱμὸς λαὸς χορευτὴς μυστικός. Græce et Latine edidit Jacobus Gretserus tom. II *De cruce,* pag. 156-173. Ingolstad. 1600, 4.

3) In vivificam crucem, tertia Jejuniorum Dominica. Τῇ τρίτῃ Κυριακῇ τῶν Νηστειῶν, καὶ εἰς τὸν ζωοποιὸν σταυρόν. Incipit: Ἰδοὺ ἡ κλίνη Σολομών. Græce et Latine apud eumdem Gretserum, pag. 294-308.

4) *In adorationem Crucis, tempore medii Jejunii.* Εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμιου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἐν τῷ καιρῷ τῷ Μεσονηστίμῳ. Incipit: Φωτίζου, Ἱερουσαλήμ. Græce et Latine apud eumdem Gretserum, p. 308-311.

5) *In primam Jejuniorum Dominicam, et in sanctarum imaginum restitutionem.* Εἰς τὴν πρώτην Κυριακὴν τῶν Νηστειῶν, καὶ εἰς τὴν τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων ἀναστήλωσιν. Incipit: Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων. Græce et Latine apud eumdem Gretserum, pag. 549-565. In hac quoque homilia Bogomilorum mentio pag. 552. Ἠρώτησέ μέ τις τῶν δαιμονοπροσώπων τούτων Βογομίλων· Διὰ τί, φησί, προσκυνεῖτε τοίχους, καὶ σανίδας καὶ ἄσβεστον καὶ διάφορα χρώματα; Latine exstat etiam ex Gretseri versione in supplemento Bibl. Patrum Morelliano Paris. 1639, tom. I, pag. 70, et in Bibl. Patrum Coloniensi a. 1618, tom. IX, et in Lugdunensi a. 1672, tomo XX. [V. cat. bibl. Leidens. pag. 44].

6) *In Dominici corporis sepulturam, et in magnum Sabbatum.* Λόγος εἰς τὴν θεόσωμον τάφὴν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστου, ῥηθεὶς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ μεγάλου Σαββάτου. Incipit: Σάββατον μέν ἐστι σήμερον. Græce et Latine vulgavit Combefisius tom. I auctarii novi, pag. 1469, 1524. Paris. 1648 fol. Latine ex Combefisii versione in tom. XX Bibl. Patrum edit Lugd. et in Bibliotheca Patrum concionatoria Combefisiana. FABR. In cod. antea citato Augustano Vindel. — Oxon. in cod. Barocc. CCXLI. — Vindobonæ in cod. Cæsar. LXIV, n. 20. V. Lambec. III, p. 299, Kollar. — Paris, in bibl. publ. codd. DCCCLIV, n. 14, et MCLXXXVI, n. 22. HARL.

[*In dedicationem templi B. Mariæ,* etc. Paris, in bibl. publ. codd. MCLXXVI, n. 42; MCLXXVII, n. 34, et MCXCIV, 11. Add. supra, vol. X, pag. 285 bis. HARL.]

In decollationem Sancti Joannis Baptistæ homiliam Germani a Combefisio editam tradit præstantissimus Caveus, lapsus memoria: Andreæ enim Cretensis, non Germani sermonem eo de argumento Combefisius publicavit. Andreæ etiam est, non Germani Idiomelon in Annuntiationis festum ab eodem Caveo memoratum.

III. *Epistolæ duæ* suo et synodi nomine missæ *ad Cyprios, eorumque archiepiscopum Neophytum,* cum

(*a*) Al. Φρεμινουρίους, *Fratres ordinis Minorum* intellige. [V. Jo. Meursii Glossar. Gr. barbar. voc. Φρεμηνοραῖος.].

cogerentur a Latinis (*a*), illis subjici. Prior incipit : Ἡ νῆσος ἡ Κύπρος· altera ; Ἀνδρες φιλοχριστοτατοι καί φιλευσεβεῖς. Græce et Latine edidit Cotelerius tom. II *Monument. Ecclesiæ Græcæ*, pag. 462 et 475, 482. Paris. 1681, 4, FABR. Venetiis in cod. bibl. Marc. DLXXV epistolæ duæ, Germani et synodi nomine missæ ad Cyprios, eorumque archiepisc. Neophytum ; it. ex Germani epistola, quam misit Nicæa ad Patres Cpolit. V cat. codd. gr. Marc., pag. 303. — In cod. Mazarino LXXXVII, n. 37 seqq. Germani epist. 1) ad Neophytum ; 2) altera ad Cyprios ; 3) ad Latinorum patriarcham Cpoli, cogentem Græcos presbyteros papæ nomen recitare. V. Montfauc. Bibl. biblioth. mss., II, p. 1319. HARL.

IV. *Decreta tria in jure orientali* Enimundi Bonefidii, a. 1573, 8, apud H. Stephanum edito libro II, Græce p. 89 seq. et Latine p. 156 atque in *Jure Græco-Romano* Marquardi Freheri Francof. 1596, fol ; Græce et Lat. p. 232 238 : *primum* contra Joannem (*b*) metropolitanum Naupacti de quibusdam episcopalibus monasteriis, et de virgine quæ ante pubertatem, nuptialem benedictionem accepit : datum indictione VIII, a. 6743, hoc est anno Christi 1235 ; *secundum* et *tertium* de paralauriis patriarchalium monasteriorum, ad quem pertinere debeant (*c*). In his et synodi mentio et ὑπομνημάτων συνδικῶν de patriarchalibus stauropegiis factorum 27 novembr. et 8 Januar. indictionis V, hoc est anno 1232. FABR.

De Germani *scholiis in Dionys. Areopagitam* v. supra, vol. VII, p. 10, pag. 15 de cod. Laurent. p. 16 de cod. Marc. — et de cod. Veneto bibl. Marc. CXLIII, confectorem catal. codd. Gr. Marc., p. 81, atque cel. Morell. bibl. mss. Gr. et Lat. I, p. 88 seq., qui laudat de illis Jo. Fr. Betnard. de Rubeis in diss. præliminari edit. ipsius operum Areopagitæ, Venet 1755, fol. HARL.]

(*a*) Willebrandus ab Oldenburg, illorum temporum scriptor, in Συμμίκτοις Allatii, pag. 141 *Græci, quibus Latini per totam Cyprum dominantur tredecim habent episcopos, quorum unus est archiepiscopus. Omnes ipsis Francis obediunt, tributum tanquam servi persolventes.*

(*b*) Male interpres *dominum Joannis pro, dominum Joannem*, κατά μητροπολίτου Ναυπάκτου κυρίου Ἰωάννου.

(*c*) Florent. in cod. Laurent. II, n. 94, plut. V. *Sigillum Germani de Paralaurüs patriarchalium monasteriorum, ad quem pertinere debeant, factum mense Junio, v indiction. et insinuatum secreto sacri chartophytacii, ubi agitur de patriarchalibus Stauropegiis.* Inc. Τά περὶ τῶν πατριαρχικῶν σταυροπηγίων. Sequitur alterum ejusdem. Inc. τὰ κατὰ συαρπαγὴν λαβόντα σύμπηξιν V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur., tom. I, p. 10. HARL.

Germani Epistolæ ad Gregorium IX papam et ad cardinales De unione Ecclesiarum, cum Gregorii IX responsione duplici ; Definitio apocrisiariorum Pontificis quod Spiritus sanctus a Patre Filioque procedat æqualiter, cum Germani responso ; item acta concilii Nymphææ in Bithynia pro unione habiti : hæc omnia post Regesta exstant Gregorii IX, quem vide in Patrologia Latina ad an. 1241.

GERMANI EPISTOLÆ

AD CYPRIOS.

(Ex Joannis Baptistæ Cotelerii *Monumentis Ecclesiæ Græcæ*, tom. III)

Γερμανοῦ (1) τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κάνσταντινουπόλεως ἐπιστολὴ σταλεῖσα ἐν τῇ νήσῳ Κύπρῳ παρά τε αὐτοῦ καί τῆς ἱερᾶς συνόδου, ἀρχιερανεύοντος ἐν τῇ αὐτῇ νήσῳ τοῦ κυροῦ Νεοφύτου, καὶ ἀναγκαζομένου παρὰ Λατινων ὑποταγῆναι αὐτοῖς.

A *Germani sanctissimi patriarchæ Constantinopoleos epistola missa in insulam Cyprum, tam ab ipso quam a sacra synodo, cum in ea insula summum sacerdotium teneret dominus Neophytus, et cogeretur a Latinis, illis subjici.*

α'· Ἡ νῆσος ἡ Κύπρος, ἡ περιλάλητος, ἣν πόντου μὲν ὑγρὸν στόμα κύκλῳ προσπτύσσεται, πυριμενῇ δὲ χείλη ῥητόρων καὶ γραφέων διαφημίζουσιν, εὖ μὲν θέσεως, εὖ δὲ κράσεως ἔχουσαν, οἷα

1. Cyprus insula, illa percelebris, quam liquidum quidem ponti ostium undequaque cingit, ignea vero oratorum scriptorumque labia prædicant, commodo situ bonaque temporis gaudentem quasi

(1) Γερμανοῦ. Est Germanus II CP. qui vixit sæculo decimo tertio sub imperatoribus Latinis. Ad eum pertinent Decreta Juris Græco-Romani p. 232, etc., non vero ad illum qui antea fuerat pontifex Adrianopolitanus, ut dicitur in margine, quique est Germanus III. Patet ex p. 235, ubi notatur annus mundi 6743, qui est Christi 1235. De Cypro autem et Cypriis per illa tempora lege inter alios Wildebrandum ad Oldemborg Itinerarii, p. 141, 142 in Symmictis Allatii.

maris uber bonis abundans, et in loco sterili ho- A tum, salsuginis solum dulcem succum fundens, aliam beatorum, insulam terram lacte manantem ; quæ non modo ex seipsa feracitatem omnem profundat, sed etiam externis repleatur bonis, quotquot nimirum per liquidum in eam inferuntur.

2. Hæc porro ipsa Cyprus, antea felix atque splendida, non adeo ex naturæ donis insignis erat, quemadmobum jam sermo repræsentavit, neque eam quidquam e cæteris aliud tantum decorabat, quantum ipse pietatis fructus, atque Evangelii seges, ad centuplum bonis spicis feta, quantum lerge fluentes doctrinæ latices, Scripturarumque floridum pratum, et Ecclesiæ fiiliorum maltitudo instar omnigenarum herbarum agri; velut insulam innovatam, ut cum Scriptura loquar [1], et quotidie B in melius renovatam ac proficientem. Unde factum est, ut in unam maximarum provinciarum promoveretur, et ad archiepiscopatus eveheretur dignitatem, sors eximia Christi effecta, atque per semetipsam directa propriumque sub pastoribus suis ordinans gregem.

3. Verum non erat scelesti Satanæ, hanc absque invidia intueri, qui terram minatnr atque mare se deleturum. Scilicet armat manus barbaricas, et gentem inimicam excitat adversus Ecclesiam, imo beneficam ; geutem, quæ hæc quidem dentibus comedit, illa vero unguibus dilacerat, alia autem pedibus conculcat, prorsusqus omnia ad disperditionem vastat, juxta Danielis visïonem [2]. Constipati enim Latini, etiam Cyprios adorti sunt : alius quidam pontus immensus et obvia quæque inundans, conspicuo illo insulamque ambiente impetuosior ; quandoquidem conspicuus non eam obtegere contendit, sed propriis terminis circumscribitur, in semetipso fluctus confringens, et Creatoris providentiæ frenis obsecundans [3].

4. At Italorum audacia proprias transilit stationes, et fluctus iræ volvit, extra terminos currit, atque in exteros irruit. Ejusmodi atrox tempestas excitata est in præclara Cypro ; cum qua fœdus servat mare, et cicurem se reddit unda. Id sane diluvium, ad aliquod usque tempus venustiora quæque corrupit, et in terram prostravit quæcunque eminebant. Mox vero et hominum corpora attigit. Verumtamen tolerabilis erat calamitas, licet esset admodum gravis ; quoniam ad corpoream spectabat noxam, et corporum perniciem, quæ ad

θηλὴν θαλάσσης βρίθουσαν ἀγαθοῖς, καὶ ἐν ἀτρυγήτῳ παράδεισον, καὶ τῆς ἅλμης πέδον γλυκύχυμον, καὶ νῆσον ἄλλην μακάρων, καὶ μελιτόβρυτον γῆν· οὐ μόνον ἐξ ἑαυτῆς τὸ πάμφορον βλύσασαν, ἀλλά καὶ τοῖς ἐξωθεν περιαντλουμένην καλοῖς, ὁπόσα ταύτῃ παρὰ τῆς ὑγρᾶς ἐπεισβάλλουσιν.

β'. Ἥδε ἡ Κύπρος αὕτη, ἡ πρὶν εὐδαίμων τε καὶ λαμπρὰ, οὐ τόσον ἐκ τῶν φυσικῶν χαρίτων ἐπίσημος ἦν ὡς ὁ λόγος προδιεμόρφωσεν, οὐδ' οὕτω ταύτην ἄλλο τι τῶν ἁπάντων ἐσέμνυνεν, ὡς ὁ τῆς εὐσεβείας μᾶλλον καρπὸς, καὶ ὁ τοῦ Εὐαγγελίου σπόρος, ἑκατοστεύων εἰς εὔσταχυν, τά τε τῆς διδασκαλίας εὔρυτα νάματα καὶ ἡ πολυανθὴς λειμωνία τῶν Γραφῶν, καὶ ἡ τῶν τέκνων τῆς Ἐκκλησίας πληθὺς, ὡς τοῦ ἀγροῦ τὸ παμβότανον· ὥσπερ νῆσον ἐγκαινιζομένην, τὸ τῆς Γραφῆς, καὶ ὁσημέραι πρὸς τὸ κρεῖττον ἀνανεουμένην τε καὶ προβαίνουσαν. Ἐντεῦθεν εἰς μίαν προήχθη τῶν μεγίστων ἐπαρχιῶν, καὶ πρὸς ἀρχιεπισκοπῆς ἐπήρθη ἀξίωμα· λάχος ἔκκριτον καθεστηκυῖα Χριστοῦ, καὶ καθ' ἑαυτὴν διεξαγομένη (2), καὶ τὸ οἰκεῖον ὑπὸ ποιμέσι διατάττουσα ποίμνιον.

γ'. Ἀλλ' οὔκουν [*An* οὐκ ἦν] ἄρα τοῦ τελχῖνος Σατὰν μὴ καὶ ταυτῃ *βάσκανον* [*An pro* βασκανως] ἐνιδεῖν, τοῦ γῆν ἀπειλοῦντος (3) ἐξαλείφειν καὶ θάλασσαν. Ἀμέλει καὶ χεῖρας ὁπλίζει βαρβαρικὰς, καὶ πολέμιον ἔθνος ἐπήγειρε κατὰ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ μᾶλλον ὑποδρηστεῦον αὐτῇ· ἔθνος, τὰ μὲν τοῖς ὀδοῦσιν ἐσθίον, τὰ δὲ σπαράσσει τοῖς ὄνυξιν, ἀλλὰ δέ ποσι συμπατοῦν, καὶ ἁπλῶς τὰ πάντα πρὸς ἀφανισμὸν ἀχρειοῦν, κατὰ τὸν Δανιὴλ θεαματισμόν. Οἱ C γὰρ φρακτοὶ Λατῖνοι καὶ τοῖς Κυπρίοις ἐπέδρισαν. πόντος ἄλλος τις ἀχανὴς καὶ κατακλυζων τὸ προστυχὸν, τοῦ προφανοῦς καὶ τὴν νῆσον ὑπανέχοντος βιαιότερος, παρ' ὅσον μὲν οὐ καλύψαι ταύτην φιλονεικεῖ, ἀλλὰ τοῖς οἰκείοις ὅροις συμπεριγράφεται, ἐν ἑαυτῷ συνθραύων τὰ κύματα, καὶ προνοίας χαλινοῖς εὐπείκων Δημιουργοῦ.

δ'. Τὸ δὲ θράσος τῶν Ἰταλῶν τοὺς οἰκείους ὑπερβαίνει σταθμούς, καὶ κύματα κυλίνδει θυμοῦ, καὶ ὑπερόρια τρέχει, καὶ τῶν ὀθνείων κατεμπηδᾷ. Τηλίκος ἐπερράγη τῇ καλῇ Κύπρῳ κλύδων ἀλλόκοτος. πρὸς ἣν ἡ θάλασσα σπένδεται, καὶ ἠμεροῦται τὸ ῥόθιον. Ὁ δὲ τοιοῦτος κατακλυσμὸς μέχρι μέν τινος τά ὡραῖα διέφθειρε, καὶ πᾶν ἀνάστημα κατέρριψε γῆς. Ἤδη δὲ καὶ σωμάτων ἀνθρωπων παρ- D ήψατο. Ἀλλ' ἦν ὅμως φορητὸν τὸ δεινὸν, καίπερ ὂν βαρυσύμφορον· ἐπεί καὶ προς σωματικὴν ἀπέβλεπε λύμην καὶ σκηνωμάτων ἀπώλειαν, συντιθεμένων

[1] Isa. XLV, 16, [2] Dan VII, 7, 19. [3] Job XXXVIII, 11.

est autem hic prætereundus error Cedreni, i, qui Gregorium pontificem Romanum eum o sacris imaginibus cum sancto Germano rcha Constantinopolitano adversus Leonem m egregie pugnavit. Διάλογον vocat; cum ius Germani æqualis fuerit hoc nomine ses, is autem qui a Græcis Dialogus appella- ob dialogos de Vitis sanctorum Patrum Ita- ie conscriptos, et in Græcam linguam a Za- pontifice conversos) sit Gregorius Magnus, omine primus. Qua *Dialogi* appellatione atur itidem Gregorius Magnus ab Jeremia, rcha Constantinop; cap. 12 ejus libri, quo de na Lutheranorum censuram tulit: ubi Tu- ses deceptia Cedreno male id accipiunt (in o ad marginem) de Gregorio, qui tempore s Iconomachi floruit, cum accipiendum Gregorio Magno, cui omnes recentiores , ut Gennadius, Bessarion, Dialogi nomen nt ut et Damascenus, seu quisquis ille est Orationis pro fidelibus defunctis inter Damasceni et Lutprandus episcopus Cremo- in legatione ad Nicephorum Phocam, edi- onis Magni imperatoris nomine, licet Ca- Sigonius et alii docti viri Gregorium II Dia- omine indigitent; forsan Cedreni auctoritatem secuti, quam ego rationi, et aliorum auctoritati longe majori non injuria posthabeo.

De Bogomilis contra quod Germanus disputat ita Constantinus Harmenop. lib. *De hæresibus: Significat Bogomili juxta Mysorum linguam, qui Dei misericordiam implorat.* Nicetas, tom. XIX *Contra hæreses* (exstat manuscriptus in Bibliotheca Bavarica): Βογ μὲν ἡ τῶν Βουλγάρων γλῶσσα καλεῖ τὸν Θεόν, μιλοὺ δὲ τὸ ἔλεητον. Ἐξ ὧν ἂν Βογόμιλος κατ' αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ τὸν ἔλεον ἐπιστρωμενος. *Bog Bulgarorum lingua* Deum *vocat, miloui vero, Misereri, ut proinde Bogomilus idem sit ac misericordiam Dei attrahens.*

De erribus Bogomilorum hæc paucis Harmenopulus: *Veteris et Novi Testamenti libros repudiant, una cum ex posito in eis Deo, quasi qui per afflatum Satanæ scripti fuerint; septem duntaxat exceptis, in quorum numero et Evangelium est. Hos ipsos quoque libros falso interpretantur, et sacrilegis exsecrandis que sensibus ad ea, quæ ipsis videntur, detorquent. Ignominia crucem divinam afficiunt, veluti quæ Dominum necaverit, itidemque reverentia dignum illud faciunt Dominici corporis atque sanguinis; quod qui dem inhabitantium templis dæmonum sacrificium appellant. Nam in omnibus sacris ædibus habitare dæmones aiunt. Nostrum baptisma. Joannis; suum vero Servatoris esse dicunt. Solam vocant precationem « Pater noster, » cæteras repudiant, battologiam nominant. Deiparos dicunt illos, quotquot apud ipsos hoc consecuti sunt, ut Spiritus sanctus in eis habitet, quasi qui Verbum in docendo gignant. Non modo per somnum, sed vigilantes etiam videre se dicunt Patrem, ut senem, cui prolixa barba sit admodum: Filium ei similem, qui recens primam lanuginem mutet: Spiritum sanctum, instar juvenis; cui valde nudæ sint genæ.* Hæc Harmenopulus de Bogomilorum deliriis et blasphemiis.

nuriam frequenter ingemisco. Terret enim me terribilis illa sententia, quæ dicit: *Esurivi, et non dedistis mihi manducare. Nudus eram, et non operuistis me* [5]. Neque enim mihi os aperire fas est, et exemplo Pauli populum meum admonere, et dicere: *Habentes alimenta et quibus tegamur, his contenti erimus* [6]: Neque enim victum ego vobis suppeditavi.

Nihilominus, quamvis in hac tanta inopia constitutus, utrumque præstare conabor, quantum vires ferunt, ut et esurientes pascam, et nudos vestiam, omni mea spe ex illo, qui panis vivus est, suspensa qui de cœlo descendit, mundumque a fame: animas perdente, liberavit; qui et ipse est vestimentum salutis, et tunica lætitiæ ex cœlestibus contexta, qui omnium Adami posterorum nuditatem texit. Quicunque enim *in Christo baptizati sumus*, Christum *induimus* [7]. Sed quidnam populum meum huc convocavit? Unde ista tam insignis concio? Qua conventione sacer iste exercitus coactus est? An quia cum sceptrum ubique regnantis Regis hoc loco hodie exaltetur, signumque omnia tenentis imperatoris eximium in hujus templi altari collocatum sit et erectum, consequens est, ut et Imperatoris milites et satellites circa hoc sceptrum castra ponant, et tentoria figant? Macte populo fidelis Conditori. Macte benevolentia erga Dominum; macte et obedientia.

Quid igitur, o egregii Christi milites, et electa Dei castra? Num satis vobis erit huc convenisse, neque quidquam amplius præstabitis, quam ut Regis sceptrum adoretis? Num et arma sumere cupitis, et bellum inire, et tela jacere in corda inimicorum Regis nostri? Ipsamque, quæ ab illis blasphematur et calumnis incessitur, crucem, tanquam tropæum contra illos erigere? Scio vos jam ad conflictum properare, et quærere, quinam sint inimici crucis, ut totum impetum contra illorum cohortem dirigatis, eisque ad sanguinem resistatis, et glorificetur in vobis ille; qui propter vos in gloriam crucis mortem subiit. Age igitur induamus vos armis fidei, vestramque mentem prægnantem pietatis telis efficiamus, ut jaculis impetere possitis Deo invisos et scelestos homines, quos multi barbare Bogomilos nominant. Cum enim multi sint inimici crucis, Judæi, Agareni, et alii, omnes tamen istos abominatione et impietate longe superant Bogomili, quos manifestum est esse os diaboli, et præcursores Antichristi, et ejus jam instantis præsentiæ perspicuos præcones, et consummationis mundi non dubios indices. Nec sine teste hoc dico. Habeo enim Paulum mihi consentientem, dum ita scribit: In *novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, et doctrinis dæmonum, in hypocrisi loquentium mendacium et cauteriatam habentium suam conscientiam; prohibentium nubere, abstinere a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum*

πορεύομαι, καὶ πυκνὰ στενάζω ἐξ ἀπορίας. Φοβεῖ γάρ με ἡ φρικώδης ἐκείνη ἀπόφασις, Ἐπείνασα, λέγουσα, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν. Γυμνὸς ἤμην, καὶ οὐ περιεβάλετέ με. Οὐκ ἔστι δέ μοι στόμα ἀνοῖξαι καὶ μετὰ Παῦλον τὸν ἐμὸν νουθετῆσαι λαὸν καὶ εἰπεῖν· Ἔχοντες διατροφὴν καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. Οὐδὲ γὰρ αὐτὴν ἐγὼ ἐχορήγησα.

Ὅμως δὲ καὶ οὕτως ἐνδεῶς ἔχων περὶ ἀμφότερα, πειράσομαι κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ θρέψαι τοὺς πεινῶντας, καὶ περιβαλεῖν τοὺς γυμνητεύοντας, τὸ πᾶν τῆς ἐλπίδος ἐπικρεμάσας εἰς τὸν ζῶντα, καὶ τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκότα, καὶ τῆς ψυχολέθρου λιμώξεως τὸν κόσμον ἐκλυτρωσάμενον. Ἔστι δὲ αὐτὸς ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτὼν εὐφροσύνης ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντός, ὁ πάντων των ἐξ Ἀδὰμ περιστείλας τὴν γύμνωσιν. Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν βεβαπτίσμεθα, Χριστὸν ἐνδεδύμεθα. Ἀλλὰ τί τὸ συγκαλέσαν τὸν ἐμὸν λαὸν ἐνταυθοῖ; Πόθεν ἡ καλὴ παράταξις αὕτη; Κάκ τίνος συνθήματος τὸ ἱερὸν συνεκροτήθη στρατόπεδον; Ἢ πάντως, ἐπεὶ τὸ τοῦ παμβασιλέως σκῆπτρον ἐνταῦθα σήμερον ἀνυψοῦται, καὶ ἡ τοῦ παντοκράτορος σημαία ἐπὶ βωμοῦ τούτου τοῦ ἱεροῦ λαμπρὰ λαμπρῶς ἀνεστήλωται, ἀκόλουθόν ἐστι καὶ τοὺς τοῦ παντοκράτορος στρατιώτας περὶ τοῦτο τὸ σκῆπτρον στρατοπεδεύσασθαι: Καὶ εὖγέ σοι, λαὲ πιστὲ τῷ ποιήσαντι, εὖγε τῆς πρὸς τὸν Δεσπότην εὐνοίας· εὖγε καὶ τῆς ὑπακοῆς.

Τί οὖν ὦ καλοὶ στρατιῶται Χριστοῦ, καὶ παρεμβολὴ Θεοῦ ἐκλεκτή; Ἀρκεῖσθε μόνον τῇ ἐνταῦθα συνδρομῇ καὶ οὐδέν τι πλέον τοῦ προσκυνῆσαι τὸ τοῦ παμβασιλέως σκῆπτρον ἐνδείξεσθε; Ἢ προθυμεῖσθε καὶ ὅπλα κινῆσαι καὶ πόλεμον συγκροτῆσαι, καὶ ἀφιέναι βέλη κατὰ καρδίας τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως ἡμῶν, καὶ τρόπαιον συτήσασθαι κατ' αὐτῶν, αὐτὸν τὸν ὑπ' αὐτῶν βλασφημούμενον σταυρόν; Οἶδα ὅτι πρὸς παράταξιν ἤδη ἐπείγεσθε, καὶ ζητεῖτε τίνες οἱ ἐχθροὶ τοῦ σταυροῦ, ὡς ἂν τὴν πᾶσαν ὁρμὴν κατὰ τῆς αὐτῶν κινήσητε φάλαγγος, καὶ μέχρις αἵματος αὐτοῖς ἀντικαταστῆτε καὶ δοξασθῇ ἐν ὑμῖν ὁ τὸν ἄδοξον δι' ἡμᾶς τοῦ σταυροῦ καταδεξάμενος θάνατον. Φέρε οὖν ἐνδύσωμεν ὑμᾶς τὰ ὅπλα τῆς πίστεως καὶ τῶν τῆς εὐσεβείας βελῶν ἐγκύμονα τὴν ἡμετέραν διάνοιαν ἐργασώμεθα, ἵν' ἔχοιτε κατακοντίζειν αὐτὰ τῶν θεοστυγῶν ἀνθρώπων καὶ μιαρῶν, οὓς Βογομίλους βαρβαρικώτερον οἱ πολλοὶ ὀνομάζουσι. Πολλῶν γὰρ ὄντων ἐχθρῶν τοῦ σταυροῦ Ἰουδαίων, Ἀγαρηνῶν καὶ ἑτέρων, οἱ τοιοῦτοι Βογόμιλοι βδελυκτότεροι καὶ δυσσεβέστεροι πάντων τούτων εἰσί, καὶ στόμα τοῦ διαβόλου προδήλως, καὶ πρόδρομοι τοῦ ἀντιχρίστου, καὶ τῆς ὅσον ἤδη παρουσίας αὐτοῦ κήρυκες ἐκδηλοι, καὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος ἀναμφίβολα σήμαντρα. Καὶ ὁ λόγος μοι οὐκ ἁμάρτυρος. Ἔχω γὰρ τὸν Παῦλον συνηγορεύοντά μοι καὶ οὕτωσι γάσκοντα, ὅτι Ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύματι πλάνης καὶ διδασκαλίαις δαιμόνων,

[5] Matth. xxv, 42, 43. [6] I Thim. vi, 8. Galat. iii, 27.

ἐν ὑποκρίσει ψευδλόγων, κεκαυτηριασμένων A *cum gratiarum actione fidelibus, et iis qui cognoverunt veritatem. Quia omnis creatura Dei bona est, et nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur*[8]. Hæc cum annuntient jam desertores fidei, et cultores spirituum erroris, et dæmonum doctrinis attendentes planum faciunt, tempora, quæ Paulus novissima vocat, esse illa ipsa, quibus isti adeo scelestam et plenam impietate doctrinam effutiunt.

τὴν ἰδίαν συνείδησιν, κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετ' εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν. Ὅτι πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλόν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον. Ταῦτα κηρύττοντες νῦν οἱ ἀποστάται τῆς πίστεως καὶ λατρευταὶ τῶν πνευμάτων τῆς πλάνης, καὶ δαιμόνων διδασκαλίαις προσέχοντες, φανερῶς παριστῶσιν ὅτι περ οὗς ὁ Παῦλος ὑστέρους λέγει καιροὺς, οὗτοί εἰσι, καθ' οὓς τὰ μιαρὰ ταῦτα καὶ δυσσεβείας μεστὰ φλυαροῦνται διδάγματα.

Λέγει δὲ καὶ ταῦτα ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Θεσσαλονικεῖς δευτέρᾳ ἐπιστολῇ· Μή τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον· ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ B ἀντικείμενος. καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν, ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ ὡς Θεὸν καθίσαι ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν, ὅτι ἐστὶ Θεός. Περὶ τίνων οὖν, ἔφη, ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ πρῶτον ἡ ἀποστασία; Περὶ αὐτῶν, οἶμαι, τῶν Βογομίλων, περὶ ὧν καὶ πρὸς Τιμόθεον γράφων εἰρήκει, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται, ὅτι ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως. Ὅτι δὲ τὸν ἔννομον γάμον κωλύουσι, καὶ ὅτι πάντων βρωμάτων ἀκαθαρσίαν καταψηφίζονται, καὶ ὅτι Θεὸν κηρύττουσι τὸν διάβολον οἱ διαβολιανοὶ τῷ ὄντι Βογόμιλοι, καὶ τὴν δημιουργίαν τοῦ φαινομένου κόσμου τούτῳ ἀποχαρίζονται, ἔξεστιν αὐτῶν λεγόντων ἀκοῦσαι. Ἀλλ' ὦ τῆς ἀνοχῆς σου, Χριστὲ βασιλεῦ! ὦ τῆς πάντα νοῦν νικησάσης μακροθυμίας σου! ἀληθινὲ C δημιουργὲ καὶ ποιητὰ πάσης κτίσεως, ὁρωμένης τε καὶ ἀοράτου, ὅτι τῶν τηλικούτων ἀνέχῃ βλασφημιῶν· Καὶ ἔτι τοὺς κεραυνοὺς ἐπέχεις καὶ συνέχεις τὴν γῆν, καὶ οὔτε τούτους κατακοντίζεις τῶν μιαρῶν κεφαλῶν, οὐ ταύτην ἀνοίγεις καὶ καταγεις τοὺς ἐναγεῖς, ἀνθιστάντας τῷ πιστῷ σου οἰκέτῃ Μωσῇ θρασύτερον ἢ οἱ περὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρών. Καὶ σὺ τιμῶν τὸν οἰκέτην σου τῷ χάσματι τούτους συγκαλύπτεις τῆς γῆς. Ἀλλότριον πῦρ οἱ παῖδες τοῦ Ἀαρὼν τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρουσι, καὶ ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν ἔκδικος πυρεκβολῶν ἀστραπὰς κατὰ τούτων τῶν ὑβριστῶν. Τούτων δὲ τῶν ἀθέων, οὐ κατὰ Μωσέως ἀνθισταμένων, ἀλλὰ κατὰ τοῦ παμ- D βασιλέως καὶ παντοδυνάμου Θεοῦ, καὶ σεαυτὸν τῶν σῶν πονημάτων καὶ δεσποτείας καὶ προνοίας ἐξοικιζόντων, συνέχεις ἔτι τὸ στόμα τῆς γῆς, καὶ οὐκ ἐᾷς καταποθῆναι τοὺς μιαροὺς. Οὐκ ἀλλότριον προσφέρουσι πῦρ, ἀλλὰ δημιουργὸν χειροτονοῦσιν ἀλλότριον εἰς τὰ τῆς χειρός σου ποιήματα τὸν ἀνταρτὴν καὶ ἀποστάτην σου, ὃν ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν σοι ἡ δὲ κατὰ τούτων ἐκτέρρωσις; Τί ἔτι καὶ μέλλεις;

Idem Apostolus hæc quoque monet in secunda ad Thessalonicenses Epistola: *Ne quis vos seducat alio modo, quoniam nisi venerit discessio primum et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adversatur et extollitur, super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se, tanquam sit Deus*[9]. De quibus igitur dixit, *nisi venerit discessio primum*? De ipsis, ut puto, Bogomilis. De quibus et ad Timotheum scribens dixerat, ut supra jam vidimus, fore ut quidam a fide deficerent. Quod autem legitimas nuptias prohibeant, quodque omnia esculenta immunditiæ damnent et quod diabolici plane Bogomili diabolum tanquam Deum annuntient, eique hujus aspectabilis mundi effectionem ascribant, quivis ipsis id affirmantibus et profitentibus intelligere potest? sed, o tuam Christe patientiam! o longanimitatem, quæ omnem cogitationem excedit! Unice et verissime creator et effector omnis creaturæ aspectabilis et inaspectabilis, cur tales blasphemias sustines? Cur adhuc fulmina cohibes, tersamque contines, neque illa in hæc tam nefanda capita vibras, neque hanc aperis, et detrudis scelestos istos, qui fideli servo tuo Moysi audacius obsistunt, quam Dathan et Abiron cum suis? Et tu honorans famulum tuum, hiatu terræ istos contegis. Alienum ignem filii Aaron altari inferunt, et ecce superne in ultionem exsurgit cœlum, fulguribus contra injuriosos missis[10]. His vero atheis et sceleratissimis, non jam Moysi obluctantibus, sed tibi, qui universorum Rex es et omnipotens Deus, teque tuis ex operibus, ex dominatione, imperio, cura et providentia ejicere conantibus fauces terræ alhuc concludis, neque permittis, ut exsecrandos istos deglutiant. Non alienum imponunt ignem, sed alium conditorem statuunt, et in opera manus tuæ subintroducunt adversarium et desertorem tuum, quem pedibus in te credentium subjecisti. Ubi vero fulmina? Cur non vertuntur in cineres. Quid adhuc moraris?

Ἀλλὰ τὸν μὲν ἄλλον τῆς αἱρέσεως αὐτῶν βόρβορον, καὶ τὸ πολὺ τῆς τοῦ στόματος αὐτῶν ἀποκλυζούσης ἀκαθαρσίας ἐν ὑπονόμῳ μετοχετεύσω τῆς σιωπῆς. Φόβοῦμαι γὰρ μή ποτε τὸ πᾶν σήμερον ἐπιχειρῶν ἐξαντλεῖν δυσωδίας, τὸν εὐώδη τοῦτον τόπον πληρώσω, τὰς καλὰς ὑμᾶς περιστερὰς ἐξε- πεπιστευκότων ὑπέστρωσας. Οἱ δὲ κεραυνοὶ ποῦ;

Verum alias quidem hæreseos illorum sordes et ingentem illam immunditiam, quam ore suo evomunt, silentio, velut fossa quadam et canali transmittam, et alio derivabo. Vercor enim, ne si hodie coner totam illam fœtoris sentinam exantlare, suaveolentem hunc locum compleam, vosque pulchras

[8] I Tim. IV, 1-4. [9] II Thess. II, 3, 4. [10] Num. XVI, 1 seqq.

columbas procul hinc expellam. Nam columbis A fœtor valde adversatur. Quam vero blasphemiam contra benedictam crucem eructent illi qui animam omni abominatione refertissimam habent, dum ego explico, vobis ad patienter audiendum vim inferte, ut eum cognoveritis, quo stultitiæ processerint, rideatis illorum insipientiam, vel potius ob illorum perniciem et interitum lamentemini. Adeste igitur, lignumque in blasphema illorum ora immittamus et conteramus illos de terra viventium, lignum, inquam, crucis vivificum illis qui ei fideliter labia admovent : mortem vero afferens illis quibus os est blasphemum et exsecrandum, more unguenti, quod odorantibus hominibus voluptatem parit, scarabæis antem exitium. Cujus figura olim adversus aquam B expressa, populum quidem fidelem confirmat, durum vero et impium Pharaonem submergit [11].

Quæ sunt igitur illa, quæ contra adorandam crucem garriunt? Non oportet, inquiunt, crucem adorare et osculari, sed inhonorare et aversari, ut illam, quæ Christum sustulit e medio et occidit. Allatoque argumento, vos videlicet in dubitationem conjiciunt. Si quis, inquiunt, tuum patrem in ligno suspensum interfecisset, num lignum illud honorasses et adorasses? Nequaquam vero; sed et adversatus illud fuisses, et pessime odisses, et vel procul intuitus, fugisses, tanquam inimicum, quippe quod dilectum tibi parentem peremit. Jam audivistis blasphemiam illorum. Quid vobis videtur? C Vultis, ut tanquam telam araneæ totam hujus argumentationis connexionem dissolvam, redarguamque nugas istas impietate plenas? Agedum refellamus. Insitum est a natura hominibus, ut benevolo sint animo in benefactores, vicemque et grates reponant : neque solum ipsos de se bene meritos honorant, debitoque cultu prosequuntur, sed et illa, quæ ut media ad beneficentiam intercesserunt, et instrumenta salutis procurandæ illis, qui periculum subeunt, beata prædicant : fidemque tibi faciat sapientissimus Salomon, qui ait *Benedicite lignum quo salus obtingit* [12]. Multi etiam gladium regium honorarunt; sublato per eum tyrannorum quopiam et restituta oppressis civitatibus libertate, imo et ad loca, et ad tempora, quibus vel quies et tranquillitas, vel emolumentum aliquod aliquibus obD venit honos processit.

Et ut rem in pauca conferam, omne illud quod hominibus aliquo modo adjumento est, ut beneficium vel gaudium obtineant, laude dignum apud homines et charum habetur pro ratione utilitatis, quam affert. Quomadmodum e contrario ea, quæ nocumenti alicujus causa fuerunt, et molestiæ efficientia, odimus et aversamur sive instrumenta sint, sive loca, sive tempora. Fuit, qui ensem, quo frater peremptus erat defoderit, virgamque filii interfecti icem confregerit. Maledicit David montibus Celboe, quod ibi amicus occubuisset [13]. Maledicit

λάσω μακράν. Ἐχθρὸν γὰρ ἀκριβῶς ἡ δυσωδία ταῖς περιστεραῖς Ἦν δὲ δυσφημίαν κατὰ τοῦ πανευφήμου σταυροῦ ἀπερεύγονται οἱ πάσης βδελυγμίας ἀνάμεστον ἔχοντες τὴν ψυχὴν, ἀναγγέλλοντός μου καὶ διασαφοῦντος παραβιασάμενοι ἑαυτοὺς καρτερήσατε, ἵνα, γνόντες πόσον εἰσὶν ἀνόητοι, καταγελάσητε τῆς ἀνοησίας αὐτῶν, μᾶλλον δὲ τῆς ἀπωλείας καταθρηνήσητε. Δεῦτε οὖν καὶ ἐμβάλλωμεν ξύλον εἰς τὰ βλάσφημα τούτων στόματα, καὶ ἐκτρίψωμεν αὐτοὺς ἀπὸ γῆς ζώντων, ξύλον τὸ τοῦ σταυροῦ τὸ ζωοποιὸν μὲν τοῖς πιστῶς προσφαύουσι χείλεσι, νεκροποιὸν δὲ τοῖς βλασφήμοις στόμασι, καὶ μυροῖς κατὰ τὴν φύσιν μύρου, ὃ τοῖς μὲν ὀσφραινομένοις ἀνθρώποις εὐφραντικὸν, τοῖς δὲ καθάροις νεκρωτικὸν· Καὶ ὁ τύπος δὲ αὐτοῦ γραφεὶς ποτε καθ' ὑγρῶν, τὸν μὲν πιστὸν λαὸν διασώζει, τὸν δέ γε σπληρὸν κατακοντίζει καὶ βλάσφημον Φαραώ.

Τίνα γοῦν εἰσιν, ἃ τοῦ προσκυνητοῦ καταψυχροῦσι σταυροῦ; Οὐ χρὴ, φασὶ, τὸν σταυρὸν προσκυνεῖν καὶ ἀσπάζεσθαι, ἀλλ' ἀτιμάζειν καὶ ἀποστρέφεσθαι, ὡς τὸν Χριστὸν ἀνελόντα καὶ θανατώσαντα. Καὶ ἐπάγουσιν εἰς ἀπορίαν ἁθθην ὑμᾶς ἐμβαλόντες. Εἴ τις, λέγοντες, τὸν σὸν πατέρα ἐπὶ ξύλου κρεμάσας ἀνεῖλεν, ἐτίμησας ἂν καὶ προσεκύνησας ἐκεῖνο τὸ ξύλον; Πάντως οὐχί· ἀλλὰ καὶ ἀπεστράφης αὐτὸ καὶ ἐμίσησας, καὶ πρόρρωθεν βλέπων ἀπέφευγες ἄν, ὡς ἐχθρόν, οἷα τὸν σὸν φίλον πατέρα ἐναποκτείναν. Ἤδη ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν αὐτῶν. Τί ὑμῖν δοκεῖ; Θέλετε ὡς ἱστὸν ἀράχνης διαλῦσαι τῆς ἀπορίας ταύτης τὸν σύνδεσμον; καὶ τὸν λῆρον τοῦτον δυσσεβείας ἀπελέγξαι μεστόν· Φέρε καὶ ἀπελέγξωμεν. Νόμος ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις ὑπὸ τῆς φύσεως περὶ τοὺς εὐεργέτας εὐγνωμονεῖν καὶ ἀντιχαρίζεσθαι τὰ εὐχαριστήρια· καὶ μὴ μόνον αὐτοὺς τοὺς εὐεργέτας τιμᾶν, καὶ τὸ προσῆκον σέβας ἀπονέμειν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ μεσιτεύσαντα πρὸς τὴν τῆς εὐεργεσίας ἐκπλήρωσιν, καὶ ὄργανα σωτηρίας τοῖς κινδυνεύουσι χρηματίσαντα μακαρίζειν· καὶ πειθέτω σε ὁ πάνσοφος Σολομὼν οὕτω λέγων· Εὐλογεῖτε ξύλον, δι' οὗ γίνεται σωτηρία. Πολλοὶ καὶ σπάθην βασιλικὴν τετιμήκασιν ἀνδροποκτόνων τύραννων ἀνελοῦσαν, καὶ πόλεσι τυραννουμέναις ἐλευθερίαν χαρισαμένην ἀλλὰ καὶ μέχρι τόπων καὶ χρόνων καθ' οὓς εὐκαιρίας τινὸς ἢ ὠφελείας μετέσχον, ἔτεροι ἐσεβάσθησαν.

Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἅπαν τὸ κατά τι μεσιτεῦσαν τοῖς ἀνθρώποις εὐεργεσίαν καὶ χαρμονὴν παρασχόμενον ἐπαινετὸν τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἠγαπητὸν κατὰ τὸ μέτρον τῆς ὠφελείας· ὥσπερ αὖ τοὐναντίον καὶ τὰ βλάβης αἰτιά τισι γεγονότα, καὶ ἀνιαροῦ τινος πρόξενα, καὶ μισοῦμεν, καὶ ἀποστρεφόμεθα, εἴτε ὄργανά εἰσιν, εἴτε τόποι, χρόνοι. Καὶ μάχαιραν γάρ τις ἀδελφοκτόνον κατώρυξε, καὶ ῥάβδον παιδοκτόνον διώρυξεν. Ἐπαρᾶται Δαυὶδ τὰ ὄρη τὰ Γελβουὲ διὰ τὴν ἐκεῖσε τοῦ φίλου ἀναίρεσιν· ὁ Ἰὼβ τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ ἐγεννήθη, διὰ τὰς ἐπισυμβάσας

[11] Exod. xiv. 26 seqq. [12] Sap. xiv, 7. [13] II Reg. I, 21.

συμφορὰς καὶ τὰς κυμαγωγίας τῶν πειρασμῶν. Ἴδωμεν οὖν τὸν σταυρόν, τίσιν ὠφέλιμος γέγονε, καὶ τίσιν ἐπιβλαβής· καὶ ὁ μὲν ὠφεληθεὶς ἀναλογον τῇ ὠφελείᾳ καὶ τὴν τιμὴν προσφερέτω, ᾧ δὲ βλάβης αἴτιος γέγονε, τοῦτον οὕτος ἀποστρεφέσθω καὶ βδελυττέσθω δικαίως· Ἀναγινωσκέσθω τοίνυν τὰ τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ, οὑτωσὶ ῥητῶς ἐμφερόμενα, καὶ παρὰ τοῦ Σωτῆρος λεγόμενα. Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου· νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου ἐκβληθήσεται ἔξω· κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν· Ἰδοὺ ἐν τοῖς ὀλίγοις τούτοις ῥήμασιν ἔξεστι διδαχθῆναι τίς ὁ εὐεργετηθεὶς διὰ τοῦ σταυροῦ, τις δὲ ὁ συντριβὴν ὑποστάς. Ὅτι δὲ περὶ τῆς ἑκουσίου σταυρώσεως ὁ Χριστὸς ταῦτα ἔφη, ἔχομεν αὐτὸν τὸν Εὐαγγελιστὴν μάρτυρα τοῦ λόγου ἀξιόπιστον· Ἐπάγει γάρ· Τοῦτο δὲ ἔλεγε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλε ἀποθνήσκειν.

Πάλιν οὖν τὸν λόγον ἐπαναλήψομαι. Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου· κρίνει δὲ ὡς βασιλεὺς ἐπὶ θρόνου βεβηκὼς βασιλικοῦ τοῦ σταυροῦ. Ἡ δὲ κρίσις εἰς ταύτην ἐκφέρεται τὴν ἀπόφασιν, ἵνα ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων ἔξω τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς ἐκβληθῇ, καὶ ἡ κατὰ τῶν ἀνθρώπων τυραννὶς αὐτοῦ καὶ ἡ πολυχρόνιος κάκωσις στῇ, καὶ ὁ τύραννος ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν τυραννουμένων πέσῃ διὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος ἄδικον θάνατον καὶ τὴν κατὰ τοῦ παμβασιλέως ἀναισχυντίαν τὴν πάντολμον, καὶ οὐκ ἔτι λέγεται κοσμοκράτωρ. Ἐκβέβληται γὰρ σταυρωθέντος Χριστοῦ, καὶ τῷ οἰκείῳ αἵματι τὸν κόσμον ἐξαγοράσαντος. Καὶ ὁ ἀγοράσας εὐαγγελιζόμενος τοῖς ἑαυτοῦ φίλοις ἔφη. Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. Καὶ ἀπὸ τοῦδε οἱ γηγενεῖς, οἱ χθές που καὶ πρότριτα ἐκ γῆς εἰς ᾅδην καταφερόμενοι, νῦν ἐν οὐρανοῖς πολιτογραφοῦνται· Ἀπεφήνατο γάρ, ὡς Ἐὰν ὑψωθῶ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ αὐτοὶ ὦσι μετ' ἐμοῦ.

Τίς οὖν ὀφείλει τὸν σταυρὸν ἀγαπᾷν ; Οἱ τῆς τυραννίδος ἀπαλλαγέντες τοῦ διαβόλου τῇ σταυρικῇ συνεργείᾳ, καὶ πρὸς οὐρανὸν ἐξ ᾅδου ἀναδραμόντες, καὶ ἰσαγγέλου δόξης ἀξιωθέντες, ἢ ὁ διάβολος ὁ τῆς προτέρας ἐξουσίας ἀποπεσὼν διὰ τοῦ σταυροῦ, καὶ εἰς τὸ καταπαίζεσθαι, καὶ καταπατεῖσθαι, ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων οἰκτρῶς ὑποκείμενος ; Πάντες οἱ μὲν ἄνθρωποι πολλῶν ἀξιωθέντες τῶν ἀγαθῶν διὰ τοῦ σταυροῦ, καὶ ζωὴν εὑρόντες αἰώνιον, δικαίως ὀφείλουσι καὶ προσκυνεῖν καὶ ἀσπάζεσθαι τὸν σταυρὸν, δι' οὗ τῶν ἀγαθῶν ἐπιγέγονεν ἡ ἀπόλαυσις· τῷ δὲ γε διαβόλῳ ἀνάγκη μισεῖν τὸν σταυρὸν, καὶ φεύγειν μακρὰν ἐξ αὐτοῦ, ὡς φεύγει τις ἐκ πυρός· δι' αὐτοῦ γὰρ ἡ συντριβὴ αὐτοῦ καὶ ἐκνεύρισις καὶ παντελὴς ἐξολόθρευσις· Ὅσοι γοῦν τὸν σταυρὸν μισοῦσι, καὶ ἀποστρέφονται, φανερὰν εὔνοιαν ἀποδεδόασι τῷ διαβόλῳ, καὶ πιστοὶ οὕτῳ χρηματίζοντες, ἐχθρὸν ἡγεῖσθαι τὸν αὐτοῦ ἐχθρὸν ἐποφείλουσιν,

et Job diei, in quo natus est, propter eas, quæ sibi evenerant, calamitates procellasque tentationum [14]. Videamus igitur crucem, quibusnam utilitatem, et quibus damnum attulerit, isque qui emolumenti aliquid accepit, parem utilitati honorem depromat; cui autem crux detrimenti causa exstitit, hic eam merito suo aversetur et abominetur. Legantur igitur ea quæ in Evangelio secundum Joannem reperiuntur, quæ sic ad verbum habent, et ab ipso Salvatore nostro pronuntiata sunt : *Nunc judicium est mundi hujus*; *nunc princeps hujus mundi ejicietur foras*; *et ego cum exaltatus fuero a terra, omnes ad meipsum traham* [14a]. Ecce ex his pauculis verbis discere licet, qui crucis ministerio beneficiis sit affectus, et quis damnum et contritionem passus. Quod vero Christus hæc dixerit de voluntaria illa. quam subiturus erat, crucifixione, testem fide dignum ipsum Evangelistam habemus. Subjungit enim: *Hoc vero dicebat, significans, qua morte moriturus esset* [15].

Eumdem igitur sermonem resumam : *Nunc judicium est mundi hujus;* judicat vero ut rex in thronum regalem crucis conscendens. At judicium in hanc sententiam terminatur, ut princeps mundi extra suum imperium ejiciatur, ipsiusque adversus homines tyrannis et diuturna violentia cohibeatur, et tyrannus pedibus eorum qui tyrannide opprimebantur, subjiciatur propter mortem inique Salvatori illatam, et propter effrenatam illam impudentiam in omnium Regem et Dominum, et ut non amplius mundi princeps appelletur. Ejectus est enim Christo crucifixo, postquam proprio sanguine mundum emit, quique mundum emit, is ad amicos suos concionans dixit : *Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra* [16]. Et ex isto tempore, terrigenæ, qui heri et nudiustertius ad inferos deferebantur, nunc tanquam cives in cœlo conscribuntur. Asseruit enim : *Si exaltatus fuero in cruce, omnes traham ad me ipsum*, ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum.

Qui igitur crucem honorare debent? An qui beneficio crucis ex diaboli tyrannide erepti, et ad cœlum evecti, et æqualis cum angelis gloriæ participes effecti sunt ; an diabolus, qui ex priore potestate per crucem excidit, quique nunc hominum pedibus miserabiliter substratus est, ut ab illis ludibrio haberi et conculcari possit ? Universi quidem homines multis affecti et aucti commoditatibus per crucem, vitamque æternam adepti, merito debent et adorare et osculari crucem, ex qua tanta bonorum copia ad illos manavit. At vero diabolus necesse habet, ut crucem oderit, et procul ab ipsa aufugiat, sicut qui ex igne aufugit ; per ipsam enim contritus, et enervatus, et funditus eversus est. Quicunque igitur crucem oderunt et aversantur, manifesta suæ erga diabolum benevolentiæ documenta edunt ; et ut ei fideles et obnoxii, id quod ei inimicum est, inimici loco ducere

[14] Job III, 1. [14a] Joan. XII, 32, 32. [15] Ibid. 33. [16] Matth. XXVIII, 18.

debent ; quemadmodum vicissim amare id quod A ipse amat. Consentanee igitur et convenienter affectioni suæ erga diabolum, et inviolato fœderi conformiter, affirmant Bogomili, iniquum esse ut lignum, in quo pater alicujus aut amicus interfectus sit, adorent filii aut amici ejus. Ecce enim pater illorum diabolus infinita mala per crucem passus est, sicut ostendimus, et propterea crucem oderunt patris sui interfectricem et perditricem. Salvator enim mundi Christus, licet sponte sua cruci sit suffixus, et sanctissimam suam animam in paternas manus libens volensque deposuerit, attamen denuo eamdem propria potestate et libertate resumpsit, juxta verissimum illud ejus oraculum : *Potestatem habeo ponendi animam meam. et potestatem habeo iterum sumendi eam* [17], morsque B hujus hominibus vitæ æternæ causa exstitit.

Vere verbum crucis *pereuntibus* quidem *stultitia est*, nobis vero, qui salvamur, *Dei virtus est* [18]. Quid igitur tibi videtur, amice diaboli Bogomile? An Apostolo obtemperandum est asseveranti crucem esse virtutem Dei, an tibi perdito et profligato, qui crucem stultitiam nominas? Si vero tu diabolo rem gratam faciens, nunquam cessas, quin crucem voces stultitiam, at ego iterum fidenter et audacter aio, Deum *quæ stulta sunt mundi elegisse* [19] *.et animalem hominem non percipere ea quæ sunt Spiritus* [20]. Si vero tu, diaboli discipulus, dedecus esse arbitraris crucem, sed magister meus, *Mihi absit, inquit, in alio quopiam*, quæ in mundo C gloriosa et splendida censentur, *gloriari, quam in cruce Christi* [21]. Quid Petro firmius, cui neque sanguis, neque caro Filium Dei revelavit, sed ipse solus Pater, et solus ingenitus? Nihilominus cum ei adhuc passionis mysterium ignotum et absconditum esset, magistrumque ad crucis patibulum festinantem intelligeret, conatus quidem est, tenero quodam amoris affectu, cursum illum et festinationem prohibere, illudque, *Propitius esto tibi, Domine, non erit hoc tibi* [22], commiseratione quadam ductus protulit, sed contra audit cum gravi indignatione illud : *Vade post me, Satana, scandalum mihi es, quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum* [23]. O miraculum ingens ! *Satanas* appellatur magnus Petrus quod crucem detrectet, D quam ut commodum toti mundo longe fructuosissimum Christus arripere cogitabat, et ut petra scandali et lapis offensionis retro abjicitur infractum illud Ecclesiæ fundamentum ; quo supplicio non eris dignus, qui blasphemias contra crucem clatras et crucifixum accusas ? In vitam enim comminisceris crucifixionem, et non modo non fructuosam et conducibilem, sed et ipsi crucifixo damnosam, ipsosque qui Christum crucifixerunt, potentiores crucifixo statuis, tanquam qui nolentem et reluctantem ad crucem rapuerint.

ὥσπερ αὖθις φιλεῖν τοὺς φίλους αὐτοῦ. Ἀκολούθως οὖν καὶ ἁρμοδίως τῇ πρὸς τὸν διάβολον διαθέσει αὐτῶν καὶ πίστει ἀπαρασπόνδῳ οἱ Βογόμιλοι λέγουσιν ὅτι ἄδικόν ἐστι τὸ ξύλον ἐν ᾧ πατήρ τινος ἢ φίλος ἐθανατώθη προσκυνεῖσθαι ὑπὸ τῶν τέκνων ἢ τῶν φίλων αὐτοῦ. Ἰδοὺ γὰρ καὶ ὁ πατὴρ αὐτῶν καὶ φίλος διάβολος μυρία δεινὰ πέπονθε διὰ τοῦ σταυροῦ, καθὼς ἀπεδείξαμεν, καὶ διὰ ταῦτα τὸν σταυρὸν μισοῦσι, τὸν τοῦ πατρὸς αὐτῶν ἀναιρέτην καὶ ὀλοθρευτήν. Ὁ γὰρ Σωτὴρ τοῦ κόσμου Χριστός, εἰ καὶ ἑκουσίως τῷ σταυρῷ προσεπάγη, καὶ τὴν ὑπεραγίαν ψυχὴν εἰς χεῖρας αὐτεξουσίως τὰς πατρικὰς ἐναπέθετο. ἀλλὰ πάλιν αὐτὴν αὐτεξουσίως προσελάβετο κατὰ τὴν ἀψευδεστάτην αὐτοῦ πρόῤῥησιν, Τὴν ἐξουσίαν ἔχω τὴν ψυχήν μου θεῖναι, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν ταύτην λαβεῖν, λέγων. καὶ ὁ θάνατος τούτου ζωῆς αἰωνίου τοῖς ἀνθρώποις γέγονε προξενος.

Οὕτως ὁ λόγος τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστί, τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν δύναμις Θεοῦ ἐστιν. Τί οὖν σοι δοκεῖ, φίλε τῷ διαβόλῳ Βογόμιλε ; Τῷ Ἀποστόλῳ χρὴ πείθεσθαι τῷ λέγοντι ὅτι δύναμις Θεοῦ ἐστιν ὁ σταυρός, ἢ σοὶ τῷ ἀπολλυμένῳ μωρίαν τὸν σταυρὸν ὀνομάζοντι ; Εἰ δὲ σὺ τῷ διαβόλῳ καταχαριζόμενος οὐ παύῃ μωρίαν ἀποκαλῶν τὸν σταυρόν, ἀλλ' ἐγὼ καὶ πάλιν ἐρῶ μετὰ θάῤῥους ὅτι· Τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέλατο ὁ Θεὸς, καὶ ὅτι ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστιν. Εἰ δὲ καὶ διαβόλου σὺ μαθητὴς αἰσχύνην ἡγῇ τὸν σταυρὸν, ἀλλ' ὁ διδάσκαλος ὁ ἐμὸς, Μή μοι γένοιτο, λέγει, ἐν ἄλλῳ τινὶ τῶν κατὰ κόσμον ἐνδόξων καυχᾶσθαι εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ . Τί τοῦ Πέτρου στερρότερον, ᾧτινι οὐκ αἷμα οὐδὲ σὰρξ τὸν Υἱὸν ἀπεκάλυψεν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ μόνος Πατὴρ, καὶ μόνος ἀγέννητος ; Ὅμως ἐπείπερ ἔτι ἀποκεκρυμμένον ἦν αὐτῷ τὸ τοῦ πάθους μυστήριον καὶ πρὸς τὸν σταυρὸν ἐπισπεύδοντα τὸν διδάσκαλον κατενοει, ἐπειράθη μὲν φιλοστόργῳ δῄθεν διαθέσει τῆς ὁρμῆς κωλυσαι καὶ τῆς ἐπειξεως, καὶ, Ἱλεώς σοι, Κυριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο. συμπαθῶς ἀπεφθέγγετο. Ἀντήκουσε δὲ μετ, ἐμβριμήσεως ὅτι σφοδρᾶς, Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ. Σκάνδαλον μοι ἐγενήθης· οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. Τοῦ θαύματος ! Σατανᾶς ὁ μέγας Πέτρος ἀκούει διὰ τὸ ἀπαναίνεσθαι τον σταυρὸν, ὃν ὡς κοσμωφελέστατον αρπάζειν ἤθελεν ὁ Χριστὸς, καὶ ὡς πέτρα σκανδάλου καὶ λίθος προσκόμματος ὀπισω εναποῤῥίπτεται ἀῤῥαγὴς τῆς Ἐκκλησίας θεμέλιος. Τί δ' ἂν πάθοις αὐτὸς ὁ βλάσφημα καθυλακτῶν τοῦ σταυροῦ, καὶ τὸν ἐσταυρωμένον κατηγορῶν : Ἀκούσιον γὰρ εἰσάγεις τὴν σταυρώσιν, καὶ οὐ μόνον οὐκ ὠφελήσασαν, οὐδὲ λυσιτελῆ φανεῖσαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν κατακλάψασε τὸν ἐσταυρωμένον· καὶ οὐτοὺς δὲ τοὺς σταυρώσαντας ἰσχυροτέρους τοῦ σταυρωθέντος εἰσάγεις, ὡς καὶ μὴ βουλόμενον ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐφελκύσαντας.

[17] Joan, x, 18. [18] I Cor. I, 18. [19] I Cor. I, 27. [20] I Cor. II, 14. [21] Galat. VI, 14. [22] Matth. XVI, 22. [23] Ibid. 25.

Καὶ ταῦτα οἱ πάντολμοι κατὰ τοῦ παντοδυνάμου βλασφημοῦντες Χριστοῦ, Χριστιανοὺς καλοὺς ἑαυτοὺς ὀνομάζουσιν οἱ ταῖς ἀληθείαις ἀντιχριστιανοί. Τὰ γὰρ τοῦ ἀντιχρίστου πρεσβεύουσι, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύουσι, καὶ πρὸς αὐτὸν τὰς ἐλπίδας ἀνατιθέασιν. Ἀλλ' οὗτοι μὲν οἱ ἀποστάται μετὰ τοῦ συναποστάτου αὐτοῖς ἐρρέτωσαν δαίμονος, καὶ εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον αὐτῷ συμπαραπεμπέσθωσαν. Τοιοῦτον καὶ γὰρ τοῖς τέκνοις αὐτοῦ θησαυρὸν ὁ πατὴρ αὐτῶν ἐθησαυρίσατο· ὅπου τῶν θησαυρῶν αὐτῶν εὑρήσουσιν ἄνθρακας ἐκπυρίζοντας, καὶ ὁ ἀντίχριστος τὰ τοῦ Χριστοῦ ἱεροσυλήσας περὶ τῶν αὐτοῦ λεγέτω μαθητῶν· Θέλω, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ αὐτοὶ ὦσι μετ' ἐμοῦ. Καὶ ὁ ἄρχων τοῦ σκότους μετὰ τῆς τάξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν ἴδιον τόπον συγκατερχέσθω. Ἡμεῖς δὲ, ἡ κληρονομία Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ὑ περιούσιος, ἣν διὰ τοῦ σταυροῦ περιεποιήσατο, καὶ τῷ ἰδίῳ ἐξηγόρασεν αἵματι, δεῦτε προσκυνωσωμεν, καὶ προσπέσωμεν αὐτοῦ τῷ σταυρῷ, καὶ οἱ πολυτρόπως εὐεργετηθέντες δι' αὐτοῦ πολυωνύμως τοῦτον ἐγκωμιάσωμεν, θρόνον λέγοντες αὐτὸν τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ ἀναβὰς τῷ κόσμῳ, καὶ τὸ κόσμου τυράννῳ κρίσιν πεποίηκε· καὶ τὸν μὲν κόσμον τῆς τυραννίδος ἀπήλλαξε καὶ διέσωσε, τὸν δὲ κατακεκριμένον καὶ κατησχυμμένον, ἔξω ἐκβέβληκε μετὰ τῶν δορυφόρων αὐτοῦ, καὶ καθεῖλα δυνάστας ἀπὸ θρόνου, καὶ ὕψωσε ταπεινούς.

Καὶ ὁ μὲν διάβολος, τῆς πάλαι δόξης ἀπωπεσὼν διὰ τὴν ἔπαρσιν ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ τὰς νεφέλας, κατ' ἀναποδισμὸν κάτεισι· θήσειν γὰρ ἐπ' αὐτῶν τὸν θρόνον αὐτοῦ βουλόμενον, ὑπετόπασεν ἀπὸ τῶν νεφελῶν ἐπὶ τὴν γῆν, ἣν καὶ ἐξαλείφειν ἠλαζονεύσατο, ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν τάρταρον· Σειραῖς γὰρ ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τηρούμενον· ἡμεῖς δὲ ὅσοι διὰ τοῦ σταυροῦ σεσώσμεθα, κατὰ προποδισμὸν καὶ προκοπὴν ἀνατρέχομεν· Εἰ γὰρ καὶ πρότερον ὑποσκελισθέντες τῷ πονηρῷ ἀντιπάλῳ καὶ δολερῷ μέχρις ᾅδου κατενηνέγμεθα, ἀλλὰ νῦν διὰ τοῦ σταυροῦ ἐκ γῆς πρὸς οὐρανὸν ἀνατρέχομεν. Καὶ μοι διὰ ταῦτα καὶ εἰς κλίμακα θεωρεῖν ἐπέρχεται τὸν σταυρὸν, ἐν ᾧ καὶ ἀνάβασις φαίνεται καὶ κατάβασις. Ἀναβαίνουσι μὲν γὰρ ἕως τῶν οὐρανῶν οἱ ἄνθρωποι· καταβαίνουσι δὲ ἕως τῶν ἀβύσσων οἱ δαίμονες. Σκῆπτρόν ἐστι βασιλικὸν ὁ σταυρὸς τοῖς ἐξ Ἀδὰμ μέχρι συντελείας ἀνθρώποις περίβλεπτον, καὶ αὐτοῖς αἰδέσιμον τοῖς ἀγγέλοις. Τότε γὰρ, φησὶ, φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ Υἱοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τότε κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, ὅσαι δηλαδὴ μὴ τῆς αὐτῆς πίστεως οὖσαι τῷ Ἀβραὰμ οὐκ ἠγαλλιάσαντο, ἰδεῖν τὴν ἡμέραν τοῦ πάθους αὐτοῦ, ἣ καὶ ἰδοῦσαι οὐκ ἐχάρησαν ἐπὶ τῇ δόξῃ αὐτοῦ· μᾶλλον δὲ καὶ θρασέως ἀντεῖπον, Οὐ θέλομεν τοῦτον βασιλεύσαι ἐφ' ἡμᾶς.

Θυσιαστήριόν ἐστιν ὁ σταυρός. Ἐν αὐτῷ γὰρ ἐτύθη ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ τῇ θεοϋποστάτῳ σαρκὶ καὶ τῷ θεορρύτῳ αἵματι ὁλοτελῶς καθηγίασται. Μεῖζον γὰρ ἐνταῦθα τὸ δῶρον τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὑπὸ τοῦ δώρου τὸ θυσιαστήριον καθαγιάζεται. Πλὴν οὖν καὶ

Hæc dum audacissimi adversus omnipotentem Christum blasphemo ore evomunt, egregios Christianos seipsos appellitant, cum revera sint Antichristi. Rem enim Antichristi et legatos ejus agunt, eique soli serviunt, et in ipso spes suas repositas habent. Sed abeant isti desertores cum dæmone æque apostata, et in ignem æternum ipsi paratum ablegentur. Talem enim filiis suis thesaurum pater ipsorum thesaurizavit, thesaurorum suorum carbones ignitos reperient. Et Antichristus ea quæ Christi sunt, sublegere solitus de suis itidem discipulis dicat : Volo, ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum. Et princeps tenebrarum cum cohorte sua ad proprium locum descendat. Nos vero, hæreditas veri Dei peculiaris et electa, quam cruce acquisivit, proprioque sanguine emit, adeste adoremus, et accedamus ad ipsam crucem, et qui varia ab illa beneficia accepimus, variis itidem nominibus eamdem celebremus. Thronum illam Dei nominemus, in quem ascendens mundo mundique tyranno judicium indixit, et mundum quidem ex tyrannide liberavit et servavit, condemnatum vero et confusum ejecit cum satellitibus suis. et *deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles*[24].

Et diabolus quidem ex antiqua gloria excidit, eo quod ex cœlo supra nubes sese sublevare cogitarit ; revocatoque quasi gradu descendit. Volentem enim in nubibus thronum suum collocare deturbavit e nubibus in terram, quam se etiam deleturum jactavcrat, et ex terra in tartara : *Rudentibus enim caliginis in tartara detractum tradidit in judicium reservari*[25]. Nos vero, qui per crucem salvati sumus, progressu et profectu sursum tendimus. Licet enim prius subnervati et prostrati a maligno et doloso adversario ad inferos usque descenderimus, at nunc opera crucis ex terra in cœlum usque sublevamur. Horum gratia scalæ etiam similitudinem mihi crux habere videtur, in qua et ascensus et descensus cernitur. Ascendunt quidem usque ad cœlos homines, descendunt usque ad abyssum dæmones. Regium sceptrum crux est, Adami posteris usque ad finem sæculi admirandum et conspicuum, ipsisque angelis reverendum. *Tunc enim*, inquit, *parebit signum Filii hominis in cœlo, et plangent omnes tribus terræ*[26], quæ videlicet, fidem Abrahami non complexæ, non exsultaverunt videre diem passionis ejus, vel si viderunt, non gavisæ sunt ob gloriam ejus, quin potius audacter contradixerunt: *Nolumus hunc regnare super nos*[27].

Altare est crux. In ipsa enim sacrificatus est Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, et carne in Deo subsistente, et divino sanguine consecratum est ; majus enim in proposito munus est quam altare, et a munere altare ipsum sanctificatur. Cæterum et qui in hoc crucis altari jurat, jurat quo-

[24] Luc. I, 52. [25] II Petr. II, 4. [26] Matth. XXIV, 30. [27] Luc. XIX, 14.

que in vivifica illa hostia, quæ super eo posita est : nam cum cruce animo et cogitatione simul concipitur Christus. Crux lectulus est Dominicus, quem non lacrymis, more Davidis, sed sanguine lavit, qui ex Davide secundum carnem procreatus est Christus, non proprium expians peccatum, natura enim sua immaculatus est, sed destruens et abolens peccatum mundi natum ex ligno, et in totum mortale genus propagatum, dormiensque in illo somnum, vitæ et vigiliæ æternæ causam et effectorem, surrexit propria potestate, *in matutino interficiens omnes peccatores terræ* [28],

Quin honore et cultu dignum nunc lectulum invenio, ejusque rei testem do Isaiam, qui disertis verbis prædixit : *Et erit requies ejus honus* [29]. Requies appellatur, quia peregrinationis labor et sudor, et aliæ naturales et indetrectabiles passiones et affectiones concessu divinitatis, quando opus erat, commotæ et concitatæ in humana Christi natura usque ad crucis supplicium ; de cætero consopitæ sunt, Christique morte mortuæ. Nam si quando post resurrectionem aliquo ivit, itio illa supra naturam, et plane admiranda fuit quemadmodum nova itidem fuit manducandi illa actio. Dies me deficiat, si omnia vivificæ crucis miracula persequi velim.

In Rubro mari crux adumbratur ; eratque hoc præsignificatio et prædelineatio ejus ruboris, qui ei postea per Domini sanguinem est illitus [30]. Amaritudinem aquæ transmutat in dulcedinem' populumque errabundum et fugitivum vivificat [31]. Sauciantes serpentes perimit, servatque ictos et saucios [32]. Utinam et venenatas istas viperas, Bogomilos inquam, in crucem injuriosos, a facie terræ exterminasset, qui omnia perreptantes, populum Dei mordent, venenumque impietatis suæ infundunt piorum animis ; quos non sine commiserationis affectu jure sic alloquar : *Genimina viperarum*, quomodo, et quo a judicio gehennæ fugietis [33], quam vos vobismet ipsi accendistis, abnegata pietate absque persecutione et tormentis ? Sed res illorum in hunc finem desinent, nisi resipuerint pœnitentiamque egerint.

Nos vero agedum populum Christi communiamus sacris precationibus, ne mortiferum hujus hæresis venenum animam ejus contingat. Largiter enim ubique malitia diffusa est, et circumcirca obambulant impii, ut egregio Christi gregi aliquid nocumenti inferant. At vos videte graves lupos, videte canes ;

A ὁμόσας ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τούτῳ τῷ σταυρικῷ ὁμνύει ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν τῷ ἐπάνω αὐτοῦ ζωοποιῷ θύματι. Τῷ γὰρ σταυρῷ συνεννοεῖται καὶ ὁ σταυρωθείς. Κλίνη ἐστὶ Δεσποτικὴ ὁ σταυρὸς, ἣν οὐχὶ δάκρυσι, κατὰ τὸν Δαυὶδ, ἀλλ' αἵμασιν ἔλουσεν ὁ ἐκ Δαυὶδ τὸ κατὰ σάρκα Χριστὸς· οὐχὶ τὸ ἑαυτοῦ ἐκπλύνων ἁμάρτημα, κατὰ φύσιν γὰρ ἐστιν ἄχραντος, ἀλλὰ καταίρων τὴν ἁμαρτίαν ταῦ κόσμου τὴν ἐκ τοῦ ξύλου ἀναφυεῖσαν, καὶ εἰς ἅπαν ἐκδραμοῦσαν τὸ γένος τὸ βρότειον, καὶ ὑπνώσας ἐν αὐτῷ ζωῆς καὶ ἐγρηγόρσεως αἰωνιζούσης προξενον ὕπνον ἀνέστη αὐτεξουσίως εἰς τὴν πρωΐαν ἀποκτείνων πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς.

Ἀλλὰ καὶ σεβάσματος ἀξίαν εὑρίσκω ταύτην τὴν κλίνην· καὶ τὸν Ἡσαΐαν παράγω σοι μάρτυρα, B Καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμὴ (3), προλέγοντα φανερῶς. Ἀνάπαυσις δὲ, ὅτι καὶ ὁ ἐκ τῆς ὁδοιπορίας κόπος καὶ ὁ ἱδρὼς, καὶ τἆλλα τὰ φυσικὰ καὶ ἀδιάβλητα πάθη, ἐκχωρήσει τῆς θεότητος, ὅτε καὶ ἔδει κεκινημένα ἐν τὸ κατὰ Χριστὸν ἀνθρωπίνῳ μέχρις αὐτοῦ τοῦ σταυροῦ· τὸ ἀπὸ τοῦδε ἀνενέργητα μεμενήκασι, καὶ τῇ νεκρώσει τούτου συνενεκρώθησαν. Ἡ γὰρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ὁδοιπορία ἑτέρα ἦν, ὑπερφυὴς καὶ παράδοξος, ὥσπερ δὴ καὶ ἡ βρῶσις καινοπρεπής. Ἐπιλείψει με καὶ ἡ ἡμέρα τὰ θαυμάσια διηγούμενον τοῦ ζωοπαρόχου σταυροῦ.

Ἐν Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ ὁ σταυρὸς εἰκονίζεται· καὶ ἦν τοῦτο προχάραγμα τοῦ ἐν τῷ Δεσποτικῷ αἵματι ἐπιχρωσθέντος αὐτῷ ἐρυθήματος. Πικρίαν ὑδάτων C εἰς γλυκύτητα μεταποιεῖ, καὶ λαὸν πλανήτην καὶ φυγαδα ζωογονεῖ. Δάκνοντας ὄρεις ἀναιρεῖ καὶ διασώζει τοὺς δακνομένους· ὡς εἶδε καὶ τὰς ἰοβόλους ταύτας ἐχίδνας, τοὺς ὑβριστὰς οὗτοι Βογομίλους, ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς ἐξηφάνισεν, οἵτινες ἔροντες πανταχοῦ δάκνουσι λαὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν ἰὸν τῆς δυσσεβείας αὐτῶν ἐγχέουσι ταῖς τῶν εὐσεβούντων ψυχαῖς, πρὸς οὓς περιπαθῶς ἂν ἐροίμην ὄφεις· Γεννήματα ἐχιδνῶν, ποῦ φύγοιτε ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς γεέννης ; ἢ αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐξεκαύσατε χωρὶς διωγμοῦ καὶ βασάνων τὴν εὐσέβειαν ἀρνησάμενοι. Ἀλλὰ τὰ μὲν κατ' αὐτοὺς εἰς τοῦτο λήξει τὸ τέλος, ἐὰν μὴ μετανοήσωσι.

Ἡμεῖς δὲ (4) ἀλλὰ φέρε καὶ κατασφαλισώμεθα D τὸν λαὸν τοῦ Χριστοῦ ἐπῳδαῖς ἱεραῖς, ἵνα μὴ τῆς θανατηφόρου ταύτης αἱρέσεως ὁ ἰὸς καθάπτηται τῆς τούτων ψυχῆς. Δαψιλὲς γὰρ τὸ κακὸν ἐκκέχυται πανταχοῦ, καὶ κύκλῳ οἱ ἀσεβεῖς περιπατοῦντες τὴν καλὴν ποίμνην λυμαίνονται τοῦ Χριστοῦ. Ἀλλ'

[28] Psal. c, 8. [29] xi, 10. [30] Exod. xiv, 1 seqq. [31] Exod. xv, 23-25. [32] Num. xxi, 6-9. [33] Luc. iii, 7.

(3) Ita 70 Interp. Isaiæ xi. ubi vulg. edit. *Et erit sepulcrum ejus gloriosum*. Locum etiam secundum LXX accepit S. Hieron. de sepulcro Christi, his verbis epist. ad Marcellam, nomine Paulæ et Eustochii : *Cujus sepulcri gloria multo antequam excideretur a Joseph, scimus Isaiæ vaticinio prophetatum ; dicentis : Et erit requies ejus honor : quod scilicet sepulturæ Domini locus esset ab omnibus honorandus.*

(4) Sequitur aculeatus in Latinos Epilogus, scriptus eo tempore, quo Veneti et alli Itali, sicuti et Franci, gravissima bella cum Græcis gerebant, ipsa imperii sede Græcis adempta. Quo minus mirandum, Germanum istum Latinæ gloriæ inimicum, linguam et calamum asperius et mordacius in Latinos strinxisse. Similes invectivæ in Latinos exstant apud Nicetam, Gregoram et alios Græcos.

ὑμεῖς βλέπετε τοὺς βαρεῖς λύκους, βλέπετε τοὺς κύνας. Βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, καὶ σκοπεῖτε τοὺς οὕτω περιπατοῦντας, καθὼς ἔχετε τύπον ἡμᾶς· ὕνα κἀγὼ τολμήσω μετὰ Παύλου καυχήσασθαι· Πολλοὶ γὰρ περιπατοῦσιν, οὓς πολλάκις ἔλεγον ὑμῖν, καὶ νῦν κλαίων λέγω, τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια· φυλάξατε τὴν καλὴν παρακαταθήκην τῆς πίστεως ἄσυλον καὶ ἀνεπιβούλευτον. Μέλλομεν γὰρ ἅπαντες ταύτην ἀπαιτηθῆναι σῶαν καὶ ἀνελλιπῆ ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ. Ἀλλά μοι τὸν λόγον ἤδη ἐπισφραγιστέον ταῖς ὑπὲρ τοῦ κρατίστου σεσιν.

A videte malos operarios, et observate eos qui sic ambulant sicut habetis formam nos, ut audeam cum Paulo gloriari: *Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis, et nunc flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus* [31]. Custodite insigne fidei depositum intactum et illibatum. A quolibet enim salvum et integrum reposcetur, cum ad terribile tribunal Christi assistemus. Verum orationem nunc quasi obsignemus precibus votisque ardentibus et assiduis pro optimo imperatore nostro.

ἡμῶν αὐτοκράτορος προσευχαῖς καὶ ἐκτενέσι δεή-

Ἄρατε οὖν, εὐσεβὴς λαός, χεῖρας ἅπαντες πρὸς Θεὸν ὑπὲρ τῶν ἐκείνου χειρῶν πολλὰ καμούσας ἤδη ἐν ταῖς κατὰ τῶν ἐχθρῶν συμπλοκαῖς, ἵνα θείη R τόξον χαλκοῦν τοὺς βραχίονας αὐτοῦ, διδάξῃ τὰς χεῖρας αὐτοῦ εἰς πόλεμον, εἰς τὸ ἀποβαλεῖν τὴν ἰταλικὴν ὀξυχειρίαν εἰς τὸ καθαρπάζειν τὰ ἀλλότρια ἵνα ἐπιστρέψωσιν εἰς ἐσπέραν, τὴν ἰδίαν πατρίδα, εἴγε τινὲς ἀπολειφθεῖν, καὶ λιμώξωσιν ὡς κύνες, οὐκ ἔχοντες οἱ αἱμοχαρεῖς ἔτι λείχειν αἵματα τὰ αὐσονικά. Καὶ κυκλώσωι τὴν ἰδίαν πόλιν λιμαγχονούμενοι καὶ βαΰζοντες μάταια. Ἰωάννης ὁ βαπτίσας αὐτοὺς τοῖς αἵμασιν ἑαυτῶν, ὁ θεοφρούρητος ἡμῶν αὐτοκράτωρ, ὑμῖν τοῖς ὑπὸ χεῖρα εὐαγγελίζεται, Πᾶσα φάραγξ, λέγων, πληρωθήσεται, ἡ τεταπεινωμένη γενιὰ τῆς τῶ χρόνῳ μὲν νεαζούσης Ῥώμης, ταῖς συμφοραῖς δὲ γεγηρακυίας ἐλεεινῶς, παὶ πᾶν ὄρος καί βουνὸς ταπεινωθήσεται. ἡ καθ' ἡμῶν ἐπαιρομένη ἀθέρωχος ὀφρὺς ἡ C ἰταλική. Καὶ ἔσονται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, ἐκείνου προσδοποιοῦντος, καὶ ἐπανάγοντος τοῦ καὶ τὰ ἡμῖν ἀδύνατα δυναμένου Χριστοῦ. Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. Τῶν κλάδων γὰρ ἀποτετμημένων ἄρτι καὶ κατὰ γῆς ἐστρωμένων καὶ κορμηδὸν ἐῤῥιμμένων εἰς τοῦδαφος, οὐκ ἀπελπιστία καὶ ἡ ῥιζοτόμησις. Τάχα δὲ ἀσθενὴς ἡ ῥιζοβόλησις, ὡς ἐκ μεταφυτεύσεως. Πίστευε τῷ Θεῷ τῷ πάντα δυναμένῳ, βασιλέων εὐσεβίστατε καὶ πραότατε, κατὰ τὸν Δαυίδ, ὡς ὅπλῳ κυκλώσει σε τῷ σταυρικῷ ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ, ὃς ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ οὐ φοβηθήσῃ ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ τοῦ ἀφανῶς σοι προβάλλοντος, καὶ δειλανδρίαν ἐμποιοῦντος, οὐδ' ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, καὶ φανερῶς σοι ἀνθισταμένου ἐχθροῦ. Πάντα γὰρ ταῦτα ὁ τοῦ Χριστοῦ σταυρὸς ἀποσοβήσει μακράν, καὶ ὁδηγός D σοι πρὸς ἅπαν τὸ καταθύμιον, καὶ ὡς ὅπλον εὐδοκίας στεφανώσει σε, τροπαιφόρον, μεγαλόνικον ἀναδείξας σε παρὰ τοὺς ἐμπροσθεν βασιλεῖς, ἱκετευούσης τῆς πανυπεραμώμου δὲ δεσποίνης ἡμῶν, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ τῶν καλλινίκων μαρτύρων Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων ἁπάντων. Γένοιτο ταῦτα, Τριὰς παντοδύναμε καὶ παντάνασσα, ἡ ἐν προσώποις προσ-

Tollite igitur, o fidelis popule, manus vestras ad Deum pro illius, quæ tot jam labores subierunt in conflictibus et prœliis adversus hostes, ut *ponat brachia ejus velut arcum æreum et doceat manus ejus ad prœlia* [35], ut repellant Italicam illam velocitatem rapiendi aliena, ut revertantur in occasum, propriam suam patriam, si qui supersint, et esuriant ut canes [36], non habentes amplius sanguinarii cruorem Ausonicum, quem lingant. Et *circumeant* propriam *civitatem* fame pressi, incassum latrantes [37]. Joannes, qui baptizavit eos in proprio ipsorum sanguine, custoditus a Deo imperator noster evangelizans, acclamat nobis subditis: *Omnis vallis implebitur* [38], abjecta et afflicta generatio, annis quidem novæ Romæ, calamitatibus vero miserabiliter jam vetustæ. *Et omnis mons et collis humiliabitur* [39], elatum videlicet. Italorum supercilium *Et erunt prava in directa* [40], illo tanquam viæ duce præeunte, et omnia revocante Christo, qui et ea, quæ nobis sunt impossibilia, potest. Jam vero et *securis ad radicem posita est* [41]. Ramis enim modo amputatis, et in terram dejectis, truncatimque solo allisis, non desperandum est, quin et radix incidi possit. Forte enim, ut ex transplantatione, infirmæ sunt illæ, quas miserunt, radices. Fide igitur Deo, qui omnia potest, imperatorum piissime et mitissime, teque ut David ait, tanquam *scuto* crucis *circumdabit veritas ejus, et non timebis a timore nocturno* [42] ejus, qui occulte te aggreditur, formidinemque immittit, *nec a sagitta volante in die* [43], et hoste palam tibi resistente. Omnia enim hæc longe crux Christi repellet, et dux tibi erit ad omnia, quæ desideras, et *ut scutum bonæ voluntatis coronabit te* [44], triumphatorem et victorem supra superiores imperatores effectum; precibus et interventu castissimæ Deiparæ, et immaculatæ Dominæ nostræ, et semper Virginis Mariæ, fortissimisque victoribus Christi martyribus, et omnibus sanctis intercedentibus isthæc eveniant, o sanctissima et omnia gubernans Trinitas, in tribus personis et in una Deitate adorari solita, quam decet omnis gloria, honos et adoratio in infinita sæcula. Amen (5).

[31] Philipp. III, 18, 19. [35] Psal. XVII, 35. [36] Psal. LVIII, 7. [37] Ibid. 15. [38] Luc. III, 5. [39] Ibid. [40] Ibid. [41] Ibid. 9. [42] Psal. XC, 5. [43] Ibid. 6. [44] Psal. 5, 13.

(5) Disquisistio de isto Germano revocat mihi in memoriam, quod est apud Possevinum in *Apparatu sacro*, v° *Germanus*, sub prisci illius Germani, patriarchæ Constantinop. nomine circumferri librum *De*

κυνουμένη τρισι καὶ δίᾳ τῇ θεότητι, ᾗ πρέπει πᾶσα δοξα, τιμή, καί προσκύνησις εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰωνας. Ἀμήν.

II.

In vivificam crucem tertia jejuniornm Dominica. Τῇ τρίτῃ Κυριακῇ τῶν νηστειῶν καὶ εἰς τὸν ζωοποιὸν σταυρόν.

(Gretser, ibid. p. 228.)

En lectulum Salomonis, sexaginta fortes in circuitu ejus ex potentibus Israel, omnes tenentes gladios, bellumque docti [1]. Rigauda enim sunt statim radix et principium encomiorum, quæ de venerando crucis Dominicæ ligno instituemus, idque fluentis aquarum e Canticis deductarum, et liquore sapientiæ a Salomone profectæ, ut si secundum fluvium oratio decurrat, fructus lætitiæ inde illis exsistat, qui umbram ejus desiderant, et sub ea consident. Salomon igitur, si interpretari hoc nomen velimus, *pacificum* significat, Christus vero *pax nostra est*, ut Paulus testatur, *qui fecit utraque unum et medium parietem inimicitiarum dissolvit* [2]. Lectulus autem hujus Salomonis crux est, in quo consopitus, dormivit vitalem somnum, et quo eum, qui corruerat, Adamum denuo excitavit, cum sponte sua super hoc caput suum reclinasset.

Sexaginta vero fortibus lectulus circumsepitur et ambitur a potentibus Israelis suntque illi, qui sub veteri et nova lege vixerunt. Nam qui ex duodecim tribubus Israelitici populi, Dei amantes fuerunt, in duos diversos status distributi sunt; alter enim vitæ status ante legem latam fuit alter post tabulas (legis) et tabernaculum. Similiter et illi, qui oculis suis divinum Verbum coram aspexerunt, et gratiæ præcones et nuntii exstiterunt, ad æqualem duodenarium numerum redacti sunt, omnes tamen triplici quasi classe continentur ob Trinitatis cul-

A Ἰδοὺ ἡ κλίνη Σολομών, ἑξήκοντα δυνατοὶ κύκλῳ αὐτῆς ἀπὸ δυνατῶν Ἰσραὴλ, πάντες κατέχοντες ῥομφαίας, δεδιδαγμένοι πόλεμον. Ἀρδευτήριον γὰρ εὐθὺς τὴν ῥίζαν καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν ἐγκωμίων τοῦ πανσέπτου ξύλου τοῦ σταυροῦ Κυρίου, ταῖς διεξόδοις τῶν ἀσματικῶν ὑδάτων καὶ τῷ χύματι τῆς Σολομώντος σοφίας, ἵνα κατὰ ῥοὺν φερομένου τοῦ λόγου καρπὸς εὐφροσύνης ἐκεῖθεν ἀναθηλήσῃ τοῖς ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ ἐπιθυμήσασι καὶ καθίσασι. Σαλομων μὲν οὖν εἰς εἰρηνικὸν μετεγλώττισται· Χριστὸς δέ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν, ὁ ποιήσας ἀμφότερα ἓν καί τὸ τῆς ἔχθρας μεσότοιχον καθελών. Κλίνη δὲ τούτου τοῦ Σολομὼν ὁ σταυρὸς, ἐν ᾧ ἐκοιμήθη, καὶ ὕπνωσε τὸν φυσίζωον ὕπνον, B καὶ τοῦ πεσόντος Ἀδὰμ ἀνεστάσιμον, ἐπικλίνας αὐτῷ τὴν κεφαλὴν ἑκουσίως.

Ἑξήκοντα δὲ δυνατοῖς ἡ κλίνη περιστοιχίζεται καὶ περιέπεται ἀπὸ τῶν δυνατῶν Ἰσραὴλ, τοῦ τε παλαιοῦ καὶ τοῦ νέου νόμου. Ὅσοι τε τοῦ θεοφιλοῦς φυλοῦ τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ ἐνέσχον θεοφιλεῖς ταῖς διαφόροις διεσπάρησαν καταστάσεσιν (ἑτέρα γὰρ ἡ πρὸ τοῦ νόμου διαγωγὴ, καὶ ἑτέρα μετὰ τὰς πλάκας καὶ τὴν σκηνὴν), καὶ ὅσοι τοῦ θείου Λόγου ἐπόπται, καὶ τῆς χάριτος κήρυκες εἰς τὴν ἴσην μὲν ἀνακεφαλαιούμενοι δώδεκα, τρισσούμενοι δὲ ὅμως τῇ λατρείᾳ τῆς Τριάδος, καὶ ταῖς ἰσαρίθμοις τοῦ, βαπτίσματος καταδύσεσι τελειούμενοι. Προφητῶν

[1] Cant. III, 7 [2] Ephes. II, 14.

processione sancti Spiritus, et librum *De pane in fermentato et de purgatorio, et de tribus modis administrandi baptismi*. Isti tractatus nullo modo ascribendi sunt sancto Germano, qui sub Leone Isaurico floruit, quia fuit orthodoxus, cum Romano Pontifice conjunctissimus: et necdum controversiæ istæ inter Græcos et Latinos exstiterant. Si sunt alicujus Germani, erunt forte hujus ipsius, de quo nobis sermo est; schismaticus enim fuit, et acer hostis Latini nominis.

Neque etiam sancti Germani sunt ea responsa, quæ exstant lib. III *Juris Græco-Romani*, fol. 232, ut sentire videtur Baronius, tom. IX *Annalium* anno 730, num. 6, in margine; quia repugnat numerus annorum mundi subscriptus. Et in primo responso mentio fit Constantini Comneni, quem clarum est, vixisse nonnullis sæculis post Germanum. Scholiastes *Juris Græco Romani* tribuit Germano, qui prius Adrianopoleos, postea Constantinopolis pontifex fuit, de quo Gregoras, et Catalogus patriarcharum Constantinop. in fine libri quarti *Juris Græco-Romani*.

Nec sunt sancti Germani homiliæ in D. Virginem, ex quibus Canisius multa citat lib. I *De beata Virgine*, et quæ Græce exstant in Bibliotheca Augustana, num. 51 et 66. Sed sunt vel nostri Germani, vel alicujus posterioris, quia stylus et genius prorsus idem est. Nec refert, quod homilia de Præsen-

C tatione D. Deiparæ dicit apud Surium haberi in Simeone Metaphraste, qui istos posteriores Germanos ætate antecessit: quia volumina illa Metaphrastæ centones sunt, quibus posteriores Græci perpetuo aliquid assuerunt. Quare non probo, quod doctissimus vir Petrus Pantinus homiliam in præsentationem D. Virginis, a se editam, sancto Germano attribuit, eumque eumdem esse putat cum illo Germano, cujus exstat homilia in cædem infantium, ab Herode patratam. Nam utraque homilia est recentioris Germani, de quo supra. Nec Cyrus ei loci est nomen proprium, vel prænomen, sed vocabulum honoris a recentioribus Græcis iis qui in dignitate sunt tribui consuetum. Nec iste Germanus sanctus est, sed schismaticus.

Et quia semel censoris munus suscepimus, addo, mihi jampridem eam suspicionem injectam esse, ne ipsam quidem *Theoriam rerum ecclesiasticarum* quæ tomo VI *Bibliothecæ SS. Patrum* inserta est, pertinere ad sanctum et vetustum illum Ger-
D manum, sed ad aliquem ex posterioribus; quod vel unus ille locus de *fidelibus, in Veneticis insulis habitantibus persuadet*, nam temporibus prisci illius Germani paucæ, imo forsan nullæ insulæ Græcæ sub Veneto imperio tenebantur. Et auctor *fideles* vocare videtur eos qui, Græcorum opinionibus addicti, in insulis Veneticis a Latinorum ritibus abhorrebant.

γὰρ καὶ ἀποσπόλων καύχημα ὁ σταυρός, δι' οὗ παντὸς γεγόνασι δυνατώτεροι δυνάμεις πολλὰς καὶ σημεῖα ἐκτελέσαντες, καὶ δι' οὗ αὐτοῖς κόσμον ἐσταύρωται, καὶ τούτων ἕκαστος τῷ κόσμῳ, οἷος ἦν ἐκεῖνος ὁ εὐδοκῶν ἐν ταῖς ἀσθενείαις αὐτοῦ καί λέγων, Ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι.

Πάντες, φησί, κατέχοντες ῥομφαίας διά τῶν μηρῶν αὐτῶν ἀπό θάμβους ἐν νυξί. Προκείσθω γὰρ τὸ λειπόμενον τῆς ἁσματικῆς ταύτης περικοπῆς. Ῥομφαίας ἐπί τῶν μηρῶν, τοῦ λόγου νοοῦντος τὰς ἀναιρετικὰς ἐγκρατείας τῶν ὑπογαστρίων παθῶν, καί ἔστι τοιοῦτος ῥομφαιοφόρος πρό τῶν ἄλλων ὁ μέγας στρατιώτης τῆς χάριτος, ὃς ἐπιστέλλων φησίν. Ὑπωπιάζω μὲν τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, μήπως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι· Ἐφάρμοσται δέ ἀρίστως τῇ ἐννοίᾳ ταύτῃ καὶ τὸ, ἀπό θάμβους ἐν νυξί. Κἀγὼ τῆς Δαυϊδικῆς ὁπλοθήκης τὴν ῥομφαίαν ταύτην ἀναλεγόμενος συμμαχῶ τῷ λόγῳ ἀγωνιζομένῳ πρός τὴν ἀπόδειξιν· Ὅπλῳ, φησί, κυκλώσει σε ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ· οὐ φοβηθήσῃ ἀπό φόβου νυκτερινοῦ· Τὸ γάρ ὅπλον ἀναιρετικόν τῶν ἐπαναστάσεων τῆς σαρκός, καὶ τῶν ἐντεῦθεν νυκτερινῶν φαντασμάτων. Τοιοῦτόν μοι τοῦ λόγου τὸ ὁρμημα σήμερον ἐκ κλίνης μὲν ἀνιστάμενον, καί τῆς κινήσεως ἀπαρχόμενον, εἰς δέ γε τὰς πρωΐας ταύτας τάς προσκυνησίμους τοῦ παναγιωτάτου σταυροῦ ἀποκτείνον πάντας τοὺς ἁμαρτωλούς τῆς γῆν. Οὗτοι δέ εἰσι δαίμονες, δημιουργοί τῆς ἁμαρτίας καί τῆς κακίας γεννήτορες. Ἀὴρ γάρ ἢ τῇ χειρί τυπούμενος, ἢ τῇ γλώττῃ τυπτόμενος, τῇ γραφῇ, τῇ κλήσει τῇ σταυρικῇ, τὰ ἐναέρια πνεύματα μακράν ἀπελαύνει, Βαρύς ἐστιν ἡμῖν καὶ βλεπόμενος, καὶ ἀκουόμενος, λέγοντα, ὁ σταυρός.

Ὅτι τοίνυν ὀφθαλμοί μέν τῶν πιστῶν, ὀπτικάς ἀπορρόας ἐξακοντίσαντες ἐπί τόν σταυρόν, καθηγιάσθησαν. αἱ δέ τοῦ ἁγιασμοῦ κορεσθεῖσαι πλήρεις χάριτος παλίρροοι πρός τήν ἰδίαν πηγήν ἀνεχύθησαν χείλη δέ διασταλέντα πρός ἀσπασμόν, εἶτ' ἀθρόον συμπτυχθέντα καὶ τόν ἐποχούμενον ἀέρα τῷ θείῳ σταυρῷ ἀνιμησάμενα, καὶ συνεφελκιζόμενα ἔνδοθεν, πᾶσαν τήν τῶν σπλάγχνων οἰκονομίαν ζωοποιοῦ ἐμπνεύσεως ἔπλησαν, καὶ ὀσφρησίς διά τῆς ἐκεῖθεν · ἀποπνεομένης εὐωδίας ἠγαλλιάσατο· μέτωπα δέ, βλέφαρά τε καὶ κορυφαὶ ταῖς ἁφαῖς καθηγιάσθησαν· φέρε καὶ τάς ἀκοάς κατακοσμήσωμεν, ὡς ἔν τισι ἐνωτίοις χρυσοῖς τοῖς τοῦ σταυροῦ ἐγκωμίοις, οὐχ ὅτι τά ἡμέτερα χρύσεα, οὐ τοῦτό φημι, ἀλλ' ὅτι δι' αὐτόν ἐγκωμιαζόμενον τίμια. Τιμᾶται γάρ καὶ ξύλον χερσί δρυτόμου ἀστρώγος δένδρου τινός, καὶ τούτου ἀκάρπου, εἶτα εἰς κοντόν ἀποτορνευμένον, καὶ σκῆπτρον ὑπανέχον τό βασιλικόν. Οἶδα μέν οὖν ὅτι καὶ τάς ἀκοάς ἡγιάσθητε μελουργουμένων τῶν ὕμνων τῶν σταυρικῶν. Πλήν ἀλλά πεφεισμένως, καὶ οὐ κατά

tum, todidemque baptismi, quibus perficiuntur, immersiones, Prophetarum et apostolorum gloriatio crux est, qua omnibus potentiores effecti sunt, multis virtutibus et signis patratis, per quam mundus illis crucifixus est, et quilibet illorum mundo, qualis erat ille, qui sibi placebat in infirmitatibus suis, dicens : *Quando infirmor, tunc potens sum* [3].

Omnes, inquit *tenentes gladios super femora sua propter timores nocturnos.* Addendum enim est id quod restat de sententia ex Canticis. Per gladios super femora nil aliud intelligitur, quam coercitiones illæ et cohibitiones, quæ cupiditates ad ventrem spectantes de medio tollunt. Hujusmodi ense ante alios præcinctus erat magnus ille gratiæ miles, qui in quadam epistola ita loquitur : *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte aliis prædicans, ipse reprobus efficiar* [4]. Huic sententiæ aptissime quadrat etiam illud, *propter timores nocturnos* [5]. Et ego ex Davidico armamentario gladium hunc depromens, orationi ad propositum demonstrandum aggressæ quasi suppetias feram : *Scuto,* inquit, *circumdabit te veritas ejus ; non timebis a timore nocturno* [6]. Nam scuto hoc impressiones carnis, et omnia, quæ hinc enascuntur, nocturna phantasmata et spectra comprimit. Tale mihi hodie dicendi exordium erit, ex lectulo quidem exsurgens, et ad hoc progredi incipiens ad matutinas vero istas omni veneratione dignæ crucis adorationes, *omnes peccatores terræ interficiens* [7]. Isti autem. sunt dæmones, satores peccati et malitiæ genitores. Aer enim vel manu formatus, vel lingua percussus, signo et invocatione crucis aerios spiritus procul abigit. Gravis, inquiunt, nobis est crux et visu et auditu.

Quando igitur oculi fidelium emissiones illas visivas ad crucem ejaculantes sanctificati sunt, illæque donis cœlestibus cumulatæ, gratia plenæ, reciproco cursu ad suam originem remearunt, labia vero diducta adsalutationem et osculum ; deinde confestim conducta et compressa, et aerem divinæ cruci circumfusum haurientia, et introrsum trahentia, omnem membrorum fabricam et dispositionem vivifica quadam inspiratione compleverunt, olfactus insuper voluptate perfusus est ob suaveolentiam inde manantem ; frontes præterea, et supercilia, et vertices contactu sanctificationem perceperunt : agedum aures quoque ornemus, quasi quibusdam inauribus aureis crucis præconiis, non quod nostra existimemus aurea ; non ita sentio ; sed quod sint ad ipsam, quæ laudatur, omni veneratione digna. Honoratur enim et lignum [manibus lignatoris ex arbore, eaque infructuosa recisum, si postea in contum efformetur, sceptrumque regium sustineat. Non me fugit igitur, vestras quoque aures sanctificatas esse hymnis in crucem decantatis.

[3] II Cor. XII, 10. [4] I Cor. IX, 27. [5] Cant. III, 8. [6] Psal. XC, 5. [7] Psal. C, 8.

κατὰ γῆς κυλιόμενον, καὶ περισυρόμενον. Γίνεται τοίνυν ὁ νέος Ἀδὰμ, καὶ ἐμφανίζεται τῷ κόσμῳ ἀνθρωποτροπικῶς, τὸ θεοπρεπὲς οἰκονομικῶς ἐν πολλοῖς συγκαλύπτων διὰ τὸν ἀντίπαλον. Καὶ ἦν ἔμπρακτος τοῦτο διδασκαλία τῷ προπάτορι μυσταγωγουμένῳ προδήλως, ὅπως καὶ αὐτὸν ἔδει τὴν πάλην τότε μεταχειρίσασθαι. Εἰ γὰρ ἐγὼ, φησὶ, κατὰ φύσιν Θεὸς ὢν κἂν τοῖς οὐρανοῖς κατοικῶν, εἰς γῆν ἀφῖγμαι, καὶ μέχρι δούλου μορφῆς ἐμαυτὸν ἐταπείνωσα, διά τί σὺ γήϊνον ἑαυτὸν εἰδὼς, πηλίνην οἰκίαν οἰκοῦντα, ἐνὶ πηδήματι τῶν οὐρανίων ὑπερθεν ἀντύγων ἐπειράθης ὑπεραλλεσθαι; Ἐδέησε τοιγαροῦν τὸν ἴσον ἀγῶνα ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδέξασθαι τὸν ἀγωνοθέτην, καὶ ἐντέχνως ὑποσκελίσαι τὸν ἡμέτερον πτερνιστήν.

Φυτεύεται τοιγαροῦν ξύλον ἐν τόπῳ Κρανίου. Τὸ δὲ Κρανίου, λόγος φιλαλήθης, προπάτορος τυγχάνει Ἀδὰμ, καὶ ὡσανεὶ ἐπ' αὐτῷ ὄντι τὸ στάδιον ὑπέρχεται τοῦ παλαίσματος ὁ Χριστός. Ὁ καιρὸς δὲ τοῦ ξύλου τούτου θάνατος ἦν προδηλότατος, μηδὲν προβεβλημένος ἐπαγωγὸν, μηδὲ ἔνδοξον, ἀδοξίαν δὲ μεγίστην καὶ ὄνειδος φρονοῦσι τὰ τῶν ἀνθρώπων. Καὶ ὁ μὲν καιρὸς ἐκεῖνος τῆς γνώσεως, ὡραῖος ἦν εἰς ὅρασιν καὶ καλὸς εἰς βρῶσιν, καὶ ὑψηλὰς ἐλπίδας τῆς θεώσεως προὔτεινεν· ὁ δὲ σταυρικὸς, τοὐναντίον ἅπαν, ὥστε πόρρωθν τὸν Ἡσαΐαν τοῦτον ἰδόντα, καὶ παθημάτων λέγειν· Εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ πάντας ἀνθρώπους. Καὶ οὐ μόνον ἄδοξος ὁ τοῦ ξύλου τούτου καρπὸς, ἀλλὰ καὶ πικραίνων τὴν αἴσθησιν. Χολὴν γὰρ ἀπέβλυζε· τὰ γὰρ γλυκέα τῷ προπάτορι εἰς χολὴν ἐστράφη τῷ τὴν πτῶσιν τούτου ἀναπαλαίοντι· καὶ γίνονται τὰ ἐναντία ἰάματα τῶν ἐναντίων, καὶ ὁ πικρανθεὶς σώζει τὸν ἡδυνθέντα τῷ καλῷ πρὸς βρῶσιν καρπῷ, καὶ ἐκουσία γύμνωσις τὸ τῆς φθορᾶς ἔνδυμα θεραπεύει, καὶ ὁ ἀθέκτος θάνατος τὸν δίκαιον ἀναιρεῖ, καὶ τὸ ξύλον, τὸ πρώην ἐπάρατον καὶ θανατοποιὸν, εἰς εὐλογίαν ἐποτέλευτᾷ, καὶ ζωὴν αἰώνιον ἀναθάλλει.

et velut pilam quamdam in terra volvi et trahi. Nascitur ergo novus Adam, mundoque specie humana innotescit, divinam majestatem, certa dispensatione in multis tegens ob adversarium. Quod primo parenti efficacis institutionis loco erat; quippe perspicue edocto, quomodo et ipsum tunc ad pugnam accingi oportuerit. Si enim ego, inquit, qui natura Deus sum, et in cœlis habito, in terram descendi, et usque ad formam servi me demisi et abjeci, quare tu, qui te terrestrem esse, et in lutea domo habitare non ignorabas, uno saltu super omnes cœlestes orbes saltare conatus es? Quamobrem necesse fuit, ut ipse Agonothetes noster parem pro nobis pugnam iniret, eumque qui calcaneum nostrum observat, artificiose supplantaret.

Eapropter lignum plantatur in loco Calvariæ. Hæc vero Calvaria, ut vera traditio habet, primi parentis Adami est, quo velut spectatore ingreditur Christus stadium locumque certaminis. At fructus ligni hujus mors erat certissima et præsentissima; nihil, quod recreare posset, nihilque gloriæ continens, quin potius plena dedecoris et opprobrii, judicio illorum, qui humana tantum sapiunt. Et fructus ille quidem scientiæ pulcher erat visu, et jucundus gustatu, et magnifica divinitatis adipiscendæ spe implebat. At crucis fructus contrario prorsus modo sese habuit; ut Isaias eminus eumdem conspicatus et miseratus dixerit: *Vidimus illum, et non habebat formam, neque pulchritudinem, sed speciem illius sine honore fuit* [12], ut, quod ad illam attinet, omnibus hominibus forma inferior fuerit. Neque solum fructus hujus arboris inglorius fuit, sed et sensum amaritudine infecit; nam fel stillabat; quæ enim primo parenti fuere dulcia, ea in fel conversa sunt ei, qui casum illius reparavit, fiuntque contrariorum contraria medicamenta, et is qui amaritudinem expertus est, servat illum qui pulchro fructu sese oblectarat, et voluntaria nuditas corruptionis in dumentum curat, morsque injusta justum perimit, et lignum jam pridem exsecrandum et mortiferum in benedictionem desinit, vitamque æternam producit.

Κἀντεῦθεν παιδαγωγούμεθα πρὸς τὸν μέγαν ἀγῶνα, καὶ ἐπιγινωσκομεν τὴν μέθοδον τοῦ παλαίσματος· καὶ μανθάνομεν τὰ ἡδύνοντα πάντα, ὡς ὀδυνηρά, παρατρέχειν, γυμνοὶ προσθαθείας εἶναι τοῦ κόσμου, ἵνα μὴ ἔχῃ κοσμοκράτωρ λαβάς· ὑπερεύχεσθαι ἐπηρεαστῶν ὡς εὐεργετῶν, ἂν διαμερίζωνται τινες τὰ ἱμάτια τὰ ἐκ τῆς τετρακτύος τῶν στοιχείων συμπεπλεγμένα, μηδ' ἐπιστρέφεσθαι· τί γὰρ ἂν καὶ βλάψειαν τοῦ ἄνωθεν ἐξυφασμένου χιτῶνος, φημὶ τῆς ψυχῆς, σώου καὶ ἀῤῥαγοῦς διαμένοντος; τὸν θάνατον τοίνυν ὡς ὄναρ λογίζεσθαι. Ἔσται γὰρ ὅταν διυπνισθῶμεν, καὶ τὴν ἀνέσπερον ἡμέραν ὀψόμεθα καὶ κατάσχωμεν ἀσφαλῶς τὴν ἐν νυκτὶ τοῦ βίου φανταζομένην ἡμῖν βασιλείαν.

Quæ omnia ad ingens certamen nos erudiunt, et hinc pugnæ rationem cognoscimus, discimusque omnia jucunda ut tristia et acerba defugere, quo nudi simus ab omni erga mundum affectione, ne princeps hujus mundi occasionem adversus nos accipiat. Discimus etiam hinc orare pro iis qui nos lædunt tanquam pro benefactoribus: et nihil morari, si qui dividant vestimenta ex quadruplici elementorum serie coagmentata; quid enim nocumenti inferre queant, si tunica superis in oris texta, anima inquam, salva et integra permaneat? Discimus denique ipsam mortem tanquam somnium quoddam reputare. Erit enim tempus cum expergefiemus, diemque sine vespera intuebimur, secureque occupabimus illud, quod in nocte hujus vitæ animo et cogitatione concepimus regnum

[12] Isa, LIII, 2.

ληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. Πρῶτον οὖν πρὸς τὴν ἱστορίαν ἀπορηματικῶς ἀπαντήσωμεν. Τί δή ποτε δακνομένου τοῦ λαοῦ ὑπὸ ὄφεως, καὶ ἀποθνήσκοντος, εἰς τὸν ἐπὶ μετεώρου χαλκοῦν ὄφιν ἀναρτᾷν τὰς τῆς ζωῆς ἐλπίδας ἐπέτρεψεν ὁ Θεός; Καὶ μὴν ἀπ' ἀρχῆς δι' ὄφεως θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ἀπεστέρηται. Διὰ τί δὲ μὴ πρὸς τὴν κιβωτὸν ἐκείνην τὴν σεβάσμιον, τὴν θαυματοποιὸν ἀτενίξιν ἐπέτρεψεν ὁ Θεός, καὶ τὴν θεραπείαν λαμβάνειν; Ἡ δὲ Μωσαϊκὴ ῥάβδος ποῦ, ἡ τοὺς ὄφεις καταναλώσασα τῶν ἐπαοιδῶν; διὰ τί μὴ καὶ αὐτὴ ἀποθηριωθεῖσα, καθὼς καὶ τὸ πρότερον, τοὺς ἐρημικοὺς κατέπιεν ὄφεις; Τὸ δὲ· Οὐ ποιήσεις πᾶν ὁμοίωμα, οὔτε τῶν ἐν οὐρανῷ, οὔτε τῶν ἐν τῇ γῇ, πῶς παρὰ του νομοθέτου ἠκύρωται, καὶ δοξάζεται ὄφις χαλκοῦς ψιλαῖς ἐπεντρανίσεσι ζωοποιῶν (1);

Ὁρᾷς τὴν τῆς ἀπορίας σειρὰν ὡς πολύπλοκος, ὡς ἰσχυρά, ὡς δυσδιάλυτος; Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ. Οὕτως προωρισμένον ἦν πρὸ αἰώνων τὸ μυστήριον τοῦ σταυροῦ· καὶ ἄλλως οὐκ ἔδει πραγματευθῆναι τῶν ἀνθρώπων τὴν σωτηρίαν ἢ μόνον διὰ σταυροῦ. Ὁ δὲ προτετύπωται μὲν πρότερον κἀν τῷ μονογενεῖ παιδὶ τοῦ Ἀβραάμ τῷ ἐξ ἐπαγγελίας, τῷ εὐλογημένῳ· καὶ δεύτερον ἐν τῷ καλῷ τὰ πάντα Ἰωσήφ· ἀλλ' ὅτι ἔνδοξα τὰ προσκιάσματα ἦσαν καὶ πίνακας, ἔφερον ταῦτα εὐλογημένου γένους, καὶ μεμακαρισμένου ἀπεζεσμένοι, οὐχ ἵστησι μέχρι τούτου τὴν προτύπωσιν ὁ δι' ἑαυτοῦ τὰ εἰκονουργήματα πρὸς τὸν ἐντελόμορφον διαζωγραφήσας λόγος Θεοῦ, ἀλλ' εἰδὼς ὅτι μετὰ ἀνόμων λογισθήσεται, καὶ τοῖς ἐν κατάρᾳ συναριθμηθήσεται διὰ τὸν θάνατον τοῦ σταυροῦ, καὶ τὸ δι' ὄφεως συμπαραλαμβάνει προχάραγμα, οἱονεί τινος χρώματος μέλανος· ἔστι γὰρ οὗτος τῶν ἐπικαταράτων, καὶ συμμυσολογογραφεῖ δι' αὐτοῦ τὴν εὐλογίαν τοῦ κόσμου. Προσέλαβε γὰρ τὴν καταραθεῖσαν φύσιν ἡμῶν, καὶ δείκνυσι ταύτην σωτηρίας αἰτίαν, καὶ ζωῆς ἀθανάτου πηγαστικήν. Ὁμοιοῦται δὲ τοῖς ὄφεσι, τουτέστι τοῖς κατηραμένοις ἀνθρώποις ἄνευ ἁμαρτίας, καὶ ὁ χαλκοῦς ὄφις ἔλεγχος κήρυξ τῆς ἀναμαρτησίας τοῦ προσλήμματος, ἰοῦ θανατοφόρου ἀπηλλαγμένος. Ὄφις δὲ τὸν ἰὸν ἐπὶ σώματος φέρει, καὶ ἔβλαψεν ἐν τῷ παραδείσῳ ὁ προελθὼν ἐκεῖθεν μετὰ δόλου ψιθυρισμός. Χριστὸς δὲ ἁμαρτίαν οὐκ ἐποιησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καὶ σώζει τὸν κόσμον ἀπὸ τῆς φθορᾶς.

Ἰῶδεις οἱ ὀδόντες τοῦ ὄφεως καὶ θανάτου μέλανος πρόξενοι, Χριστοῦ δὲ οἱ ὀδόντες λευκοί, ἢ γάλα κατὰ τὴν προφητείαν Ἰακώβ, τοῦτο μέν, , ὅτι πρὸς τὴν γῆν ἡμᾶς ὁδηγεῖ ὁ λόγος αὐτοῦ ῥέουσαν μέλι καὶ γάλα, τὴν νοητὴν Ἱερουσαλήμ· τοῦτο δέ, διὰ

historiam dubitationibus quibusdam percurremus. Quæ de causa, cum populus a serpente morderetur et moreretur, præcepit Deus, ut spem vitæ suspensam haberent ab æneo serpente in altum elato? Atqui statim a condito mundo mors per serpentem in mundum intraverat, lignoque vitæ homo privatus fuerat. Cur non permisit Deus, ut oculos converterent ad venerandam illam et miraculorum effectricem arcam, sicque curarentur? Ubi vero virga Mosaica, quæ serpentes magorum devoravit? cur non et ipsa in serpentem, ut olim, commutata, absumpsit illos in eremo serpentes? Illud autem: *Non facies omnem similitudinem, neque eorum, quæ in cœlo, neque eorum, quæ in terra*[16]; quomodo a legislatore violatum est, et irritum redditum, dum æreus serpens non sine gloria, solo et nudo intuitu, vitam largitur?

Vides dubitationis quasi catenam. Quam est multiplex, quam firma et quam indissolubilis! *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei*[17]! Vere ante sæcula jam prædefinitum erat crucis mysterium, nec aliter hominum salus procuranda fuit, quam per solam crucem, quæ quidem prius etiam præfigurata est in unigenito filio Abrahæ, in eo, qui ex promissione, in illo benedicto. Et rursum in Josepho illo formoso in omnibus. Verum quia istæ figuræ illustres erant, insigniaque ferebant benedictæ et beatæ stirpis, non contentus fuit hac præsignificatione divinus sermo, qui seipso imagines futurorum plena, et omnibus numeris perfecta figura describit; sed quia sciebat Christum cum iniquis reputatum iri, et inter maledictos numerandum, propter crucis supplicium, eam ob causam asciscit quoque effictam speciem serpentis, tanquam nigri cujusdam coloris, qui maledictis et devotioni obnoxiis proprius est, tacite que per serpentem mundi salutem insinuat. Prius enim assumpsit exsecrationi subjectam naturam nostram, eamque salutis causam et vitæ immortalis fontem, et originem esse ostendit. Similis autem fit serpentibus, hoc est, maledictioni obnoxiis hominibus sed absque peccato, clarusque testis et præco immunitatis a peccato ejus, qui cruci appensus, est ipse æreus serpens, veneni mortiferi expers, Serpens vero venenum fert in ore, nocuitque in paradiso dolosus ille et fraudulentus susurrus, qui inde prodiit. At Christus *peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus*[18], servatque mundum a corruptione.

Venenati sunt dentes serpentis, mortisque atræ auctores; at Christi dentes candidi sunt, vel potius lac secundum prophetiam Jacob[19], partim quidem quod sermo ejus nos ducat in terram melle et lacte manantem, ad Jerusalem illam spiritualem,

[16] Exod. xx, 4. [17] Rom. xi, 33. [18] I Petr. ii, 21. [19] Gen. xlix, 12.

(1) Verba illa referri possunt ad ipsum Moysem, si lectio hoc modo constituatur: Καὶ δοξάζεται ὄφεις χαλκοῦς ψιλαῖς ἐπεντρανίσεσι ζωοποιῶν. *Et tamen laudatur et celebratur Moyses quod æreos serpentes effinxerit*, ita ut ζωοποιῶν non sit vivificare, sed animalis speciem effingere.

et solo intellectu coguosci aptam; partim vero, quod typicarum repræsentationum non sit capax, nam solum lac ex omnibus humidis speciem nullam effigiat, neque formas corporeas reddit et repercutit. Serpens autem exuvias quotannis ponit. At Christus nihil habuit de veteri homine, qui corrumpitur secundum desideria deceptionis neque quidquam abjecit; sine peccato enim novus Adam vixit novæque creaturæ auctor. Talis cum esset, in crucem ascendit, seque statim omnis maculæ expertem esse publice testificatur; accedensque ille, qui jam deprimebatur serpens, nihil in eo reperit. Omnibus enim modis superior erat venenum jaciente malitia, præfocaturque perniciosus ille serpens, et draco apostata qui calcaneum nostrum observat, conservatur autem Israel, animus videns Deum, cognoscensque salutem æternam repositam in hoc Deo, carne quidem crucifixo, per divinitatem vero vivificante mortuos; in quem perspicue competit et desinit oraculum Moysis sic vaticinantis: *Videbitis vitam vestram pendentem ante oculos vestros* [20]. Necesse enim habuerunt et illi, qui prius a serpentibus icti fuerant, ad eum, qui ex columna suspensus erat, serpentem, oculos levare quasi aliter eis vita non esset obventura, quam ab intento aspectu in illum.

A τὸ τῶν τυπικῶν ἐμφάσεων ἀπαράδεκτον. Γάλα γὰρ μόνον ἐξ ἁπάντων ὑγρῶν οὐκ οἶδεν ἐνβάλλειν χαρακτήρων ἐμφάσεις, καὶ τύπους ἀποπάλλειν σωματικούς. Ὄφις δὲ τὴν λεβηρίδα δι' ἔτους ἀπαμφιέννυται. Χριστὸς δὲ οὔτ' εἶχέ τι τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου τοῦ φθειρομένου κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, οὔτ' ἀπεβάλλετο, ἀναμαρτήτως νέος Ἀδὰμ γεγονώς, καὶ τῆς καινῆς κτίσεως ἀρχηγός. Τοιοῦτος ὢν ἀνατρέχει ἐπὶ τὸ ξύλον, καὶ στηλιτεύει ἑαυτὸν εὐθὺς ἀναμάρτητον, καὶ ὁ κάτω συρόμενος ὄφις εἰλθών, εὑρίσκει ἐν αὐτῷ οὐδέν. Παντελῶς γὰρ ἦν τῆς ἰοβόλου κακίας ὑπέρτερος, καὶ κατάγχεται μὲν ὁ δεινὸς ὄφις καὶ δράποστάτης ὁ ἐπιτηρῶν τὴν πτέρναν ἡμῶν, σώζεται δὲ ὁ Ἰσραὴλ ὁ ὁρῶν νοῦς τὸν Θεὸν, σωτηρίαν αἰώνιον ἐπιγινώσκων τοῦτον Θεὸν, σαρκὶ μὲν ἐσταυρωμένον, θεότητι δὲ ζωοποιοῦντα τοὺς νεκρωθέντας, εἰς ὃν ἐκβαίνει προδήλως ἡ προφητεία Μωϋσέως προλέγοντος· Ὄψεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν· Ἀνάγκην γὰρ εἶχον καὶ οἱ τοῖς ὄφεσι πρότερον δεδηγμένοι πρὸς τὸν ἀνεστηλωμένον ὄφιν ἐκτροκιάζειν, ὡς οὐχ ἑτέρως χορηγουμένου τούτοις τοῦ ζῆν ἢ ἀπὸ τῆς εἰς αὐτὸν ἀτενίσεως.

B

Et nunc nos quibus ante oculos Jesus Christus depingitur consona divino psaltæ Davidi canamus: *Oculi omnium in te sperant et tu das illis escam in tempore opportuno* [21]. Sacrificatus enim et suspensus Agnus Dei propriam carnem edendam apponit illis qui in te spem salutis reponunt. Aperis tu manus tuas, expandens eas in cruce, et imples omne animal Patris tui beneplacito. Patris vero beneplacitum est, ut omnes homines salvi fiant, per voluntariam tuam passionem et crucem, et ut omnes in agnitionem veritatis veniant. Agnitio autem veritatis est fides recta in te, tuumque Patrem principio carentem, sanctumque Spiritum. Quis non adorabit scutum salutis nostræ, quis non celebrabit profligatricem homicidæ Satanæ? Crux videlicet lumen vultus Dei est *signatum super nos* [22]. Nam sceptrum Regis lumen ejus est, ignaros ut lucerna ad ipsum deducens. Hæc significatio est, data timentibus Dominum, *ut fugiant a facie arcus* [23] et diabolicarum impressionum. Hæc et lignum plantatum secus exitus aquarum fontiumque salutis. In omnibus enim divinæ Scripturæ locis, hymnis et laudibus crux decantatur, quæ fructum suum *dedit in tempore suo* [24], quo in Lithostroto depacta est. Gaudet vero crux iis, qui vita fluxa, molli et delicata contempta, asperitati et severitati Christianæ disciplinæ sese dedunt. At fructus ejus est remissio peccatorum, quam in

C

D

Καὶ νῦν ἡμεῖς, οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐσταυρωμένος γράφεται, συνῳδὰ τῷ θεσπεσίῳ ψαλτῳδοῦμεν Δαυίδ. Οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι, καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτοῖς ἐν εὐκαιρίᾳ. Τεθυμένος γὰρ καὶ κρεμαννύμενος ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ τὰς οἰκείας ἐστιᾷ σάρκας τοῖς εἰς σὲ τὰς ἐλπίδας ἀναθεμένοις τῆς σωτηρίας. Ἀνοίγεις σὺ τὰς χεῖρας σου ἐφαπλῶν αὐτὰς τῷ σταυρῷ, καὶ ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῷον τῆς πατρικῆς εὐδοκίας. Εὐδοκία δὲ Πατρὸς τὸ πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι διὰ τοῦ ἑκουσίου σου πάθους, καὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Ἐπίγνωσις δὲ ἀληθείας ἡ πρός σε καὶ τὸν ἀναρχόν σου Πατέρα καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα πίστις ὀρθόδοξος· Τίς οὐ προσκυνήσει τὸ ὅπλον τῆς σωτηρίας ἡμῶν; Τίς οὐ δοξάζει τὸν ἀναιρέτην τοῦ βρωτοκτόνου Σατάν; Τοῦτο φῶς τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ σημείουμενον ἐφ' ἡμᾶς. Σκῆπτρον γὰρ βασιλέως φῶς αὐτοῦ ὡς λύχνος, πρὸς αὐτὸν τοὺς ἀγνοοῦντας ἐφοδηγοῦν. Τοῦτο σημείωσις δεδομένη τοῖς φοβουμένοις τὸν Κύριον τοῦ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τόξου, καὶ τῶν δαιμονικῶν προσβολῶν. Τοῦτο καὶ ξύλον πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων καὶ τῶν τοῦ σωτηρίου πηγῶν. Ἐν πάσαις γὰρ ταῖς θείαις Γραφαῖς ὕμνοις περιαντλούμενος ἐστιν ὁ σταυρὸς, ὃς τὸν καρπὸν αὐτοῦ δέδωκεν ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καθ' ὃν ἐν τῷ Λυθοστρώτῳ (2) ἐπεφύτευτο. Χρίει δὲ ὁ σταυρὸς τοῖς τὸν ἔνυγρον μὲν βίον καὶ πλαδαρὸν διαπτύουσι, τῇ

[20] Deut. XXVIII, 66. [21] Psal CXLIV, 15. [22] Psal. IV, 7. [23] Psal. LIX, 6. [24] Matth. XXIV, 45.

(2) Vocat Germanus Calvariæ montem Lithrostroton quod et ab aliis Græcis factum observavimus. Nec satis mihi notum qua ratione; cum Lithrostotos fuerit tribunal Pilati, ex quo sententiam mortis in Christum dixit.

τραχύτητι δὲ καὶ σκληραγωγίᾳ τῆς κατὰ Χριστὸν διαγωγῆς προσανέχουσιν. Ὁ δὲ κάρπος αὐτοῦ ἄφεσις ἁμαρτιῶν, ἣν ὁ ἐν αὐτῷ προσπαγεὶς Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν ἐδωρήσατο.

A ea affixus Agnus Dei, *qui tollit peccatum mundi* [25], donavit credentibus in ipsum.

Ἀλλὰ δεῦτε πάντες προσκυνήσωμεν ὑῷ ὑποποδίῳ τοῦ παμβασιλέως Χριστοῦ. Προσπίσωμεν ἑκόντες, ἵνα μὴ ἄκοντες τοῦτο πάθωμεν, ὅταν ὁ Πατὴρ τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Υἱοῦ ὑποποδίον θῇ τῶν ποδῶν αὐτοῦ. Δεῦτε τοίνυν προσπίσωμεν καὶ κλαύσωμεν ἐναντίον Κυρίου τοῦ πλάσαντος, ἡμᾶς, εἶτα φθαρέντας τῇ παρακοῇ ἀναπλάσαντος διὰ σταυροῦ, ἵνα μὴ κλαύσωμεν, ὅταν αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται, καὶ ὀφθήσεται τὸ σημεῖον τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Ὡς γὰρ ἀψευδὴς Θεὸς ὁ Χριστὸς προειδήλωσε, προπορεύσεται τῆς δευτέρας παρουσίας αὐτοῦ ὁ σταυρὸς, ὡς βασιλικὴ σημαία πανεύσημος, καὶ γνωρίσουσι πάντες οἱ ἐξ Ἀδὰμ μέχρι τῆς συντελείας ἄνθρωποι, ὡς ὁ ἐσταυρωμένος Χριστὸς ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Προφθάσωμεν οὖν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει. Οἰκειωθῶμεν τῷ βασιλεῖ τῶν αἰώνων καὶ κριτῇ πάσης πνοῆς τῷ ἐσταυρωμένῳ Χριστῷ οἰκείωσιν τὴν διὰ μιμήσεως. Μιμεῖται δὲ τὸν Χριστὸν ὁ καθηλώτας τῷ θείῳ φόνῳ τὰς ἑαυτοῦ σάρκας, καὶ ᾧ κόσμῳ σταυρωθεὶς καὶ ἀπονεκρωθείς

B

Cæterum adeste omnes, adoremus scabellum ubique regnantis Christi, procidamus volentes, ne id nolentes facere cogamur, quando Pater inimicos Filii posuerit scabellum pedum ejus. Adeste igitur, *procidamus et ploremus coram Domino qui fecit nos* [26]. perditosque ob inobedientiam reparavit per crucem, ne ploremus, quando virtutes cœlorum commovebuntur, *apparebitque signum Filii hominis in cœlo, et plangent omnes tribus terræ* [27]; ut enim mentiri nescius Christus Deus prædixit, crux secundum ejus adventum antecedet, tanquam regale vexillum ab omnibus facile cognitu. Et cognoscent omnes ex Adamo progeniti usque ad consummationem, Christum crucifixum venire judicatum vivos et mortuos. *Præoccupemus igitur faciem ejus in confessione* [28]. Similes fiamus Regi sæculorum et judici omnis spiritus Christo crucifixo, similitudine, quæ est per imitationem. Imitatur vero Christum, qui divinæ morti carnem suam clavis affigit, mundo crucifixus et mortuus.

Κάμμυσόν σου τοὺς ὀφθαλμούς, ἐπάν τι τῶν θελγόντων αὐτοὺς προσβάλῃ ποθεν, πρὸς ἀδονῆς βλαβερᾶς παρασύρον σε ὄλεθρον. Κλεῖσον τὸ στόμα σου ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν διάβολον ἐναντίον σου ἐριθίζοντα πρὸς ὕβρεις καὶ καταλαλοῦντα τοῦ πλησίον. Κωφώθητι καταλαλούμενος, ὑβριζόμενος, καὶ ψάλλε μετὰ Δαυὶδ κατὰ νοῦν· Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον, καὶ ὡσεὶ ἄλαλος οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα αὐτοῦ. Δέσμευσόν σου τὰς χεῖρας, ἵνα μὴ πρὸς τὰς ψυχοβλαβεῖς ἐκτείνοιντο πράξεις, μηδὲ πρὸς τὴν ἁρπαγὴν τῶν μὴ ἀνηκόντων σοι. Συνδέσμευσον καὶ τοὺς πόδας πειρωμένους τρέχειν πρὸς ἃ οὐδὲς βάραθρα, καὶ ἁπλῶς εἰ πεῖν, καθήλωσον καὶ χεῖρας καὶ πόδας τῷ φόβῳ τοῦ διὰ μολυσμὸν τοῦ ψυχικοῦ ἐνδύματος δεθέντος χεῖρας, καὶ πόδας, καὶ ἀποῤῥιφέντος εἰς κόλασιν. Ἐὰν οὕτω συσταυρωθῇς τῷ Χριστῷ, συνδοξασθήσῃ αὐτῷ, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων. Τότε προσκυνήσεις τελειότερόν τε καὶ ὑψηλότερον τὸν πολυπόθητον τοῦ Κυρίου σταυρόν, κατιδὼν ἡλιακὰς ἀκτῖνας φωτοβολοῦντα, καὶ ταῖς ἀγγελικαῖς περικυκλούμενον ταξιαρχίαις, καὶ συνθηματίζοντα τοῖς πιστοῖς τὴν πρὸς τὸν βασιλέα συνδρομὴν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀφοριζοντα, καὶ πρὸς τὴν κληρονομίαν τῆς ἀδιαδόχου βασιλείας συγκαλούμενον, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνα τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

C

Claude tuos oculos, cum quid delectabilium in eos incurrerit, abripiens te ad perniciosæ voluptatis exitium. Claude os tuum, cum consistit adversum te peccator calumnians, et irritans ad injurias, et obtrectans proximo. Surdus esto ad oblocutiones et injurias, et cane cum Davide mente tua : *Ego vero tanquam surdus non audiebam, et sicut mutus non aperiens os suum* [29]. Liga manus tuas, ne extendantur ad actiones animæ damnosas, neque ad rapinam earum rerum quæ nihil ad te attinent. Colliga simul et pedes, si conentur currere ad devia et barathra, et ut paucis dicam, confige manus et pedes timore ejus, qui ob contaminationem animalis indumenti manibus et pedibus ligatus et ad pœnam expositus est. Si ita simul cum Christo crucifigaris, gloriam cum ipso consequeris, quando venerit in gloria Patris sui cum sanctis angelis. Tunc adorabis perfectiorem jam et sublimiorem desiderabilem Domini crucem, cum videris solares radios ejaculantem, angelicisque turmis circumdatam, signumque fidelibus, ut ad Regem confugiant, præbentem, et ab hostibus segregantem, et ad hæreditatem expertem successionis convocantem, quam omnes nos assequi contingat in ipso Christo Deo nostro, quem decet omnis gloria, honor, et adoratio, cum Patre principio carente, sanctoque et bono et vivificante Spiritu, nunc et in infinita sæculorum sæcula. Amen.

D

[25] Joan. I, 29. [26] Ps XCIV, 6. [27] Matth. XXIV, 30. [28] Psal. XCIV, 2. [29] Psal. XXXVII, 14.

τοὺς, ὡς καὶ σώματα παραβιάζειν πρὸς ἕνωσιν, καὶ εἰς πῆγμα ἓν συσφίγγεσθαι καὶ συνάγεσθαι.

Ἡ δὲ τηλικαύτη πανήγυρις ὑπόθεσιν ἔχει τὴν ἀνάμνησιν τῆς τῶν παναγίων εἰκόνων ἀναστηλώσεως. Ἔκειτο μὲν γὰρ ἡ εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ οὐ τριήμερος, ἀλλὰ πολυχρόνιος ὑπὸ τὸν τῆς ὀφαντώσεως τοπον, βασκανίᾳ τῶν Ἰουδαιοφρόνων αἱρετικῶν. Νῦν δ' ἀλλ' ἐκεῖθεν εὐδοκίᾳ Πατρὸς ἐξανίσταται, καὶ πρώτη τῆς ἀναστάσεως ταύτης εὐαγγελίστρια ἡ σεμνοτάτη ἐν γυναιξὶ καὶ μαθήτρια τοῦ Χριστοῦ, ἡ τῆς θείας δωρεᾶς (4) φερώνυμος βασιλὶς, καὶ δι' αὐτῆς πρὸς πάντας τοὺς τότε ἀποστολικοὺς ἄνδρας καὶ χριστοκήρυκας τῆς ἀναστάσεως διαβαίνει τὸ κήρυγμα, καὶ καλλωπίζεται αὖθις ἡ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία τοῖς ἱερομόρφοις, καὶ εὐωδιάζεται πλεῖστον ἀπαλλαγεῖσα τῆς εἰκονομαχικῆς βδελυρίας. Μυροφόρου γὰρ τάξιν ἀποπληρώσασα ἡ καλὴ αὕτη μαθήτρια καὶ θεοστεφὴς ἄνασσα τοὺς μεταλαβόντας τῆς τοῦ Κοπρωνύμου αἱρέσεως, ὡς τινας κοπρογενεῖς κανθάρους, ἀποπνίξασα ὤλεσε, καὶ τὸν οἰκεῖον σύνευνον τὸν βασιλέα Θεόφιλον ἀθλίως αἰχμαλωτισθέντα ὑπὸ τῆς τυραννικῆς δυσσεβείας, ὡς ἀπὸ κοπρίας πτωχὸν ἐξήγειρεν, ἡ κοινωνὸς μὲν τοῦ βίου, τοῦ δὲ φρονήματος ἀκοινώνητος. Ὢ καλῆς γυναικὸς πολλῶν γυναικῶν ἀναπαλαισάσης ἥττήματα! Εὔα τὸν ἄνδρα τοῦ παραδείσου ἐκβάλλει, μολύνασα τὸ κατ' εἰκόνα διὰ τῆς παρακοῆς. Ἐπὶ τῆς κοπρίας ὁ Ἰὼβ ἐκάθητο, τὸ μὲν σῶμα δύσοσμος, τὴν δὲ ψυχὴν εὔοσμος, καὶ ἡ πονηρὰ ἐκείνη γυνὴ συνεβούλευε τοῦτῳ, ἵνα καὶ τὴν ψυχὴν ῥυπώσῃ διὰ βλασφημίας. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἡ θεόφιλος αὕτη γυνή· αὐτῇ γὰρ ἐμφαρμόσει μᾶλλον τὸ τοῦ ἀνδρὸς ὄνομα. Θεὸν γὰρ ἀγαπήσασα, ὑπὸ Θεοῦ ἠγαπήθη, καὶ διὰ τὸν Θεὸν καὶ τὸν ἄνδρα (5) ἐφίλησεν οὕτω σφοδρῶς, ὡς ἐξ ᾅδου ἁρπάσαι καὶ τῶν ἐκεῖ δικαιωτηρίων, καὶ πρὸς παράδεισον ἀντεισαγαγεῖν σπουδάσματι φιλοθέῳ καὶ μόχθῳ πνευματικῷ, ἐπὶ δὲ τῆς κοπρίας καθήμενον τῆς τοῦ Κοπρωνύμου βδελυρωτάτης αἱρέσεως τῆς κατ' αὐτὴν βλασφημίας μᾶλλον ἐῤῥύσατο, καὶ θερμὸν εἰσήνεγκε τὸν ἀγῶνα προσοικειώσαι τοῦτον τῷ Χριστῷ, οὗ μύρον ἐκκενωθὲν τὸ ὄνομα.

Οὕτως ἀγαπᾶτε, γυναῖκες, τοὺς ἄνδρας· οὕτω βοηθεῖτε· ἀλλὰ μὴ μόνοις τοῖς σαρκικοῖς τὸ κοινωνικὸν ἔχετε πρὸς τοὺς συζύγους ἄνδρας, διὰ· ἡδυπάθειαν φιλοῦντες αὐτούς· ἀλλὰ συνεργεῖτε καὶ πρὸς τὴν ψυχὴν ὠφελοῦντα, καὶ συμβουλεύετε τὰ πρὸς τὴν σωτηρίαν. Κἂν πρὸ ὑμῶν ὁ θάνατος ἐκείνους ἁρπάσειεν ἔτι ἐσπιλωμένους κατὰ ψυχὴν, θέσθε φροντίδα τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ προσευχῶν, διὰ δακρύων, δι' ἐλεημοσυνῶν, διὰ θαίων ἱερουργιῶν. Δύνασαι γὰρ, ὦ γύναι, καὶ θανόντα τὸν ἄνδρα σῶσαι (6) διὰ τῶν

(4) Theodora imperatrix uxor Theophili, mater Michaelis de qua Zonaras Cedrenus, et alii. Alludit ad Theodoræ nomen verbis illis : Ἡ τῆς θείας δωρεᾶς φερώνυμος βασιλίς.

(5) Sunt qui scribant Theophilum imperatorem sub finem vitæ resipuisse, et ab Iconomachorum impietate destitisse. Ita refertur in Perioche, seu

A Deo, et inter se vinculo, ut et corpora quodammodo ad unionem et conjunctionem compellant, utque in unum quasi pegma coagmententur et concrescant.

Tanti vero concursus causa est commemoratio sanctarum imaginum restitutarum. Jacebat enim Christi imago, non triduo, sed longissimo tempore in obscuro et tenebricoso loco invidia hæreticorum idem cum Judæis sentientium : sed nunc inde voluntate Patris exsurgit et prima hujus resurrectionis annuntiatrix exsistit gravissima inter mulieres et discipula Christi regina, quæ a divino munere nomen habet : et per ipsam ad omnes, qui tunc erant apostolici viri, Christique præcones, resurrectionis hujus præconium manat, rursusque
B exornatur Christi Ecclesia sanctorum imaginibus et typis, gratumque odorem acquirit, ab Iconomachorum abominatione liberata. Vasis enim unguentarii vice functa egregia illa discipula, et a Deo coronata regina, omnes qui Copronymi hæresi infecti erant, tanquam scarabæos quosdam, ex cœno progenitos, suffocans perdidit : et proprium conjugem imperatorem Theophilum miserabiliter a tyrannica impietate captum, tanquam de stercore inopem excitavit, vitæ quidem consors, at sententiæ exsors. O eximiam mulierem, quæ multarum mulierum clades et damna præstitit! Eva virum ex paradiso ejicit' contaminata per inobedientiam illa quæ secundum Deum est, similitudine. Sedebat Job in sterquilinio, corpore
C quidem graviter olens, anima autem gratum odorem halans. Et improba illa mulier suadebat ei, ut et animam blasphemiis proferendis inquinaret. Non ita Dei amantissima hæc femina. Ipsi enim mariti nomen competit. Nam cum Deum diligeret, a Deo dilecta est, propterque Deum virum quoque tam vehementer amavit, ut eum ex inferno, eoque, quod inibi est, tribunali eripuerit, et ad paradisum conatu et studio superis grato, et spirituali labore traduxerit, hærentemque in cœlo exsecrandæ hæreseos Copronymi, ab hac blasphemia expedivit, validumque certamen subiit et sustinuit, ut eum vindicaret Christo, cujus nomen unguentum effusum.

In hunc modum, o mulieres, amate maritos vestros ; sic opem ferte, neque in solis carnalibus
D communionem cum viris vestris habete, amantes illos propter voluptatem ; sed et subministrate ea quæ animæ conducunt ; et suggerite quæ ad salutem pertinent. Etsi prius mors illos abripuerit adhuc vitiis inquinatos, curate illorum salutem precibus, lacrymis, eleemosynis et divinis sacrificiis. Potes enim, o mulier, mortuum quoque virum his operibus salvum reddere. Quia vero adhuc

summa libri vicesimi primi Nicephori Callisti : qui liber simul cum aliis post decimum octavum sequentibus necdum prodiit. Clycas tamen ait IV p. *Annal.* Theophilum moriturum petiisse ne imagines sacræ rusus erigerentur. Idem Zonaras in Theophilo.

(6) Locus pro purgatorio probando.

supersunt retrimenta quædam de abominatione Copronymi, audentque rabidi illi canes et amici luto sues contra adorandas et sacras imagines Christi, omniumque sanctorum, fenum et stercus evomere (sic enim impia et blasphema illorum dicta apello, sunt autem isti, qui vulgo Bogomili vocantur, verissimi Antichristi discipuli, et proditoris Judæ condiscipuli), ideo ad ipsos orationem convertam. Etenim non raro illis in faciem restiti, illorumque impudentes vultus confudi, subsidio Christi, qui ab illis injuria et contumeliis afficitur. Paucula vero quædam ex disputatione illa selecta et delibata, cum vestra etiam charitate communicabo, ut cognita illorum errore, fraudulentis verbis inscientes non circumveniamini. Multi enim nunc circumeunt, inque domos sese insinuant, in tenebris ambulantes, et pietatis specie multos simul abripiunt. Nam cum sint tenebricosi diaboli, transfigurant sese in angelos lucis.

Rogavit me quidam ex diabolicorum Bogomilorum numero : Quare, inquit, adoratis parietes, et asseres, et calcem, et diversos colores? Iis vero sacras imagines tacite significabat. Ad quem ego: Quando vidisti aliquem Ecclesiæ nostræ alumnum ad fornaces, ubi calx est vel ad rudera, ubi lapidum cumuli visuntur, vel ad officinas, ubi venduntur colores, properare, et ista adorare et colere? Si enim lapidibus et coloribus cultum exhiberemus, necesse esset ut ubicunque lapidem vel asserem conspiceremus, ea adoraremus. At longe aliter se res habet. Neque tu quantumvis inimicus veritatis, id affirmare ausis. Cultum enim exhibemus non simpliciter materiæ, sed ei, quæ in materiis elucescit, figuræ ; neque omni figuræ, sed Christi, castissimæ Dei Matris, aliorumque sanctorum. Nam honor imaginis transit ad prototypum. Et forte quidem historice Christus expressus est vel in hac tabula, vel in pariete, cruci affixus, nudus. Astant autem Judæi porrigentes acetum cum felle latus fodientes. Pilatusque in throno considens, assistentibus ei multis satellitibus : omnia hæc illis in coloribus et historiis repræsentantur. At nos, relicto eo, qui sedet in throno, relictis illusoribus Judæis, militibusque Christum vulnerantibus, eum, qui nudus in cruce pendet et ab ipsis illuditur, adoramus et salutamus. Hic sunt colores et ibi colores : hic figuræ et ibi figuræ. Quare igitur illas quidem odimus et aversamur, has vero amplectimur et osculamur ? Qua de causa ?

Ego tibi explicabo : Scimus eorum, quorum prototypa et exemplaria sancta sunt, sanctas itidem imagines esse. Quorum vero prototypa exsecrabilia sunt, eorum itidem imagines detestandas esse. Iterum ergo interrogabo te, tu iterum responde. Librum Evangeliorum sanctum esse confiteris, eumque, ut thesaurum æternorum bonarum colis, an et hunc

τοιούτων. Ἀλλ' ὅτι καὶ νῦν εἰσί τινες τῆς Κοπρωνύμου βδελυρίας ἀποσκυβαλίσματα, καὶ ἀποτολμῶσιν οἱ λυσσητῆρες κύνες καὶ φιλοβόρβοροι χοῖροι κατὰ τῶν προσκυνητῶν καὶ ἱερῶν χαρακτήρων τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων πάντων κόπρια ἐναποπτύειν (οὕτω γὰρ ἐγὼ καλῶ τὰ ἐκείνων βλάσφημα ῥήματα οὗτοι δέ εἰσιν οἱ νῦν Βογόμιλοι κεκλημένοι, οἱ γνήσιοι μαθηταὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, καὶ τοῦ προδότου Ἰούδα συμμαθηταί,· πρὸς αὐτούς τὸ τοῦ λόγου πρόσωπον τρέψω · καὶ γὰρ αὐτοῖς ἐγὼ πολλάκις κατὰ πρόσωπον ἀντέστην, καὶ τὰ μιαρὰ τούτων κατήσχυνα πρόσωπα, συνεργείᾳ τοῦ παρ' αὐτῶν ὑβριζομένου Χριστοῦ. Ὀλίγα δέ τινα τῆς τότε διαλέξεως ἀποτεμόμενος καὶ πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ἐρῶ, ὡς ἂν ἐν εἰδήσει τῆς πλάνης ἐκείνων ὄντες, μὴ λάθητε τοῖς ἀπατηλοῖς ῥήμασι τούτων ἐξ ἀγνοίας περιπαρέντες. Πολλοὶ γὰρ ἀρτίως περιπατοῦσι, καὶ τὰς οἰκίας εἰσδύνουσιν ἐν σκότει διαπορευόμενοι, καὶ σχήματι εὐλαβείας πολλοὺς συναρπάζουσι · σκοτεινόμορφοι γὰρ ὄντες διάβολοι εἰς ἀγγέλους φωτὸς μετασχηματίζονται.

Ἠρώτησέ με τις τῶν δαιμονοπροσώπων τούτων Βογομίλων, Διὰ τί, φησί, προσκυνεῖτε τοίχους, καὶ σανίδας, καὶ ἄσβεστον, καὶ διάφορα χρώματα ; Τοῦτο δὲ οὕτω λέγων τὰς ἁγίας εἰκόνας ἠνίττετο. Καὶ ἐλὼ πρὸς αὐτόν · Πότε δὲ εἶδές τινα τῶν τῆς ἡμετέρας Ἐκκλησίας τροφίμων ἐπὶ τὰς καμίνους πορευόμενον, ὅπου ἡ ἄσβεστος, ἢ ἐπί ἐρείπια, ὅπου αἱ τῶν λίθων σωρεῖαι, ἢ ἐπὶ τὸ τῶν χρωμάτων πωλητήρια, καὶ προσυνοῦντα ταῦτα καὶ σέβοντα; Εἰ γὰρ τοῖς λίθοις καὶ τοῖς χρώμασι τὸ σέβας ἐνέμομεν, ἀνάγκη, ἔχομεν, ἔνθα ἂν εἴδομεν ἢ λίθον ἢ σανίδα, προσκυνεῖν αὐτά. Νῦν δὲ τοῦτο μέν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ σὺ ὁ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς τολμήσεις τοῦτο εἰπεῖν, ἀππνέμομεν δὲ τὸ σέβας οὐχ ἁπλῶς ταῖς ὕλαις, ἀλλὰ τῇ ἐμφαινομένῃ ταῖς ὕλαις μορφῇ, καὶ οὐ πάσῃ μορφῇ, ἀλλὰ τῇ τοῦ Χριστοῦ, τῆς ὑπεράγνου Θεομήτορος, καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων. Ἡ γὰρ τιμὴ τῆς εἰκόνος ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει. Καὶ ἱστόρηται μὲν ὁ Χριστὸς τυχὸν ἐπὶ τῆς σανίδος ταύτης, ἢ ἐπὶ τοῦ τοίχου, ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ἡπλωμένος γυμνός· Ἰουδαῖοι δέ παρίστανται ποτιζοντες ὄξος μετὰ χολῆς, τὴν πλευρὰν κεντοῦντες αὐτοῦ · ὁ Πιλᾶτος καθήμενος ἐπὶ θρόνου, παρισταμένων αὐτῷ πολλῶν δορυφόρων. Ταῦτα πάντα ἐν χρώμασι καὶ ἐν ἱστορίαις. Καὶ ἡμεῖς ἀφέντες τὸν καθήμενον ἐπὶ θρόνου, τοὺς ἐμπαίζοντας Ἰουδαίους, τοὺς τιτρώσκοντας δορυφόρους, τὸν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ κρεμάμενον γυμνὸν καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐμπαιζόμενον προσκυνοῦμεν καὶ ἀσπαζόμεθα. Ἐνταῦθα χρώματα, κἀκεῖ χρώματα, ἐνταῦθα μορφαί, κἀκεῖ μορφαί, Διὰ τί γοῦν τὰς μὲν μισοῦμεν καὶ ἀποστρεφόμεθα, τὰς δὲ ἀγαπῶμεν καὶ ἀσπαζόμεθα ; Διὰ τί ;

Ἐγώ σοι ἐρῶ. Οἴδαμεν, ὅτι ὧν τὰ πρωτότυπα ἅγια, καὶ τὰ εἰκονίσματα ἅγια · ὧν δὲ τὰ πρωτότυπα μιαρά, καὶ τὰ εἰκονίσματα μιαρά. Πάλιν οὖν ἐρωτῶ σε· καὶ πάλιν μοι ἀποκρίθητι. Τὴν βίβλον τῶν Εὐαγγελίων ἁγίαν εἶναί λέγεις, καὶ σέβῃ ταύτην ὡς θησαυρὸν τῶν αἰωνίων, ἀγαθῶν, ἢ καὶ ταύτην ἀποστρέφεις καὶ ἐν τοῖς ἀτίμοις τάττεις ; Οὐγί, φησίν, ἄτιμον'

ἀλλὰ πολλῆς ἀξίαν τιμῆς ταύτην ἡγούμενος καὶ προσκυνῶ καὶ ἀσπάζομαι. Τοῦτο καλῶς εἶπας. Ἔστι γὰρ ἀληθῶς καὶ τιμιωτάτη, καὶ ἁγιωτάτη, καὶ βίβλος ὄντως ζωῆς διαιωνιζούσης. Ἰδοὺ οὖν ἐκ τοῦ στόματός σου κατακριθήσῃ, Βογόμιλε. Εἰπὲ τοίνυν, ἡ βίβλος αὕτη οὐκ ἀπὸ σανίδων σύγκειται; οὐκ ἀπὸ δερμάτων; οὐκ ἀπὸ νημάτων τῶν τὰ δέρματα συσφιγγόντων; οὐκ ἀπὸ μέλανος καὶ ἑτέρων πολλάκις χρωμάτων; Ἆρ' οὖν καὶ σὺ τὸ βιβλίον τῶν Εὐαγγελίων προσκυνῶν καὶ ἀσπαζόμενος, τὰς σανίδας, καὶ τὸ μέλαν, καὶ τὰ δέρματα προσκυνεῖς καὶ ἀσπάζῃ, ἢ τοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ τοὺς ἐγγεγραμμένους τῇ βίβλῳ; Ναί, φησὶ, τοὺς λόγους τοὺς ἐγγεγραμμένους τῇ βίβλῳ. Δύνασαι δὲ ἄλλως τοὺς λόγους τούτους γραφῇ παραδοῦναι καὶ εἰς ἀνάγνωσιν χωρὶς μέλανος καὶ χάρτου; Οὐχί, φησί. Τί οὖν λοιπὸν τὸ συναγόμενον; Ὅτι πρὸς τὴν τῶν εὐαγγελικῶν ῥημάτων ἀναγραφὴν παραλαμβάνονται τὰ δέρματα, τὸ μέλαν, καὶ τἆλλα· τὸ δὲ τιμώμενον οἱ λόγοι εἰσὶ τοῦ Κυρίου οἱ τῇ βίβλῳ ἀνάγραπτοι. Ὥστε εἴ τις ἀπαλείψει τοὺς λόγους, συναπήλειψε καὶ τὴν τῆς βίβλου τιμὴν, καὶ τὸ ἐναπομεῖναν ἀσέβαστον καὶ ἀπροσκύνητον. Οὕτω μοι νόησον, αἱρετικὲ καὶ ἀνόητε, κἀπὶ ταῖς τῶν ἁγίων ζωγραφίαις εἰκόνων, ὅτι τὸ τιμίομενον καὶ προσκυνούμενον ὁ χαρακτὴρ ἐστι καὶ τὸ ὄνομα εἴτε τοῦ Χριστοῦ, εἴτε τῆς Θεοτόκου, εἴτε τινὸς τῶν ἁγίων. Ταῦτα δὲ μορφωθῆναι ἢ γραφῆναι ἀδύνατον, εἰ μὴ ἐκ διαφόρων χρωμάτων· τοῦ δὲ χαρακτῆρος ἀπαλειφθέντος (7), ἄτιμος τὸ ἀπὸ τοῦδε ἡ ὕλη καὶ κεκοίνωται.

Ὡς ἐν παραδείγματι δὲ εἰπεῖν, ἔστω που ἱστάμενον ἔσοπτρον ἢ ἐξ ὑέλου ἢ ἐκ σιδήρου, καὶ ὑπόθου τὸν Χριστὸν ἱστασθαι ἀντὶ προσώπου τινὸς τῶν τοιούτων ἐσόπτρων. Εἰδοποιείσθω δὲ καὶ ὁ χαρακτὴρ αὐτοῦ τῇ τοῦ ἐσόπτρου στιλπνότητι καὶ ἐμφαινέσθω καθαρῶς ἐν αὐτῇ. Ἐάν οὖν ἐκ πόθου τις προσιὼν τῷ ἐσόπτρῳ, ἐν ᾧ ἡ μορφὴ ἐμφαίνεται τοῦ Χριστοῦ, καὶ προσψαύσῃ τοῦτο τοῖς χείλεσι καὶ ἀσπάσεται, ἆρ' οὖν τὸ ἔσοπτρον ἐτίμησεν ἢ τὴν ἐν τῷ ἐσόπτρῳ μορφὴν τοῦ Χριστοῦ; Εὔδηλον, ὅτι τὴν μορφήν. Εἰ γὰρ τὴν φύσιν ἐτίμησε τοῦ ἐσόπτρου, καὶ τὸ σέβας ταύτῃ ἀπένειμεν· ἀκόλουθον ἦν αὐτῷ πάντα ὕελον καὶ πάντα σίδηρον προσκυνεῖν. Εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησε, πώποτε, ἐκεῖνο δὲ μόνον ἠσπάσατο, ἐν ᾧ ἐφάνη τὸ μόρφωμα τοῦ Χριστοῦ· δῆλόν ἐστι καὶ τυφλῷ, ὅτι τὴν ἐν τῇ ὕλῃ ἐμφαινομένην μορφὴν ἐτίμησε τοῦ Χριστοῦ. Τὸν ὅμοιον τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων λογίζου. Ἀλλά σὺ ὁ αἱρετικὸς οὐχ ἁπλῶς οὕτως Εἰκονομάχος εἶ, ἀλλ' ἀντικρὺς Χριστομάχος, καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τῆς ἁγίας αὐτοῦ εἰκόνος ἐκπεπολέμωσαι, καὶ ἐκτεθηρίωσαι ὑπὸ τοῦ ἐνοικοῦντός σοι δαίμονος. Καὶ γὰρ καὶ τὰς παρδάλεις φασὶν ἀπεχθῶς ἔχειν πρὸς τὰ τῶν ἀνθρώπων πρόσωπα, καὶ λυττᾷν κατ' αὐτῶν μανικῶς, κἄν που ἱστορουμένην ἴδοι ἐνανθρωπείαν μορφήν,

aversaris, et honore indignum ducis? Nequaquam, inquis, honore indignum, sed plurimo honore dignum existimans, eum adoro et osculor. Recte hoc dixisti. Vere enim omni veneratione dignus et sanctissimus est, vereque liber æternæ vitæ. Vide igitur, ex ore tuo condemnaberis, Bogomile. Dic ergo, nonne liber hic ex asseribus compactus est? Nonne ex pellibus? Nonne ex filis pelles connectentibus? Nonne ex atramento, et aliis non raro coloribus? An igitur et tu librum Evangeliorum adorans et deosculans asseres et atramentum et pelles adoras et oscularis, an verba Dei libro illi inscripta? Vere, inqnit, verba Dei in libro scripta. An potes vero verba Dei scribere, et ut legi possint, efficere absque atramento et charta? Non, inquit Quid igitur hinc concluditur? Videlicet ad Scripturam evangelicorum verborum adhiberi pelles, atramentum, et his similia; id vero quod honoratur, esse ipsa Domini verba in illo libro exarata. Itaque si quis verba deleat, simul etiam libri honorem et reverentiam oblitteravit, idque, quod remanet, inglorium, et inhonorum, et adorationis expers effecit. Sic, hæretice et fatue, de sanctis itidem imaginum picturis cogita, id nimirum quod honoratur et adoratur, esse figuram et nomen sive Christi, sive Deiparæ, sive alicujus ex cœlitum numero. Hæc vero formari aut pingi aliter nequeunt, nisi ex diversis coloribus; figura autem expuncta inhonora de cætero remanet materia et communis.

Et ut exemplo rem illustremus: sit speculum aliquod vel vitreum vel ferreum, et finge e regione alicujus ex speculis consistere Christum. Effigietur vero forma etiam illius, splendore speculi et claritudine, et in ea clare reluceat. Si igitur quis desiderio tactus ad speculum accedat, in quo species Christi relucet, illudque labiis attingat et osculetur, num talis speculum honoravit, an eam, quæ est in speculo, formam Christi? Perspicuum est, quod formam. Si enim speculi naturam coluisset, eique cultum exhibuisset, consequens esset, ut omne vitrum et omne ferrum adoraret. Si autem hoc nemo unquam fecit, illud vero duntaxat osculatus est, in quo Christi species apparuit, planum est vel cæco, eum illam, quæ in materia elucescebat, formam honorasse: idem de sacris imaginibus statue. Sed tu, qui hæreticus es, non simpliciter Iconomachus, hoc est, imaginum hostis, sed adversa fronte Christomachus, hoc est, Christi oppugnator es, eaque de causa contra sacram ipsius imaginem arma corripis, et efferatus es. Nam et pardales ferunt hostili animo esse in humanam figuram, et in eam rabiose furere, et sicubi speciem hominis efformatam viderint, in eam insanire, et iracunde insilire, unguesque expromere et exacuere. Tales sunt et filii

(7) Hæretici interpretes Cedreni et Glycæ, Iconomachos et Iconoclastas vocant *simulacriperdas*, nomine hæretico, et ad fraudem prorsus apto; et ἀναστήλωσιν τῶν εἰκόνων, vocant *restitutionem simulacrorum*, ut et εἰκόνας, *simulacra*; ignoscerem, nisi scirem, qua mente hanc vocem usurpent, et quo et quonam usurpando alludant Magis probo interpretem in rebus ecclesiasticis magis ecclesiasticum, quam Latinum, etsi nomen imaginis æque Latinum, ac illud alterum.

perditionis, et Antichristi præcursores diabolici revera Bogomili, qui Christum insigniter oderunt, neque vel oculis usurpare sustinent venerandam ejus imaginem, quin et idolum illam nominant.

σοῦντες ἐκτόπως, οὐδὲ τὴν πανσέβαστον αὐτοῦ μορφ ὀνομάζουσιν.

Vere « sepulcrum patens est guttur eorum [56], » halans multam fetoris blasphemiam, filii tenebrarum, et ad lumen veritatis cæci sunt. Christus, mundi conditor, cum vidisset similitudinem quamdam Tiberii Cæsaris, hominis impii et idololatræ, non affecit eam injuria, neque idolum nominavit, sed imaginem. Tu vere, miser, non cohorrescis, cum impium illum hominem, quoad honorem et cultum præponis Christo, cælorum Regi, sanctisque angelis inaccesso, cumque imaginem illius idolum esse blasphemas? Ubi autem figuram Cæsaris Christus imaginem appellet, audi. Interrogarunt aliquando Christum Judæi, tui amici, et fratres, et fœderati, nihil enim a Judæo differt Bogomilus; quin potius omni Hebræo sceleratior est Bogomilus: Hebræus enim licet cætera improbus sit, attamen Deum rerum conditorem esse confitetur. At Bogomilus diabolo rerum procreationem ascribit. Obstupesce, cœlum, super hoc, et fundamenta terræ, movemini, et disrupta absorbete desertores istos, et in communem rerum effectorem et creatorem injuriosos, ut et olim Dathan et Abiron cum suis.

Quod igitur dicere instituebamus, hoc erat: interrogarunt aliquando Christum Judæi, « si liceret censum dare Cæsari, an non? » Ille vero respondit dicens: « Ostendite mihi numisma census. » Illisque ostendentibus, rursus respondit: « Cujus est imago hæc et superscriptio? Dicunt ei: « Cæsaris. » Et Christus: « Reddite, inquit, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo [57]. » Audisti, exsecrande Bogomile, Christum dicentem: *Cujus est hæc imago et superscriptio?* quodque similitudo Cæsaris in numismate expressa imago fuerit, non idolum. Sed objicit: Scriptura testatur, « simulacra gentium argentum et aurum [58] » esse, et nec loqui nec videre, neque ambulare. Cum igitur etiam imagines nihil eorum operentur vel agant, quæ agere solent illi, quibus ex appetitu sese movendi, et loquendi, et ambulandi facultas inest, affirmamus illas idolis non esse absimiles. Insipiens, et stolido corde homo! Si loquerentur imagines, si viderent, si audirent, si circuirent, non essent imagines, neque similitudines sed prototypa et homines perfecti. At imago est tantum similitudo prototypi, et imitatio quædam notis expressa. Divina vero Scriptura idola appellat dæmonum similitudines. Dæmones enim erant gentilium dii. Num igitur, quod dæmones fuerint dii gentium, abnegabimus nos verum Deum, et ut athei in hoc mundo versabimur? Hoc enim affirmare tuæ tenebricosæ

A ἐπιμαίνεσθαι ταύτῃ, καὶ ἐκθύμως καθάλλεσθαι, καὶ ἐκπτύσσειν τοὺς ὄνυχας. Τοιοῦτοί εἰσι καὶ οἱ τῆς ἀπωλείας υἱοὶ, καὶ τοῦ Ἀντιχρίστου πρόδρομοι οἱ διαβολιανοὶ τῷ ὄντι Βογόμιλοι, οἱ τὸν Χριστὸν μιῆν ἀνέχονται καθορᾶν, ἀλλὰ καὶ εἴδωλον αὐτὴν

Ἀληθῶς « τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, » πολλὴν ἀποπνέων τὴν δυσωδίαν τῆς βλασφημίας, υἱοὶ τοῦ σκότους καὶ περὶ τὸ φῶς τῆς ἀληθείας, τυφλοί. Ὁ Χριστὸς, ὁ ποιητὴς τοῦ κόσμου, ὁμοίωμα θεασάμενος τοῦ Τιβερίου Καίσαρος, ἀνθρώπου δυσσεβοῦς καὶ εἰδωλολάτρου, οὐχ ὕβρισεν, οὐδὲ εἴδωλον κατωνόμασεν, ἀλλὰ εἰκόνα. Σὺ δὲ οὐ φρίττεις, ἄθλιε, τοῦ ἀσεβοῦς ἐκείνου ἀνδρὸς ἀτιμότερον ἡγούμενος τὸν Βασιλέα τῶν οὐρανῶν, καὶ τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις ἀπρόσιτον, καὶ τὴν εἰκόνα τοῦτου εἴδωλον εἶναι βλασφημῶν; Ποῦ δὲ τὴν μορφὴν τοῦ Καίσαρος ὁ Χριστὸς εἰκόνα κατονομάζει, ἄκουσον. Ἠρώτησάν ποτε τὸν Χριστὸν οἱ σοὶ φίλοι, καὶ ἀδελφοὶ, καὶ ὁμόφρονες. Οὐδὲν γὰρ διαφέρει Ἑβραίου Βογόμιλος, μᾶλλον δὲ καὶ παντὸς Ἑβραίου δυσσεβέστερός ἐστιν ὁ Βογόμιλος. Ἑβραῖος μὲν γὰρ, κἂν τἆλλα εἴη κακὸς, ὅμως ποιητὴν τῶν κτισμάτων τὸν Θεὸν εἶναι ὁμολογεῖ· ὁ Βογόμιλος δὲ τῷ διαβόλῳ τὴν δημιουργίαν ἀποχαρίζεται. Ἔκστηθι, οὐρανὲ, ἐπὶ τούτῳ, καὶ τῆς γῆς σαλεύθητε, τὰ θεμέλια, καὶ διαῤῥαγέντα καταπίετε τοὺς ἀποστάτας τούτους καὶ ὑβριστὰς του κοινου Ποιητοῦ καὶ Δημιουργοῦ, ὡς πάλαι τοὺς περὶ Δαθάν τε καὶ Ἀβειρων.

sane muliebris generi ornamentum, ipsorum quoque cœlestium spirituum nitentissimam obscurat puritatem (24), utpote quæ, comparatione instituta, istam immenso superat intervallo.

XXV. Hoc porro templum et ipse Salomon propheticis oculis conspexit, et futurum velut jam ædificatum contemplatus est, ubi inquit: *Sapientia ædificavit sibi domum* et suffulsit *columnas septem, immolavit victimas suas* (25); non quales in templo, quod ille (Salomon) extruxit, offerebantur quæ nidore et fumo templi ambitum replebant; quales igitur? *Venite*, inquit (26) *comedite panem meum, et bibite vinum, quod miscui vobis.* Hujusmodi est enim secundum Christum Deo acceptabile et incruentum sacrificium (28): *Relinquite* inquit (29) *insipientiam, et vivetis.* Prorsus enim insipientia est existimare, Deum brutorum animantium victimis, et fumo et nidore atque his similibus oblectari. *Numquid enim*, inquit (30), *manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Ecquis ista e manibus vestris exquisivit?*

XXVI. Præterea quanam, o Judæe, ratione Salomoni convenient illa: *Erit nomen ejus benedictum in sæcula* (31)? Quomodo et ea: *Omnes gentes illum beatum prædicabunt* (32)? Moyses, qui Deum vidit, ipse interrogatur, num benedictus sit Salomon. *Maledictus*, hic inquit, (33) *homo quicunque fecerit sculptile, et conflatile, abominationem Domino, opus manuum artificis.* Si itaque Solomon hujus criminis reus convincitur, quomodo habebitur benedictus, qui maledictus deprehenditur? Quomodo insuper omnes gentes beatum illum prædicabunt, sicuti interim nos utique Ecclesia e gentibus collecta nomen Christi et benedicimus et beatum prædicamus quoniam a dæmoniorum errore ipse nos eripuit? *Misit enim*, inquit (34) Deus *Verbum suum, et eripuit eos de interitionibus eorum*, et a studio impietatis. Nos autem, qui eximia hac redemptione digni habiti sumus, quomodo beatum jactabimus, et quomodo benedictionibus Salomonem cumulabimus, qui exemplo suo idololatriam confirmabat, et post falsos deos abire aperte docebat?

(23) Nisi quis malit legendum unica voce κατα. βάλλουσα.

(24) Si nitentissimam angelorum puritatem tam longe excedit Virginis Deiparæ puritas, ut eam plane obscuret, quis suspicari potest, Virginis animam aliquando tenebris ac fœditate peccati obvolutam? Hæc vero diligentius in Germano advertenda. Cum enim disertissime deinceps originalem hanc Deiparæ puritatem profiteatur, hinc sensus istarum quoque sententiarum luculentior evadit.

(25) Prov. IX, 1. Germanus cum LXX habet ὑπήρεισε, *suffulsit*: Aquila tamen et Symmachus verterunt ἐλατόμησε, *excidit*, uti et Vulgatus Latinus legit

(26). IX, 5. Auctor habet ἔλθετε (*venite*) sed communis LXX lectio est, ἔλθατε.

(27) Apud LXX legitur ἀπολείπετε.

(28) Disertissimum habes testimonium fidei nostræ de incruento altaris sacrificio.

(29 Prov. IX, 6. Lectio hujus loci, quam Germanus exhibet, consentit cum Complutensi editione, quæ pariter habet, ἀπολείπετε ἀφρόσυνην, καὶ ζήσεσθε, et sic utraque suffragatur Vulgatæ Latinæ editioni, *relinquite infantiam, et vivite.* Communior Græcorum lectio habet, Ἀπολείπετε ἀφροσύνην, ἵνα εἰς αἰῶνα βασιλεύσητε. Aldina autem editio utrumque sensum sic jungit: Καὶ ζήσεσθε εἰς τὸν αἰῶνα βασιλεύσητε.

(30) Psal. XLIX, 13. LXX tamen habent φάγομαι ... πίομαι.

(31) Psal. LXXI, 17. Germanus cum Aldina editione ἔσται τὸ ὄνομα... communior tamen Græca lectio, cum Vulgata Latina consentiens, habet: ἔστω τὸ ὄνομα κ. τ. λ.

(32) Ibid Paulo aliter Vulgata Latina: *Omnes gentes magnificabunt eum.*

(33) Deut. XXVII, 15. Auctor cum cod. Alexandrino et editione Complutensi habet τεχνίτου pro τεχνιτων, uti communior fert Græca lectio Latinæ Vulgatæ consentiens.

(34) Psal. CVI, 20.

Quod vero benedicendum et adorandum inter omnes gentes sit nomen Christi, auctor nobis est altisonus Isaias, seu ille potius, qui Isaiæ prophetica inspiravit oracula, sic omnino aperte pronuntians : *Vocabitur servis meis nomen novum, qui benedicetur in terra; laudabunt enim Deum verum* (35). Populus enim Dei non amplius Jacob (appellatur), non amplius Joseph aut Ephraim; vetera illa et obsoleta sunt nomina sed novo vocatur nomine (36), quoniam et testamentum novum est, et novus populus. Quodnam vero istud ? Christianus, et a Christo hoc nomine cognominatus, vere nomen suum gerit. Quicunque autem benedicit eum, qui vere nomine suo sic appellatur, (eo ipso) Deum verum benedicit, scilicet Christum, a quo Christianus nomen sortitur.

A Ὅτι δὲ τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα εὐλογητὸν ἐστι καὶ προσκυνητὸν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ἔχομεν τὸν Ἡσαΐαν συνήγορον μεγαλοφωνότατον, μᾶλλον δὲ τὸν αὐτῷ τὰ τῆς προφητείας ἐμπνεύσαντα, καὶ οὕτωσὶ διαῤῥήδην ἀποφηνάμενον · Τοῖς δουλεύουσί μοι κληθήσεται ὄνομα καινὸν, ὃ εὐλογηθήσεται ἐπὶ τῆς γῆς · εὐλογήσουσι γὰρ τὸν Θεὸν τὸν ἀληθινόν. Οὐκ ἔτι γὰρ τοῦ Θεοῦ λαὸς Ἰακὼβ, οὐκ ἔτι Ἰωσὴφ καὶ Ἐφραὶμ, τὰ παλαιὰ ταῦτα καὶ σεσηπότα ὀνόματα · ἀλλὰ καινὸν ὄνομα, ἐπεὶ καὶ καινὴ Διαθήκη καὶ καινὸς λαός. Καὶ ποῖον τοῦτο ; Τὸ Χριστιανός, καὶ ὁ ἀπὸ Χριστου παρωνομασμένος ὀνόματι τούτῳ φερωνυμεῖται. Καὶ ὁ τὸν οὕτω φερωνυμούμενον εὐλογῶν εὐλογεῖ τὸν Θεὸν τὸν ἀληθινὸν, τοῦτ' ἔστι Χριστὸν, ἀφ' οὗ ὁ Χριστιανὸς παρωνόμασται.

Age itaque, et exinde sta mecum, atque ambo simul Christum verum Deum adoremus; et fac nobiscum signeris (37) lumine vultus illius ac novi Testamenti sanguine, sicque mortis auctorem et tenebrarum principem effugias.

B Δεῦρ' ἴθι, καὶ στῆθι λοιπὸν μετ' ἐμοῦ, καὶ προσκυνήσωμεν ἅμφω Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν · καὶ σημειώθητι μεθ' ἡμῶν τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου αὐτοῦ, καὶ τῷ αἵματι τῆς νέας Διαθήκης, καὶ διαφύγῃς τὸν ὀλεθρεύοντα καὶ τοὺ σκότους τὸν ἄρχοντα.

XXVII. At scriptum est, inquit, quod *Orietur in diebus ejus justitia et et abundantia pacis* (38). Et hoc oraculum profecto Salomon operibus implevit, utpote qui sapientibus rectisque judiciis lites diremperit, et irruentes hostes per circuitum sibi subjecerit.

ΚΖ'. Ἀλλὰ γέγραπται, φησίν, ὡς ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη καὶ πλῆθος εἰρήνης. Καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων ὁ Σολομὼν τὸν λόγον ἐκύρωσε, σοφαῖς εὐθυδικίαις τὰς ἀντιδικίας διαλύσας καὶ τῶν κύκλῳ συνεπιτιθεμένων κατακυριεύσας ἐχθρῶν.

At vero, quomodo, o sacrilege tacuisti quod sequitur ? Quomodo, fili ministerii, quod merito nocti comparatur, lunam abscondisti ut thesaurum veritatis suffurari posses ? Quodnam vero hoc furtum ? Hoc nempe : *donec auferatur luna*. Verum cum lumine veritatis dubitationibus tuis occurram.

Ἀλλὰ πῶς, ἱερόσυλε, τὸ ἑξῆς ὑπεκράτησας ; Πῶς, ὦ υἱὲ τῆς νυκτὶ παρωμοιωμένης λατρείας, τὴν σελήνην ὑπέκρυψας, ἵνα ὑποκλέψῃς τὸ χρῆμα τῆς ἀληθείας ; Καί τί τὸ κλέμμα ; Τὸ, ἕως οὗ ἀντ- G αναιρεθῇ ἡ σελήνη. Ὅμως ἀπαντήσω σου μετὰ τοῦ τῆς ἀληθείας φωτὸς τοῖς προβλήμασι.

Scriptum est (nam et ego consimilia quædam tibi narrabo) quod *Suscitavit Dominus satan Salamoni Ader Idumæum, et Esrom et Baramceth, et Andraezer ; et convenerunt adversus eum ; et erat dux agminis et occupavit Damasec : eratque satan Israeli cunctis diebus Salomonis* (39). Satan porro dicit hic hostem et oppugnatorem.

Γέγραπται, κἀγὼ γὰρ σοι τὰ ἴσα ἐρῶ, ὅτι Ἤγειρε Κύριος σατὰν τῷ Σαλομὼν τὸν Ἀδὲρ τὸν Ἰδουμαῖον, καὶ τὸν Ἐσρωμ, καὶ τὸν Βαραμεὲθ, καὶ τὸν Ἀνδραίζερ · καὶ συνηθροίσθησαν ἐπ' αὐτῷ · καὶ ἦν ἄρχων συστρέμματος, καὶ προκατελάβετο τὴν Δαμασέκ . καὶ ἦν σατὰν τῷ Ἰσραὴλ πάσας τὰς ἡμέρας Σαλομών. Σατὰν δὲ τὸν ἀντικείμενόν φησι καὶ πολέμιον.

Sed dicam tibi etiam de justitia Salomonis, seu potius non ego, sed Regnorum liber ista enarrat : *Et locutus est populus ad regem Roboam, dicentes : Pater tuus durissimum jugum imposuit nobis* (pater autem Roboam fuit Salomon). *Tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo et gravissimo jugo, quod ipse imposuit nobis* (40). Audisne gratiarum actiones, quas Salomon recipit pro sua erga populum justitia ? Adeo ut ipsa quoque populi defectio ad Samariam, et ad vitulos (42)

Ἐρῶ δὲ σοι καὶ περὶ τῆς δικαιοσύνης τοῦ Σαλομὼν · μᾶλλον δὲ οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ἡ τῶν Βασιλειῶν βίβλος · Καὶ ἐλάλησεν ὁ λαὸς πρὸς τὸν βασιλέα Ῥοβοὰμ, λέγοντες · Ὁ πατήρ σου ἐβάρυνε τὸν κλοιὸν ἡμῶν · πατὴρ δὲ τοῦ Ῥοβοὰμ Σολομών. Καί σὺ νῦν κούφισον ἀπὸ τῆς δουλείας τοῦ πατρός σου τῆς σκληρᾶς, καὶ ἀπὸ τοῦ κλοιοῦ αὐτοῦ τοῦ βαρέος, οὗ ἔδωκεν ἡμῖν. Ἀκούεις τῆς εὐχαριστίας (41), ἧς εὐχαριστεῖται ὁ Σολομὼν περὶ τῆς εἰς τὸν λαὸν αὐτοῦ δικαιοσύνης ; Ὥστε καὶ ἡ ἀποστασία

(35) Isa. LXX, 15 sec. LXX ; nam Vulgatus Latinus paulo aliter : *Servos suos vocabit nomine alio ; in quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo, amen.*

(36) Referri huc possunt quæ leguntur Isa. LXII, 2, 12.

(37) Psal. IV, 7.

(38) Psal. LXXI, 7.

(39 III Reg. IX, 14, sec. LXX versionem, a qua valde hic differt Vulgata Latina, adeo ut nonnulla, quæ apud LXX hoc 14 versiculo continentur, in Vulgata legantur vv. 23 et 25.

(40) III Reg. XII, 3-4 sec. LXX.

(41) Cod εὐχαριστείας.

(42) Vitulos aureos auctor innuit a Jeroboam erectos. Vide III Reg. XII, 28-32.

τοῦ λαοῦ, καὶ ἡ πρὸς τὴν Σαμάρειαν καὶ τὰς δαμάλεις αὐτοῦ μετανάστευσις (43) αἰτίαν ἔχουσι τὴν τοῦ Σολομῶντος ἐπήρειαν.

A suos conversio nullam præter iniquas Salomonis vexationes causam habuerit.

ΚΗ'. Οὐδὲ τὸ, ἕως οὗ ἀνταναιρεθήσεται ἡ σελήνη, κοινωνίαν ἔχει τινὰ πρὸς Σολομῶντα. Νῦν γὰρ καὶ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη, ὡς ἀρχῆθεν ἐτάχθησαν, τὸν οἰκεῖον διελαύνουσι δρόμον, καὶ ὑπηρετοῦσι τοῦ δημιουργήσαντος τῷ κελεύσματι· ἡ δὲ τοῦ Σολομῶντος δόξα εἰς χοῦν κατεσκήνωσε.

XXVIII. Sed nec quidquam cum Salomone commune habet et illud, *donec auferatur luna*. Hucusque enim tum sol tum luna cursum suum, prout constitutum ipsis ab initio fuit, perficiunt, et Conditoris sui nutui obsequuntur ; at Salomonis gloria in pulverem abiit.

Χριστὸς δὲ φιλανθρωπευσάμενος τοῦ κατασκηνῶσαι δόξαν ἐν τῇ γῇ ἡμῶν, ὅπερ ἐστὶ, τὸ τὴν γηΐνην σάρκα τῇ θεώσει Θεὸν ἀπεργάσασθαι, βασιλεύει ἀθάνατα. Εἰρήνη δὲ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ οὐδαμῶς. Πανταχόθεν γὰρ ἐλαύνεται, λιθολευστεῖται, ῥαβδίζεται, ὡς κόσμου δυσωδέστατον μίασμα, Μονος Χριστὸς αἰώνιος βασιλεύς, καὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ὅριον. Ἡσαίου καὶ τοῦτο, οὐκ ἐμὸν, ὅπερ ἐστὶν, ὡς οὔτε ἀρχὴν ἔχει, οὔτε τέλος. Τὸ δὲ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον μόνου Θεοῦ, καὶ τῆς ἀκτίστου ἴδιον φύσεως.

Christus vero, qui ob suam in homines charitatem voluit ut *inhabitaret gloria in terra nostra*, (44), hoc est, ut per unionem cum Deo terrestris caro nostra Deus fieret, Christus, inquam, regnat in æternum. Adde, quod Israelitica gens nuspiam pace fruatur. Ubique enim terrarum vexatur, lapidibus petitur, cæditur virgis, tanquam pestilentissima mundi labes. Solus Christus rex est æternus, et pacis per ipsum partæ nullus est finis. Atque hoc etiam, Christum nempe neque initium habere neque finem, non meum est, sed Isaiæ prophetæ. Initio autem ac fine carere solius Dei est, naturæ videlicet increatæ proprium.

ΚΘ'. Ὥσπερ καὶ ἡ δικαιοσύνη Χριστοῦ ὑπὲρ πᾶσαν ἀνθρώπων δικαιοσύνην. Οὐ γὰρ περὶ διανομὴν καθέλκεται πραγμάτων φθειρομένων, καὶ τῷ βίῳ τούτῳ καταλιμπανομένων, καὶ παιζόντων τοὺς ἔχοντας, ἐν τῷ ἄλλοτε ἀλλαχοῦ μεταπίπτειν καὶ ῥέπεσθαι· ἀλλ' οποία ; Ἧς λιμὴν ὑψηλὴ, καὶ περὶ τὸν ἄνθρωπον καμπτομένη, δι' ὃν ὁ σύμπας κοσμος καὶ τὰ ἐν κοσμῳ. curam gerens hominis, propter quem et totus mundus, et quæ sunt in mundo, condita fuerunt.

XXIX. Atque eadem pariter ratione etiam justitia Christi humanam omnem justitiam longe prætergreditur. Non enim exhauritur in tribuendis bonis, quæ corruptibilia ex natura sua sunt. et cum præsenti vita amittuntur, dumque huc illuc decidunt et transferuntur, possessores suos illudunt ; verum qualis ea est ? Perquam altissima, et

Ἐπειδὴ γὰρ ἐκλελεκται τῷ Θεῷ ἐκ πάντων των τηνικάδε ἀνθρώπων ὁ θεοφιλὴς καὶ μακάριος Ἀβραάμ, ὅτι τὸν Θεὸν ὑπὲρ ἑαυτὸν ἠγάπησε, καὶ οὐ μόνον πατρίδα καὶ συγγένειαν καταλελοιπὼς καὶ πάντα τὰ κτήματα, μετανάστης ἐπὶ την ἀλλοτρίαν ἐχώρει, καὶ οπηποτε ὁ ἄγων ἐκέλευεν, ἤγετο· ἀλλ' οὐδὲ τοῦ μονογενους καὶ κληρονόμου ἐφείσατο δι' αὐτόν· ἐπήγγελται τῷ πατριάρχῃ ὁ Θεος, ὅσα δῆτα ἐπήγγελται, σπέρματος πληθυσμὸν, καὶ γῆς πλατυσμὸν· καὶ, ἵνα μὴ μέγαν κινῶ τὸν ἀνάγυρον, διέδη τὰ τῆς εὐλογίας καὶ ἅπαν τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ.

Et vero postquam Abraham, vir Deo charus ac beatus ex omnibus, qui per eam ætatem vivebant, electus a Deo est, quippe qui Deum magis quam semet dilexit, et non modo patriam et cognationem ac possessiones omnes relinquens, peregrinus venit in terram alienam, et quocunque jussit ille, qui eum regebat, alacriter sese contulit : sed propter Deum ipsum neque unigenito atque hæredi suo pepercit ; vicissim patriarchæ Deus promisit, quæcunque demum promisit, innumeram scilicet posteritatem ac terram late possidendam, atque, ne plura congerens tædio sim (45), benedictiô in universam Abrahæ posteritatem transiit.

Ἀλλ' οὐ πατρῴζον ἐδείχθη τὸ σπέρμα ποτέ· ἀλλὰ τὴν ἐκ διαμέτρου ἐναντιουμένην οἱ Ἀβραμιαῖοι ἐβάδισαν, καὶ γεγόνασι των ἐθνικῶν ἀσεβέστεροι. Κεφάλαιον τῆς ἀσεβείας ἐκείνων, ὅτι ἔθυσαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας τοῖς δαιμονίοις. Οὕτω τὴν θεοφιλεστάτην θυσίαν τὴν ἐπὶ τῷ μονογε-

Verum posteri ejus haudquaquam paternos mores in semetipsis aliquando expresserunt ; imo vero viam diametro oppositam terebant, et filii Abrahæ vel ipsos ethnicos impietate prætergressi sunt. Caput autem impietatis eorum fuit, quod *filios suos et filias immolaverunt dæmoniis* (56). Sic

(43) Nisi quis malit mendose positum μετανάστευσις; pro μετανάστασις, addenda erit lexicis græcitatis serioris et hæc vox quasi a μεταναστεύω.

(44) LXXXIV, 10.

(45) Germani verba ἵνα μὴ μέγαν κινῶ τὸν ἀνάγυρον, adagium continent Græcis familiare, de quo Suidas (ad v. κινεῖς) : Κινεῖς τὸν ἀνάγυρον· ἐπὶ τῶν ἐπισπωμένων ἑαυτοῖς τὰ κακὰ : ***Moves annagycum ; de illis dicitur qui mala in suum caput attrahunt.*** Et hoc sensu idem adagium referunt et explicant Erasmus (Opp. tom. II. p. 52) et Henr. Stephamus (Thesaur. Vol. V, ad V. ἀνάγυρος). At hic sensus, uti patet, ad rem non facit. Itaque cum Suidas addat : Ἔστι δὲ φυτὸν ὁ ἀνάγυρος δυσώδες τρίφυλλον, *Anaggrus autem est planta, quæ si teratur, malum spirat odorem* ; putaverim adagium latiori sensu a Germano usurpatum de iis qui utcunque alicui rei diutius insistendo molesti evadunt.

(46) Psal. cv, 37.

gratissimum Deo sacrificium, quod in unigenito Abrahæ perfectum fuerat, imitati sunt isti perperam ex Abrahæ lumbis et progeniti et progressi ! *Infensus igitur fuit Deus generationi huic et dixit: Semper hi errant corde* (47). Cæterum ethnicorum permistæ multitudinis nulla tunc ratio habita fuerat. Et vero cum *idem Deus esset Judæorum et gentium* (48), utpote communis utrorumque creator et conditor, et omnes opera manuum ejus essent; at gentibus neque legem (scriptam) dederat, neque prophetas ad eos miserat, neque vi miraculorum ad se attrahere illos voluit. Æquum igitur Deus censuit, hos quoque atque eorum res providentia sua visitare, et experientia probare, an gentes divinis mandatis obsequentes se præberent. Et rursus tamen memor promissionum, quibus se erga patriarchas obstrinxerat, et *semen Abrahæ (apprehendit)* (49), et inter Judæos versatus est, licet nosset, se ab illis haud receptum iri. Factus est homo : conspiciendum se præbuit: *cum hominibus conversatus est* (50) ; beneficia sua instar fluenti effudit in Judææ totius conspectu. Ast illi, quasi gravissimam injuriam passi, livore in eum exarserunt, et non secus ac fragranti unguento scarabæi solent, salutaribus aquis exstincti sunt. Tradiderunt, crucifixerunt, morti addixerunt benefactorem suum. Hæc longanimitatis fuerunt : quæ vero potestatis, e mortuis resurgit : per apostolos suos ad gentes transmigrat : effunditur in universam terram *aqua saliens in vitam æternam* (51) ; et *quemadmodum desiderat cerva ad fontes aquarum* (52), ad undas Siloe leniter fluentes avidiori siti (gentes) desideraverunt: et *repleta est universa terra scientia Domini* (53). Hoc disposuit Dei justitia. Nam longe alia hominum perquam iniquissimorum sententia est. Decernunt hi scilicet, e multis fratribus eum solum dignum esse, ut a Patre honoribus cumuletur, qui et contumax, et duræ cervicis, et parricida fuit ; reliquos vero, qui nullius iniquitatis rei deprehenduntur, imo ad mortem usque Patri obsequi parati sunt, ab hæreditate paterna excludendos esse. Porro si hoc est iniquum, uti profecto iniquissimum est, igitur quod ei opponitur, justum est, imo nihil hoc æquius inveniri unquam poterit ejusmodi, quidem fuit justitia, quæ per eos dies orta est (54), quando in terris versabatur Salomon meus ; atque eadem de causa jam antea ab alio propheta (55) hic appellatus est *sol justitiæ*.

νεῖ τοῦ Ἀβραὰμ ἐμιμήσαντο οἱ κακῶς καὶ φῦντες καὶ ἀνατραφέντες ἐξ ὀσφύος Ἀβραάμ. Προσώχθισεν οὖν ὁ Θεὸς τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, καὶ εἶπεν · Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. Τῆς δ' ἐθνικῆς πανσπερμίας τότε λόγος οὐδείς. Καὶ μὴν κοινὸς ὁ Θεὸς καὶ Ἰουδαίων καὶ ἐθνῶν, ὡς πλάστης καὶ δημιουργὸς, καὶ πάντες ἔργα χειρῶν αὐτοῦ, καὶ οὔτε νόμον τοῖς ἔθνεσιν ἔδωκεν, οὔτε προφήτας ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς οὔτε τῇ τῶν θαυμάτων ἀνάγκῃ ἠθέλησεν ἑφ' ἑαυτὸν ἐπισπάσασθαι. Ἐδικαίωσεν οὖν σκοπῇ ἐπισκέψασθαι καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς, καὶ γνῶναι τῇ πείρᾳ, εἰ πειθηνίως ἔχει τὰ ἔθνη πρὸς τὰ θεῖα κελεύσματα. Πλὴν καὶ πάλιν μνημονεύων τῆς πρὸς τοὺς πατριάρχας ἐπαγγελίας, καὶ τοῦ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐπιφοιτᾷ, καὶ ταῦτ' εἰδὼς, ὡς οὐ παραδέξονται. Ἐνηνθρώπησεν · ἐφάνη · ἀνθρώποις συναναστράφη · ποταμηδὸν τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ ἐπὶ πρόσωπον τῆς Ἰουδαίας ἐξέχεεν. Οἱ δὲ, ὡς τὰ μέγιστα ἠδικημένοι, τῷ φθόνῳ ἐνεπυρίζοντο · καὶ τῷ ὕδατι, ὡς μύρῳ οἱ κάνθαροι, ἀπεπνίγοντο. Προὔδωκαν, ἐσταύρωσαν, ἐθανατώσαν τὸν ἴδιον εὐεργέτην. Ταῦτα τὰ τῆς μακροθυμίας · τὰ δὲ τῆς ἐξουσίας, ἀνίσταται ἐκ νεκρῶν · μεταβαίνει διὰ τῶν ἀποστόλων ἐπὶ τὰ ἔθνη · κενοῦται πρὸς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὸ εἰς ζωὴν αἰώνιον ἁλλόμενον ὕδωρ · τὰ δὲ ὃν τρόπον ἐπεπόθει ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, πρὸς τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλωὰμ τὸ ἡσυχῇ ῥέον διψητικώτερον ἐπεπόθησαν · καὶ ἐπλήσθη ἡ σύμπασα γῆ τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον. Τοῦτο ἡ δικαιοσύνη Θεοῦ. Ἐπεὶ τὸ ἕτερον τῶν λίαν ἀδικωτάτων ἐστὶν, τὸ πολλῶν ὄντων ἀδελφῶν τὸν σκληροτράχηλον μόνον καὶ πατραλοίαν καὶ ἀπειθῆ ἀξιοῦν τιμᾶσθαι παρὰ τοῦ πατρός · τοὺς δὲ μηδὲν ἠδικηκότας, ἀλλ' ἑτοίμως ἔχοντας μέχρι θανάτου πείθεσθαι τῷ πατρὶ, τῆς κληρονομίας ἐκβάλλεσθαι. Εἰ τοῦτο ἄδικον, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστι, τὸ τούτῳ ἀντικείμενον δίκαιον, καὶ μείζονα ταύτης τῆς δικαιοσύνης οὐδεὶς ἂν εὑρήσει ποτέ. Τοιαύτη ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς κατὰ γῆν διατριβῆς τοῦ ἐμοῦ Σολομῶντος δικαιοσύνη ἀνέτειλεν · οὗτος καὶ δικαιοσύνης ἥλιος ὑφ' ἑτέρου προφήτου προηγορεύθη τῆς αὐτῆς ἕνεκα διανοίας.

XXX. Quid adhuc (postulas) ? Salomoni (inquit) divinitus collata sapientia fuit.

Λ'. Τί ἔτι ; Θεόσδοτος ἡ σοφία τοῦ Σολομῶντος.

Esto ; sed et terrestris paradisus a Deo plantatus fuit, et paradisi divinitus plantati habitator Adam ipse quoque a Deo conditus est : ipse quoque divinitus sapientia ditatus fuit, idque testantur aptissimæ significationes nominum, quæ sane

Ἀλλὰ καὶ ὁ παράδεισος, θεοφύτευτος καὶ τοῦ θεοῦ φυτεύτου τούτου ἐνδιαιτητὴς (56) ὁ Ἀδὰμ, καὶ οὗτος θεόκτιστος · καὶ οὗτος θεόσοφος, καὶ μαρτυροῦσιν αἱ καταλληλοι σημασίαι τῶν κλήσεων, ἅσπερ ἅπασι τοῖς ζώοις ἐν παραδείσῳ προσήρμοσεν. Ἀλλ' εἰ καὶ

(47) Psal. XCIV, 19, sec. LXX.
(48) Rom. III, 29.
(49) Heb. II, 16.
(50) Bar. III, 38, sed apud LXX, V. 37.
(51) Joan. IV, 4.
(52) Psal. XLII, 1, sec. LXX.
(53) Isa. XI, 9.
(54) Isa. XL V, 8.
(55) Malach. IV, 1 : *Et orietur vobis, timentibus nomen meum, sol justitiæ.*
(56) Cod. ἐνδιατητητής.

τὰ πρῶτα μακαριστέα, τά γε μὴν δεύτερα ταλαιπωρίας, καὶ τὰ τῆς εὐλογίας μετεστράφησαν εἰς κατάραν διὰ τὸν ὄφιν καὶ τὴν γυναῖκα. Ὁ μὲν γὰρ εἰσηγήσατο τὴν πολυθεΐαν· Ἔσεσθε γάρ, φησίν, ὡς θεοί· ἡ δὲ τῶν εἰσηγήσεων διάκονος πρὸς ἄνδρα γεγένηται. Καὶ ὁ βασιλεὺς τῶν ἐπιγείων ἁπάντων, γυμνός, αἰχμάλωτος, ἄθλιος, τοῦ παραδείσου ὑπερορίζεται.

A ipse in paradiso universis animantibus convenienter imposuit. Verum si prima hæc uti fortunata laudanda sunt, enimvero ut valde ærumnosa deploranda sunt posteriora, ac benedictionis illius conditio in maledictionem propter serpentem atque mulierem conversa est. Nam serpens quidem deorum invexit multitudinem, quoniam dixit: *Eritis sicut dii* (57); mulier autem malorum (serpentis) consiliorum administra apud virum facta est. Hinc rex ille universorum, quæ erant super terram, nudus, captivus, miserabilis e paradiso expellitur.

Μὴ τὸ κατὰ τὸν Σολομῶντα δρᾶμα τῆς κατὰ τὸν Ἀδὰμ ἀπάτης ἀπέοικε; Μὴ τὰ κατὰ τὸν Ἀδὰμ ἀκατάλληλα πρὸς τὸν Σολομῶντα; Τῶν θείων χαρισμάτων πλήρεις ἀμφότεροι· γυνὴ καὶ ὄφις καὶ πολυθεΐα ἀπαλλοτριοῦσι τοῦ Θεοῦ τοὺς (58) ἡμετέρους προπάτορας· ταυτοπαθεῖ τοῖς προπάτορσι καὶ ὁ B ἀπόγονος καὶ ὑπὸ τῶν ὁμοίων ἁλίσκεται. Ἐπεὶ κἀντεῦθα συμβουλὴ γυναικῶν, καὶ πρὸς πολυθεΐαν παρεκτροπή· καὶ οὐδὲ ὄφις ἄπεστι κακοσύμβουλος. Τοῦτο οἶδεν ὁ πεπονθώς· ἐκείνου γὰρ λόγος τό, Καθαιροῦντα φραγμὸν δήξεται ὄφις· εἰς φραγμὸν δέ μοι ὁ τὰς ἐπεὶ ταῖς ἀλλοφύλοις ἐπιμιξίας ἀποτειχίζων νόμος ἐξείληπται· καὶ τὴν ἀπάτην ταύτην ὁ νοητὸς γεγέννηκεν ὄφις.

Numquid non Adæ ruinæ par invenitur Salomonis tragœdia? Nunquid non simillimi Adæ ac Salomonis casus? Ambo divinis muneribus cumulati; mulier et serpens et deorum multitudo nostros a Deo primos parentes alienant: eadem, quæ primis parentibus, et nepoti obveniunt mala, iisdemque laqueis hic prehenditur. Nam etiam hic suasiones mulierum, et ad polytheismum conversio; et ne serpens quidem deest mali auctor consilii. Id sensit et ille, qui horum malorum particeps fuit; ipsius enim vox illa est: *Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber* (59). Sepes autem hic, mea quidem sententia, pro lege accipitur, quæ instar muri a permistione cum mulieribus alienigenis arcebat; et hanc quoque ruinam spiritalis serpens peperit.

ΛΑ'. Ταῦτά σοι τῷ πεπλανημένῳ Ἰουδαίῳ καὶ σκληρογνώμονι ἐκ τῶν πολλῶν ὀλίγα. Οὐδὲ γὰρ συγχωρεῖ ταῖς ἀντιῤῥήσεσιν ἐμπλατύνεσθαι ἡ ἐνεστῶσα πανήγυρις. Δικανικοῦ γὰρ τὸ σφοδρύνεσθαι κατὰ τῶν ἀντιλεγόντων, καὶ ταῖς ἀντιθέσεσιν ἀντιπαρατάττεσθαι. Πανηγυριστοῦ δὲ τὸ ῥυθμίζειν τὸ ἐπιθυμοῦν τῆς ψυχῆς ταῖς εἰρηνικαῖς κυταστάσεσι, κἀπὶ τὸ ἀτάραχον καὶ ἀθόλωτον κατάστημα τῆς καρδίας τὴν ἑορτιον ἡδονὴν θαλαμεύειν ἀστενοχώρητον. Ἀλλ' οὗτοι μὲν οἱ χριστομάχοι θῆρες οἰχέσθωσαν, καὶ κατισχυμένοι φευγέτωσαν· Καὶ γενηθήτω ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκότος καὶ ὀλίσθημα· καὶ ἄγγελος Κυρίου καταδιωκέτω αὐτούς, ὁ τὰ εὐαγγέλια κομίζων τῇ Ἀσιωαρθένῳ· ἡμῶν δὲ οὗτος προπορευέσθω, καὶ εἰς αἴσιον τέλος τὸν λόγον ἀγέτω· εἶεν.

XXXI. Atque hæc pauca e multis tibi, o Judæe, aberranti et in errore pervicaciter perseveranti dicta fuerint. Neque enim longioribus refutationibus insistere, quæ nunc celebratur festivitas, patitur. Et causidici quidem fuerit, adversus contradicentes vehementius contendere, atque objecta refellere. Panegyrim vero celebrantis magis munus est animi motus ad tranquillum ordinem componere, et exinde in corda, quæ serena ac tranquilla pace fruantur, jucundissimam inducere festivitatis voluptatem. Sed abeant sane belluæ istæ Christo infensæ, et pudore suffusi discedant; *Fiatque via illorum tenebræ, et lubricum: et persequatur eos angelus Domini* (61), qui felix nuntium ad perpetuam illam Virginem defert: ipse autem nobis præeat, et orationem nostram ad felicem exitum perducat. Ac de his hactenus.

ΛΒ'. Ἀλλ' ὁρῶ προφητικὸν χορὸν ὁμοθυμαδὸν τῇ πανηγύρει συντρέχοντα γεγανωμένῳ προσώπῳ καὶ μειδιῶντι, καὶ βίβλους ὑπαγκάλους βαστάζοντα, καὶ ἕτοιμους ἔχοντυ τῷ ἐσφραγισμένῳ τοῦ Θεοῦ βιβλίῳ D ἐκ βίβλου προσομιλειν. Χοραρχεῖ δὲ τῆς πανεγύρεως ὁ Μωϋσῆς, οὐκ ἔτι μογιλαλῶν (60), ὥσπερ τὸ πρότερον, ὡς ἐν τῇ γλώσσῃ βαστάζων τὸ βαρὺ φορτίον τοῦ νόμου, ἀλλὰ τετρανωμένῃ γλώττῃ φθεγγόμενος. Φθέγγεται δὲ τί; Παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα τὸ μέγα τοῦτο, τί ὅτι οὐ κατακαίεται ἡ βάτος, καὶ ταῦτα τὸ πῦρ τὸ ἐπτόμενον τῶν ὀρίων καὶ

XXXII. At ecce universum chorum prophetarum video, ad hanc celebritatem læto ac subridenti vultu una simul omnes accurrentes, libros ulnis gestantes, paratosque obsignatum illum Dei librum (sc. sanctam Virginem) e suis voluminibus alloqui. In hac porro celebritate primas agit partes Moyses, non amplius, ut olim, ore blæso, quippe qui in lingua grave legis onus ferebat, sed expeditissime loquens. Quid porro clamat? *Transiens videbo visionem hanc magnam, quare rubus non comburatur* (62), idque, licet in semetipsa illum gerat

(57) Gen. III, 5.
(58) Cod. τῆς.
(59) Eccle, x, 8.
(60) Cod. μογγιλαλῶν.
(61) Psal. XXXIV, 6. Fortasse Germanus non vitio codicis, quem manu terebat, sed ratione syntaxeos posuit καταδιωκέτω pro καταδιώκων, prouti consone cum Latina Vulgata habet et Græca LXX versio.
(62) Exod. III, 3.

ignem *qui tangit montes et fumigant* (64). Nam cæterum haud timeo illud : *Ne appropies huc* (65). Corporeum enim calceamentum, quo medio cœlestis anima terræ insistit, jamdiu tum dimisi. Insuper ignis iste haud *ignis consumens est* (66), sed suaviter illuminans et exhilarans : *Neque enim venit, ut judicet mundum, sed ut mundo salutem ferat* (67). Rursus video Deum *inclinantem cœlos et descendentem* (68) in montem sanctum, qui universæ terræ supereminet, et nihil nisi cœleste sapit (69). Video *terram promissionis lacte et melle* remissionis *manantem* (70). Pro vetere illa mihi horrisona voce, dulcissimam nunc exaudio : audivi olim : *Ascende in hunc montem. et morere ibi* (71); et cum ascendissem, statim inde ad inferos descendi : nunc vero per hunc inambulantis Dei ac miræ celsitudinis montem ad cœlestem vitam et immediatam Dei visionem evehor.

XXXIII. Una vero cum Moyse prodit in conspectum et frater (Aaron) nuceam virgam (72) manu tenens, eamque ob oculos Virgini ponens, ut ne cogitationibus ipsa incerta fluctuet, neve hæsitans ad archangelum respondeat : *Quomodo fiet istud mihi, quoniam virum non cognosco* (73)?

Ecce enim et puellæ cognatus rex David. propheticum agmen perrumpens, in medium prosilit. ac lyram pulsans virginei cordis conturbationem leniter sedat : *Audi, filia,* inquit (74), *et vide.* Audi angelum ; cerne virgam non irrigatam et plane aridam, utpote omni humore carentem, quomodo (tamen) germinat, quomodo fert fructus, quomodo suave olet, tantummodo ut tui supra naturæ ordinem partus figuram præsignet. Ne turberis ad Gabrielis dictum ; verissimum illud est, licet naturæ fines prætergrediens : *In duobus vel tribus testibus stabit omne verbum* (75). Partum tuum admirandum, qui verbis Gabrielis annuntiatur, cœli insuper enarrant. Inde enim adest archangelus ; adest præterea *testis in cœlo fidelis* (76), qui promisit, *de fructu ventris mei positurum se esse super sedem meam* (77) *et thronum meum sicut dies cœli* (78) jugiter servaturum, atque ad ejusdem cœli celsitudinem evecturum, adeo ut non terrestris modo, sed et cœlestis, non ad tempus tantummodo, sed et in æternum sit duraturus.

XXXIV. Et hæc quidem David. Sed et venerandi patriarchæ, qui primam honoris sedem obtinent, divina prorsus de partu tuo prædicant ac testantur. Et hinc quidem Abraham in exiguo et concinno ta-

καπνίζονται (63), φέρουσα ἐν ἐκυτῇ. Καὶ ἄλλως γὰρ τὸ Μὴ ἐγγίσῃς ὧδε, οὐ δέδοικα. Τότε γὰρ σωματικὸν ὑπόδημα, ᾧ μέσῳ ἡ οὐράνιος ψυχὴ προσδιατρίβει τῇ γῇ, φθάσας ἀπελυσάμην. Καὶ τὸ πῦρ δὲ τοῦτο οὐ πῦρ ἐστι καταναλίσκον, ἀλλ' ἥμερον φωτίζον καὶ ἱλαρόν. Οὐ γὰρ ἦλθεν, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσῃ τὸν κόσμον. Πάλιν ὁρῶ Θεὸν οὐρανοὺς κλίνοντα, καὶ εἰς τὸ ἅγιον κατερχόμενον ὄρος, τὸ πάσης τῆς γῆς ὑπερκείμενον καὶ μόνα φρονοῦν τὰ οὐράνια · ὁρῶ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, τὴν γάλα καὶ μέλι τῆς ἀφέσεως ῥέουσαν. Ἀντὶ τῆς προτέρας δυσηχοῦς μοι ἐκείνης φωνῆς, τῆς γλυκυτάτης ἐμακροῶμαι · ἤκουσα πάλαι · Ἀνάβηθι εἰς τόδε τὸ ὄρος, καὶ τελεύτα ἐκεῖ · καὶ ἀναβάς, εὐθὺς ἐκεῖθεν κατέβην ἐπὶ τὸν Ἅιδην · νῦν δὲ διὰ τοῦ θεοβαδίστου τούτου ὄρους καὶ ὑπερυψήλου πρὸς τὴν οὐράνιον ἀνυφοῦμαι ζωὴν καὶ τὴν ἄμεσον θεοπτίαν.

ΛΓ'. Τῷ Μωσεῖ τούτῳ καὶ ὁ ἀδελφὸς συνεισέρχεται, τὴν καρυΐνην ῥάβδον βαστάζων, καὶ ὑποδεικνὺς κατ' ὀφθαλμοὺς τῇ Παρθένῳ, ἵν' ἔχοι τοὺς λογισμοὺς ὑποστηρίζειν ἐν ταύτῃ, καὶ μὴ ἀποροῦσα λέγοι πρὸς τὸν πρωτάγγελον · Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω ;

Ἰδοὺ γὰρ καὶ ὁ συγγενὴς τῆς κόρης βασιλεύς, ὁ Δαυίδ, τὸ προφητικὸν σύστημα διακόψας, ἐπὶ τὸ μέσον ἐξάλλεται, τὴν λύραν κινῶν, καὶ κατευνάζων τῆς παρθενικῆς καρδίας τὸν θόρυβον · Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε. Ἄκουσον τοῦ ἀγγέλου · Ἴδε τὴν ῥάβδον τὴν ἀπότιστον, τὴν κατεξηραμένην, ὡς ἐκάθος πάσης χηρεύουσαν, πῶς βλαστάνει, πῶς καρποφορεῖ, πως εὐωδιάζει, ἵνα μόνον τὴν ὑπερφυῆ σου προχαράξειε κυοφορίαν. Μὴ διαταραχθῇς πρὸς τὸ ῥῆμα τοῦ Γαβριὴλ · παναληθὲς γάρ, εἰ καὶ ὑπερφυές · Ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύτων πᾶν ῥῆμα σταθήσεται. Τὸν δὲ σὸν παράδοξον τοκον, τὸν ὑπὸ τοῦ ῥήματος Γαβριὴλ μηνυόμενον οὐρανοὶ διηγοῦνται. Ἐκεῖθεν γὰρ ὁ ἀρχάγγελος, καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός, ὃς ἐκ καροῦ τῆς κοιλίας μου θήσειν ἐπὶ τοῦ θρόνου μου ἐπηγγείλατο, καὶ τὸν θρονον μου ταῖς ἡμέραις συμπαρεκτείναι του οὐρανοῦ καὶ τῷ ὕψει τούτου συμπαρυψῶσαι, ἵνα μὴ μονον εἴη ἐπίγειος, ἀλλὰ καὶ οὐράνιος, μὴ πρόσκαιρος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀτελεύτητος.

ΛΔ'. Καὶ ὁ μὲν Δαυὶδ ταυτα. Οἱ δὲ πατριάρχαι σεμνοὶ, σεμνῶς προκαθήμενοι, τὰ θεοπρεπῆ τῷ σῷ τόκῳ πρόσμαρτυροῦσιν. Ὁ μὲν ἐν βραχυδιαστάτῳ σκηνῇ καὶ εὐπεριγράπτῳ εἰσοικίζων τὸν ἀπερίγρα-

(63) Cod. καταπνίζονται.
(64) Psal. CIII, 32.
(65) Exod. III, 5.
(66) Deut. IV, 24; Hebr. XII, 29.
(67) Joan. XII, 47.
(68) Psal. XVII, 10.
(69) Audis, Virginem Deiparam sancto monti comparari, qui non modo universæ terræ supereminet, sed nihil terram sapit.
(70) Deut. XXXI, 20. Frequenter porro SS. Patres sanctæ Deiparæ symbolum hâbuere terram promissionis.
(71) Deut. XXXII, 49.
(72) Virga Aaron, quæ non irrigata floruit, SS. Patribus fuit typus Deiparæ, quæ sine tactu pudoris inventa est mater Salvatoris.
(73) Luc. I, 34.
(74) Psal. XLIV, 11.
(75) Deut. XVII, 6 ; I Tim. V, 19.
(76) Psal. LXXXVIII, 38.
(77) Psal. CXXXI, 11.
(78) Psal. LXXXVIII, 30.

πτον, ὁ Ἀβραάμ· ὁ δ' ἐκ τοῦ λίθου τέκνον Ἀβραάμ ἐγειρόμενος, ὁ Ἰσαάκ· λιθώδης γὰρ ἡ τῆς Σάρρας νηδύς, καὶ πρὸς παιδογονίαν ἀνύπεικτος.

Ὁ τρίτος δὲ ὁ Ἰακὼβ χριστὸν ἐλαίῳ ἀναδείκνυσι λίθον, καὶ οἶκον ὀνομάζει Θεοῦ· τῷ λίθῳ τούτῳ τὴν κεφαλὴν ὁ ἀληθὴς Ἰσραὴλ ὑπανέπαυτε, τὸν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας παραμυθούμενος κόπον, μονονουχὶ κράζοντος τοῦ λίθου τούτου προϋπακούσας· Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· ὁ δὲ λίθος ἦν ὁ Χριστός. Εἰ δὲ ὁ Ἰακὼβ οὗτος καὶ Ἰσραὴλ κέκληται, ὁ Ἰσαὴλ δὲ νοῦς ὁρῶν Θεὸν διηρμήνευται, ἔσται ὁ λίθος οὗτος τὴν κεφαλήν, ἤ, σαφέστερον φάναι, τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς ὑπανίσχων τῶν αὐτοῦ θεραπόντων, καὶ τῆς γῆς ἐκμετεωρίζων ἐν τῷ γήϊνον μηδὲν, μηδὲ χαμαίζηλον ἐν κόσμῳ φρονεῖν ὑποτίθεσθαι.

Καὶ μάρτυς ἡ κλίμαξ τῆς ἀναβάσεως, ἐκ γῆς ἀφεικνουμένη πρὸς οὐρανόν. Ἐπεστήρικτο δὲ ταύτῃ Θεὸς ᾧ καὶ τὴν κεφαλὴν κάτω ὑπήρεισεν ὁ Ἰακώβ, ἵνα τὴν διὰ μέσης τῆς νοητῆς κλίμακος, τῆς Παρθένου, ἀῤῥητον ἕνωσιν τῆς τε θείας καὶ ἀνθρωπίνης φύσεως ὑποτυπώσειεν· ὁ αὐτὸς γὰρ καὶ εἷς, καὶ κάτω ἔσται καὶ ἄνω, τὸ ἀπερίγραπτον ἔχων θεότητι, τὸ δὲ περίγραπτον ἀνθρωπότητι.

AE,Ταῦτα μὲν οὖν οἱ τρεῖς πατριάρχαι συμμαρτυροῦσιν. Ἐμοὶ δὲ καὶ πάλιν παῤῥησιαζέσθω Δαυὶδ, καὶ τῆς κινύρας (85) διπλασιαζέτω τὰ κρούματα. Τοῦ ποταμοῦ, φησὶ, τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ. Εἰς ποταμὸν δὲ εἰρήνης ὁ Ἡσαΐας τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου προεθεάσατο σάρκωσιν, οὗ τὰ ὁρμήματα καὶ ἡ ἐξ ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας κίνησις εἰς τὴν παράδοξον ἐνανθρώπησιν εὐφραίνουσι τοῦ Θεοῦ τὴν πολιν τὴν ἔμψυχον. Ταύτης γάρ ἐστιν ἡ φωνὴ, ἡ, Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον, λέγουσα, καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου.

Φέρε δὲ, καὶ τὸ χύμα τῆς Σολομωντείου σοφίας μετοχετευτέον πρὸς τὰ τοῦ εἰρηνικοῦ ὁρμήματα ποταμοῦ, τοῦ ἐπικλύζοντος δόξαν ἔθνεσι, καὶ νάματα ῥαμάτων τὰ ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων δεικνύσθωσαν, Ἰδοὺ εἶ καλὴ ἡ πλησίον μου, καὶ μῶμος οὐκ ἔστιν ἐν σοί· Τοῦ ἀθανάτου νυμφίου τὰ ῥήματα, συμμαρτυροῦντα τῇ νύμφῃ Μαριὰμ τὸ πάντων κτιστῶν ὑπερκεῖσθαι, καὶ δι' ὑπερβολὴν καθαρότητος τῷ ἀκτίστῳ προσεγγίζειν ἐν φύσει κτιστῇ.

bernaculo eum excipiens, qui nullis finibus circumscribitur (79); inde vero Isaac *suscitatus de lapide filius Abrahæ* (80); lapideus enim Saræ uterus erat, et ad liberos gignendos clausus.

Tertius autem se sistens Jacob, lapidem oleo inunctum ostendit, domumque Dei nominat (81): super hunc lapidem caput reclinavit versus Israel a labore itineris semet reficiens, quasi in antecessum, clamante hoc ipso lapide, illud audierit: *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos* (82); *lapis autem erat Christus* (83). Porro si Jacob iste recepit nomen Israelis, Israel vero, vi vocis, est *mens Deum videns; lapis erit* iste, qui caput, seu, ut clarius dicamus, mentem servorum suorum suffulciat, et sursum e terra elevet, dum nihil terrestre, abjectum nihil in mundo eos sapere docet.

Testis est et scala ascensionis, quæ e terra ad cœlum usque pertingit (84). Hujus autem summitati innitebatur Deus, qui tamen etiam Jacobi caput inferius sustinebat, ut divinæ scilicet et humanæ naturæ ineffabilem unitionem mediante spirituali hac scala, nempe Virgine typice designaret: unus enim idemque erit et in terra, et in cœlo, e divinitate habens quod sit immensus, ex humanitate vero quod loco circumscribatur.

XXXV. Hæc utique tres illi patriarchæ testantur. At mihi vel iterum David eloquatur, modulosque citharæ suæ ingeminet; *Fluminis impetus*, inquit, *lætificant civitatem Dei* (86). Porro in symbolo *fluminis pacis* prævidit (87) Isaias incarnationem Dei Verbi, cujus impetus, immensæ scilicet in homines charitatis ad nostram naturam ineffabiliter assumendam impulsus, animatam *Dei civitatem* (88) lætificant. Hujus enim est vox illa, inquiens: *Magnificat anima mea Dominum, et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo* (89).

Sed agednm, et effluvium quoque sapientiæ Salomonis derivetur ad impetus pacifici illius fluminis, quod exundans in gentes gloriam effundit, et Cantica canticorum semet præbeant fluenta fluentorum: *Et ce tu pulchra es, amica mea, et macula non est in te* (90). Immortalis Sponsi ista suut verba, quæ testimonium de Sponsa Maria ferunt eam scilicet universis creaturis supereminere, et utut inter creatas res censeatur, suæ tameu puritatis præcellentia (91) ad eum, qui est increatus, aceedere,

tua sicut gurges maris.

(79) **Gen. XVIII. Abrahami tabernaculum typus fuit Virginis Deiparæ, quæ immensi Dei hospitium facta est.**
(80) Matth. III, 9,
(81) Gen. XXXV, 14, 15.
(82) Matth. XI, 28.
83)) I Cor. X.4.
(84) Gen. XXVIII, 12.
(85) Cod. κινύρας.
(86) Psal. XLV, 5 sec. LXX.
(87) Isa. XLVIII, 18: *Utinam attendisses mandata mea! facta fuisset sicut flumen pax tua, et justitia*

(88) Vide sanctam Deiparam symbolo expressam civitatis Dei, de qua in Psalmo XLV.
(89) Luc. I, 47.
(90) Cant. I, 14, et IV, 7.
(91) Eximium habes puritatis Deiparæ encomium, qua scilicet et omnibus antecellat creaturis, atque ad divinam puritatem, quantum creaturæ fas est accedat. Atqui utrinque necessario profluit, ejusmodi puritatem nedum fœdissima aliqua labe turpatam, sed ne levi quidem nævo obnubilatam haberi posse.

XXXVI. Cum itaque ad Sponsum, qui ex natura sua imperscrutabilis est sanctitatis abyssus, Sponsam accedere, præstantissimum quid sit omnem mensuram excedens, continenter hujus accessus eucomium oratione prosequitur; et iterum: *Surge*, inqui, *propera, amica mea, formosa mea, columba mea: ecce enim hiems transiit, imber abiit recessit sibi, flores apparuerunt in terra, tempus putationis advenit, vox turturis audita est in terra nostra* (94). Hæ Canticorum figuræ et adumbrationes obvio quidem sensu veris adventum et primi apud Judæos mensis initium significant: quo tempore omnium mater (terra) frigoris soluta vinculis, et ipsa fœturam absolvit, omnigenasque herbas progignit. Dei autem Mater et vere sancta terra, ac sola non accepto semine fetum progerminat nullo humano opere excultum, atque implementum accipiunt illa Isaiæ oracula: *Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ascendet* (95).

XXXVII. Verni itaque temporis' venustatem, velut exsistentiæ suæ fundamentum, in ipsis rerum initiis invenit prima naturæ humanæ plasmatio; et vernum hunc ornatum invenit modo naturæ nostræ regeneratio et renovatio mundi. Et sane alicubi sacraram Scripturarum dictum est, quod *vidit Dominus Deus terram, et erat corrupta; quippe omnis caro corruperat viam suam super terram* (98) *et terra repleta erat iniquitate* (99). Ad hanc igitur iniquitatem sistendam aperiuntur cataractæ cœli (1) et omnes fontes abyssi, et horrida fit e diluvio facies terræ, ac pristinæ elegantiæ loco ad integrum annum facies terræ aquis inundatur, simulque cum iis omnibus, quæ ex ipsa assurgunt, affligitur, insuetamque hanc hiemem subit. Verum quid eadem rursus dicit Scriptura? *factum est sexcentesimo primo anno vitæ Noe, primo mense, prima die mensis, defecerant aquæ a facie terræ, et aperuit Noe operculum arcæ, quod fecerat, et vidit quod defecisset aqua a facie terræ* (2). Videsne, quomodo et secundi mundi exordium a primo veris tempore incipit? Omnia ex æquo vetera illa ad præsentem spectant solemnitatem, qua et divini vultus aversio, et iræ ejusdem profunda hiems finem sumunt: tum vero terram salutari visitatione Deus lustrare, et isto vere ceu florida corona ipsum exornare incipit, et ejus sulcos bonitatis suæ muneribus inebriare. Sed et David vernantem prope dixerim vultum explicans, ac vocem citharæ sono conjungens, huic terræ renovationi congrua sic canit: *Dominus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum* (3).

Ας. Ὡς τοίνυν ὑπερβολικῶς ἐξαίρετον ὂν τὸ πλησιάζειν τῷ νυμφίῳ τὴν νύμφην, κατὰ φύσιν ὄντι ἀπείρῳ ἀβύσσῳ τῆς ἁγιότητος ἐνδελεχέστερον τοῖς λόγοις ἐπισυνείρει τοῦ πλησιασμοῦ τὸ ἐγκώμιον· καὶ, Ἀνάστα, ἐλθέ, ἡ πλησίον μου, πάλιν φησί, καλή (92) μου περιστερά μου (93). ὅτι ἰδοὺ ὁ χειμὼν παρῆλθεν· ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν· ἐπορεύθη ἑαυτῷ. τὰ ἄνθη ὤφθη ἐν τῇ γῇ. καιρὸς πῆς τομῆς ἔφθασε (94) φωνὴ τῆς τρυγόνος ἠκούσθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν. Ταῦτα τὰ ἀσματικὰ προβλήματα καὶ αἰνίγματα, κατὰ μὲν τὴν πρόχειρον ἔννοιαν, τὴν τοῦ ἔαρος δηλοῦσιν ἐπιδημίαν, καὶ τὴν τοῦ πρώτου παρὰ Ἰουδαίοις μηνὸς ἐπιφάνειαν· καθ' ἣν ἡ παμμήτωρ, τῶν τοῦ κρύους ἀπολυθεῖσα δεσμῶν, λύει καὶ αὐτὴ τὰς ὠδῖνας· καὶ ἀπογεννᾷ τὸ παμβότανον. Ἡ δὲ Θεομήτωρ, καὶ ἁγία ὄντως γῆ, καὶ ἄσπορος μόνη τὴν ἀνήροτον ἀναβλαστάνει κυοφορίαν. καὶ τὰ τῆς προφητείας Ἡσαΐου πέρας ἀπολαμβάνει, Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται.

AZ. Εὗρε μὲν οὖν κατ' ἀρχὰς ἡ πρώτη πλάσις τῆς ἀνθρωπότητος τῆς κατ' αὐτὴν ὑποστάσεως θέμεθλον, τὴν ἐαρινὴν εὐκοσμίαν· εὑρίσκει δὲ ταύτην ἀρτίως καὶ ἡ παλιγγενεσία τῆς ἡμῶν φύσεως, καὶ τοῦ κόσμου ἡ ἀνανέωσις. Εἴρηται μέν που τῷ γράμματι τῷ ἱερῷ, ὡς Εἶδε Κύριος ὁ Θεὸς τὴν γῆν, καὶ ἦν κατεφθαρμένη· ὅτι κατέφθειρε πᾶσα σὰρξ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐπλήσθη ἡ γῆ ἀδικίας. Κατὰ ταύτης τοίνυν τῆς ἀδικίας ἀνοίγονται οἱ καταράκται τοῦ οὐρανοῦ καὶ πᾶσαι αἱ πηγαὶ τῆς ἀβύσσου, καὶ ἀχρειοῦται τῆς γῆς τὸ πρόσωπον ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ ἀντὶ τῆς προτέρας εὐχροίας ὑδριᾷ εἰς ὅλον ἐνιαυτόν· καὶ συμπάσχει παντὶ τῷ ἐξ αὐτῆς ἀναστήματι, καὶ τὸν ἀσυνήθη τοῦτον χειμῶνα ὑφίσταται. Ἀλλά τί πάλιν τὸ αὐτό φησι γράμμα; Ἐγένετο ἐν τῷ ἑνὶ καὶ ἑξακοσιοστῷ ἔτει ἐν τῇ ζωῇ τοῦ Νῶε, ἐν τῷ πρώτῳ μηνί, μιᾷ τοῦ μηνός, ἐξέλιπε τὸ ὕδωρ ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς καὶ ἀπεκάλυψε Νῶε τὴν στέγην τῆς κιβωτοῦ, ἣν ἐποίησε, καὶ εἶδεν, ὅτ' ἐξέλιπε τὸ ὕδωρ ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. Ὁρᾷς, ὅπως καὶ ἡ τοῦ δευτέρου κόσμου ἀρχὴ τοῦ πρωτοκαιρίου ἔαρος ἐξάρχεται; Ὁμῶς (97) ἅπαντα ἐκεῖνα τὰ παλαιὰ πρὸς τὴν ἐνιστῶσαν βλέπουσιν ἑορτήν· καθ' ἣν τὰ μὲν τῆς ἀποστροφῆς τοῦ θείου προσώπου, καὶ ὁ βαρὺς χειμὼν τῆς τούτου ὀργῆς τέλος λαμβάνει. ἔρχεται δὲ τὴν γῆν ἐπισκέπτεσθαι σωτήριον ἐπισκοπήν, καὶ τῷ ἀνθεινῷ στεφάνῳ τῷ ἔαρι καταστέφειν αὐτὴν, καὶ μεθύειν τὰς αὔλακας ταῖς τῆς χρηστότητος δωρεαῖς. Ἐνσαρίζων δὲ καὶ ὁ Δαυίδ. καὶ τῇ ἀνακαινίσει τῆς γῆς τὰ πρόσφορα ψαλτῳδῶν· Ὁ Κύριος δώσει χρηστότητα, ἐπάδει, καὶ ἡ γῆ ἡμῶν δώσει τὸν καρπὸν αὐτῆς.

(92) Cod. καλαί.
(93) Excidit e cod. μου.
(94) Cant. II, 10-12 sec. LXX.
(95) Lect. com. ἔφθακε.
(96) Isa. XI, 1 sec. LXX, qui legunt *de radice* ubi Vulgata Latina habet, *de radice ejus*.
(97) Cod. ὅμως.
(98) Gen VI, 12.
(99) Ibid. 11,
(1) Gen. VIII, 11.
(2) Gen. VIII, 13 sec. LXX.
(3) Psal. LXXXIV, 13.

ΛΗ'. Ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἵσταται τῆς μακρᾶς περιπλανήσεως καὶ ξένης κυμαγωγίας ἡ κοσμικὴ κεβωτὸς, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον τέλεον ἐκλιμπάνει. Ἀποκαλύπτεται τὰ συγκεκαλυμμένα μυστήρια τῆς ἀρχαίας βουλῆς τῆς ὄντως ἀληθινῆς · ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος ἐπιλάμπει τῷ κόσμῳ · καὶ φῶς μέγα ἰδεῖν οἱ χρονίως ἐν σκότει καθήμενοι καὶ σκιᾷ τοῦ θανάτου καταξιοῦνται, καὶ τὸ στρεῖον τῆς πνευματικῆς καταστάσεως τοῦ ἐνύγρου καὶ πλαδαροῦ βίου ἀντιλαμβάνουσι. Περιστερὰ μὲν οὖν ἐκεῖσε ἄγγελος τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦς κατακλυσμοῦ · ἤτι χειμῶνος ἐκείνου ἔτι ἐπικρατοῦντος οὐκ ἐπαῤῥησιάζετο · ἐπεὶ δὲ παρῆλθεν οὗτος, ἐξῆλθεν ἐκείνη. Καὶ ὑπὲρ χιόνα δὲ λευκὴ ἐκ τοῦ κατὰ ψυχὴν φωτισμοῦ ἡ πάναγνος καὶ λογικὴ περιστερὰ, τοῦ νοητοῦ κατακλυσμοῦ ὑποῤῥεύσαντος, τῷ κόσμῳ ἐνεφανίσθη· Λεά τοι τοῦτο, Ἐλθὲ, ἡ πλησίον μου, λέγει ὁ νυμφίος, καλή μου περιστερά · ὅτι ἰδοὺ ὁ χειμὼν παρῆλθεν, ὁ ὑετὸς ἀπῆλθε. Περιστερὰν δὲ τὴν κεχαριτωμένην ἡ ἀσματίζουσα ὀνομάζει, καὶ διὰ τὸ ὅλην δὲ ὅλου πρὸς τὸ πνευματικὸν μετῤῥυθμίσθαι καὶ οἱονεὶ πεποιῶσθαι · ἀλλὰ καὶ ὅτι τὴν παῦλαν τοῦ τῆς πλάνης χειμῶνος τοῖς ἀνθρώποις ἐμήνυσε, καὶ τὸν χρισθέντα τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους αὐτοῦ τῷ κόσμῳ ὑπέδειξε. Καὶ πάλαι μὲν ἐλέγετο πρὸς τοῦ Θεοῦ, ἐξοργιζομένου κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν, ὡς Οὐ μὴ μείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτοὺς, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας · τοῦ Πνεύματος γοῦν ἐξοικισθέντος ἐκεῖθεν τοῦ ζωοποιοῦ, ὁ νεκροποιὸς κατακλυσμὸς ἐπενηνεκται. Ἐνταῦθα τί : Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις τοῦ Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι τῇ πανυπεραμωμήτῳ, ἔλεγεν ὁ ἀρχάγγελος.

A XXXVIII. Jam circumferri tandiu huc illuc, ac funesta procella jactari cessat arca mundi, et instabiles (4) aquas omnino deserit. Jam revelantur abscondita antiqui illius et sane veri consilii (5) mysteria : mundo illucescit. Sol justitiæ (6) : et qui diu in tenebris et in umbra mortis sedebant, digni facti sunt, ut magnam lucem videant (7), et pro fluctuanti illa et flaccida vita soliditatem spiritalis mansionis adipiscuntur. Ibi itaque recedentis diluvii nuntia (apparet) columba ; quæ quidem dum adhuc procella obtineret, prodire nequaquam audebat : prodit vero, postquam diluvium cessavit. Sed et cum defluerat spiritale diluvium, candidior nive ob animæ splendorem, purissima ac rationalis columba (8) mundo apparuit. Ac propterea dicit Sponsus (9) : *Veni, amica mea, pulchra mea, columba mea : ecce enim hiems transiit, imber abiit.* Nomine autem columbæ vox Canticorum *gratia plenam* (10) appellat, tum quia tota et semper ad normam Spiritus semetipsam expresserat, eamque normam quamdam veluti naturam induerat; tum etiam quia finem hiemis errorum annuntiavit hominibus, atque *unctum oleo exsultationis præ participibus suis* (11) mundo ostendit. Et olim quidem a Deo, adversus peccatores irato, dictum, fuit : *Non permanebit Spiritus meus in ipsis, propterea quod caro sunt* (12); proinde cum vivificans Spiritus inde recessisset, mortiferum inductum est diluvium. Hic autem quid? *Spiritus sanctus*, inquit archangelus, *superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi* (13), quæ præ omnibus creatis prorsus es immaculata

B

ΛΘ'. Ἀλλ' ἐπιπλεκέσθω καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ Ἄσματος τῇ τοῦ λόγου ὑφῇ · Καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθασε · φωνὴ τῆς τρυγόνος ἠκούσθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν. Ἐν τούτοις ὁ προδραμὼν τοῦ παρθενικοῦ τόκου, τῆν στσίρας βλαστὸς, παρεμφαίνεται. Καὶ γὰρ καὶ εὐάγγελος ἄγγελος ἐπισυνείρει ἀμφότερα. Εἰπὼν γὰρ πρὸς τὴν Παρθένον · Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι · διὸ καὶ τὸ γεννωμενον ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ · ἐπισυνῆψε τούτοις εὐθὺς τὴν προδρομικὴν σύλληψιν · Καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ, ἡ συγγενής σου, εἰπὼν, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα. υἱὸν ἐν γήρει αὐτῆς. Οὗτός ἐστιν ἡ τρυγὼν ἡ φιλέρημος; . οὗτος τὴν τομὴν ἐγγίσαι διαμαρτύρεται, ὅπου φησί · Ἤδη δὲ καὶ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται.

C XXXIX. Verum et quæ sequuntur in Cantico, orationis texturæ inserantur ; *Tempus putationis advenit ; vox turturis audita est in terra nostra* (14). In his germen quoque sterilis præcursor virginei partus, simul exprimitur. Et sane angelus faustus ille nuntius utrumque simul connectit. Nam postquam Virgini dixit : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque quod nascetur sanctum vocabitur Filius Dei* (15); continuo præcursoris conceptionem his adjunxit, inquiens : *Et ecce Elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua* (16) Hic est turtur solitudinis amicus : hic tempus putationis appropinquasse testatur, ubi ait : *Jam enim securis ad radicem arborum posita est* (17). Postquam enim

(4) De voce ἀνυπόστατον ita Henric. Stephanus : *Hieronymus enarrans, quod Græci Bibliorum interpretes reddiderunt* ὕδωρ ἀνυπόστατον, verbum, *inquit*, apud Græcos ambiguum est, et potest sonare, quod non subsistat, et quod intolerabile sit.

(5) Isa. XXV, 1 sec. LXX.

(6) Malach. IV, 2.

(7) Isa. IX, 2, et Matth. IV. 16.

(8) Spirituale diluvium est ruina in universum genus per Adam inducta. Porro res ipsa postulat, ne eo diluvio periisse putetur columba illa purissima, quæ nuntia communis salutis apparet.

(9) Cant. II, 10. Hoc etiam loco Germanus omittit μου, quod ex communi vers. LXX adjungitur voci περιστερά.

(10) Vide Deip ram antonomastice τῆς κεχαριτωμένης, *gratia plenæ*, appellatione designatam.

(11) Psal XLIV, 8

(12) Gen. VI, 3 sec. vers. LXX, cujus tamen Vulgata editio paulo aliter habet, μὴ καταμείνῃ... ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις : voces autem εἰς τὸν αἰῶνα etiam in edit Aldin. desunt.

(13) Luc. I, 35.

(14) Cant. II, 12.

(15) Luc. I, 35.

(16) Ibid. 36.

(17) Luc III, 9.

hiems pertransiit, et vivificus Sol justitiæ resplenduit, flosque e radice Jesse germinavit, plane oportet ut quæcunque arbores, hujus solis radiis circumfotæ in pristina sterilitate, nullum frugiferæ vitæ succum promittentes, perseverant. Jam excidantur, et in ignem conjiciantur et comburantur (19) Namque æquissimum et id ita judicavit Sol justitiæ: *Ut quid enim*, inquit, *etiam terram occupat* (20) ?

XL. Quanta vero mihi exemplorum copia suppetit, quibus veluti coloribus hodiernæ festivitatis mysterium pridem jam ad vivum designatum reperitur ! Mensis iste, principium mensium et totius annui orbis caput, ipse est, qui in Ægypto Israelem vidit tum in mediis calamitatibus intuentem suave libertatis lumen, tum exemptum per sanguinem ab angelo exterminatore ; cujus rei testis erat sacer paschalis ritus. Verum illi temporaria servitute, atque laboriosis ærumnis, quæ saltem per mortem cessant, ea occasione liberati fuerunt. At illi, qui ab Adam vel usque ad hunc Christi adventum vitam finierunt, tyrannidem sane acerbiorem, in tenebricosas inferorum sedes descendentes passi sunt. Et certe aptius his, qui vinculis mortis atque inferorum captivi detinebantur, convenerit quæ in Psalmis dicta sunt : *Et clamaverunt* (inquit) *ad Dominum, cum tribularentur, et de necessitatibus eorum liberavit eos : Misit Verbum suum, et sanavit eos, et eripuit eos de interionibus eorum* (12). Nemo quippe alius de morte tropæum erexit, et naturam a corruptione liberavit, nisi Patris subsistens et coæternum Verbum, qui secundum paternum beneplacitum ecce advenit, ut incarnatus ex virgineo sanguine sit *primogenitus in multis fratribus* (22), et cognatos suos invisat. Manifeste enim compertum est. Dominum e tribu Judæ ortum esse. Erit autem, quando propter fratrum invidiam in Egyptum, in tenebrosa nempe inferni regna, descendet.

XLI. Quin etiam vidit hic (primus mensis) opere completum (23) tabernaculum illud vectile, cujus princeps artifex fuit Beseleel, nulli utique subnixum fundamento, intus vero nihil continens, nisi figuras veri tabernaculi, et animatæ illius vere *sanctificationis Arcæ*, de qua etiam cantatum in Psalmis fuit : *Deus in medio ejus et non commovebitur* (24) Tum dedicatio tabernaculi, hoc ipso mense ab Israelitis celebrata est (35). Adeo nempe dignum maxima cura Domino Deo visum est divinum illud ac magnum mysterium, quod hodierna die perficitur, ac propterea variis ante symbolis descriptum fuit.

XLII. Nunc etiam *Sapientiæ Dei* domus con-

Διὰ γὰρ, ἐπειδὴ ὁ χειμὼν παρῆλθε, καὶ ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης ζωογόνος (18) ἐπέλαμψε, καὶ τὸ ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ ἄνθος ἐβλάστησεν, ὅσα τῶν δένδρων, μετὰ τὴν ἐκ τοῦ ἡλίου περίθαλψίν, ἐπὶ τῇ πρώτῃ μένουσιν ἀκαρπίᾳ, μηδεμίαν ἰκμάδα τῆς εὐζωίας ἐπαγγελλόμενα, ἐκκόπτεσθαι, καὶ εἰς πῦρ βάλλεσθαι, καὶ καίεσθαι. Δίκαιον γὰρ καὶ τοῦτο οὕτω τῆς δικαιοσύνης ὁ ἥλιος κέκρικεν · Ἵνα τί γὰρ, φησὶ, καὶ γῆν καταργεῖ ;

Μ'. Ὡ πόσων μοι τῶν παραδειγμάτων, ὡς χρωμάτων τὸ θαψιλὲς, δι' ὧν τὸ τῆς παρούσης ἑορτῆς προεζωγραφεῖτο μυστήριον ! Ἡ πρωτομηνίτις αὕτη κορυφαία, καὶ παντὸς τοῦ χρονικοῦ κυκλοφορήματος ἔξαρχος, καὶ τὸν τλητὸν ἐν Αἰγύπτῳ Ἰσραὴλ εἶδεν ἰδόντα φῶς γλυκὺ τῆς ἐλευθερίας, καὶ φυγόντα δι' αἵματος τὸν ὀλοθρεύοντα ἄγγελον · μαρτύριον δὲ τούτου τοῦ Πάσχα ἡ τελετή. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν προσκαίρου δουλείας, καὶ ἐργομοχθίας θανάτῳ ἀναπαυομένης, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἀπελύοντο · οἱ δὲ ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως καὶ εἰς αὐτὴν τὴν παρουσίαν Χριστοῦ τὸ ζῆν καταλύσαντες, τὴν πικροτέραν ὑφίσταντο τυραννίδα, ἐπὶ τὴν σκοτεινὴν παροικίαν καταβάντες τοῦ ᾅδου. Καὶ τὰ ἐν Ψαλμοῖς εἰρημένα τοῖς τῷ θανάτῳ καὶ τῷ ᾅδῃ τυραννουμένοις μᾶλλον ἁρόσειεν · Ἐκέκραξαν, φησὶ, πρὸς τὸν Κύριον ἐν τῷ θλιβέσθαι αὐτούς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς. Ἀπέστειλε τὸν Λόγον αὐτοῦ καὶ ἰάσατο αὐτούς, καὶ ἐρρύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. Οὐδεὶς γὰρ ἕτερος κατὰ θανάτου τροπαῖον ἔστησε, καὶ τῆς διαφθορᾶς τὴν φύσιν ἀπήλλαξεν, εἰ μὴ ὁ τοῦ Πατρὸς ἐνυπόστατος Λόγος καὶ συναίδιος, ὃς κατ' εὐδοκίαν ἰδοὺ πατρικὴν ἀφικνεῖται, ἵνα γένηται πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς διὰ τῆς ἐκ παρθενικῶν αἱμάτων σαρκώσεως, καὶ τοὺς συγγενεῖς ἐπισκέψηται. Προῴδηλον γὰρ ὅτι ἐξ Ἰούδα ὁ Κύριος ἀνατέταλκεν. Ἔσται δὲ, ὅτε φθονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν εἰς Αἴγυπτον καταβήσεται, καὶ τὰ σκοτεινὰ τοῦ ᾅδου βασίλεια.

11. Igitur ad cædem et sacrificium adducebantur myriades integræ, interque eos velut unus de vulgo æstimabatur quidam, ad eadem cum cæteris ferenda damnatus, qui unus dici poterat pretiosus mundi thesaurus et dignum terrarum orbis ornamentum, ille, inquam, qui secundum Deum se ornaverat Cosmas, vir et externa sapientia insignis, et ea quæ domestica est nobis incomparabilis : qui cum a mundo recessisset, inter homines ex Dei consilio viventes conscriptus, non solum cum ipsis cito venit in vitæ morumque societatem, eorumque virtutes perfecte æquavit ; verum etiam longo ipsos præcelluit intervallo, propositus cunctis ut conversationis perfectioris idea atque irreprehensibilis regula. At non hoc uno fuit contentus, neque satis habuit tantum seipsum dirigere ac propriam vitam juxta Dei voluntatem componere ; sed vitæ communis homines circumiens eosdem curare et ad Deum studuit promovere : ut, si fieri posset, abduceret eos ab indulgentiori et affectibus mancipata ac brutali conversatione, atque ad honestum et ornatum vivendi genus traduceret, quale revera hominem condecet. Denique suo egrediens monasterio, et ab Italia (unde erat oriundus) recedens atque ulteriores regiones ex ordine pertransiens, et per viam cunctos instruens ad saniorem vitæ formam cum pervenissēt ubi piratæ facturi erant

A λησιν, καὶ τρόποις διωκονόμει παραχωρήσεως ἐπευδοκῆσαι τουτῳὶ τὰ πρὸς ἕφσιν · καὶ οἷος ὁ τρόπος, ἀκούσατε.

ι'. Οἱ τῆς δούλης Ἄγαρ ἀπόγονοι, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἐλευθέρας Σάρρας οὐκ οἶδ' ὅπως (ἐπωνυμίαν) σφετερισάμενοι, δοῦλοί τε ὄντες ὡς ἐκ δούλης τυγχάνοντες καὶ τὰ τῶν δούλων φρονεῖν ἔχοντες, καὶ αἰεί πως περὶ τοὺς κυρίους δύσνοι πεφηνότες καὶ πρὸς τοὺς δεσπότας κακοί, οὐκ ἀρκετὸν ἐνόμισαν τὴς ἡμετέρας τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς τῶν πρὸς ἕω τὰ πλεῖστα κατασχόντες, καὶ τὰ τῶν δεσποτῶν οὐ μετρίως σκῆπτρα μειώσαντες · ἀλλ' ἤδη καὶ κατὰ τῶν λοιπῶν μερῶν ἐμελέτησαν, τῶν ἐναλίων καὶ παραλίων κατεπιχείρῆσαι πόλεων καὶ κωμῶν ἐβουλεύσαντο. Νεναυστοληκότες οὖν κατέτρεχον τὰ B παράλια, καὶ πολλοὺς μὲν ἐζώγρουν, συχνοὺς δὲ ξίφους ἔργον ἐτίθουν, πλείστους δὲ καὶ ἀπεμπόλουν τιμιουλκοῦντες ἀσυμπαθέστατα. Ἐπεὶ δὲ ποτε, βαβαὶ συμφορᾶς ἐκείνης ! τὰ δεινὰ ταῦτα κατὰ θυμὸν ἐκτελέσαντες, καὶ νόστου μνησάμενοι, πλείστους ὅτι τοὺς ξυλληφθέντας ἀνήγαγον, πάντας ἀποδόσθαι μὴ ἔχοντες, πολλῶν τε ὄντων καὶ πολλοῦ τιμωμένων, σφαγῇ συλλήβδην παραδοῦναι βεβούλευνται · τάχα γε τῷ σφετέρῳ αὐτῶν διδασκάλῳ τῷ ἐναγεστάτῳ Μωάμεθ, προσαγηοχέναι προειλόμενοι θύματα · καὶ εἰκότως ἄρα, εἰ καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς τῆς φύσεως ἐβουλεύσαντο · τοῦ γὰρ ἀνθρωποκτόνου Σατὰν μύστης ὢν ἐκεῖνος καὶ μιμητὴς, φόνοις τε περιὼν ἠγαπᾶσκετο, καὶ τὸ φονεύειν ἐνδέδωκεν, ἢ μᾶλλον, ὡς τι τῶν ἀμεταθέτων ἐντέταλται. ὥσπερ δὴ καὶ πᾶν ἕτερον ἀναγὲς ἀπαραβάτως διδάξαχεν ἐκτελεῖν. C

ια'. Ἀπῆγον οὖν μυριοστὰς ὅλας, ἐφ' ᾧ γε σφαγιάσαι καὶ θυσίαν θεῖναι τῷ Σατανᾷ · ἀλλὰ συνῆν ἐκείνοις, καὶ τῶν πολλῶν εἷς ἐνενόμιστο καὶ τὰ αὐτὰ συγκαταδεδίκαστο, κόσμου θησαυρος ἀξιόχρεως καὶ οἰκουμένης ἄξιον ἀληθῶς ἐγκαλλώπισμα, ἐκεῖνος οὗτος ὁ κατὰ Θεὸν ἑαυτὸν κοσμήσας Κωσμᾶς, ἀνὴρ τὴν ἐκτὸς σοφίαν πολὺς καὶ τὴν ἐντὸς καὶ ἡμετέραν ἀξύμβλητος · ὃς ἀποκεχωρηκὼς κόσμου καὶ συγκαταλεγεὶς ἀνδράσι ζῶσι κατὰ Θεὸν ἐν μετρίῳ πάνυ τῷ χρόνῳ οὐχ ὅτι γε σφίσι συνημιλλήθη καὶ ἀκριβῶς τὴν ἀρετὴν ἐξισώθη, ἀλλὰ πολλῷ τινι τῷ μέτρῳ καὶ ὑπερβέβληκε, καὶ τύπος οἷον τοῦ κατ' ἀρετὴν ἐγκατέστη βίου καὶ κανὼν ἀπαρέγκλητος. Ἀλλ' οὐκ D ἠγάπησε τούτῳ, οὐδ' ἀρκετὸν ἐνόμισε τὸ μόνον ἑαυτὸν ῥυθμίσαι καὶ ζῆν ἀπευθύνων κατὰ Θεὸν · ἀλλ' ἤδη καὶ τοὺς ἐν βίῳ περιοστῶν ἐπισκέπτεσθαι ἤθελεν, ὡς ἂν, εἰ οἷόν τε, τῆς ἐμπαθεστέρας πάντας καὶ κτηνώδους ζωῆς ἀπαλλάξειε, καὶ πρὸς εὐπρέπειαν μεταγάγοι, τὴν ὡς ἀληθῶς ἀνθρώπῳ καθήκουσαν. Ἀμέλει τοι καὶ τῆς μονῆς ὑπάρας, καὶ τῆς τῶν Ἰταλῶν ἐξορμήσας, ὅθεν ποθὲν καὶ γεγένητο, καὶ τὰ ἐφεξῆς ἅπαντα διιών, τάχα δὲ καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταγαγών, ὅπηπερ οἱ πειραταὶ ἐπεισφρῆσαι ἤμελλον (κρυμάτων ἀκαταληψίας Θεοῦ) προῦλαβε γεγονώς καὶ ξυνείληπται. Συναπήγετο γοῦν συσφαγῆναι συνεκλεγείς · ἀλλ' οὐκ ἐτάραττε τουτονὶ θάνατός, οὐχ ἡ ἐπ' ἀλλοδαπῆς, τὸ γε δὴ τοῖς πᾶσιν

ἀπευκταιότατον, τελευτὴ· ἑνὶ δὲ καὶ μόνῳ πάνυ λίαν λελύπητο, καὶ δι' ἓν ἐπαθαίνετο, καὶ ὑπὲρ τὸ δέον (εἴ γε δέον εἰπεῖν) ἐδυσχέραινέ τε καὶ ἐχαλέπαινε (φιλαγάθως πάντως, οὐ φιλοτίμως), ἀλλ' εἶχεν ἐν ἀπορρήτῳ' πρὸς ὃν οὐκ ἔχων εἰπεῖν. A exscensionem, ex incomprehensibili Dei judicio in eorum incidit manus, et captus fuit. Simul itaque abductus, nunc inter jugulatos assistebat: non tamen eum conturbabat mors præsens, eamque pergre subeundi necessitas, quæ solet imprimis formidanda videri : sed una re solum valde tristabatur et commovebatur, ac pene ultra quam decebat ferebat moleste (probitatis tamen potius quam ambitionis studio sese affligens, id ipsum autem in pectoris arcano fovebat, quia cui aperiret non habebat.

ιβ'. Ὡς δὲ δὴ καὶ συναπήγοντο τὴν ἐπὶ θανάτῳ οἱ συγκατάσχετοι, καὶ τοῖς ἐκείνου ποσὶν ἄλλος ἄλλον προσλαμβάνειν ἐσπευδον ἐπικυλινδούμενοι, καὶ ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας δυσωποῦντες ἕκαστος συχνὰ τῶν ποδῶν κατέῤῥαινον δάκρυα, ἰδόντες οἱ βάρβαροι τὴν πρὸς ἐκεῖνον πάντων ἐκείνων αἰδῶ, καὶ ἅμα τὴν διάπυρον αἴτησιν ἥτις ἀδιάπτωτον ὥσπερ τὴν ἐλπίδα σφῶν ὑπενέφαινε, σεμνὸν καὶ ἄλλως τὸ εἶδος ὁρῶντες, κἂν τοῦ ἤθους κατανοοῦντες σεβάσμιον· τίς τε εἴη προήχθησαν ἐρέσθαι, καὶ ὅθεν ἐσχήκει τὴν γένεσιν, καὶ ὅ τι γέ τοὐτῳ τὸ ἐπιτηδευμα, κλῆσίν τε πρὸς τοὐτοις, καὶ ὑπὲρ τίνος (καὶ αὐτὸς τοῖς ἄλλοις ἐπίσης [ἔχων] τὸ ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι) οὕτως ἀπὸ ψυχῆς ποιούμενος φαίνεται, τὸν μονάδα βίον ἀπαξ ἑλόμενος (ἐκ γὰρ τῆς ἀναβολῆς συνιέντες εἶχον τὴν πολιτείαν) καὶ βίωτικὸν ἅπαν ἀπεστραφὼς, μόνης δὲ τῆς ἐκεῖθεν λήξεως ἐφιέμενος, κἀκεῖ γενέσθαι περὶ πλείστου πάνυ τιθέμενος· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐλάνθανε τούς ἀλιτηρίους ἐκείνους, ὁποία κατὰ εὐσεβῶν ἡ προθεσις μοναστῶν, καὶ ὅ τι γε σφίσι τὸ διὰ παντὸς σκοπούμενον καὶ ζητούμενον, ὑπὸ χεῖρά τε πολλοὺς πολλάκις συλλαβόντας, καὶ τότε δὴ συχνοὺς πάνυ κατασχόντας, καὶ παιδιᾶς χάριν (τάχα δὲ καὶ τῶν ἡμετέρων εἰρωνείας) τὰ κατ' αὐτοὺς ἀνετάζοντας. Καὶ ὃς δὴ βαθὺ στενάξας καὶ μύχιον· Καὶ ἀλλως μὲν ἐχρῆν ἀπαραμύθητα λυπεῖσθαι, τοὺς ὁμοεθνεῖς τούτους βλέποντι καὶ ὁμόφρονας βοσκημάτων δίκην ἀπαγομένους πρὸς τὴν σφαγὴν· καὶ ὑμᾶς τῇ ἀπωλείᾳ σφῶν ἐπιχαίροντας, ἀνθρώπους ὄντας καὶ ἡμῖν ἐξίσης Θεοῦ τυγχάνοντας πλάσματα· εἰ καὶ τὴν θρησκείαν ἀντιδιῄρησθε, ὑποβολαῖς ὄντως τοῦ ἀρχεκάκου σατὰν, ὃς πάλαι μὲν ἡμᾶς ἀπατήσας, τοῦ Θεοῦ τε διέστηκε, καὶ τῆς θείας τρυφῆς ἐξωστράκισε καὶ εἰς τὸν κλαυθμῶνος τόνδε χῶρον κατῴκισεν· οὐ παύεται δὲ καὶ νῦν εἰσέτι, φύσις ἡ πονηρὰ καὶ χαιρέκακος, καὶ ἀλλήλων διασκηνῶν καὶ ἀπομακρύνων Θεοῦ ταῖς πολυπλόκοις αὐτοῦ μαγγανείαις καὶ τοῖς δείνοῖς ἄγαν σοφίσμασιν. Ἀλλ' ἔστι μοι πρὸς τούτοις καὶ ἕτερον, λίαν ἀποκναῖον καὶ ἀνιῶν ἀπαράκλητα· διὰ πάσης καὶ γὰρ παιδείας ἐληλύθώς, καὶ σοφίας εἰς ὅκρον ἐληλακώς, μέρος τε αὐτῆς μηδὲν λελοιπώς ἀνεξέταστον οὐδενί πως ἄχρι δὴ καὶ τῆς τήμερον τοῦ τοιούτου θησαυροῦ μεταδέδωκα, καὶ δέδοικα ἐπ' ἐσχάτων ὁ μέλεος τὸ παρὰ τοῦ ἐμπεπιστευκότος κατάκριμα. B immobilis, quam in ipso repositam habebant, considerantes barbari, et cæteroqui gravem specie ac moribus venerabilem conspicientes cœperunt interrogare eum, quis esset, unde natus, quod ei studium, quod nomen foret; et qua de causa (cum ipse quoque similem aliis haberet originem ex hominibus) ita præter naturam agere videretur, monastica vita in perpetuum electa (ex amictu namque agnoscebant ejus professionem), ut a sæcularibus rebus aversus, solam quæ in religiosorum claustris est quietem desideraret, illic esse quam maximi faciens. Neque enim nefarios illos latebat monachorum institutum. et quem scopum considerationibus ac meditationibus suis haberent propositum; ut qui eorum multos sæpe fecerant C captivos, et tunc eorum plures tenebant; eurio-sitatis gratia, forte etiam nostra ridendi studio res illorum soliti explorare. Ille vero, profundo arcanoque suspirio edito, Me quidem, inquit, oportebat inconsolabiter tristari, intuentem contribules hosce et unanimes meos, pecudum more ad lanienam protractos, vos autem eorum pernicie gaudentes, cum sitis homines et æquali nobiscum sorte creaturæ Dei quanquam religione dissideatis a nobis, opera auctoris malorum diaboli, qui jam pridem genus humanum decipiens ipsum sejunxit a Deo et a paradisi deliciis exterminavit, atque in hanc luctus regionem transtulit; non autem desistit etiam nunc ejus pessima indoles ac malis gaudens ab invicem nos disjungere fallaci-D bus suis præstigiis, et dolosis illusionibus magis magisque elongare a Deo. Verumtamen aliud quiddam est, multo dignum mœrore, quod me affligit inconsolabiliter, videlicet quod disciplinarum omnium emensus stadium et sapientiæ fastigium consecutus: nullam ejus partem dimittendo quam non sim perscrutatus, nemini ad hunc usque diem de hoc thesauro communicavi; et ab eo, qui hæc mihi tradidit, metuo socordiæ ad extremum damnari.

ιγ'. Ἀκούει τὸν λόγον ὁ τοῦ Ἰωάννου πατήρ· συμπαρωμάρτει καὶ γάρ, ἐφ' ᾧ γε ἐκθέσθαι τοὺς κατασχέτους πάνυ δεξιῶς συνωθῶν, καὶ ὅτι σαχνοὺς ὑφαιρούμενος. Ἐγγιστά που τοίνυν ἐκείνου γενόμενος, ἡρέμα καὶ σὺν αἰδοῖ ἐπανήρετο. Ἀληθῶς ἄρα

13. Audiit hunc sermonem pater Joannis : sequebatur enim, dextere satagens; ut ex iis qui detinebantur differrentur multi, nec paucos exitio subtrahens. Quam proxime itaque accedens ad eum, sensim et reverenter interrogavit, dicens :

Verene, ut dixisti, tantum in te bonum occultatum est? Ille autem, effusis ad hæc lacrymis eodemque animi sensu motus, eadem iterum affirmavit, et quæcunque noverat distinctiori enumeratione percurrens, singula distinctius diffusiusque explicabat. Dicebat ergo quomodo numerorum rationes et cohærentiarum proprietates pulchre calleret; et plani ac solidi perimetros ac diametros atque figuras edoctum sese, etiam laudatissimam astrologicæ compositionis scientiam tenere. ac veluti constitutum in cœlo dimensum esse motus corporum æthereorum; sapientiæ quoque sublimioris sacris initiatum se; quodque (ut uno dicam verbo) possideret aliquid inter humana pretiosissimum, bonum profecto, quale nunquam huc aut venit aut veniet, sicut quidam e veteribus sapientibus dixit Et tamen in neminem incidi, inquit, quocum hæc possem communicare. Ad quæ ille: Scito quod ego implebo desiderium animi tui, neque abire te sinam tali laborantem egestate et confectum dolore, partim quia pro tibi creditis examen formidans, pœnam times, partim quia periculum est ne ignotus hinc exeas, et in oblivionis profundo occulteris, eo quod nullos post te relinquas filios, acquisitos per magisterium, qui longe præstantiores ad futuram memoriam quam naturales esse videntur, et, sicut audio, diutius vivunt quam geniti secundum carnem. Sunt enim mhi filii, forma præstantes filii, maturi, filii capaces disciplinarum quas enumerasti, velut receptacula purissima et amplissimi alvei, sed adhuc inanes, defectu talia largientis et quasi per rivum infundentis. Hos ego tibi adoptandos tradam; tuum erit eas quas dixisti disciplinas ipsis tradendo eosdem quodammodo regenerare.

14. Hæc cum dixisset, festinanter abit ad Persarum principem, quæ sibi cum Cosma intercessissent denuntians, eumque petit dari sibi, et cujus rei gratia id petat, manifestat. Ut vero assensum ejus obtinuit (multa enim apud ipsum gratia et auctoritate valebat), non minori gaudio quam Cosmas perfusus, domum eum perducit. Quomodo autem inter varia humanitatis officia ipsum exceperit, et quam jucunde complexus fuerit, longior verborum circuitu prolixius explicare superfluum puto. Cæterum cum super omnes domesticos eum constituisset et sicut alterum se coli a cunctis jussisset, tradens ei filios suos, ipsius quasi filios efficit. Isti erant, Joannes, splendidum nostræ orationis argumentum; et ille qui ante ipsum, defectu prolis naturalis, fuerat adoptatus a Mansure, admirabilis, inquam, suoque ut nomine sic et moribus Cosmas; de quo quid velut in transitu dixerim? quandoquidem si quis res ejus susceperit ex proposito recensendas, vix eas prout dignum est exsequeretur. Accepit ergo puerorum sibi commissorum par divinus pædotriba, tanquam pullorum generosorum domitor exercendum ad

A τοι, καὶ ὡς ἔφησθα, τοσοῦτον ἐγκατακέκρυπται ἀγαθόν, καὶ οὕτω χρῆμα τοῦ παντὸς ἄξιον ἐναπόκειται; Καὶ ὃς δακρύσας καὶ τὴν ψυχὴν αὐτὴν πεπονθώς, τὰ αὐτὰ καὶ αὖθις εἰρήκει· πλατύτερόν τε διεξῆει τὰ τῆς παιδεύσεως, καὶ τὰ ἐξακριβωθέντα παραγεγυμνώκει λεπτότερον. Φησὶ γοῦν ὡς λόγους τε ἀριθμῶν, καὶ ἀναλογίας ἁρμονιῶν καλῶς ἄγαν ἠκριβωκώς, τῶν ἐπιπέδων καὶ στερρῶν περιμέτρους καὶ διαμέτρους, καὶ σχήματα, καὶ αὐτῆς γε τῆς πολυθρυλλήτου τῶν ἀστέρων συντάξεως τὴν πολυύμνητον ἐπιστήμην συνειλοχώς, καὶ ὡς ἐν οὐρανῷ γεγονὼς καὶ τῶν αἰθερίων σωμάτων τὴν κίνησιν ἀναμετρησάμενος, τά τε τῆς ὑπερτέρας σοφίας μυηθεὶς ὄργια, καὶ (ὡς ἔπος εἰπεῖν) τὸ τιμιώτατον τῶν ἐν ἀνθρώποις κτῆμα κτησάμενος, λόγους δηλαδὴ
B καὶ σοφίαν (χρῆμα, ὦ οὗτος, οἷον οὔτε ἦκεν ἐνθάδε, οὔτε μὴν ἥξει τῶν χρόνων ποτέ, ὡς καὶ τῶν παλαιτις σοφῶν ἰσχυρίσατο) οὐδενὶ τυχὼν ὅτῳ τούτου μετέδωκα. Καὶ ὅς· Ἀλλ' ἐγώ τοι, τοῦτ' ἴσθι, ἐκπλήσω τὸ καταθύμιον, καὶ οὐχ οὕτως ἀπελθεῖν ἐάσω καταδεᾶ καὶ περίλυπον, τοῦτο μὲν, οἷς τὴν ὑπὲρ τοῦ ἐμπεπιστευμένου δίκην ὑποπτεύεις, καὶ τὴν εὐθύνην ἐπιλογίζῃ καὶ δέδιας, τοῦτο δ', οἷς ἀνώνυμος οἴχεσθαι κινδυνεύεις καὶ λήθης ἐναποκρυβῆναι βυθοῖς μὴ παῖδας ἄτε καταλελοιπὼς τῷ βίῳ διὰ παιδεύσεως, πολλῷ τινι τῶν ἐκ σαρκὸς πρὸς τὴν ἐσαῦθις μνήμην κρείττονας πεφηνότας, καὶ μονιμωτέρους. ὡς ἀκούσας ἔχω, μακρῷ τῶν ἐξ αἵματος. Εἰσὶ γάρ μοι παῖδες, παῖδες ὡραῖοι, παῖδες καλοὶ, παῖδες παιδευμάτων οἷων ἀπηριθμήσω καθαρὰ πάνυ δοχεῖα
C καὶ εὐρεῖαι δήπου δεξαμεναὶ, κενοὶ δὲ εἰσέτι, χήτει τοῦ τῶν τοιούτων μεταδώσοντος καὶ οἷον ὀχετηγήσοντος, καθεστήκατον. Τούτους, γίνωσκε, τοὺ λοιποῦ παῖδας ἐγωγε θήσω σοι· σοὶ δ' ἂν τὸ ἐντεῦθεν εἴη ὅσοις τε καὶ οἵοις εἰρήκεις ἀναγεννῆσαι παιδεύμασι.

ιδ'· Ταῦτ' εἰπὼν, σπουδῇ παρὰ τὸν Περσάρχην ἄπεισι, καὶ τὰ κατὰ τὸν Κοσμᾶν ἀπαγγέλλει, καὶ αἰτεῖται, καὶ ὅτου γε χάριν διασαφεῖ. Ὡς δὲ δὴ καὶ εἵληφε τὸ ἐνδόσιμον (πάνυ γὰρ ἦν αὐτῷ πολὺ παρ' αὐτῷ τὸ αἰδέσιμον), οὐχ ἧττον αὐτὸς χαιρων ἢ χαίροντα ἐκεῖνον οἴκαδε ἀπάγει λαβών. Ὅπως μὲν οὖν ἐφιλοφρονήσατο, καὶ οἷοις τὴν πρώτην ἐδεξιώσατο, περιττὸν ἴσως μακρηγορεῖν· Πλὴν ἀλλ' ἐπὶ πᾶσι τοῖς αὐτοῦ καταστήσας, καὶ ἄλλον ἑαυτὸν ἅπασιν ἐναποτεταχως, τοὺς αὐτοῦ παῖδας ἐγχειρίζει, παῖδας αὐ
D τοὺς εἰσποιήσας αὐτῷ· Οὗτοι, Ἰωάννης, ἡ λαμπρὰ τῶν ἡμετάρων λόγων ὑπόθεσις, καὶ ὁ πρὸ αὐτοῦ τεθεὶς εἰς υἱὸν γνησίου στερήσει γεννήματος, ὁ θαυμάσιος κλῄσίν τε καὶ τρόπον Κοσμᾶς· περὶ ου τί περ ἂν καὶ φαίην, οὕτως ἐκ παρέργου εἰδώς; ὡς εἰ καὶ προὔργου τις τὰ κατὰ τοῦτον ποιήσαιτο, μόλις ἂν τῶν πρὸς ἀξίαν ἐφίκοιτο. Πλὴν ἦλλ' ἐγχειρίζεται τὴν ἱερὰν ξυνωρίδα ὁ θεῖος ἐκεῖνος παιδοτρίβης ἢ γυμναστὴς, ἥδιστα δ' ἂν φαίην, καὶ ἱερὸς μοσχοδάμνης, ὅπως ἂν πρὸς τὴν τῆς οἰκουμένης δήπουθεν νέωσιν, καὶ τὴν τῶν θείων δογμάτων διασπορὰν ἐγγυμνάσειε. Περὶ μὲν δὴ τοῦ θείου λέγειν Κοσμᾷ τό γε νῦν εἶναι ἀναβολῇ παραπέμπω καὶ

ὑπερτίθεμαι· ὃς γὰρ περὶ τοῦ ἑνὸς πρὸς ἀξίαν λέγειν οὐκ ἔχω, τί ποτ' ἂν γενοίμην καὶ τοῖς τοῦ ἑτέρου φιλοχωρήσας; ἄλλως τε καὶ τῆς παροιμίας ἀκηκοὼς πρὸς δύο μὴ ἀποδύεσθαι, τὰ κατὰ τοῦτον παρίημι· δυσχεραίνων μὲν οἷς οὐκ ἐξισχύω ἅμα καὶ ἀμφοῖν ἐπιβαλέσθαι, καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς ἀμφιλαφῶς δράξασθαι, καὶ ἑνὶ τούτῳ λόγῳ τὰ ἑκατέρου διεξιέναι πλεονεκτήματα, ἢ μᾶλλον τὰ θεῖα τούτων ἔργα καὶ κατορθώματα· οὐκ ἔχων δ' ὅ τι καὶ δράσαιμι, πρὸς τὰ τοῦ Ἰωάννου καὶ πάλιν ἐπάνειμι, ἀγωνιῶν τε καὶ πνευστιῶν, καὶ ὅλος τῷ ἱδρῶτι διάβροχος, ὡσάν τις τῶν διωδευκότων μακρὰν, καὶ μακροτέραν ἀφορώντων τὴν εἰς τὸ ἔμπροσθεν.

A universi orbis culturam et ecclesiasticorum dogmatum sementem. Ego autem de eximio Cosma in præsentiarum dicere omitto, differens eum et in aliud tempus rejiciens. Qui enim de uno pro dignitate dicere non valeo, qualisnam exsisterem, in alterius actionibus ad placitum immoratus? cum cæteroquin proverbium audierim, Adversum duos ne exuitor. Ea igitur quæ ad Cosmam spectant prætereo; ægro quidem animo ferens quod simul ambobus nequeam intendere, et res ab eis gestas utraque (ut dicitur) manu complecti, unaque oratione enarrare prærogativas utriusque, aut potius divina opera actaque egregia. Cum itaque ad id agendum sim impotens, revertor ad Joannem, animo ad defectionem usque laborans, atque anhelitum ægre ducens, et totus sudore madidus, velut eorum aliquis qui longam emensi viam, longiorem ante conspectum habent.

ιε'. Ἀλλ' ἐπεί τοίνυν ὁ Ἰωάννης ἀξίου τοῦ παιδευτοῦ, τοῦ Θεοῦ καλῶς προνοησαμένου, τετύχηκεν, ὕδωρ, ὅ φασι, κοταπρανοῦς τῷ τῆς φορᾶς ἀκατασχέτῳ διεδείχθη, ἢ πῦρ ἐν καλάμῃ τῷ τῶν μαθημάτων δραστικῷ τε καὶ περιληπτικῷ, ἢ εἴ τι ἂν εἴη ἄλλο τῶν ὀξέως ἁπτομένων ἢ προβαινόντων, καὶ σχεδὸν ὑπερακπιπτόντων τὴν αἴσθησιν· μᾶλλον δὲ καὶ τὰ τῆς παροιμίας νενίκηκε, καὶ ὑπερβαλλόντως τὰ καθ' ὑπερβολὴν λεγόμενα παρελήλυθεν, ἅπανθ' ὁμοῦ παρελθὼν τὰ ταχύτατα, παραδραμὼν καὶ πτηνῶν αὐτῶν τὴν ὠκύτητα, καὶ χαμερπῆ τινα καὶ δυσκίνητα φαίνεσθαι ἀφείς, συγκρινόμενα· ἀλλ' ὅ δή μοι ἔπεισιν ἐπὶ τούτοις ἐρῶ. Ἐρῶ γοῦν ὡς ὅσην τὴν ταχύτητα ὁ νοῦς αὐτόθεν αὑχεῖ, μᾶλλον δ' ὑπόσην τὴν ἀεικινησίαν πλουτεῖ, ὡς ἀπ' ἄκρων ἀθρόον εἰς ἄκρα διικνεῖσθαι, καὶ εἰς αὐτὸν ἐκ τῶν τῇδε καὶ κάτωθεν ἀνατρέχειν τὸν οὐρανόν, καὶ ὑπὲρ ἐκεῖνον δ' ἐνίοτε γίνεσθαι, τοσαύτην ὁ αὐτόχρημα νοῦς Ἰωάννης, ὥσπερ μὴ ἐπιπροσθούμενος σώματι μηδὲ σαρκὶ παραποδιζόμενος, περὶ τὰς τῶν μαθημάτων ἀναλήψεις εὐδρομίαν ἠύχει καὶ συντονίαν, ἀπροσπταίστως, ἀπαραποδίστως, ἀθρόον ὁμοῦ διιὼν σύμπαντα καὶ εἰς βάθος τῶν νοημάτων κατανοῶν ἕκαστον· Καὶ μοι δοκεῖν οὐκ ἀπεικότως ἂν εἰ τοῦτον Πλάτων τεθείατο, τὴν μάθησιν ἀνάμνησιν ἐδογμάτισε, καὶ ἴσως ἂν ἐδέχθη καὶ πιθανώτερος ἔδοξε· παρῆκε δ' ἂν ἐπὶ τούτῳ τὰ φαῦλα καὶ μικρὰ παραδείγματα, τοῦ ἐλαίου δηλαδὴ τὸ ἀψοφόν τε καὶ εὔδρομον, καὶ ἄλλ' ἄττα τούτοις παρόμοια, παιδαρίων μικροφυΐαν πάνυ μικροφυῶς παριστάνοντα.

B 15. Postquam ergo Joannes dignum se præceptorem, Deo id procurante, nactus est; aquæ, ut dicitur, per declive fluenti apparuit similis irrevocabili impetu et celeri comprehensione diciplinarum; aut sicut ignis in stipula, aut si quid est aliud eorum, quæ progredientia celeriter, ad metam suam pertingunt celerrime, oculorumque aciem ferme prævertunt. Qui etiam superavit ea quæ in exemplum velocitatis populari sermone usurpantur, et quæ hyperbolice adducuntur antecessit, omnes insimul artes citissime emensus, ipsasque prævertens volucres, atque efficiens, ut collatæ secum, animalia quædam tardigrada aut humi repentia possent videri. Dixerim ergo quod quanta celeritate gloriatur spiritus, quantaque pollet agilitate, ut ab extremis ad extrema subito impetu C transeat, et in cœlum ipsum ab inferioribus hisce partibus recurrens, interdum super illud constituatur; tanta etiam Joannes, qui erat veluti purus spiritus, non obtenebratus corpore neque implicitus vinculis carnis, gloriari poterat cursus felicitate contentioneque circa liberalium artium disciplinam, nusquam labens, nusquam offendens, sed omnia continuo impetu pertransiens, et usque ad profundum quarumcunque notitiarum mente pervadens. Non incongrue igitur, si hunc vidisset Plato, doctrinam esse reminiscentiam definivisset, et fortasse meruisset probari, magis verosimile quid loqui visus, quam si proposuisset quædam ignobilia parvaque exempla, puta silentem ac facilem olei fluentis cursum, et reliqua his similia, infantulorum tenue ingenium valde exiliter exprimentia.

ις'. Τήν τε καὶ γὰρ ἐγκύκλιον παίδευσιν ἅπασαν ἀχρόνως σχεδὸν ἠκριβώσατο· ἐν ἀκαρεῖ γὰρ καὶ μετρίῳ πάνυ τῷ χρόνῳ πρὸς Ἑλληνισμόν τε τὴν γλῶτταν ἐρρύθμισε, καὶ συχνὴν ἱστορίαν ἐνθένδε συνειληχὼς τὰς φρένας πεπύκνωτο· μύθους δὲ καὶ λόγους πλασμάτων ἀναλεξάμενος, φλυαρίας μὲν Ἑλληνικῆς κατεγνώκει, προσφυῶς δ' ἐντεῦθεν ἀλληγορεῖν θαυμασίως ἄγαν ἐξήσκηται, ἔνθεν δέ καὶ πρὸς ὑποδοχὴν εὐτρεπὴς μειζόνων γεγένηται, ὑψηλοτέρων, λέγω, μαθημάτων καὶ καταλήψεων. Τοίνυν καὶ

D 16. Universum namque orbem litterarium fere sine temporis spatio absolvit, et quasi momentaneo certe perquam brevi temporis impendio ad Græci sermonis usum conformavit linguam; multamque cognitionem hinc adeptus, ea mentem instruxit: lectis vero fabulis figmentisque, Græcas quidem nugas damnavit, in allegorica tamen locutione apparuit vel exinde mirabiliter exercitatus, atque ad susceptionem majorum idoneus, ad sublimiorum dico disciplinarum speculationumque

comprehensionem. In divisione itaque earum partium, quas ignem spirans facultas complectitur, perbene versatus, inspectis orationum ideis ac methodis, collegit ex iis obiter multiplicem inventionum copiam affluentiamque, velut mercator sedulus, qui ad alium tendens locum in quo magnum sperat lucrum facere, sicubi per viam quid offenderit neutiquam contemnendum, non recusat ejus causa tantillum ibi commorari. Ita ergo etiam Joannes, rhetoricam rhetoricæque methodos quoquo modo mercatus, continuo ad philosophiam accurrit. Et primum quidem hujus primordia, rationalem scilicet facultatem exacte perdiscit, figuras resolutionesque syllogismorum explorat, propositionum affluentiam et promptum usum colligit; atque enuntiativæ orationis naturam speculatus, demonstrationem aggreditur, velut ratiocinii regulam et perpendicularem normam veritatis, aut potius ut scalam quamdam introducentem ad naturalium rerum investigationem, quæque ad contemplationem evehit mentem, ad sublimiorem scilicet aliam præstantioremque supernaturalium rerum indaginem. Loquacitatem vero quæ cum ipsa et post ipsam discitur (ita namque veterum non nemo dialecticam nominavit, quæ primam philosophiæ partem mire excolit et omnium artium est ministra, earumque tradit ac declarat principia et axiomata : ad omne siquidem quod perquiratur aut accidat opportunas etiam ipsa vias aperit), dialecticam, dico, facultatem ecquis diligentius quam ille, aut sicut ille perdidicit ? quis tanta perspicacitate ingenii in ea versatus est ? Nullus sane cum eo disceptavit, quin e vestigio cœpti pœnitens se ipsum condemnarit temeritatis. Expeditius enim aliquis Cretæ Labyrinthum, aut Cæadam Lacedæmoniorum effugisset, quam elenchorum ipsius evasisset retia, si semel iis esset irretitus.

17. Ast quando ad investiganda naturalium rerum arcana processit, Stagiritæ discipulis superior apparuit : non enim solum videbatur naturæ peritus arbiter, verum optimus explorator rationum, juxta quas naturæ rerum fuerint ordinatæ. Quare ipsius Aristotelis, et omnium quotquot ante et post illum de natura deque naturalibus rebus disseruerunt examinator sedulus, aut etiam explanator tutissimus habitus est. Animæ vero immortalitatem non ambigue ex ambiguis illius argumentis credidit ; neque ex altiloquis, ut non dicam fabulosis commentis Platonis, erronea quædam circa illam sophismata fuit amplexus, per incorporationes quasdam et transformationes totam de

A διαιρέσει τῶν τῆς πυριπνόου (5) κεφαλαίων ἐγγυμνασάμενος, λόγων τε ἰδίας καὶ μεθόδους διασκεψάμενος, κἀντεῦθεν συχνὴν εὐπορίαν καὶ ἄφθονον εὕρεσιν παροδικῶς συλλεξάμενος, ὥσπερ ἄν τις μεγαλέμπορος ἄλλοθί που τὸν σκοπὸν ἔχων καὶ τὸ μέγα ἐκεῖθεν κέρδος ἀπεκδεχόμενος, μεταξύ που τῆς πορείας τῶν τινι μὴ εὐκαταφρονήτων περιτυχών, βραχύ τι διατρίψας προσεπικερδᾶναι μὴ κατοκνήσειεν · ὡς δὲ καὶ οὗτος ῥητορικὴν καὶ τὰς τῆς ῥητορικῆς μεθόδους ἀμηγέπως ἐμπορευσάμενος, τὸ τάχος πρὸς φιλοσοφίαν ἀπέδραμε. Καὶ πρῶτα μὲν τὰ προτέλεια ταύτης τὴν λογικὴν πραγματείαν ἐξακριβοῦται, σχήματά τε καὶ ἀναλύσεις συλλογισμῶν σκέπτεται, καὶ προτάσεων χορηγίαν συλλέγει · καὶ καθάπαξ τὸν ἀποφαντικὸν λόγον ἐκμελετήσας τὴν
B ἀπόδειξιν ἐγχειρίζεται, κανόνα λόγων καὶ στάθμην ἀληθείας, ἥ καὶ ἀναγωγόν τινα πρὸς τὰ φυσικὰ κλίματα · ἅττα δὴ πρὸς θεωρίαν μεταβιβάζει, ὑψηλοτέραν ἄλλην καὶ κρείττονα, τὴν τῶν ὑπὲρ φύσιν λέγω καὶ θειοτέρων ἐξέτασιν. Τὴν δέ δὴ σύν ταύτῃ καὶ μετ' αὐτὴν, τὴν ἀθολεσχίαν λέγω (οὕτω γὰρ τις τῶν πάλαι τὴν διαλεκτικὴν κατωνόμασεν, ἥ φιλοσοφίαν τὴν πρώτην ὑποκρίνεται δεξιώτατα, τὴν ἁπάσας τέχναις καὶ ἐπιστήμαις πρεσβεύουσαν, καὶ τὰς ἀρχὰς τε παρέχουσαν, καὶ διασαφοῦσαν τὰ ἀξιώματα), τὴν οὖν ἐκείνην ἀντικρυς εἰκονίζουσαν (πρὸς γὰρ ἅπαν τὸ ζητούμενον ἢ προβαλλόμενον εὐχερῶς καὶ αὕτη τοὺς λόγους ἐπάγει, εὐλόγους ἅμα καὶ ἁρμόζοντας κεκτημένη πρὸς ἕκαστον) τὶς ὑπὲρ ἐκεῖνον ἢ κατ' ἐκεῖνον ἠκρίβωσε, καὶ οὑτωσί μετ' ἀγχινοίας
C ἐχρήσατο ; Οὐδείς ἂν εἰς λόγους ἐλθών ἐκείνῳ, μὴ παραυτὰ μετέγνω, καὶ τῆς προπετείας ἑαυτὸν κατεμέμψατο. Εὐχερίστερον ἂν τις ἐν Κρήτῃ λαβύρινθον, ἢ τὸν παρὰ Λακεδαιμονίοις Καιὰδαν (6) ἐξέφυγεν, ἢ τὰς ἐκείνου τῶν λόγων ἄρκυς διέδρασεν, εἴ γέ οἱ τοιοῦτον μοτὸ καὶ ἐδέησεν.

ιζ'. Ἀλλ' ἐπειδὴ περί φύσεως ἐξετάζειν ἤδη προήγετο, ὑπέρ τῶν ἐκ Σταγείρας ἐδείκνυτο · οὐ γὰρ δὴ μόνον δεξιός τις τῆς φύσεως ἐπιγνώμων ἐφαίνετο, ἀλλὰ καὶ τῶν λόγων ἀκριβωτής ἄριστος καθ' οὓς οὕτω πως τετάχαται τὰ τῆς φύσεως · ἔνθεν καὶ αὐτοῦ τε Ἀριστοτέλους καὶ τῶν ὅσοι πρὸ ἐκείνου καὶ μετ' ἐκεῖνον περί τε φύσεως καὶ φυσικῶν διεσκέψαντο, ἀκριβὴς ἄγαν ἀνεδείχθη διαιτητὴς, κἀπὶ τὸ ἀληθὲς διορθωτὴς ἀσφαλέστατος. Τὴν δέ τῆς ψυχῆς
D ἀθανασίαν οὐκ ἀμφιβόλως ἐξ ἀμφιβόλων τῶν ἐκείνου λόγων ὑπείληφεν · ἀλλ' οὐδ' ἐκ τῶν τοῦ Πλάτωνος ὑψηγοριῶν, ἐῶ δ' εἰπεῖν μυθολογιῶν, σεσοφισμένα τε καὶ πεπλανημένα περί ψυχῆν δοξάσας, μετενσωματώσεις τινὰς ἤ μεταμφιάσεις ταύτης τὸ σύνολον

(5) Τὴν πυριπνοον hic pro *rhetorica* usurpari, ut quæ animos dicendo inflammet, patet ex sequentibus ; ne quis autem de hujus lectionis sinceritate scrupulus cuiquam incideret, operæ pretium censuit Possinus noster ipsum archetypon codicem inspicere.

(6) Notus passim Cretensium labyrinthus, Lacedæmoniorum Cæadas non item. Fuit autem hæc, ut ex Strabone, Thucydide et Pausania colligitur, « custodia publica, in quam malefici conjiciebantur ; » addit Strabo, apud Persas sic dictum « ædificium plenum cineribus, » et alibi memini legisse me quidpiam de supplicio per cineres, cui destinatus illis ex improviso involvebatur suffocandus, quod forte occasionem præbere possit suspicandi, ex καίω *uro*, et ἀΐδης *infernus* etymologiam petendam esse. Ms. Vatic. κειάδαν habet.

παρεδέξατο · ἀλλ' ἀληθῶς καὶ ἀναμφηρίστως ἀθάνατον ἐπιγνούς, ἀθάνατα πρὸς τοῦ δεδημιουργηκότος ἢ δοξασθήσεσθαι ἢ κολασθήσεσθαι, ὅπως ἄρα τῇ σαρκὶ συμβιώσειε, καὶ κατείληφε καὶ δεδίδαχε · καὶ γινομένην εὐθὺς, ἑνί τε καὶ ἅπαξ ἐπέπειστο συνδεῖσθαι παχυλῷ σώματι, ὃ καὶ αὖθις ἀναλήψεται, πλὴν λεπτότερον καὶ θειότερον. Ἀλλ' ἐντεῦθεν ὁδῷ προϊὼν καὶ τοῖς ὑψηλοτέροις προσβαίνει μαθήμασιν, ὡς θεωρεῖν λόγους τε καὶ ἀναλογίας, ἁρμονίας τε συζητεῖν, καὶ ἀνερευνᾶν σχήματα καὶ κινήσεις ἀστέρων, καὶ συνόδους πλανήτων ἐξακριβοῦν, σχηματισμούς (ἐφ' οἷς δὴ καὶ ὡς ἀληθῶς τις ἀπόγειος καὶ ἄντικρυς οὐράνιος ἄνθρωπος ἀναπέφανται) Εὐκλείδας ὑπεραικοντίσας, Πτολεμαίους ὑπερβαλών, τοὺς πρὸ τούτων Χαλδαίους παῖδας ὥσπερ ἀποφήνας καὶ τὴν ἐπιστήμην ἡμιτελεῖς.

A anima doctrinam suscipiens: sed vere atque indubitanter intelligens ipsam esse immortalem, a conditore Deo etiam in æternum aut glorificatum aut punitum iri, juxta vitam in corpore actam, et cognovit et docuit; persuasumque habuit, statim atque creata foret, semel eam colligari unimateriali corpori quod rursus esset assumptura subtilius diviniusque. Hinc vero progrediens ad sublimiores disciplinas, accessit ad speculandas astrorum rationes proportionesque, eorumque inter se congruentia conquirendas et investigandas figuras: propter quorum notitiam terrigena quispiam possit velut ex opposito, dici homo cœlestis. Properavit etiam ad planetarum progressus figurationesque eorum et transfigurationes varias indagandas, Euclidas in hoc genere antecellens, Ptolemæos exsuperans, et qui illis antiquiores fuere Chaldæos, quasi pueros semiperfectos scientia fuisse demonstrans.

ιη'. Ἀλλ' ὀλίγου τε παρέδραμε. Τοῖς γὰρ ἠθικοῖς ἐντυχὼν τῶν παλαιτέρων συντάγμασιν, ὅσα ὁ ἐκ Σταγείρας, ὁπόσα ὁ ἐκ Χαιρωνείας (7), καὶ γε ὁ σεμνότητι παρ' Ἕλλησι διαβόητος Πλάτων συνέθετο, οὐκ ἀπερισκέπτως τοῖς δεδομένοις ἑαυτὸν ἐμπαρέσχετο · ἀλλ' ἐξ ἅμα πάντων, ἃ μὲν ἐνέκρινε ταῖς τῆς καρδίας πλαξὶν ἐνεχάραξεν, ἃ δ' ἑλληνικῆς διέκρινεν ἐμπαθείας ἢ προσπαθείας, ἀρίστως ἀποκρίνας, ἐκθύμως ἀπεστέρξεν. Ἀμέλει τοι καὶ τὴν Πλάτωνος κοινογαμίαν, εἰ δέ βούλει, τὴν Κράτητος (8) ὡς κυνώδη βιοτὴν ἐπιλογισάμενος κἀκ ψυχῆς αὐτῆς εἰποῦσιν, ἐς Κυνόσαργες (9), τό τε ἐκείνων εἰπεῖν, ἀπεπέμψατο · τόν τε Ἀριστοτέλη τοῦ γάμου μὴ κακίσας, ἀλλ' ὑπερφρονήσας, ὑπέρτερά τε φρονήσας καὶ ἐνθεώτερα, τὸν ἄσπιλον αἱρεῖται βίον καὶ κρείττονα. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ γέγονε κρείττονος τῆς ἡλικίας καὶ πρὸς γάμους πρός τε τῶν γεγεννηκότων αὐτῶν ἐδιάζετο, καὶ πρός τ' ἄλλων συχνῶν ἐν τέλει δῆτα καὶ μεγάλων ἐφείλκετο, καθάπερ τις ἀπαθὴς φύσει καὶ πάντα πρὸς τὰ τῇδε ἀπόστροφος, ἀκλινὴς ἄγαν ἦν καὶ ἀνένδοτος, ἄλλοθί που τὸν σκοπὸν ἔχων καὶ ἀλλαχοῦ μεταθεῖναι διανοούμενος τὸ πολίτευμα · ὅπη γε καὶ Παῦλος ὁ μέγας εἶχε τὴν πρόθεσιν, Ἰωάννης τε καὶ Ἰωάννης, ὅ τε σκιρτήσας πρὸ τῆς γεννήσεως καὶ τὸν Δεσπότην προσκυνήσας μὴ θεασάμενος, καὶ ὁ ἐπὶ τῷ τοῦ Κυρίου στήθει ἀναπεσὼν κἀκεῖθεν τὰ τῆς θεολογίας ἀρυσάμενος νάματα.

B 18. Verum illud parum abfuit quin me præteriret. Cum in veterum commentarios de morali philosophia incidisset, quos Stagirita et Chæronensis ac gravitate morum apud Græcos commendatissimus Plato composuit; non semetipsum omnibus incircumspecte tradidit, quæ ab iis memoriæ fuerunt tradita, sed inter ea optime discernens, quæ bona judicabat imprimebat cordis tabulis, quæ vero ad licentiam videndi gentilem et cupiditatum illecebras putavit pertinere omnino respuit. Sic communionem uxorum, a Platone adinventam, et a Cratere institutam communis vitæ societatem, caninam reputans atque ex animo detestans sectatores ipsorum in malam crucem amandabat: Aristotelis vero de conjugio opinionem non improbans, sed excelsius ea aliquid sapiens, sublimioraque et diviniora cogitans, incontaminatam longeque præstantiorem conjugali vitam præelegit. Ut enim provectioris evasit ætatis, compellebatur quidem a genitoribus ipsis ad nuptias, atque ab aliis, et his quidem multis positisque in dignitate, eodem pertrahebatur: sed veluti impassibilis quædam natura, a terrenis rebus omnino aversus, ad eas inflecti recusabat obstinate, utpote alibi suum habens scopum, eoque studium suum transferre cogitans, quo magnus Paulus suum intendit propositum, unusque et alter Joannes, is scilicet qui in utero matris ante nativitatem exsilivit, et quem necdum viderat Dominum adoravit; et ille qui supra ejusdem Domini pectus recubuit, hauriens inde theologiæ fontem.

C

D

ιθ'. Καὶ δὴ λοιπὸν οὕτως ἑαυτὸν ἐρρύθμισε, τάς τε τῆς ψυχῆς δυνάμεις ἐκόσμησε, καὶ τῷ νῷ καλῶς καθυπέταξεν, ὡς θείαν ὄντως ἁρμονίαν ἐμφαίνεσθαι τούτῳ, καὶ ἀγγελικὴν ὡς ἀληθῶς σεμνοπρέπειαν. Ὅθεν δὴ καὶ οὐ μόνον τοῖς γεννήτορσιν ἱράσμιος ὁμοῦ καὶ τίμιος ἦν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἄλλοις, καὶ αὐ-

19. Deinceps autem taliter concinnavit seipsum animique potentias ita adornavit ac mentis imperio subordinavit, ut in eo reipsa apparerent divina quædam harmonia et decor morum angelicus gravitasque: quapropter non solum erat charus atque amabilis genitoribus, sed et aliis omnibus ip-

(7) Plutarchum intellige, Chæroneiæ in Bœotia natum.

(8) Crates Thebanus, Diogenis Cynici discipulus qui nihil pessidere sapientem voluit.

(9) *Ad canem album*, verbatim diceretur: erat autem Κυνόσαργες Athenis dictum gymnasium, in quo procul a pudice natis remoti, exercebantur nothi ac spurii.

sisque heterodoxis multum venerabilis. Postquam vero pater ex hac vita egressus transiit ad aliam, suffectus statim filius paternam assumpsit dignitatem, atque inter proceres fuit ascriptus. Invitus tamen. A pueris enim et ab initio cogitaverat semetipsum Deo consecrare eique soli vivere, Samuelis exemplum non solum sequens, sed etiam in hoc fortasse superans, eo quod ex seipso hoc elegit, non autem a parentibus, sicut ipse, promissus Deo et exhibitus fuit. Verumtamen supposuit humeros curæ civilium rerum, qui spiritualibus adhærebat ex animo. Sed oh! quam dextre, quam prudenter et consulte creditum sibi munus administrabat! Diffundebatur ergo per omnium ora admiratio ejus, sed præcipue ab ipso urbis præfecto honorabatur, post quem erat immediate primus ac velut collega dignitatis. Atque hinc ordimur majora dicere, exantlatos nempe in causa Dei labores quæque pro veritate sustinuit certamina admiratione quam maxima digna.

20. Sed quando huc devenit oratio, agedum nostras lamentemur calamitates, et humanam lugentes imbecillitatem, faciamus spectabile inveteratum adversus nos odium auctoris malorum, atque de iis quæ ab ipso passi sumus et patimur, ut par est, conqueramur. Bene eatenus habebant se nostra, et res Christiana florebat, prævalente ubique orthodoxa fide, omniaque universim optimo erant in statu adeo ut cælestis quædam, ut sic dixerim, regio videretur esse orbis terrarum, quia rebus nostris præsens aderat Deus, seque adversus contraria nobis præbebat curatorem. Verum malignis ac fascinantibus oculis aspexit nos, qui jam pridem nobis invidit Satan, atque (ut gentiles loquuntur) gravi Saturnalique aspectu nos intuitus est. Modum igitur acer ille atque ad malefaciendum industrius adinvenit, quo non solum repelleremur a gubernatione et visitatione divina, sed ipsum Deum nobis efficeremus inimicum, et ad summam contra nos iracundiam concitaremus. Quoniam autem plerumque consuevit impetum in homines non facere nisi per medium, quemadmodum olim in protoplastos per serpentem, rursus quemdam sibi invenit pravum moribus, varium mente, refertum improbitate, conglomeratis fraudulentiis contortisque in orbem commotis serpentem, iracundiæ vero impetu et intolerandi furoris vehementia bellum, ac congrua sui nominis appellatione leonem, Leonem, inquam, ex Isauris apostatam, qui primum domino suo imperatorique acceptus, potentiam ejus atque imperium supplantavit, non generosa quadam strenuitate usus (ne quis hoc putet), sed dolis et fraudibus: vafrities siquidem haud raro peragit magna quædam, et

A τοῖς δὲ τοῖς ἑτεροδόξοις σφόδρα λίαν αἰδέσιμος. Τοίνυν καὶ τελευτᾷ τὸν βίον ὁ πατὴρ, καὶ πρὸς τὰ ἐκεῖσε μεθίσταται. Ἐγκρίνεται δ' οὗτος εὐθὺς, καὶ τὴν πατρικὴν ἀξίαν ἀναλαμβάνει, καὶ τοῖς λογάσι συγκαταλέγεται· ἄκων μέν· ἀλλὰ γὰρ ἐκ παίδων καὶ ἐξ ἀρχῆς εἰς νοῦν ἔστρεφεν ἑαυτὸν τῷ Θεῷ καθοσιῶσαι καί δοτὸς αὐτῷ χρηματίσαι, πρὸς τὸν μέγαν ὄντως καὶ οὗτος ἀπευθυνόμενος Σαμουὴλ· ὅτι δ' αὐτόθεν αὐτὸς τοῦθ' εἵλετο, καὶ μὴ πρὸς τῶν γεννητόρων ὑποσχεθεὶς δέδοτο, τάχα γε καὶ ὑπερτιθέμενος. Πλὴν ἀλλὰ τὴν τῶν πολιτικῶν ἐπωμίσατο φροντίδα ὁ τῶν πνευματικῶν ἀπρὶξ ἀντεχόμενος· Τί γοῦν; ὡς δεξιῶς, ὡς νουνεχῶς, ὡς εὐεπηβόλως τὰ ἐγκειρισμένα διῳκονόμει! Καὶ πρὸς μὲν ἁπάντων ἄλλων περιελαλεῖτο καὶ ἐθαυμάζετο, πρὸς δὲ τοῦ κρατοῦντος αὐτοῦ B τὰ πρῶτά τε ἐτιμᾶτο, καὶ μετ' αὐτὸν ἦν εὐθὺς, καὶ σύναρχος ἐνενόμιστο. Ἐνὸν ἰδοὺ λέγειν τὰ μείζω καὶ τιμιώτερα, τὰ κατὰ Θεὸν τούτου παλαίσματα, καὶ τὰ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀξιάγαστα ἀγωνίσματα.

κ'. Ἀλλ' ἐπείπερ ἐνθαδὶ τοῦ λόγου γεγένημαι, ἄγε δὴ τὰ ἡμέτερα θρηνήσω πάθη, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ἀποκλαύσωμαι, τήν τε παλαιὰν πρὸς ἡμᾶς τοῦ ἀρχεκάκου θριαμβεύσω δυσμένειαν, καὶ ὡς εἰκὸς ἀποδύρωμαι ὑπὲρ ὧν πρὸς αὐτοῦ πεπόνθαμέν τε καὶ πάσχομεν. Εἶχε μὲν τέως εὖ τὰ ἡμέτερα, καὶ τὰ τῶν Χριστιανῶν ἤνθει· τὰ γὰρ τῆς ὀρθοδοξίας ἐκράτει, καὶ τὸ πᾶν ἁπλῶς καλῶς εἶχε, καὶ κοσμίως ὡς ἀληθῶς ἔσταλτο, καὶ ἵν' οὕτω φαίην, οὐράνιός τις χῶρος τόπος ἦν ὁ περίγειος, καὶ Θεὸς τοῖς ἡμετέροις ἐπεχωρίαζε, καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὡς C εἰπεῖν ἐπετρόπευεν. Ἀλλ' ἐπεὶδε βάσκανον ὁ ἐνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς φθονερῶς ἡμῖν ἐποφθαλμίζων σατὰν, καὶ (ὅ φασιν οἱ ἐκτὸς) τελχινῶδες καὶ κρόνιον ἐνετένισε· τρόπον οὖν ἀνευρίσκει ὁποῖος ἐκεῖνος ῥᾳδιουργῆσαι δεινὸς, καὶ πρὸς τὸ κακὸν πολυμήχανος· ᾧ γε οὐχ ὅπως ἂν κατοστρακισθῶμεν τὴν θείας ἐπισκοπῆς τε καὶ κυβερνήσεως, ἀλλ' ἐκπολεμήσωμεν καὶ Θεὸν, καὶ τά ἔσχατα καθ' ἡμῶν ὀργισθῆναι διαρεθίσωμεν. Ἐπεὶ δ' ὡς τὰ πολλὰ διὰ μέσου προσβάλλειν ἡμῖν εἴωθεν (ὡς καὶ ἐπὶ κατὰ πρωτοπλάστων πάλαι διὰ τοῦ ὄφεως), εὑρίσκει καὶ αὖθις τὸν σκολιὸν τοὺς τρόπους, τὸν ποικίλον τὴν γνώμην, τὸν πονηρίας ἀνάπλεων, τὸν ἄντικρυς ὄφιν τοῖς σκαιωρήμασι, τὸν συνεσπειραμένον τε καὶ περιεστραμμένον τοῖς σκέμμασιν, ἢ μᾶλλον τὸν ἀνήμερον φαρωνύμως θῆρα, τὸν αὐτόχρημα λέοντα τὸν ἄστεκτον D τὴν ὁρμὴν, τὸν ἀνύποιστον τὴν ὀργὴν, τὸν τὴν κακίαν ἀφόρητον. Λέων οὗτος ὁ ἐξ Ἰσαύρων, ὁ ἀποστάτης τὰ μὲν πρῶτα τοῦ δεσπότου καὶ βασιλέως γενόμενος (10), καὶ τὸ κράτος αὐτοῦ κοὶ τὴν ἀρχὴν ὑφελόμενος, οὐκ ἀνδρίᾳ (μὴ οἰηθείη τις τοῦτό ποτε), μηχαναῖς δὲ καὶ δόλοις ὑποσπασάμενος· οὐ μικρὰ γὰρ πολλάκις καὶ πανοῦργος ἤνυσε τρόπος, καὶ τὰ

(10) Theobosius Adramyttenus hic esset intelligendus, qui Anastasio deposito suffectus an. 715 Leoni cessit imperium: verum non a Theodosio, sed ab Anastasio præfecturam Orientis assecutus erat Leo; Theodosium vero nunquam agnovit imperatorem, sed mox ut electum audivit contra eum fœdus cum Artabasso Armeniæ prætore iniit. Factus autem imperator non statim, ut infra dici videtur, sed anno regni sui nono primum cœpit insanire contra sanctas imagines.

μέγιστα ἔστιν ὅτε ἦθος ἐπίκλοπον ἐξετέλεσε, καὶ ἃ γενναία ποτὲ χεὶρ σὺν μακρῷ νῷ πόνῳ οὐκ ἴσχυσε παραστήσασθαι, ἐκ τοῦ ῥᾴστου δόλος κατέστρεψεν. Οὔκουν δὴ θαυμαστὸν εἰ καὶ οὗτος κατὰ τοῦ εὐσεβοῦς μεμελετηκὼς αὐτοκράτορος καὶ ἐπαναστάσει ἐπικεχειρηκὼς, τάχα γε τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ καταστοχασάμενος (δι' ἣν καὶ πρὸς τὴν βασιλείαν ἐνεκρίθη ὁ πάντ' ἐκεῖνος καλὸς Θεοδόσιος) τοῦ κατὰ βούλησιν οὐκ ἀπέτυχεν· εἰσὶ γὰρ οἳ φασιν ὡς καὶ ἐκ μαντείας καὶ ἀπορρητοτέρων μυήσεων καὶ τελετῶν ἀθέσμων ἐκ πολλοῦ πρὸς τοῦτοι διηρθίστο. Πλὴν ἀλλ' ὁ μὲν τῶν σκήπτρων ἀφέμενος, καὶ ὑποχωρήσας τῶν βασιλείων (ὡς μὴ ὤφελον) τοῖς τῆς Ἐκκλησίας φέρων ἑαυτὸν ἐγκατέλεξεν· ὁ δ' ἐπεὶ τοῦ κράτους ἐπείληπται, κατὰ τῶν θείων, φεῦ! εἰκόνων λελύττηκε, ταυτὸν δ' εἰπεῖν καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἀνασχόμενος μὴ τὰ ὑπεσχημένα τοῖς μάντεσιν ἐκπλῆσαι, καὶ τὸ χρέος σφίσιν ἀποτίσαι τῆς τῶν προφοιβασμάτων ἐκβάσεως.

καʹ. Ἐγείρει τοίνυν μέγαν κατὰ Θεοῦ πόλεμον, ἀχρειοῦνται τὰ τεμένη καὶ τοὺς νεὼς διεγείρεται, τά τε θεῖα καὶ τίμια ἐκτυπώματα διαξέειν τε καὶ ἀπαλείφειν ἐπαίρεται, καὶ ἁπλῶς ἀμορφοῖ ἢ μᾶλλον καταστρέφει τὴν Ἐκκλησίαν Θεοῦ, ἣν αὐτὸς ἀνθρωπήσας ἐθεμελίωσε, καὶ θεόπνευστοι τούτου περιεστοίχισαν κήρυκες, μάρτυρές τε θεῖοι τοῖς αἵμασι φοινίξαντες κατηγλάϊσαν, καὶ θεοφόροι Πατέρες πρὸς ἀσφάλειαν διωρόφωσαν (τί πολλὰ λέγειν;) ἣν αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ παλαμηφορεῖ, τῷ τοῦ Υἱοῦ καὶ Λόγου ἐξωνησάμενος αἵματι, τό τε θεῖον Πνεῦμα συνέχει, Πνεῦμα τὸ Πατρὸς καὶ Λόγου μονογενοῦς, Πνεῦμα τὸ ἐκ Πατρὸς ἀῤῥήτως ἐκπορευόμενον, ὡς ὑπὲρ λόγον καὶ ὁ Λόγος τοῦ αὐτοῦ γεννᾶται Πατρός. Κατὰ τοιαύτης Ἐκκλησίας, ὦ τόλμης παραβόλου! ὦ θράσους ἀλογίστου! ὁμόσε ὁ ἀλιτήριος ἐκεῖνος κεχώρηκε, τοσούτου κατετόλμηκε πράγματος· ἀλλὰ, φεῦ κριμάτων Θεοῦ! εἰς πέρας τὸ πρὸς βούλησιν ἤγαγε, καὶ τὸ κατὰ θυμὸν ἐξετέλεσε. Τοιοῦτόν τι καὶ γὰρ τὸ ἡμέτερον, ἀνέμου πεδίον, ὅ φασιν, ἡ κάλαμος πρὸς αὖραν στρεφόμενος καὶ μεταστρεφόμενος, λύγος τε ἄγαν λεπτὸς καὶ ἀκρόῤῥιζος, πρὸς ὅστις ἂν καὶ τύχοι βιαζόμενος, ἀγόμενός τε καὶ μεταγόμενος. Οὐ κατηγορῶ πάντων, τῶν πλειόνων δὲ καταφέρομαι συνήγορος ἐπικαίρως, καὶ τοῦ τῶν παλαιτέρων προσλαμβάνων ἀπόφθεγμα. Εἶδον γὰρ, εἶδον, ὡς μὴ ὤφελον, τοιαῦτα κἀγὼ, καὶ ὁμοίοις καιροῖς, βαβαὶ τῆς συμφορᾶς! περιέτυχον· τοιαύτῃ τε σκοτομήνῃ ἐγκύρσας, μεγάλα προσκέκρουκα, καὶ ἀνίατα μικροῦ τετραυμάτισμαι (11). Ἀλλ' ἐμὲ μὲν ὁ τῶν ψυχῶν ἰατρὸς καὶ τῶν σωμά-

grandia patrat fraudulentia; quæque manus robusta diuturno labore non valuit edomare, quandoque facillime expugnat astutia. Non igitur mirum, si etiam ipse, contra pium Cæsarem impia meditatus eumque rebellando aggressus, ac forte ipsa illa ejus bonitate confisus, propter quam ad imperium evectus fuerat, non est frustratus suæ voluntatis proposito. Sunt autem qui dicant occultioribus sortilegiis divinationibusque superstitiosis ac nefariis præstigiis jam pridem ad hoc fuisse invitatum. Et ille quidem, præclarus scilicet Theodosius, abdicato sceptro imperium dimittens (quod utinam non contigisset!) ecclesiasticis ministeriis semetipsum dedicavit; Leo vero postquam accepit regnum, furere, eheu! adversus sacras imagines cœpit, sive quod eodem recidit, adversus Deum, ne non adimplevisse diceretur quod vatibus suis promiserat, sed debitum fideliter persolvisse quod sub conditione eventus successuri contraxerat.

21. Magnum igitur bellum contra Deum excitat, inutilia faciens templa et loca sacra subvertens, simulque ad divinas imagines abolendas et comburendas tota vi consurgens, deformem omnino reddit, potius dixerim, subruit Dei Ecclesiam, quam ipse assumpta humanitate fundavit, quam præcones ejus divinitus afflati circummunierunt, quam martyres cruore suo purpuratam illustraverunt, quam sancti Patres tanquam turribus ad securitatem comparatis vallarunt, quam denique Deus ipse et Pater in palma manus suæ gerit, Filii et Verbi sui sanguine redemptam, et divinus Spiritus ex Patre indicibiliter procedens, sicut et Verbum modo quodam a nulla ratione comprehendendo ex eodem Patre generatur. Contra hanc Ecclesiam, o grandem audaciam! o temerariam præsumptionem! perniciosus ille pedem extulit; et tantum facinus molitus, o Dei judicia! ad finem quod volebat perduxit, quidquid animo volutarat adimplens. Erant ergo res nostræ quasi campus, ut ajunt, ventorum, vel arundo ad auram versa inversaque, aut virgultum tenue levibus ac brevibus innixum radicibus, et quocunque libuerit cuivis ductile et flecti facile. Equidem non omnes accuso, sed potius plerisque advocatum me opportunum offero, sicut unus ex antiquioribus dixit. Vidi etenim, vidi (quod utinam non vidissem!) etiam ego talia et in similia tempora, pro dolor! incidi, atque in noctem hujusmodi tenebris obvolutam incurrens graviter offendi, immedicabilibus pene vulneribus

(11) Videtur infelix schismaticus dolere, vel quod non satis constans fuerit in tuendo schismate sub imperio Michaelis, qui unionem cum Ecclesia Romana fecerat, eique se opponentes removebat ab officiis, sicut et hunc Constantinum, « quem educarat apud se informarique optimis artibus curarat, privavit propterea loco gratiæ, quem prius habuerat et a sua familiaritate removit, » uti scribit Pachymeres part. I, l. VI, c. 27. Si tamen ille sic castigatus vel modicum remisit de pertinacia, Michaele sesquianno post mortuo, rediit ad vomitum an. 1282, sub Andronico, a quo denique factus est logotheta circa annum 1294. Vel (quod potius crediderim) dolet ob eam divisionem, qua sub Andronico schismatici ipsi divisi fuerunt in Josephitas et Arsenianos, quorum hi severius, isti benegnius agi volebant cum iis qui unioni Romanæ (quam utrique detestabantur) renuntiarant; de quibus idem Parchymeres parte II, lib. I, cap. 21 et 22. Sed et alia deinceps schismata plura exstiterunt Constantinopoli, per justam Dei retributionem, ut nec unionem haberent inter se qui nolebant habere cum Romana Ecclesia.

confossus. Sed oro ut animorum et corporum curator Deus medeatur mihi, istorumque verberum livores aboleat benignus medicus nostræque infirmitatis misericors reparator. Sed agedum ad propria revertatur oratio et superioribus rursum insistat.

των ἰάσαιτο, καὶ τὰς τῶν μωλώπων ἐκείνων οὐλὰς ἀπαλείψειεν ὁ φιλάνθρωπος ἀκέστωρ, καὶ τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας οἰκτίρμων θεραπευτής. Ὁ δὲ λόγος, ἄγε, τῶν προτέρων ἐχέσθω, καὶ ἐπειλήφθω αὖθις τῶν ἄνωθεν.

22. Subversi fuimus a malo, malum in res humanas divinasque usurpante imperium : qui vero hæc restaurans ad pristinam reduceret integritatem inveniebatur nemo, omnia autem ad impossibilitatem desperationemque extremam reciderant : nam magnus Joannes, qui tam densam impietatis dominatricis noctem poterat illuminare, absens in Perside vivebat Damasci ; et qui vere noster erat rerumque nostrarum etiam exinde provisor circumspectissimus, in aliena commorabatur regione. Quid ergo ? an suæ istic studens utilitati, res quæ hic erant, publicas neglexit ? Minime vero. Sicut enim loci alicujus indigena et amator in alieno constitutus solo, ibique negotiis suis curandis intendens, sicubi intellexerit res patriæ præter animi sui votum agi, etiam e longinquo iisdem consulit studiose, non sine conturbatione atque anxietate propria : sic quoque vir hic divinus, animo quidem consternatus est statim atque id contigit et internis motibus conturbatus, tamen Domini sui hæreditatem anxie curans, consuluit populo Christiano, et frequentium epistolarum scriptione curavit ubique omnibus notum facere errorem, manifestare corruptelam, et in demisso ad animarum perniciem homo occultatam escam sub conspectum adducere. Forte etiam præsens intervenire voluit iis quæ hic agebantur, et nostris calamitatibus coram opitulari, ipsum Cæsarem redarguendo juxta consuetum sibi zelum, multa loquendi libertate præditum ; zelum, inquam, igneum pro Deo, Eliæ instar ; et posita juxta Psalmistam [1] iniquitate ejus in conspectu ejus, coercere impetum multitudinis imperitæ, et quatenus posset ipsam erudire. Verumtamen absens (ubi autem et quomodo diximus supra) istiusmodi propositum non poterat facile exsecutioni mandare ; aliis ergo modis debitum Deo obsequium persolvere cupiens, quaquaversum suas direxit epistolas, quibus monebat ritus priores capessere et patriis legibus ac religionibus inhærere. Has autem epistolas ad eos qui hic degebant mittens multas ac fere innumerabiles (quamvis eas conarentur occultas habere qui recipiebant) non potuit evitare, quo minus venirent in notitiam imperatoris, ejusque furorem adversus sapientem scribam suscitarent et contra generosum palæstritam incenderent, suaderentque fraudulentis dolis eum adoriri : quod quomodo actum sit, licet breviter explicare cœperimus, nunc iterum dicemus distinctius.

κβ'. Ἀνετράπη μὲν ὑπὸ τοῦ κακοῦ κακῶς βασιλεύσαντος τὰ θεῖά τε καὶ ἡμέτερα · ὁ δ' ἀναστήσων ἢ ἀνορθώσων ἦν, ὡς ἔφην, οὐδείς · πάντα δ' ἐν ἀμηχανῳ καθειστήκει, καὶ ἐν ἀπόρῳ τὰ τοῦ πράγματος κατηντήκει, καὶ τὰ τῶς διορθώσεως ἀπαξαπλῶς ἀπηγορεύετο. Ὁ γὰρ τῆς ἀσεβείας φωστὴρ, ὁ μέγας Ἰωάννης, ἐν Δαμασκῷ καὶ Περσίδι διῆγε, καὶ ἐπ' ἀλλοδαπῆς ἐτύγχανεν ὢν ὁ ὑμεδαπὸς ἀληθῶς, καὶ τῶν ἡμετέρων κἀκεῖθεν κηδεμὼν προμηθέστατος. Ἀλλὰ τί γοῦν ; τὸ καθ' αὑτὸν ἐκεῖ στέρξας, τῶν τῇδε καὶ κοινῶν κατημέλησε ; Πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Ὡς γάρ τις αὐτόχθων τε καὶ φιλόπατρις, ἐπ' ἀλλοτρίας γενόμενος, καὶ τῶν ἰδίων αὖθις φροντίζων, εἴ πως δὴ τὰ ἐν τῇ πατρίδι μὴ ὡς βουλητὸν ἔχειν ἀκούσειε (κἂν παρὰ τὴν καρδίαν πάθοι, καὶ σκέψει τῶν λογισμῶν ἐνδοίη), κἂκ τῆς ἀλλοδαπῆς τε καὶ πόρρωθεν περὶ τῶν ἐν τοῖς ἰδίοις ἂν διασκέψατο · ὡς δὲ καὶ ὁ θειος οὗτος ἀνὴρ βάλλεται τὴν καρδίαν αὐτίκα τῷ συμβάντι, παθαίνεται τὴν ψυχὴν, κήδεται τοῦ θείου λάχους, προνοεῖται τοῦ Χριστωνόμου λαοῦ, καὶ συχνοῖς πάνυ τοῖς γράμμασι πᾶσι πανταχῇ τὰ τῆς πλάνης ἀναγνωρίζει, καὶ τὰ τῆς λύμης διεσαφεῖ, τὸ γε ἐγκεκρυμμένον δέλεαρ τῷ καθειμένῳ κατὰ τῶν ψυχῶν ἀγκίστρῳ πᾶσιν ὑπ' ὄψιν ἄγει καὶ διάδηλον τίθησι. Τάχα δ' ἂν καὶ τοῖς ἐνθαδί προυτεθύμητο, ὡς καὶ παράνομον διελέγξαι βασιλέα, κατὰ τὸν πολὺν τὴν παῤῥησίαν καὶ τὸν ὑπὲρ Θεοῦ ζῆλον ἐμπύρινον Ἠλίου · καὶ παραστήσας τούτῳ, κατὰ τὸν Ψαλμῳδὸν, τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ κατὰ πρόσωπον, λαόν τε ἀσύνετον νουθετῆσαι, καὶ ὡς ἐνὸν παιδαγωγῆσαι καὶ διορθώσασθαι. Ἀλλ' ἀπὼν (ὅπη δὲ καὶ ὅπως προδεδηλώκαμεν) οὐκ εὐμεταχείριστον εἶχε τὸ κατὰ πρόθεσιν. Τούτου γοῦν ἕνεκα τρόποις ἄλλοις ἀποπλῆσαι Θεῷ τὰ τῆς ὀφειλῆς διεσπούδακεν · ἀμέλει καὶ γραφὰς ἁπανταχῇ πέπομφεν, ἀντιποιεῖσθαί τε τῶν προτέρων ἐπιτατούσας ἐθῶν, καὶ τῶν πατρικῶν θεσμῶν καὶ θείων ἐξέχεσθαι · ἃς δὴ καὶ πάνυ πολλὰς τοῖς ἐνταῦθα διέσπειρεν, ἀφειδῶς πάνυ κατακυκώσας, καὶ δαψιλῶς ἄγαν διασκορπίσας τοσαύτας. Καὶ γὰρ, ὡς καὶ κρυπτόντων τῶν ἀναλαμβανόντων, καὶ διὰ πολλοῦ τὸ λαθεῖν τιθεμένων, (συμβαίνει) γνωσθῆναί τε τῷ βασιλεῖ καὶ κατὰ τοῦ σοφοῦ γραμματέως ἐκμῆναί, καὶ κατὰ τοῦ γενναίου ἀλείπτου διενάψαι, καὶ δολεροῖς ἀναπεῖσαι κατεπιχειρῆσαι τοῖς τρόποις · ὁποῖον δήπερ ἐκεῖνος, εἰ καὶ διὰ βραχέων, δεδηλωκότες πεφθάκαμεν.

23. Erat is, ut dixi, Leo Isauricus, belluinus ille quidem et iracundiæ modum nullum ponens, non tamen usque adeo Iconinus, ut palam auderet

κγ'. Θηριώδης μὲν γὰρ, καὶ τὴν ὀργὴν ἀκατάσχετος, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τἆλλα λεοντώδης κἂκ τοῦ φανεροῦ τὴν μάχην κατατολμῶν, ὁ Ἴσαυρος ὢν ἐτύγχανε

[1] Psal. LXXXIX 8.

ἀλώπεκος δὲ κεύθων ἦν τρόπους, καὶ ὡς ἀλη-
τὸ λεοντῇ τῇ βασιλικῇ καὶ φρικαλέᾳ στολῇ τὴν
ν τε καὶ ἄτιμον ἀλωπεκῆν περιέστελλε. Λυττᾷ
ατὰ τοῦ ἁγίου, εἰ οἷόν τε διαχρήσασθαι ἐκ-
ἢ μᾶλλον διασπάσαι, καὶ ὠμότατα τὴν γένυν
κι τῷ αἵματι, καὶ θηρὸς δίκην τὸν πρᾶον κα-
ιθίσασθαι · οὐκ ἔχων δ' ὅ τι καὶ δράσειεν, ἐπὶ
νήθη κακουργίαν χωρεῖ. Καὶ γοῦν συνάγει
ὑπογραμματεῖς, πάντας τε γραμματεῖς, καὶ
κικῶς κατὰ τῆς ἀληθείας τραχηλιάσαντας,
ς ἂν ἐκείνους, καὶ τὴν κακίας ἀκριβεστάτους
ς · καὶ δὴ σὺν τοῖς ἰαλέμοις ἐκείνοις σκέπτε-
υλευταῖς, καὶ κατὰ τῆς χάριτος Υἱοῦ Θεοῦ καὶ
οῦ Κυρίου βουλεύεται, ὡς Ἡρώδης ἄλλος καὶ
ἐκμανεὶς · πλὴν ἕνα καὶ τέλειον σφαδάζει
διαχειρίσασθαι, πλείστους ἄλλους περιιδὼν
εις ἅτε κρίνας καὶ ἀτελεῖς. Ἕνα καὶ γὰρ
πάντων ἐκείνων ἀλείπτην ἐγνώκει, καὶ πρὸς
ει τὴν μάχην δέσαντι παράτακτον ἐσχηκώς.
ει μέντοι παρὰ πάντων ἐπίσης τὸ κατὰ πάν
ρὶ λόγους αὐτοῦ κράτος, τὴν ἐν λόγοις διαρ-
ὁμολογηκότων ἰσχὺν, καὶ τὴν πρὸς τὸν
διὰ λόγου πάλην κοινῇ ἀπειρηκότων φωνῇ ·
δ' ἄν ποτε ἐκ τοῦ φανεροῦ κατισχύσειν δυσχυ-
νων τὰ ἐκείνου ἀναλῦσαι συγγράμματα, παν-
τε διασπαρέντα, καὶ πολλῆς ὅτι τῆς πειθοῦς
ρ ἀληθείας ἤθελον λέγειν) πλήρη τυγχά-

Τότε δὴ λοιπὸν τύραννος, ὡς πάντων ἀπειρή-
ἑαυτοῦ γίνεται, καὶ τοῖς οἰκείοις ἐπιτρέπει
οῖς τὰ τῆς σκέψεως · καὶ ἀθρεῖτε πορι μωτά-
ρὸς τὸ κακὸν φύσεως δαιμόνιον ὡς ἀληθῶς
. Προστάττει ζητῆσαι τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ
καὶ διὰ πλείστου ὡς εὑρέσθαι ποιήσασθαι,
δὲ αὐτῷ διαχαραχθεῖσαν χεροῖν. Καὶ γοῦν οἱ
ῳ ἐκεῖνοι καὶ μὴ Θεῷ ἀρέσκειν διὰ σπουδῆς
, ὧν καὶ τὰ ὀστᾶ διεσκόρπισεν ὁ Θεὸς, καὶ
τ' ἤχου τὸ μνημόσυνον ὤλετο, ἐξητήκασιν
σι, δρομαῖοι προσενηνόχασιν. Ὁ δ' ὥσπερ
λαβόμενος, τῶν τινι ταῦτα δεξιῶν. Εἴ γε,
δυνηθείης ἀπομιμήσασθαι τὴν ἰδίαν τῆς τοῦ ἐν
μασκῷ Ἰωάννου γραφῆς (Ἰωάννου λέγω τοῦ
νσοὺρ, ὃν δεινὸν κἀκεῖθεν ἦσθα τῶν ἡμετέρων
καὶ πολέμιον) καὶ τὸν τῶν γραμμάτων τύπον
ώσασθαι, μεγάλην εἴσομαί σοι τὴν χάριν,
γίστων ἀξιώσω τῶν ἀμοιβῶν. Ἀκούει τῶν
ὁ δεξιὸς τὴν κακίαν ὑπογραφεὺς, καὶ ὑπισ-
τὴν μεταχείρισιν, καὶ οὕτω πως εὐστόχως
οῖ τὸ πρὸς βούλησιν, ὡς οὐχ ὅτι πρὸς ἄλλους
εῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ γε τῷ ἀγχινουστάτῳ καὶ
παντὸς οὑτινοσοῦν ὀξυτάτῳ κατάληψιν τὰ τῆς
ίας ἀμωσγέπως ἀγνοηθῆναι, καὶ τὰ τῆς κα-
κς παραδραμεῖν · καὶ τοσοῦτον, ὡς τὰ μὲν
ῆρος ἀμφισβητεῖν καὶ τῶν γραμμάτων ὡς
ἀντιποιεῖσθαι, τὰ δ' ἐμπεριειλημμένα σφίσιν
ε ἴδια παρακρούεσθαι. Καὶ γὰρ πέπλασται
ῷ τυράννῳ ἐπιστολῆς ἔκδοσις, δῆθεν ἐκ τοῦ
ν πρὸς Αὔγουστον, καὶ συντέθειται τῷ εὐφυεῖ

κη'. Ὄντως μετὰ τὴν τοῦ ὑπεφυοῦς Θεοῦ ἐνανθρώπησιν καρτερεῖν τὰ ὑπὲρ φύσιν τοῖς ὑπὸ φύσιν κεχάρισται, καὶ κατὰ λόγον ὄντως. Ὁ γὰρ ὑπὲρ φύσιν Θεὸς, καὶ τῆς φύσεως δημιουργὸς ὑπὲρ φύσιν τε γεγονὼς, καὶ τὰ ὑπὲρ φύσιν ἐνεργεκὼς, φέρειν τῇ φύσει τὰ ὑπὲρ αὐτὴν ἐχαρίσατο, ὁποῖά γε κἂν τῇ μακαρίᾳ ταύτῃ τετέλεσται· καὶ πῶς γὰρ ἄλλως ἴσχυσεν ἂν γύναιον ἁπαλὸν τῇ φύσει, ἐκτακὲν τῇ ἀσκήσει, τὰς σάρκας οὕτω κατασταιχθὲν, καὶ ὡς εἰπεῖν διασπαραχθὲν, τοιαῦτα φιλοσοφεῖν ἐν τοῖς πάθεσιν; Ὄντως αὐτοκράτορα τῶν παθῶν τὸν λογισμὸν κατὰ τοὺς πάλαι Μακκαβαίους παρέστησεν, ὄντως ἀήττητον, ὄντως ἀκαταγώνιστον. Πλὴν ἀλλ' ὡς εἶδον οὕτω γενναίως τὰς βασάνους, οὕτω καρτερῶς φέρουσαν, τοῦτο μὲν γυναικὸς ἡττώμενοι καὶ τὴν ἧτταν ἐπαισχυνόμενοι, τοῦτο δὲ τῆς σφῶν κακοδοξίας ἀντιποιούμενοι καὶ οἷον ἀθηριούμενοι, τό γε νῦν εἶναι φρουρᾷ παρακέμπουσι, καὶ τοῖς τῆς φρουρᾶς παραδιδοῦσι, δεινοῖς, κἀμψαι ταύτην οὕτω βουλόμενοι, καὶ τῷ βασιλείῳ καθυποτάξαι βουλήματι.

29. Non paucis deinde elapsis diebus, cum de ea iterum periculum facerent, eamdemque sicut ante persistere invenirent, ac ejusdem cognoscerent manere sententiæ, mortem ejus decernunt. Mox alii manibus eam accipientes, alii per capitis velum trahentes, aliis alii corporis membris eam raptantes, velut pecus quoddam, ducebant ad lanienam innocentem Dei buculam, ejusdem stabuli et pascui consortem, neque ab eis divelli unquam se passam. Non deerant interim qui eam percuterent, et inclementer verberarent; nam cæteros qui eam convitiis, e pleno (ut dicitur) plaustro petitis, onerabant omitto dicere. Postquam autem eo venerunt, ubi decreverant finem facere iis quæ intendebant (decreverant autem id facere in macello (7), ut tanquam ovis jugularetur aut veluti jumentum mactaretur tam ad contumeliam ipsius, quam ad aliorum idem cum ipsa sentientium irrisionem); postquam, ut dixi, pervenere quo volebant, carnificum nonnemo novum quiddam et insolitum excogitavit: illam enim quæ capitis abscissione aut machæræ impulsu peragitur, mortem acerbam quidem accidere, attamen tolerabilem arbitrabatur. Arrepto itaque quod in via publica forte offerebatur cornu (8) virginem sanctam

κθ'. Ὡς δὲ τῶν ἡμερῶν ὀλίγαι παρελήλυθεσαν, καὶ πεῖραν αὐτῆς ποιησάμενοι ἐπεὶ τὴν αὐτὴν αὖθις εὗρον, τὴν αὐτὴν αὖθις ἀνέγνωσαν, καταδικάζουσιν αὐτῆς θάνατον. Ἔνθεν τοι καὶ οἱ μὲν τῶν χειρῶν ταύτης λαβόμενοι, οἱ δὲ τῆς κεφαλῆς καλύπτρας δραξάμενοι, ἄλλοι δ' ἄλλου μέρους τοῦ σώματος εἷλκον, καὶ ὡς βόσκημα ἦγον ἐπὶ σφαγὴν τὴν ἀπειράκακον ὡς ἀληθῶς Θεοῦ δάμαλιν, καὶ τῆς αὐτῆς νομῆς τε καὶ μάνδρας ἀντεχομένην, καὶ μὴ μεταστῆναι τὸ παράπαν αὐτῆς ἀνεχομένην. Εἰσὶ δ' οἳ ἔτυπτον ἐν τῷ μεταξὺ, καὶ ἀνηλεῶς ἔτυπτον· τοὺς γὰρ ὕβρεσι πλύνοντας καὶ ὡς ἐξ ἁμάξης, ὅ φασι, διαλοιδορουμένους παρίημι. Ἀλλ' ἐπεὶπερ ἐφθασαν ὅπου δὴ τέλος δοῦναι προὔκειτο, τοῖς κατὰ σκοπὸν (ἐν μακέλλῳ δ' αὐτοῖς προὔκειτο, ἵν' ὡς ἀμνάδα παραδῶσι σφαγῇ. καὶ ὡς ἔν τι τῶν κτηνῶν κτείνωσιν, ἅμα μὲν εἰς χλεύην τῆς μακαρίας, ἅμα δὲ καὶ τῶν ὁμοφρόνων ταύτῃ κατάγελων), ἀλλ' ὡς ὅποι δὴ καὶ βούλοιντο παραγένοιντο τῶν τις δημίων καινότερόν τι διενοήσατο· τὴν μὲν γὰρ διὰ τοῦ ξίφους τομὴν, πικρὰν μὲν καὶ ἄλλως ὀδυνηρὰν, ἀλλ' οὖν φορητὸν δή πως ἡγήσατο, καὶ τὴν διὰ μαχαίρας ὡσαύτως. Κέρας οὖν τῶν παρευρεθέντων λαβὼν, εἰς γῆν τε τὴν Ἁγίαν καταβακὼν, καὶ τῆς κόμης πρὸς ἑαυτὸν ἀνακλάσας διὰ τοῦ γαργαρεῶνος ὠθεῖ, καὶ

(7) De loco supra jam actum est. Μάκελλον autem, Latina licet vox sit, etiam Paulus dixit, I Cor, x, 25. Μακελλεῖον alii; hinc λεωμακέλλιον, Macellum publicum apud Cedrenum.

(8) Arietinum cornu fuisse indicat auctor distichi in Synaxariis.

ὑλους τούτῳ διατεμών, πικρότατα τῆς τοὺς αὐτὴν ἀφαιρεῖται σύναμα καὶ τῆς ζωῆς.

prosternit solo ; et crinibus eam corripiens magna vi in jugulum (9) cornu impellit, et diffractis quæ

le occurrunt vertebris, acerbissimo cum doloris sensu spiritum martyri vitamque ademit.

Καί οἱ μὲν οὕτω τὰ κατὰ θυμὸν ἔπλησαν · ἡ δὲ τῶν κατ' ἔφεσιν ἔτυχε · παραπομπούς γὰρ ους εὑρήκει καὶ προπομπούς, οἳ καὶ προη- ι ταύτης, καὶ μετ' εὐφημίας, παρέπεμπον, καὶ ιανὸν ἐκ γῆς μετεβίβαζον. Τάχα δ' ἂν ἀναγο- οιαῦτα τὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας παῤῥησίας ἐφθέγγετο, Ὑψώθη κέρας μου ἐν ου. Ἐν γὰρ οὑτῷ τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐκερά- καὶ νῦν ἰδοὺ πρὸς αὐτὸν ἄπειμι, αὐτὸν ἀμέσως ἐμέ γεγονότα κατ' ἐμὲ προσκυνήσουσα, τῆς τορος θείας ἀπαπολαύσουσα, τὰς διὰ Χρι- θλησάσας, τὰς βιωσάσας ἄλλως κατὰ Χριστόν ομένη, καὶ τῆς σφῶν ὁμιλίας κατατρυφήσουσα, συνελοῦσα, τῶν τέως μοι προσκυνητῶν τύπων νῦν ἀπέρχομαι τὰ πρωτότυπα · ἀπὸ γοῦν ἱ πονηρεύόμενοι πάντες ἀπόστητε. Ἀλλ' ἡ μέν εἶχεν, οὕτως ἀνήρχετο · οἱ δὲ ταύτης προ- μενοι, παρεπόμενοί τε καὶ συνεπόμενοι τί ἂν ν, καὶ ὅπως διέκειντο ; Εἰ γὰρ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρ- μετανοοῦντι, ὡς ὁ Κύριος αὐτὸς εἰρηκε, χαι- πόσης ἂν ἐπί τῇ ἑκ παιδὸς εὐθύς εὐαρεστη- τῶν τούτου θεσμῶν χαρᾶς τε καὶ χυμηδίας ω ;

30. Atque hi quidem ea qua dictum est ratione furorem suum expleverunt ; Thodosia vero votis ac desideriis suis omnino potita est. Cœlestium quippe geniorum præcedentium subsequentiumque comitatu stipata, non sine insigni laudum præconio, e terris in cœlum deducta fuit. Dum autem ascenderet, poterat ad principatus et potestates sic fidenter loqui ; Exaltatum est cornu meum in Deo meo ; illo quippe propitio, inimicos meos ventilavi cornu ; et ecce nunc ad eum proficiscor, ipsummet qui pro me factus est homo. velamine amoto adoratura, et Matris ejus sanctissimæ fruitura conspectu, ac salutatura cæteras quæ vel pro Christo passæ sunt vel secundum ejus præcepta vixere, et ex earum conversatione non exiguum captura gaudium. Abeo, inquiebat, earum imaginum, quas religioso semper cultu venerata sum, ipsamet conspectura prototypa. Discedite a me igitur omnes qui operamini iniquitatem. Hoc itaque modo Theodosiæ res sese habuere, hac ratione in cœlos evasit. Nunc autem, qui illam præcedebant, qui comitabantur quique subsequebantur angeli, quid fecisse aut quibus incessisse

B

arbitramur ? Etenim si super uno peccatore pœnitentiam agente, quemadmodum ipsemet Do- testatus est, tantum ipsis sit gaudium, quanta eos lætitia quanto gaudio dicemus fuisse os, ob eam, quæ a primis vitæ suæ annis ei placuit per mandatorum ejus observationem ?

Ἐγωγε οἶομαι ὡς οὐχ ἧττον ἡ ὅτε τὴν τῆς ἁρτυρος παρέπεμπον Θέκλης ψυχὴν, καὶ ν καὶ ἔχαιρον, καὶ τὸν ἄνθρωπον ὑπὲρ ἀν- ν γενόμενον ὕμνουν τε καὶ ἐδόξαζον· Ἡ μὲν εἰς τρίτον οὐρανὸν ἀνελθόντι Παύλῳ, καὶ τὰ μυηθέντι κατηκολούθησε, διά τε πολλῆς ὅτε ρωγίας πρὸς τὸ τοῦ μαρτυρίου στάδιον ἀπε- · ἡ δ' οὐχ ὅπως διδασκάλῳ κατὰ Παῦλον στο, ἀλλὰ οὐδέ τῶν πολὺ μετ' ἐκεῖνον · τὸ δέ ον, ὅτι καὶ συχνοῖς ἄγαν τῶν ὁμογνωμόνων πρὸς τοὐναντίον μεθελκομένῃ, τοῦ ὀρθοῦ περι- , καὶ ὑπερθανεῖν αὐτοῦ εἵλετο. Καὶ ἡ μέν ἐπί ετε τὴν ἔνστασιν ἐνεδείξατο, παρ' ἅπαντι ημένῳ τελείῳ τε ἅμα καὶ ἀτελεῖ · ἡ δ' ἐπ' λλομένῳ συχνοῖς, ἀτελέσι, λέγω, οἳ καὶ ;, ὥς φασι, καὶ πολλὰς ὅτι τὰς ἀντιλογίας υσιν, ὥρθη τε ἀπειρίτρεπτος, καὶ τὰ παρα- ἐνστᾶσα τῇ πρωτομάρτυρι τὰ ἴσα διεκαρτέ- Ὅσον δ' ἂν ἡγήσαντο ὅτι καὶ συνάθλους πλεῖ- εποίηκε, καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν ὑπὲρ Θεοῦ ζῆ- ῆρε, καὶ τῆς ἄνω βασιλείας κληρονόμους ησεν ; Ἀλλ' ἀγγέλοι μέν οὕτωσί πως ἔχαι- σίων τε δῆμοι καὶ μαρτύρων ἄλλοθεν ἄλλοι αντῶντες, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐδεξιοῦντο τὴν ὁσίαν ἱ μάρτυρα, καὶ τῆς σφετέρας μοίρας ἑκάτε- ῆσοι ταύτην ἐπόθουν καὶ ἰδιώσασθαι · Θεὸς

C

D

31. Ad me quod attinei, non minori illam plausu lætitiaque exceptam, nec pauciores laudum ac gratiarum hymnos Deo propter hominem humanato decantatos fuisse arbitror, quam tunc cum protomartyris Theclæ (10) animam deduxere angeli. Illa quidem Paulo in tertium usque cœlum rapto, et arcana non revelanda edocto, discipula adhæsit, a quo cum non pauca de rebus cœlestibus didicisset, ad martyrii stadium alacriter decurrendum egregie profecto fuit instructa. Quid autem Theodosia ? Non Paulum, Paulive similem, aut etiam eorum unum qui diu sane post Pauli tempora vixerunt, præceptorem nacta est : sed quod pluris faciendum, cum plurimi Christianorum (11) palam in contrariam partem traherent, rectam tamen viam tenuit, et pro veritate mori elegit. Illa constantiam tenuit super re, imperfectis æque ac perfectis indubitata Theodosia, pro ea quæ a multis vocabatur in controversiam, ab imperfectis scilicet, qui multas et magnas in contrarium rationes invenerant, ut aiebant, mansit inconcussa ; in cæteris vero pari cum protomartyre perseverantia nihil quam illa minus egit fortiter. Illud porro quanti faciendum est, quod plures ejusdem certaminis effecerit socias, quas ad similem zelum pro Deo excitavit. suoque exemplo in cœlestis regni hæreditatem immisit ? Hoc ergo

lelius forte Ambrosianum Synaxarium κατὰ : in cervice : quis enim nescit vertebras in e, non in gutture esse ?

S. Thecla, discipula S. Pauli, colitur, 23 Septembris.

(11) Quia τῶν ὁμογνωμόνων, *ejusdem sententiæ*, de fide circa Christum duntaxat intelligi hic debet, *Christianorum* verti.

modo lætabantur angeli, sanctorum vero et martyrum turmæ, aliæ aliunde progredientes obviam, sanctæ simul ac martyri occurrebant, ut par erat, et suæ quique parti cupiebant propriam vindicare. Deus autem, cujus ope et cujus causa certaverat, cum utrisque conversans fecit ut cum utrisque præmio perfrueretur æterno.

A δ' ὑπέρ οὗ καὶ δι' ὃν ἠγωνίσατο διατήσας ἀμφοῖν, τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀμφοῖν συναπολαύειν ἐνδέδωκεν.

CAPUT V.

Miracula ad S. Theodosiæ invocationem patrata, ubi Auctor de se et suis.

32. Atque hujusmodi ferme fuere ea quæ Sanctæ in cœlo contigerunt, prout congrue conjectare licet; nos vero qui in terra positi sacras ejus reliquias feliciter possidemus, quid tandem facere, aut qua ratione affectos esse oporteat, consideremus, præsertim cum tot ejus admiranda opera nullo non die experiamur, videamusque homines, corporis usu viribusque destitutos, hactenus membrorum suorum rectam consequi conformationem; surdos ac mutos, recuperato aurium et linguæ usu, ob insignia adeo miracula gaudio exsultare; et Deo, qui tanta erga homines operatur, gratias exhibere; et illam propter cujus merita tantum beneficiorum accipimus, quæque tanta in cœlo gloria, tanta in terris potestate pollet, debitis honorum et laudum titulis, ut par est, prosequi. Multa sunt quidem quæ Sancta quotidie facit admiranda, sed quæ ipsis hisce oculis videre merui, non possum non enarrare.

λβ'. Ἐν μὲν οὐρανῷ τοιαῦτά τοι τῇ Μακαρίᾳ τῇδε συνήντηκεν, ὅσα γε ἐκ τῶν εἰκότων ἔστι στοχάσασθαι· τοὺς δ' ἐπὶ γῆς εὑρισκομένους ἡμᾶς καὶ τὸ ἱερὸν αὐτῆς κατέχοντας λείψανον τί ποιεῖν ἄρα χρὴ, καὶ ὅπως δεῖ διακεῖσθαι, σκοπήσωμεν, καὶ ταῦθ' ὁσημέραι τῶν θαυμάτων αὐτῆς ἀπολαβόντας, τοὺς τέως παρειμένους τὴν ὁλομέλειαν τῆς σφῶν διαρτίας ὁρῶντας αὖθις αὖ ἀπολαβόντας, κωφοὺς καὶ ἀλάλους, φωνοῦντάς τε καὶ ἀκούοντας ἐφηδύνεσθαι, πάντως ταῖς θαυματουργίαις εὐχαριστεῖν τῷ ἐφ' ἡμῶν τοιαῦτα διενεργοῦντι Θεῷ, καὶ τὴν δι' ἧς ταῦτ' ἐνεργούμεθα τὴν δεδοξασμένην ταύτην ἐν οὐρανοῖς, καὶ οὕτω μεγάλα ἰσχύουσαν ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ εἰκότα καὶ γεραίρειν καὶ εὐφημεῖν. Πλεῖστα μὲν οὖν ἡ Ἁγία ὁσημέραι τερατουργεῖ· ἀλλ' οὔπερ αὐτόπτης ἐγενόμην οὐκ ἀνήσω μὴ διηγήσασθαι.

33. Puer quidam erat ætate ad pubertatis annos jam progressus, ex eorum pagorum uno aliquo, qui in Phrygia ad fluvium Rhyndacum (12) sunt, oriundus, sed a patrio solo peregrinus. Hic quod dictu abominabile, vagorum Agarenorum impietatem sectabatur, et Constantinopolim adveniens, hac illac per civitatem oberrabat. Ecce autem, o rabiem dæmonis, omnium contra nos malorum auctoris! die quadam impletur tenebris et vertigine. Meridianum scilicet erat tempus, quando etiam David ait non habitantibus in adjutorio Altissimi, et in Dei tabernaculo non commorantibus, dæmoniacas imaginationes ingruere. Cum igitur sic agitaretur, et ratio ei non parum esset conturbata, derepente etiam contortis ita repertus fuit genibus, ut tibiæ femoribus adhærerent, et abortivis illis haud dissimilis appareret, quos ad prætereuntium consitandam commiserationem plateis expositos frequenter conspicimus: quin etiam apoplecticus totus erat, nec plane intelligere poterat quid pateretur. Cum autem natura cogeret ad ea quibus assuevit, tunc satis cognoscens quid mali esset (reptilis enim factus erat, qui eatenus solebat pedibus incedere) manibus æque ac pedidus utens, supra sua se genua non promovebat, sed protrahebat eatenus saltem rationis compos, ut victum quæreret mendicato. Sic hac illacque repentem seque volutantem (nec enim aliter poterat) ad meas quoque ædes eum contigit devenire, mihique in conspectum venire, non gressu debilem, non claudicantem, sed manifeste repentem et gradientem supra pectus ac ventrem, secundum veterem maledictionem serpentis.

λγ'. Παιδίον τὴν ἡλικίαν ἤδη πρόσηβον ὄν, πατρίς τῷδε τῶν περὶ τὸν Ῥυνδακὸν ποταμὸν μία κωμῶν, τῆς προενεγκούσης μεταναστὰν τὸ δ' ὅπως λέγειν οὐ φορητόν, ἀσεβῶν τὸ κύκλῳ καταδραμόντων Ἀγαρηνῶν, καὶ παρὰ τὴν Κωνσταντίνου γενόμενον, τῇδε κἀκεῖσε τῆς πόλεως ἐλώμενον ἦν. Ἀλλ' ὦ τῆς ἀνίκαθεν τοῦ ἀρχεκάκου πρὸς ἡμᾶς δυσμενείας! σκότου καὶ δίνης μιᾶς πληροῦται τῶν ἡμερῶν. Μεσημβρίας ἦν ὁ καιρὸς, ὅτε δὴ καὶ ὁ θεῖος ἔφη Δαυὶδ τοῖς μὴ κατοικοῦσιν ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, μηδ' ἐν τῇ σκέπῃ τοῦ Θεοῦ αὐλιζομένοις, τὰ δαιμονιώδη συμπίπτειν φαντάσματα· παθὸν οὖν οὕτω καὶ τὸν λογισμὸν οὐκ ἐπ' ὀλίγον συνταραχθέν, τὰς ἰγνύας συνεστραμμένας αἴφνης ἔχον εὑρέθη, τοῖς μηροῖς τὰς κνήμας συμπεφυκυίας, ὁποῖα τῶν ἐκ γενετῆς ἀμβλωμάτων συχὰ παρὰ τὰς πλατείας τῆς πόλεως ἔρριπτε, τὸν τῶν παριόντων ἔλεον ἐκδεχόμεθα· ἀλλ' ἦν ὡς ἐπίκαν ἀπόπληκτον τὸ παιδάριον, καὶ μηδ' ὅ τι πεπόνθει, συνιέναι τὸ παράπαν δυνάμενον. Ἐπεί δ' ἡ φύσις πρὸς ἅπερ εἴωθε κατηνάγκασε, τότ' ἔγνωκεν ἀκριβῶς οὗ κακοῦ γέγονεν (ἑρπυστικὸν γὰρ κατέστη τὸ τέως βαδιστικὸν) χερσί μὲν οἷα καὶ ποσί χρώμενον, τοῖς δὲ γόνασιν οὐχ ὅπως λε προβαῖνον, ἀλλὰ συρόμενον, νοῦν οὕτως ἔχων ἐπιπολὺ, τὰ πρὸς χρείας ἐξ αἰτήσεως πορίζόμενον, ἕρπον τε τῇδε κἀκεῖσε καὶ κυλινδούμενον. Ἠτοιαύτη γε μὴν ἄλη τούτου καὶ παρὰ τὴν ἐμὴν οἰκίαν γενέσθαι πεποίηκε, καὶ μοι πρὸς ὄψιν ἦλθεν, οὐ χωλεῦον, οὐκ ὀκλάζον, ἀλλὰ σαφῶς ἕρπον, κἀπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ κατὰ τὴν παλαιὰν ἐκείνην κατάραν τοῦ ὄφεως πορευόμενον.

(12) Rhymlacus fluvius Mysiæ (Phrygiæ majoris ea pars est) in Propontidem influit ad congnominem sibi urpem. Sunt qui credant Plinio Lycum dici.

λδ'. Ἀλλ' οὐ πάνυ γε συχναὶ παρῆλθον τῶν ἡμερῶν, καὶ βαδίζων αὖθις πρὸς ἡμᾶς ὁ παῖς γέγονε, βαίων ἀπρόσκοπτα, ἐπί τε τῶν ποδοῖν ἀμφοῖν σκηριπτόμενος, καὶ ἱστάμενος ὀρθιος. ὡς γε δὴ πάντες οἱ διὰ πλάσεως εὖ ἔχοντες, τέρας τοῦτο τοῖς προῖδοῦσιν ἅπασιν ἔδοξε, καὶ ἄλλος ἄλλον εὐθὺς μετεκαλεῖτο, καὶ ἕτερος ἑτέρου περὶ αὐτῷ ἐπυνθάνετο, Οὐχ οὗτος ἐκεῖνος, λέγων, ὁ πρὸ μικροῦ μετάφορητός ; Οὐχ οὗτος ὁ χθὲς ἔχων καὶ πρότριτα συγκεκαμμένα τά γόνατα ; Καὶ ἐπὶ πολύ πως διηπορούμεθα, εἰ ἐπαληθεύοντά εἰσιν ἡμῖν τὰ τῆς ὄψεως, ἕως αὐτὸς ἤγαγε ἐγγύτερον ἀγαγών ὅπως τε ἠρόμην, καὶ πότε ὑγιεῖς οὕτω τοὺς πόδας ἐγένετο. Καὶ ὃς, Ἐξῆλθον, ἔφη, τῶν ἐνταυθοῖ, παρὰ τὸν αἰγιαλὸν γέγονα, ὡς τῶν παριόντων αἰτοίμην ὡς τοῦ παρ' αὐτῶν ἐλέους τυγχάνοιμι · ἀλλά τις τῶν ὁδιτῶν (οὐκ οἶδ' ὅπως τις, οὐ γὰρ ἑώρακα πρότερον, οὐ μετὰ ταῦτα τρῦτον τεθέαμαι) καινότερον ἐπ' ἐμοὶ πεποίηκεν ἔλεον, ἆρας με · καὶ γὸρ ἐπωμάδιον παρὰ τὴν Ἁγίαν φέρων κατέθετο · οὕτω γὰρ καλεῖσθαι τὴν μακαρίαν ταύτην Θεοδοσίαν ἡ τῶν θαυμάτων συνέχεια παρὰ γε τῇ μεγαλοπόλει ταύτῃ πεποίηκεν, οἶμαι δὲ καὶ τῶν πόλεων πανταχῇ · πανταχῇ γὰρ ἐξαπλοῖ τὴν χάριν · ὅτι καὶ πανταχόθεν ξυρρέοντες οἱ κακῶς ἔχοντες τῶν ἰάσεων ἐπανίασιν ἀπολαβόντες.

λε'. Τοίνυν καὶ ἀνωνύμως οὕτω τὸ παιδάριον ἀπεκαλεσεν. Καὶ δή με ὑποθεὶς, ἔφη, τῇ ταύτης σορῷ, ἔλαίῳ τε χρισας τῆς ἐπηωρημένης φωτοκαγοῦ ἐξιὼν εὔχετο. Ἐγὼ δ' ἐναπολειφθεὶς ἐν ἀμηχάνῳ γεγένημαι · οὐ γὰρ προβαίνειν ὅλως, οὐ μεταβαίνειν ἠδυνάμην, ἀλλ' ὡς τι παρερρίμμην ἄχθος καὶ τῶν προς χρείαν ἐστερούμην ὁ δείλαιος. Τρεῖς τῶν ἡμερῶν παρερρύησαν, καὶ μοι ζάλη τις περὶ τὸν λογισμὸν γέγονεν, οὐχ οἷαπερ ἐκείνη ἡ πρὸ μικροῦ ξυμπεσοῦσα, καὶ τὰ γόνατα παραρθρώσασα, γρίκην μοι καὶ μονης ἀπὸ μνήμης ἐκείνης ποιεῖ, γαλήνης δὲ τὴν καρδίαν πληροῦσα, καὶ πρὸς τὸ εὔθυμον μεταβάλλουσα · ὅθεν καὶ ὡς ἐν ὕπνῳ πεπεδημένος εἶναι δόξας, ὑγιὴς ἀναθορῶν εὕρημαι, ἔστην τε ἐπὶ πόδας, καὶ προέβην ἐπὶ μακρὸν, ἐν ἑαυτῷ τε γενόμένος, καὶ ὅθεν ἥκέ μοι συνιδὼν ἡ βοήθεια, τῇ τῆς Ἁγίας προσεδραμήκειν σορῷ, καὶ τῇ ταύτης περιφὺς εἰκόνι, καὶ συχνὰ ταύτην περιπτυξάμενος ἐξῆλθον, ὡς ὁρᾶτε, τοῦ ἐπ' ἐμοὶ δοξάζων θαυματουργήματος · καὶ νῦν ἡμέραι τέτταρες ἤδη ἐξ οὗ τὴν πόλιν περινοστῶ, ἐλευθέρως ὅποι καὶ βούλομαι πορευόμενος.

λς'. Ἀλλὰ μηδὲ τὰ ἐμὰ ὅτιπερ ἐμὰ παραλειπτέον ἐμοὶ, ὡς μὴ καὶ αὐτὰ λήθης παραπεμφθεῖεν βυθῷ, κἀγὼ μέμψει δικαίᾳ καθυποβληθείην ἀχαριστίας, μηδὲ λόγῳ ψιλῷ παραδοῦναι προθυμηθείς, ἅπερ εὖ τοῖς ἔργοις ἔφθην παθών · περὶ δὲ τοῦ δευτέρου τὸν λόγον ποιήσομαι πρότερον. Γαμβρὸς ἐμὸς ἐπὶ θυγατρί τῶν εὐγενῶν οὗτος καὶ περιβλέπτων, ἀδελφι-

34. Non multi inde effluxerant dies, cum rursus ad ædes nostras idem se adolescens contulit, absque omni impedimento omnique incommodo progrediens, utroque firmiter consistens pede, et corpore in altum erecto, quemadmodum solent ii quibus omni ex parte absoluta membrorum omnium conformatio obtigit. Prodigium hoc omnibus qui a lerant non mediocre visum est : ac alii confestim alios, ut fit, advocantes, super adolescente illo multa ex invicem sciscitabantur. Nonne, inquiebant, ille hic est, qui non a multo tempore huc ad nos fuit delatus ? Nonne idem ipse ab heri et nudiustertius contracta habebat genua ? Multum igitur dubitabamus, nam vera essent quæ videbamus oculis ; donec ego ipse propius ad eum accedens, percunctari cœpi, qua tandem ratione, quove tempore pedum sanitatem consecutus esset. At ille, Non ita pridem, inquit, hinc ad littus egressus sum, ut a pretereuntibus eleemosynæ aliquid rogando consequerer ; cum ecce e transeuntibus unus quisquam (nec enim quis fuerit scio, qui ante nunquam hominem videram, et deinde non conspexi amplius) insolitam mihi eleemosynam contulit, dum arreptum me atque in humeros suos sublatum, deposuit apud Sanctam : hoc quippe nomine beatam Theodosiam appellari, in hac magna civitate fecit miraculorum multitudo : existimo autem sic etiam in aliis ubique urbibus nominari, ubique enim gratiam divinitus sibi collatam explicat ; quare etiam undique confluunt male habentes et discedunt sanitatis restitutionem consecuti.

35. Itaque Sanctam quoque puer iste vocans absque proprio nomine. Super hujus, inquit, tumulum me ponens ille, et desuper appensæ lampadis oleo inungens, oravit et abiit. Ego vero derelictus, quid agerem nesciebam : nam neque progredi neque digredi inde poteram, sed inutilis instar ponderis remanebam, omnibus ad vitam necessariis rebus destitutus miser. Tres abierant dies, cum mihi quædam mentis concussio accidit, non qualis ante exiguum tempus superveniens mihi genua contraxit, et vel sola recordatione sui horrorem mihi incutit; sed animum implens tranquillitate, optimeque componens; unde, veluti si somnianti tantum oblatum fuisset pedum impedimentum, ita me sanum exsiliens reperi, stetique in pedes erectus et modicum progressus sum. Tum vero in meipsum regressus, et unde auxilium mihi venisset, intelligens, ad Sanctæ sepulchrum cucurri ; et sacræ ejus imagini affusus, cum illam complexu frequenti strinxissem, exivi, ut videtis miraculum in me factum celebrans. Quartus vero nunc dies est, ex quo urbem hanc omnem sanus obambulo, et quocunque locorum fuerit libitum absque impedimento pergo.

36. Sed quæ mea sunt, tanquam si mea non essent, præterire non debeo; ne si profundo eo silentio obruam, ingratitudinis notæ subjiciar, quod nec sermone quidem exili dignatus ea fuerim, in quibus opere benefico præventus sum cum essem infirmus. Quod autem posterius accidit, de eo prius sermonem instituam. Gener mihi per

filiam est nobilis atque illustris, utpote nepos ejus qui modo per imperium moderatur; illius vero filius, qui ex legitima parentum, avorum, et proavorum successione Colchidis principatum hæreditate tenuit; quam enim hic imperatoris defuncti filiam matrimonii lege sibi conjunxit, hujus quo de loquor mater exstitit. Hunc cum sub vesperam ex aula imperatoria domum se cum suis referret, cupido subiit equo se exercendi, in eoque nonnihil se exhilarandi, quemadmodum frequenter solent ætatis istius juvenes, in prima præsertim pubertate, qualis ipse erat. Eos autem qui circa ipsum erant, et multo magnoque conatu dissuadere id conabantur, intempestivum esse suggerentes, contemnens, in sententia omnino permansit; hoc tantum illis imperans, ut sues, qui propter viam publicam pascebantur, abigerent. Fecerunt illi ut jussi erant: ipse vero multimodis equum tentans ferebatur, donec scilicet sues abactæ, ter quaterve rede untes, sub ipsis equi pedibus volutari cœperunt, eumque impedire. Equus enim, quoties sub pedibus ejus versabantur sues veluti de industria id agentes, cadens simul assurgensque, tandem ita concidit, ut resurgere nequiret; sessor autem excussus tanquam e funda, statim humi jacuit pronus juxta equum, parumadmodum distans a mortuo, nisi quod tenuis quidem artoriæ pulsus, a medicis deprehensus, cum adhuc in vivis numerandum suggerebat.

37. Non longue a palatio hæc acciderunt, eo scilicet loco, qui Stagnum rotundum dicitur. Sed, quemadmodum ea solent quæ fama feruntur, repente ubique vulgatum fuit, obiisse ex infelici equitatione juvenem. Tum vero alii, O infelicem, exclamant, casum! o infortunium! alii, Quam, inquiunt, subito id accidit! quam inexspectato corruit! Ad me quoque e vestigio quidam accurrit, lacrymarum plenus, et cupiens quidem id quod acciderat renuntiare, sed voce non continuis minus singultibus quam multo anhelitu impedita, ex sola demissi in terram vultus mœstitia, et commiserationis quem demonstrabat affectu, triste mihi quidpiam videbatur significare. Atque ego non parum animo commotus. Cui, inquam, meorum et quid tandem infortunii accidit? Tunc, respondit gener equo ferebatur, cum quo pariter in terram corruit; ac etiamnum infelix jacet absque loquela et sensu. His narratis egredior domo: neque aliud audire per viam mihi contigit, quam, O quomodo id intelliget, quomodo videbit socer ejus! Hac illac gemitus et manuum complosiones audiebantur; cum ego ad locum ubi jacebat perveniens, manumque apprehendens et brachia circumdans, Quid pateris, aiebam, quid doles, charissime fili? age indica: ipse vero mihil magis audiebat quæ dicebam quam si exanimis omnino fuisset.

38. Jamque nox illa præterierat, nihil omittentibus medicis eorum quæ hac occasione, ut fiant, ars medica præscribit: utriusque manus apertæ sunt venæ, alia tentata remedia omnia, omnia

A δοῦς γὰρ τοῦ νῦν εὐσεβῶς ἡμῶν βασιλεύοντος, παῖς δὲ τοῦ τὴν τῆς Κολχίδος ἀρχὴν ἔκ τε πατέρων, πάππων, καὶ ἐπιπάππων κληρωσαμένου· τούτῳ γὰρ ἡ τοῦ προβεβασιλευκότος θυγάτηρ γάμου νόμῳ συναφθεῖσα, μήτηρ τοῦδε γεγένηται· οὗτος δὴ πρὸς ἑσπέραν τῶν ἀνακτόρων ἐξῄει, καὶ τὴν ἐπ' οἴκου σὺν τοῖς περί αὐτὸν ἐπορεύετο· οἷα δὲ τὰ τῶν νέων ἔτι τὴν ἡλικίαν, καὶ μάλιστα τῶν ἐφήβων, ὁποῖος οὗτος ἐτύγχανεν ὤν, ἱππηλατῆσαί οἱ ἐπῆλθεν, ἐφ' ᾧ γε διαχυθῆναι μικρόν. Τοὺς οὖν ἀμφ' αὐτὸν συχνὰ καὶ ταῦτα κωλύοντας, καὶ τὴν ἀωρίαν προϊσχομένους περιιδὼν, ὅλως τοῦ πρὸς θέλησιν γέγονε, τοῦτο μόνον σφίσιν ἐγκελευσάμενος, Ἄπιτε, τοὺς σῦας ἀπώσατε· τῆς γάρ λεωφόρου πλησίον ἦσαν οὗτοι νεμόμενοι. Καὶ οἱ μὲν ὡς προσετάγησαν πεποιήκεσαν· B ὁ δ' εὐθὺς συχνὰ μυωπίζων ἐφέρετο, ἀλλ' ἐφέρετο ἕως οἱ ἀπελθόντες δίς τε συστραφέντες καὶ τρὶς, τοῖς τοῦ ἵππου ποσὶν ὤφθησαν κυλινδούμενοί τε καὶ συμποδίζοντες. Ὅ τε γὰρ ἵππος ὁσάκις οἱ σῦες περιεσκέλιζον, ἔργον ὥσπερ τοῦτο ποιούμενοι, πίπτων ἅμα καὶ ἐγειρόμενος, τέλος εἰπεῖν, ἀνήγρετο πίπτωκε· καὶ ὁ ἀναβάτης ἐκτιναχθεὶς, καὶ ὥσπερ ἀποσφενδονηθεὶς εὑρηται κείμενος παρευθὺς, ἄγχιστά που τοῦ ἵππου πρηνὴς, μηδὲν ὅλως νεκροῦ διενηνοχὼς, πλὴν ὅσον σφυγμὸς ἀμυδρὸς, καὶ πνεῦμα τοῖς περιεργαζομένοις λεπτὸν, τοῖς περιοῦσιν ἔτι συγκαταλέγειν τοῦτον ὑπέβαλεν.

λζ'. Οὐκ ἄπο ταὐτα τῶν ἀνακτόρων ξυμβέβηκε· C τόπος γὰρ ἐν ᾧ ὁ οὑτωσί πως Γυρολίμνη καλούμενος. Ἀλλ' οἷα δὴ τὰ τῆς φήμης, ἐν ἀκαρεῖ διαπεφήμισται πανταχῇ, ὡς τέθνηκεν ὁ δεῖνα ἱππηλατῶν. Καὶ οἱ μὲν, Ὦ τοῦ συμβάματος! ὦ τῆς δεινῆς ταύτης, ἔλεγον, συμφορᾶς! οἱ δ', Ὦ οἷον αἴφνης γέγονεν! ὦ οἷον ἀπροσδοκήτως συνέπεσε! Καὶ μοί τις ἐφίσταται δακρύων ὑπόπλεος, θέλων μὲν ἀγγεῖλαι τὸ γεγονὸς, τὴν δὲ φωνὴν οὐχ ἧττον τοῖς στενάγμοῖς ἢ τοῖς ἄσθμασιν ἐγκοπτόμενος, ἐκ μόνης τῆς τοῦ προσώπου κατηφείας, καὶ τῆς πρός με συμπαθείας, ἣν ὑπενέφαινεν ἐμὴν γνωρίζων τὴν συμφορὰν ἔμοιγε. Κἀγὼ διαταραχθεὶς, Τίνι τῶν ἐμῶν συνέπεσε τὸ δεινὸν, καὶ τί περ ὁ πέπονθε; διεπυνθανόμην εὐθύς. Καὶ ὅς, Ὁ σὸς ἱππηλάτει γαμβρὸς, καὶ οἱ συμπέπτωκεν ὁ ἵππος, καὶ εἰς ἔτι κεῖται, μηδέν τε λέγων, D μηδενὸς αἰσθανόμενος. Ἐξῄειν αὐτίκα τοῦ διηγουμένου, καί μοι παρὰ τὴν ὁδὸν οὐδὲν, ἀλλ' ἢ τοῦτο μόνον ἠκούετο, Ὦ οἷον ἀκούσεται; ὦ οἷον ὁ κηδεστὴς τοῦδε θεάσεται; Στεναγμοί τε τῇδε κἀκεῖσε, καὶ χειρῶν πάταγοι. Ἀλλ' ἐπέστην οὗπερ ἦν κείμενος, καὶ λαβόμενος τῆς χειρὸς καὶ περιθεὶς αὐτὸν ταῖς ἀγκάλαις, Τί πάσχεις; ἔφην, τί ὀδυνᾷ; δήλωσόν μοι, παῖ φίλτατε. Ὁ δ' οὐδέν τι κρεῖττον ἀφύχου τῶν λεγομένων ἦν ἐπαΐων.

λη'. Παρῆλθεν ἡ νὺξ ἐκείνη τῶν Ἀσκληπιαδῶν οὐδὲν οὐδαμῶς παριέντων, ὅσαπερ ἐπὶ τοῖσδε πράττειν ἡ τέχνη παρεγγυᾷ, φλέβας δηλαδὴ τεμνόντων ἀμφοτέρων χειρῶν, καὶ βοηθούντων ἄλλοθεν ἄλλως,

τὰ ἄνω κινούντων, ὅ φασιν οὗτοι, καὶ πάντα
ν μηχανωμένων ὡς εἰς αἴσθησιν ἀγαγεῖν· Ὁ
ἦεν ἄμεινον εἶχεν, ἀλλ' ὁμοίως ἀναισθητῶν ἦν.
ῥύη καὶ τὸ τῆς διαδεξαμένης ἡμέρας διάστη-
αι οὗτος ὁ αὐτὸς ἦν. Ὀψὲ δὲ καὶ πρὸς ἑσπέραν
ξατοβιαιόν τι καὶ ἀδιάρθρωτον, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν
θέγξατο. Καὶ τοῦ λοιποῦ παρακεκομμένα λα-
ν, ἄλλα μὲν ἐρωτώμενος, ἄλλα δ' ἀποκρινόμε-
πλειστάκις τῆς ἡμέρας παραφρονῶν, καὶ οὐχ
α τῆς νυκτὸς, νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δ' ἐκεῖνο
όμενος, μηδὲν δ' ὅ τι καὶ παριστάνων, μηδὲ
τοιῶν, μεταξύ τε βοῶν γεγονὼς, καὶ ὡς πεπον-
τι τῶν ἀνηκέστων, μέγα κράζων αἴφνης καὶ
ιμενος.

A mota sus deque, ut dicunt, et nihil non adhibitum operæ, ut sensibus redderetur adolescens : qui nihilo tamen melius inde habuit, sed eadem prorsus ratione jacebat sensus omnis expers. Præteriit quoque ea quæ noctem jam dictam subsecuta erat dies, atque ille in eodem usque statu permanere visus: cum ecce sub vesperam quasdam quasi coactas nec distinctas satis voces, seu potius deliramenta, proferre cœpit; deinceps vero concisa quædam loquebatur, aliud quam quod interrogabatur respondens. Diurnis ut plurimum horis maxime vero nocturnis, modo hoc, modo illud dicens, nihil certi indicare aut exprimere manifeste valebat· Clamores subinde edebat ingentes, quasi intolerabile quiddam cogeretur perferre, ac vehemeuter sane lamentabatur.

B

. Ἠσχάλλομεν οὖν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐδυσφοροῦμεν
δεσται· δέος γαρ ἡμῖν ἐπήει μὴ μείνῃ διὰ
ς οὕτω παραληρῶν, καὶ τὰς φρένας εἴη διὰ
παράκοπος· Οὐ γὰρ δή πως εἰς ἀγαθὸν καὶ τὸ
χοίρων ἐξελαμβάνομεν, τοὺς ἐξαιτησαμένους
ὑριον ἐμβληθῆναι χοίροις διενθυμούμενοι, τοὺς
ἀρχῆθεν ἐπιδουλεύοντας δαίμονας, καὶ μάλι-
αθόντες ὡς διωχθέντες ὑπέστρεψαν οἱ χοῖροι,
ὡς οὐχ ἅπαξ εἰσιόντες τε καὶ ἐξιόντες, προσ-
ντες ὥσπερεὶ καὶ ἠττώμενοι, τελευταῖον θρα-
ον ἐπιτεθέντες κατέβαλον. Ὅ τι δ' οὐ πόῤῥω
ἀληθείας ἐστοχαζόμεθα, αὐτὸς ὁ ταῦτα παθὼν
τὴν τοῦ πάθους ἀπαλλαγὴν σαφῶς ἡμῖν διεδή-
. Εἴρηκε καὶ γὰρ ὡς ἔδοξεν ἀνδρα ὁρᾷν, μέ-
τὴν χροιὰν, ἄγριον τὴν ὄψιν, ὑπερμεγέθη τὸ
, σχοίνοις περιισχημένους τοὺς σῦας ἑφέλκον-
ς τοῦ ἵππου ποσίν· ἐκφεύγειν τε τούτους βια-
ους, πρὸς δὲ βίαν ἀπαγομένους, ἕως συμπο-
ντος πεσὼν, οὐ μέμνηται ὅ τι καὶ πέπονθεν.

C

39. Nos interim, qui curam ejus gerebamus, graviter, ut par erat, angebamur : metus quippe nobis incutiebatur, ne perpetuo delirus, aut tota vita impos mentis perseveraret. Sed nec boni quidquam ominabamur ex porcis: illos enim cogitabamus dæmones, qui et olim a Domino id petierunt, ut in porcos immitterentur, et a principio insidiari nobis non cessant; maxime cum audiremus, quomodo depulsi a via, in eamdem rediissent idque non simpliciter egrediendo redeundoque, sed tanquan assilientes cedentesque, ac denique audacius incurrentes, juvenem sudvertissent. Quod vero haud longe a rei veritate conjectura nostra abesset, ipsemet qui hæc patiebatur, postquam a malo suo liberatus deinde fuit, planissime declaravit. Asseruit quippe visum sibi fuisse virum, atro colore, severo vultu, corporis magnitudine inusitata, qui funibus constrictos porcos sub ipsos equi pedes adigebat. Porcos autem fugere primum com-

ıs, alia deinde vi in equum denuo immissos, ius non meminit.

donec sic impedito collapsus, pateretur ea quorum

'Εφ' ἱκαναῖς οὖν ἦμεν οὕτω διαπορούμενοι,
τοῦ ἀνυποίστου πάθους αὐτὸν ἀπαλλάξαιμεν,
ἑαυτοὺς τῆς ἐπὶ τῷδε φροντίδος τε καὶ λύπης
ρώσαιμεν. Ἀλλ' εἰς νοῦν μόγις ἐβάλομεν τὰ
Ἁγίᾳ καθεκάστην τερατουργούμενα, καὶ ὡς
λης εἰς λιμένα παραυτὰ καθωρμίσθημεν, καὶ
τὸ εὐθυμότερον εὐθὺς ἐπανήειμεν, καὶ ὥσπερ
ν ἐγεγόνειμεν, οἱ πρὸ μικροῦ σχεδὸν ἐξεστη-
, καὶ τινα τρόπον τῷ πεπονθότι συμπάσχον-
ιάντων οὖν ἄλλων αὐτίκα ἠλογηκότες παρά γε
ορῷ τῆς Ἁγίας γινόμεθα, καὶ ῥιπτοῦμεν ἐπ'
ους αὐτόν· καὶ ὁ νεωκόρος τῆς κιβωτοῦ τὸν ἐε-
ξενεγκὼν θησαυρὸν, τὸν ζῶντα ταῖς ἐνεργείαις
νεκρὸν, ὅλῳ ἐπιστηρίζει τῷ σώματι, κεφαλῆς
; ἀπαρξάμενος, χρίει τε λαβὼν ἔλαιον τῆς φω-
γοῦ σταυροειδῶς τῷδε τὸ πρόσωπον, καὶ πρὸς
τέρνα τε καὶ μετάφρενα. Καὶ (ὦν θαυμασίων
! ὦ δόξης, ἧς ἀπήλαυσαν ψυχαὶ μετὰ σωμάτων
ιθλήσασαι τοῦ Θεοῦ, ψυχαὶ κατὰ Θεὸν τοῖς σώ-
συμβιώσασαι) ὡς οὐδὲν πεπονθὼς, ὡς οὔ ποτέ
αραφθεγξάμενος, ἐξῄει ῥώμης εὖ ἔχων καὶ τῶν

D

40. Non igitur absque ratione angebamur, quomodo e tam grandi malo eximeremus adolescentem, et nos ipsos mœrore et sollicitudine liberaremus. Vix autem ea quæ S. Theodosia quotidie patrat admiranda, cœperamus mente revolvere, cum ecce quasi ex tempestate delati in portum, animos continuo majores sumpsimus, et nobis veluti derepente sumus reddili, qui paulo ante consilii inopes extra nos ipsos versabamur, et iisdem quodammodo, quibus adolescens, excruciabamur doloribus. Omnia igitur alia seponentes, ad Sanctæ sepulcrum pergimus, ipsumque in templi pavimento collocamus. Tum ædituus sacrum e lipsanotheca thesaurum promere, iisque hominia, spirantis quidem, sed quem ob virum naturalium defectum intermortuum æstimasses, totum corpus signare, initium a capite ducens, oleoque e lampade accepto in modum crucis vultum, pectus, ac dorsum jacentis oblinere. Ecce autem (o admiranda Dei opera ! o gloriæ insignis magnitudiuem, qua in cœlo perfruuntur animæ, quæ Dei causa in corporibus cer-

taverunt, animæ quæ secundum Deum vixerunt cum corporibus) quasi nihil unquam mali perpessus, neque aliquid præter rationem locutus, integris corporis ac mentis facultatibus exivit, expedite loquens, et ea quæ loquebatur intelligens. Omitto dicere quantum ex eo tempore profecerit, non minus quam ætate, spiritus et corporis prærogativis; quod ego profecto singulari cuipiam Dei erga illum, providentiæ attribuere, hoc minoris miraculi loco habere mihi posse videor.

A φρενῶν ἀπρόσκοπτα ὁμιλῶν, καὶ τῶν λεγομένων ἐν συνέσει γινόμενος. Ἐῶ γὰρ ὡς καὶ προκόπτει τὸ ἀπὸ τοῦδε οὐχ ἧττον ἢ τῇ ἡλικίᾳ ψυχικοῖς τε καὶ σωματικοῖς προτερήμασιν· ὃ θείας σαφῶς ἐπισκοπῆς ἥγημαι, ὃ μείζονος θαυματουργίας λογίζομαι.

41. Sed neque aliud, quod eadem Sancta admirandum mihi beneficium præstitit, silentio duxi prætermittendum. Ante non exiguum tempus crus mihi fuit valde affectum ex vulnere quod recalcitrans equus impegerat, nec magni sub initium esse videbatur momenti. Postquam autem quatuor omnino elapsi erant dies, doloribus oppressus sum non ferendis, non ea solum qua læsus eram corporis parte, sed ima etiam pedis planta digitis, talo. Pessime igitur mihi diu erat: cumque dolor ille nonnihil leniretur claudicabam tamen vehementer, nec sine magna molestia affecto crure niti poteram Duos in isto cruciatu anno exegeram, nullo mali quod patiebar levamine, annisque deinceps singulis, quemadmodum certi quidem morbi certis recurrere solent temporibus, pedum quoque meorum dolor increscebat. Ac rursum haud ita multum post temporis, anni unius spatio bis terve idem me tenebat malum. Metus erat, ne crescente ætate incrementum pariter dolores acciperent. (Fit enim ex immoderato quadam vitæ amore, ut omnes passim homines, ac ego imprimis, multos hic nobis polliceamur annos, idque præsertim, si mei ad instar vanis mundi hujus rebus, et sensus nostros nimium ad se rapientibus, addictus sit.) Metus igitur mihi erat, ne manibus pedibusque ac toto etiam corpore paralysi dissolutis, affixus omnino lecto hærerem. Ipsi insuper medicorum præstantissimi, qui moribus et ætate et consuetudine propiores mihi erant, non exiguo tenebantur metu, cum nullus artis medicæ conatus adversum mala mea quidquam valeret efficere.

μά· Ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἐπ' ἐμοὶ παραδραμοῦμαι τῆς Ἁγίας τεράστιόν. Ἐπλήγην πόδα τὸν δεξιὸν πρὸ χρόνων ὅτι συχνῶν· ἡ δὲ πληγή, ἵππος ἐπὶ κνήμης λὰξ ἔτυψεν, ὃ πρὸς τὸ παρὸν εὐπεριφρόνητον ἔδοξεν, ἀλλά μοι μετὰ τὴν τετάρτην ὀδύναι γεγόνεισαν οὐδοπωσοῦν φορηταί, οὐκ ἐφ' ᾧ γε ἐπεπλήγην μέρει, ἀλλ' ἐπὶ σφυροῖς, ἐπὶ δακτύλοις, ἐφ' ὅλῳ τῷ ταρσῷ καὶ τῷ πέλματι· Ἦν οὖν πονήρως ἔχων ἐφ' ἱκαναῖς, καὶ τοῦ πάθους λωφήσαντος, χωλεύων αὖθις ἐπὶ πολὺ, καὶ οὐκ εὖ ἐπιστηριζόμενος τῷ πεπονθότι ποδί. Δύο τῶν ἐνιαυτῶν παρεῤῥύησαν, καὶ πόδα τὸν αὐτὸν ἠλγησα, καὶ τοῦ λοιποῦ μοι κατ' ἔτος ὥς τι τῶν ἐκ περιόδου ξυναντᾶν εἰωθότων νοσημάτων τὰ τῶν ποδῶν ἄλγος ἀνέσκηπτε. Μετὰ δὲ χρόνους οὐ πάνυ πολλοὺς δὶς τοῦ ἔτους ξυνέβαινέ μοι τὸ πάθος καὶ τρίς. Καί μοι δέος εἰσήει ἔνθεν, μή πως προϊόντος τοῦ χρόνου καὶ τοῦ κακοῦ (ἐκ γὰρ φιλοζωΐας, οἶμαι, πᾶς τις ὡς κἀγὼ φαντάζεται τὸ μακρόβιον καὶ μᾶλλον εἰ κατ' ἐμὲ προστετηκὼς εἴη τοῖς γηΐνοις τοισδε καὶ κηλουσι τὴν αἴσθησιν) · φόβος οὖν μοι γεγόνει μὴ χεῖράς τε παραλυθείην καὶ πόδας, ᾗ καὶ τὸ σύμπαν ἐξαρθρωθείην, καὶ καθάπαξ κατασταίην κλινοπετής. Ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἐφόβουν οἱ τῶν ἰατρῶν δοκιμώτεροι, ξυνήθεις ὄντες ἐμοὶ καὶ ἡλικιῶται, μηδέν πως ἰσχύειν πρὸς τὴν νόσον τὴν τέχνην ἰσχυριζόμενοι.

43. Qualia igitur passum me credis, cum inde vetarer exspectare meliora, unde certo mihi adjuturi auxilii spes omnis fuerat? Jam animos abjeceram, et quod consequens est, inerter languebam; quando, secundum Davidicam doctrinam, memor fui Dei, et repente delectatus sum; In ipso quippe, aiebam, etsi validissimus sit quo laboro morbus et omni medentium arte superior, attamen potenti illius virtute domabitur. Simul enim atque firmiter credere et sperare in ipsum statuimus, continuo quæ fieri posse non videbantur, Deo fiunt possibilia, nec est quidquam quod divinam ejus potentiam superet. In memoriam quoque revocare cœpi, quomodo purissima Dei Mater, rerum nostrarum quotidie haud parum satagens, divinam pro omnibus misericordiam implorare non cesset. Sanctos quoque illos cogitavi ac sanctas, quibus ab altissimo in cœlis Deo tantum hic gratiæ fuit concessum, ut insanabiles curare morbos et malis immedicabilibus mederi possent: Demetrium dico, illum inter martyres celeberrimum, nec non magnum

μβ'. Τί γοῦν ἐπεπόνθειν, ὅθεν μοι δι' ἐλπίδος ἦν ἡ βοήθεια, λαβὼν ἐκεῖθεν τὴν ἀπαγόρευσιν; Ἀθυμίᾳ κατεσχέθην, καὶ ὡς τὸ εἰκὸς ἠκηδίασα· ἀλλ' ἐμνήσθην κατὰ τὴν Δαυϊδικὴν εἰσήγησιν τοῦ Θεοῦ, καὶ θυμηδίας ἐπλήσθην εὐθύς. Ἐν γάρ αὐτῷ, καὶ γὰρ ἔφην, εἰ καὶ ἡ νόσος ἰσχυρὰ καὶ τὴν τέχνην νικᾷ, ἀλλ' ἡττήσεται τῆς κραταιᾶς ἰσχύος Θεοῦ· ὡς γὰρ πεπιστεύκαμεν, καὶ τὰ ἀδύνατα Θεῷ δυνατὰ, καὶ οὐδέν ὅ τι τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ὑπερκείσεται. Καὶ γε ἐνενοησάμην, ὅπως τε ἡ πάναγνος αὐτοῦ Μήτηρ κοινῇ τε καὶ καθέκαστα ἡμῶν κηδομένη, πάντων ὑπερεντυγχάνει διηνεκῶς. Ἁγίους τε καὶ ἁγίας ἀνελογισάμην, οἷς καὶ τῇδε χάρις ὅτι μεγίστη πρὸς τοῦ ἐν οὐρανοῖς δοξάσαντος δίδοται, ὡς καὶ θεραπεύειν ἀνήκιστα καὶ ἰᾶσθαι ἀνίατα δύνασθαι· Δημήτριόν φημι τὸν ἐν μάρτυσι διαβόητον, τὸν ἱεράρχην μέγαν Νικόλαον, Εὔπλον τὸν πολύτλαν καὶ τοῦ Εὐαγγελίου τῷ ὄντι διάκονον· ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ μετὰ τούτων τὴν ὁσίαν ταύτην καὶ μάρτυρα, ἧς ἐν γειτόνων ὢν τῇ σορῷ, τὰς ὁσημέραι τε καὶ ὁσῶραι θαυματουργίας ἐπὶ τοιαῖσδέ τισιν ἐπυνθανόμην τε

ας καί χείροσι. Τοῖς οὖν ἰατροις αὐτίκα χαί. A episcopum Nicolaum. et Euplum (13) tot tamque
ιαί αὐτοῖς φαρμάκοις εἰπὼν τούτους μόνους acerba quondam Dei causa perpessum, ac sacri
ἠσάμην τῆς νόσου θεραπευτάς. Evangelii verissimum diaconum. Præter hos et
ιisce sanctam illam martyrem, a cujus tumulo haud longe commorabar, quæque perpetuis ac ad-
ιdis non modo in dies, verum etiam in horas operibus, non mei tantum similes morbos, sed
etiam graviores depellere potest, in auxilium vocavi. Medicorum itaque et pharmacorum ope
ɜ jussa, hosce solum morbo curatores proponebam.

Πῶς τοίνυν παραστήσω, πῶς τὸν ἕλεον, ὃν 43. Nunc vero qua ratione edisseram quæ acta
ξατό μοι τῷ ἀχρείῳ τούτου δούλῳ Θεὸς διὰ τῶν sunt? quo modo misericordiam, quam mihi servo
ιτηκότων αὐτῷ, διὰ βραχίος ἐρῶ: Χρόνοις ἐν suo inutili, per sanctos suos Deus præstitit, breviter
ς ἐξαρθρωθῆναι προσδόκιμος ὤν, πλείστους potero explicare? Ille ego, qui paulo ante membris
παρῆμειψα, καί διαρτίας εὖ ἔχων μελῶν, καί omnibus per paralysin videbar dissolvendus, jam
ω ὡς ὅτε ἦν εἰκοσιέτης ἐβάδιζον, καί μοι plures transegi annos, et toto corpore firma com-
ρως αἱ χεῖρες, ὅμοι τε βουλητὸν ἐμοί, καί τὸ page utens sic incedo ut incedebam cum viginti
ὸν πνεῦμα κινεῖ, φέρονταί τε καὶ μεταφέρον- duntaxat annorum essem: manus quoque mihi
Ῥοιαῦθ' ὁρῶμεν τῇ Ἁγίᾳ τελούμενα, τοιαῦθ' feruntur libere et transferuntur, quocunque animo
ρει τερατουργούμενα. Τί γοῦν δὴ τὰ πάλαι collibitum est, aut vitalis spiritus impellit. Tanta
ἦγειν, ἢ παραδιδόναι τὰ ἐφ' ἡμῶν συγγραγῇ; B videmus fieri a Sancta et quotidie admirabiliter
ίαν σῶν λαμβανόντων διέχειαν, κυμάτων τε perfici. Sed quid attinet vetera commemorare, aut
ἕτερον ἑτέρου καταλαμβάνοντος· καί γάρ πως ea quæ in nobis nunc contingunt scripto tradere
λήσιον ἂν παθεῖν δόξειεν ὁ ταῦτα συγγράφειν cum nullam ipsa sibi cessationem indulgeant, sed
μενος τοῖς ἐπ' ἀφροσύνῃ διαδοήτοις ἐκείνοις, uti fluctus fluctum, sic aliud alterum consequendo
μὲν ἀριθμεῖν προήχθησαν κύματα, οἱ δ' ἀστέ- excipiat? Etenim qui illa omnia scriptione vellet
ί δ' ἄλλω τινί τῶν ἀδυνάτων ἐπιχειρήσαντες; complecti, iis mihi non videtur futurus absimilis,
χθησαν· quorum alii fluctus maris, stellas alii numerare,
ulli aliud nescio quid ex iis quæ fieri nequeunt non sine stultitia perficere aggressi, omnibus
lendos præbuerunt.

EPILOGUS.

. Ἀλλ' ὅπερ ἔφην, τί γε δέον ἡμᾶς ποιεῖν C 44. Verum, quod jam ante quoque dicebam, quid
ἰ' ὁρῶντας, τοιούτων παρ' αὐτῆς ἀπολαύοντας; nos tandem par est facere, qui tanta videmus,
ιν μὲν χαρὰν ἔνθεον, πρέσδιν δὲ ποιεῖσθαι tanta accepimus per Sanctam beneficia? lætitia
Κύριον, καί δεξιοῦσθαι μὲν εἰς δύναμιν ἑκα- utique maxima exsultare, mediatricem adhibere
προστάτιν δ' ἀφιλονείκως ἰδιοῦσθαι πάντα apud Dominum, cum gratiarum actione excipere
ιετερίζεσθαι· Καί μάλα γάρ εἰκότως· ἵνα γάρ singula, patronam in omnibus sine cunctatione
τὰ κρείττω καί ὑψηλότερα, ὧν παρ' αὐτῆς ἡ accersere et nobis vindicare debemus; idque ma-
τῆς ἀπελαύομεν, ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ἀίδιον τυγχα- gna cum ratione. Nam ut optima quæque et præ-
ς Θεῷ, καί ἐξιλεουμένης συχνὰ πλημμελοῦσι stantissima, quæ ab ea et per eam accepimus,
προργίζουσιν. Ἀλλ' εἴπερ ἰατρὸν ἀνιάτων, νε- omittam proferre; assiduis illa Deum supplicationi-
ων μόνον ηὐχούμεν αὐτὴν, πόσους ἐχρῆν bus fatigat nostra causa, nostrique eam magna ca-
καταβάλλεσθαι τοὺς μισθούς; πόσης γε τιμῆς pit miseratio, qui multis adeo delictis divinam ma-
· Ἐπεί δὲ καί σωμάτων νόσους ἰᾶται, καί jestatem ad irascendum nobis provocamus. Quod
ν θεραπεύει νοσήματα, ἄγε δὴ ὡς ἰσχὺς ἑκα- si medicam ejus solius manum in morbis gravissi-
ποτιννύτω μετ' εὐγνωμοσύνης τὸ ὄφλημα, καί mis et imploremus et sentiamus, quantam illi pu-
ἴπαν πάθος ἐπικεκλήσθω καί νοσημα. tatis mercedem esse reddendam? Cum autem non
ιrum tantum medeatur infirmitatibus, sed animorum quoque morbos tollere non cesset, eia, pro
ιuisque viribus debitum cum gratitudine persolvat, et ipsam adversus mala omnia morbosque invocet.

Ὅ δὴ κἀγὼ ποιεῖν εἰωθὼς, οὐκ ἐάσω μὴ D 45. Quod dum ego nunquam non facere sim so-
κι καί νῦν εἰς ἐπήκοον· ἀλλ' ὑπὲρ ἐμοῦ τε litus, nunc quoque non omittam id ipsum agere:
ετηρίαν καί τῶν ἐμῶν θέμενος, τύπον ὡσπερ- sed pro me meisque supplicationes instituens, aliis
σω τὰ παραπλήσια λιπαρεῖν, καί τὰ αὐτὸ quoque formam præscribam similia pro se obse-
θεν τὴν Ἁγίαν δυσωπειν· Ἡ καί σῶμα καί crandi, eademque flagitandi a Sancta; O quæ a
ἐκ παιδὸς παραθεμένη Θεῷ καί σῶμα μέν primis ætatis tuæ annis corpusculum tuum Deo
ει χρονίᾳ τήξασα, ψυχὴν δὲ τῶν ἐνταῦθα voluisti esse sacrum, et hoc quidem extenuavisti
ρὸ διαλύσεως μεταστήσασα, καί τέλος ἅμφω exercitatione diuturna; animum autem, ante etiam
ίνη, καί τοῦ μηδενός ἀξια κρίνασα, ὑπὲρ τοῦ quam ex hac vita migraret, a rebus omnibus crea-

) Coluntur S. Demetrius 8 Octobris, S. Nicolaus 11 Novembris, S. Euplus 12 Augusti.

tis alienissimum habuisti : ac demum tam hunc quam illud generose contempsisti ac parvi fecisti illius videlicet causa, quam ex tota anima totaque mente desiderabas; mentem, oro, animamque nostram ab omni labe puram nunc quoque, cum in cœlo exsistis, conserva; cogitationem omnem perversam arcens ab animis nostris mentesque in Deum transferens, atque (ut breviter omnia complectar) universam vitæ nostræ ac sermonis rationem secundum beneplacitum divinum dirige. Misericordem Deum nobis redde placatum, ut recte et absque offendiculo vitæ nostræ cursum instituamus ab omni labis periculo remoti, cunctisque malis superiores; ex hac autem vita abeuntibus nobis patrocinare ferventer, supplica instanter, deprecare operose, ut severo exempti judicio, divinæ illius ac ineffabilis beatitatis partem aliquam capiamus: quod nobis omnibus contingat, per gratiam et benignitatem Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi, cui omnis gloria, honor, et adoratio debetur, cum eo qui principio caret Patre, et sancto ejusdem naturæ Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

A ἐξ ὅλης σοι ψυχῆς, ἐξ ὅλης σοι διανοίας πεποθημένου Θεοῦ· βλάβης ἡμῖν ἁπάσης καί ἄμφω πρὸς τὸ παρὸν ἀνώτερον διατήρει, ἅπαν διανόημα πονηρὸν τῶν ψυχῶν ἀπελαύνουσα καί τὸν νοῦν ἡμῶν πρὸς Θεὸν ἀεί μεταφέρουσα· καί το σύμπαν εἰπεῖν, βίον τε καί λόγον ἡμῖν πρὸς τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν ἴθυνε, καί τὸν συμπαθῆ Θεὸν ἐξιλεοῦ, ὡς εὐμαρῶς τε καί ἀπροσκόπως τὴν τοῦ βίου τρίβον ὁδεύοιμεν, πάσης περιστάσεως ἐξαιρούμενοι, καί δεινοῦ παντὸς ἀνώτεροι συντηρούμενοι· τῶν δ' ἐνταῦθα μεταστάντων πρόστηθι, θερμῶς πρόστηθι, ἱκέτευσον λιπαρῶς, δυσώπησον ἐκτενῶς, καί ἀφράστου μακαριότητος καί τῆς θείας ἐκείνης καί ἀφράστου μακαριότητος τύχοιμεν, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς τυχεῖν χάριτι καί φιλανθρωπίᾳ τοῦ Θεοῦ καί Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ B Χριστοῦ, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμή, καί προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρί, καί τῷ ἁγίῳ καί ὁμοφυεῖ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καί ἀεί, καί εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν·

ANNO DOMINI MCCLXXIII.

ARSENIUS AUTORIANUS *

CP. PATRIARCHA

—

ANACREONTICON IN DOMINICAM RESURRECTIONIS.

MONITUM

(Matranga, Anecdota Græca, t. II.)

—

Arsenii Archiepiscopi anacreontico εἰς τὴν λαμπρὰν Κυριακήν (*in Dominicam Resurrectionis*) vidi in cod. Vat. 208, versusque cum non invenustos, imo elegantes et poeticam quamdam suavitatem olentes invenissem statim in meis adversariis retuli, et typothetæ tradidi. Arsenius, de quo nihil comperitur præterquam quod Allatii notitia mox in notis alleganda, fortasse est Corcyræ archiepiscopus, cujus orationes adhuc ineditas, in laudem S. Barbaræ et S. Andræ apostoli (*a*) a cl. Andrea Mustoxydio exoptatas e membranis XI et XII sæculi nuper exscripsi; alteram scilicet e cod. Vat. 679, alterum e cod. Vallicelliano 34 B, quam bibl. præfectus Rev. A. Theinerus mira liberalitate, ut viris doctis mos est, mihi obtulit. Præmissa exhortatione ad tam præclarum festum celebrandum, Arsenius veris descriptionem poetice persequitur, quæ maximam carminis partem occupat; dein laudes SS. Triadi tribuuntur, et S. Georgius, loci protector ubi Arsenius morabatur, veluti intercessor apud martyras adhibetur. Quapropter est qui opinatur nostrum *Arsenium Monembasiæ fuisse archiepiscopum, qui Venetiis septuagenarius* 1535 *decessit*(*b*), *et in S. Georgii ecclesia tumulatus est*, quamvis ex ejusdem ecclesiæ annalibus constet, Kal. Novembr. anni 1539 sub Marci Samariarii Zacynthii præfectura primum ejusdem lapidem solemni ritu benedictum, ac 24 annis post absolutam fuisse. Mihi vero styli puritatem in ode sæpe consideranti videtur auctor XVI sæculo longe vetustior.

(*a*) Edere proposuerat L. Allatius in *Symmictis* lib. V, 108.
(*b*) Cf. Ch. F. Boerneri *De doct. hom. Græc.* etc., p. 155. Lips. 1740.

* Vide Cotelerii notam ad Arsenii Testamentum, infra.

ΑΡΣΕΝΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

ΣΤΙΧΟΙ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΛΑΜΠΡΑΝ ΚΥΡΙΑΚΗΝ

—

ARSENII ARCHIEPISCOPI

VERSUS

IN DOMINICAM RESURRECTIONIS

—

μοι ξύμπαντες παῖδες,
τάτη χορεία,
σόθρεπτα τέκνα,
ν ὅπα λαλεῦντες,
μέλος φωνεύντες,
ροσφέρωμεν πάντες
καὶ κτίστῃ πάντων,
ὡρῶν ἐπέστη ·
σαλπίσῶμεν πάντες,
μήσωμεν ἅσμα,
πνῶς μελαδοῦντες
ανήσωμεν πάντες ·
ε γὰρ τὸν τάφον,
ψε κλεῖθρα πάντα
ι πικροῦ θανάτου,
ν θ' Ἅδου παμφάγου,
ἀνέστησε πάσας,
κράτος δεικνύων.
κ σκίρτᾷ νῦν ἡ κτίσις,
ωθέντα δοξάζει,
ινετῖ πᾶσα φύσις
ὥσπερ δοτῆρα,
στάντα γεραίρει.
ν ἀξίως λαλήσῃ,
ἀξίως ὑμνήσῃ,
ἅπερ ἀνθρώποις παρέσχεν
ὁ βασιλεὺς τῶν αἰώνων,
ὁ μονος κτίστης ἁπάντων,
ὁ φανότατος φωσφόρος ;
νέφεσι γὰρ οὐ ζοφοῦται,
καθαρὰν ἁπλοῖ λαμπάδα,
καταφαιδρύνεται πάντα
ἁπλέτῳ φάει καὶ κάλλει.
Ἀγλαὸς κύκλος σελήνης,
χορὸς ἀστέρων αἰγλήεις,
καταφωτίζει τὴν νύκτα
ἁπλέτοις λαμπηδουχίαις ·
κατίδοις ἄνω τὴν Ἄρκτον.
μεγάλην τε καὶ τὴν ἥττω,
στέφανον τῆς Ἀριάδνης,
ζωδιακὸν κύκλον ἴδοις
καθαρὸν σὺν τοῖς ζωδίοις ·
βορινὸν κύκλον κατίδοις,
θερινὸν σὺν τούτῳ πάλιν.
Μετὰ ταῦτα δ' αὖ κατόψει
κύκλον τῆς ἰσημερίας,
μετὰ τοῦτον δ' αὖ τοὺς ἄλλους
χαριέντως νῦν κατίδοις ·
Θεὸν ἐντεῦθεν ὑμνήσεις,
ἀγαθὸν τοιοῦτον κτίστην.
Ἴδε λοιπὸν τὰ τῆς γαίας,
χαρὰν ἀμύθητον λάβε,
Θεὸν ἀνύμνει προθύμως
νῦν φυτὰ ξύμπαντα θαλλει,
ἀγέλαι πτηνῶν σκιρτῶσιν
ἐπὶ τοῖς δένδροις φωνεῦσαι,
τὸν ὁδοιπόρον κηλεῦσαι,
Θεὸν ἁπάντων ὑμνεῦσαι ·
τίς ἂν ἀξίως ὑμνήσῃ ;
τίς ἂν ἀξίως λαλήσῃ ;
κελαδοῦσι νῦν τὰ πάντα,
γλύκιον μέλος φωνοῦσι,
ψυχὰς εὐφραίνουσι πάντων
Λογικοὶ νέοι μοι δεῦτε,
ἔαρος καιρὸς, σκιρτᾶτε,
ἐλύθη γὰρ ἡ παχύτης
νεφελῶν εἴαρος ὥρῃ,
παγετὸς ωακρὰν ἠλάθη,
ἀπεδιώχθη τὸ ψύχος,
τὰ σκυθρωπὰ παρωχήκει,
καθαρὰ τανῦν αἰθρία.
Λογικοὶ νέοι μοι δεῦτε,
ἔαρος καιρὸς, σκιρτᾶτε ·
Ζεφύρου πνοαὶ γλυκεῖαι,
ποταμοὶ νάουσιν ἄρτι

:dite ad me, omnes filii, accedite, chori cha- A
i, adeste. pueri Musis nutriti, dulcem vocem
entes, suavem cantum miscentes, hymnum
offeramus Regi omniumque creatori. Adest
ırum regina. Age, buccinemus cuncti, age
n modulemur, age dulce intonantes Deum
nus omnes : reliquit enim sepulcrum, claves
; fregit tenebrosæ et acerbæ mortis, vimque
i cuncta devorantis ; omnes resuscitavit
ıs, invictam potentiam suam ostendens. Nunc
at omnis creatura, exaltatum celebrat, Deum
t universa natura, tanquam bonorum largi-
eum qui resurrexit veneratur. Quis digne
caverit, quis digne laudaverit quæ hominibus
ıit Rex sæculorum, solus universi creator,
:r splendidissimus ? Nubibus enim non obscu- B
puram diffundit lucem ; omnia ingenti lu-
et pulchritudine ornat. Lucidus lunæ orbis,
lidus stellarum chorus, admirabili noctem
nat claritate : videre licet in alto Arctum
:em ac minorem, Ariadnes coronam, zodia-
:onspicies purum cum signis, septentriona-
lem aspicies orbem et simul meridionalem. Deinde
intueberis æquinoctii orbem, post hunc autem
cæteros magna cum voluptate videbis. Hinc Deum
laudabis optimum talen creatorem. Præterea aspice
terrena, ineffabili fruere gaudio. Deum toto animo
celebra. Nunc omnes plantæ vigent, avium turbæ
in arboribus canentes exsultat, viatorem delec-
tant, Deum universi hymnis extollunt. Quis au-
tem digne laudaverit ? quis digne prædicaverit ?
Omnia nunc hymnis resonant, dulces cantus mo-
dulantur, omnium animos lætitia replent. Adeste,
juvenes prudentes. Veris tempus advenit, jubilate.
Nubium densitas soluta est veris amœnitate, gla-
cies longe discessit, frigus abiit, tristitia disparuit,
serenum adspicitur cœlum. Adeste, juvenes pru-
dentes. Veris tempus advenit, jubitate. Zephyri
lenes spirant ; fluvii placide volvunt undas limpidas ; oves jam in littore secure lasciviunt, agi
cum matribus per virides saliunt campos. Adeste,
juvenes prudentes. Veris tempus advenit, jubilate.
Jam avis purpurea canit, vernale carmen modula-
tu, ad amœnos fluvios, in umbrosis platanis re-

τῶν παλαιῶν γνωμάτευμα. Εἰ δὲ καὶ σπου- A tari, veteris sapientis sententia est. Nam si et præ-
ιρούσης, καὶ μελέτης ἐμμερίμνου καὶ συνε- sens studium, et sollicita cura atque assidua ad
πὲρ τοῦ κατορθωθῆναί τι τῶν ἐπαινετῶν, τὸ quidpiam laudabile feliciter gerendum adhibeatur;
οὕτως εὐχερῶς εἰς ἔργον προβαίνει, καὶ εἴ hoc neque tam facile in opus deducitur, et sicubi
καὶ ἀντιβαῖνον εἴη, πολλῶν καὶ σθεναρῶν aliquid adversetur, multorum ac fortium virorum
ίξεως δεῖται πρὸς τελεσφόρησιν· πολλῷ δὲ ministerio opus est, ut perducatur ad finem, multo
κἀντεῦθεν, οὗ τῶν κακῶν ἐκκυλίει τὰ τῆς autem magis, si cæteris, quibus res involuta est,
ις, διαδραμεῖται. Ἀλλὰ τῇ μὲν ἡμῶν με- malis cunctatio addatur. Sed nostræ quidem mode-
ι περὶ τούτων οὕτω διαλαβεῖν εὐστόχως ἐγέ- rationi de his ista disserere visum est opportunum,
τράγμασι δ' αὐτοῖς ἔγνω ταῦτα τοιαῦτα. Ἡ reque ipsa novimus hæc talia esse. Monasterium
τὴν ἐνορίαν Δημητριάδος ἡ ἐπὶ σταυροπηγίῳ prope territorium Demetriadis subditione patriar-
πτριαρχικῷ καταπηχθεῖσα μονὴ, ἐπ' ὀνόματι chali situm, sub nomine castissimæ Dei Matris, et
ιηθεῖσα τῆς πανάγνου Θεομήτορος καὶ τῆς Macrinitissum dictum, hæc sane didicit, novitque
ιτίσσης ἐπιλεγομένη, ἔμαθεν αὐτη, ἐδάη, atque accurata peritia percepit. Cum enim modi-
ητήμην ἦλθεν ἀκριβῆ. Ὡς, εἰ μικρόν τι ἐνέ- cum remisisset, et paululum desidia torperet, at-
, εἰ βραχύ τι ἀνέπεσεν, εἰ πρὸς ὀλίγον ὅκνος B que inertia ipsum comprehendisset, lapsus pericu-
ὑπέδραμε, κίνδυνος καὶ πτῶσις περὶ αὐτήν. lum statim illi imminuit, atque transmutatio ex
τοῦ πατριαρχικὴν ἀνυφοῦσθαι ταύτην, ὡς patriarchali ditione, sub qua proclamatum erat,
κὶ ἀναγορεύεσθαι, μεταλλαγὴ τὴν ἐπισκοπι- in episcopalem Demetriadis denominationem. Quot
ῦ Δημητριάδος κλῆσιν ὀνοματίζουσα. Τίνα enim, et quibus modis Demetriadis episcopi, suis
ὶ ὅσα οἱ κατὰ καιροὺς ἀρχιερεῖς Δημητριά- quisque temporibus, monasterium hoc usurpare
ὲρ τοῦ ταύτην τὴν μονὴν σφετερίσασθαι tentarunt, avidosque in ipsum oculos injecerunt ?
αντο, καθάπαξ λίχνον ὀφθαλμὸν ἐπέβαλόν imo vero ægre ferebant, se non esse præclari hujus
ὐτὴν ; καὶ οὔμενουν οὐδαμῶς ἠνείχοντο, μὴ boni participes; noverant altitudinem, atque vene-
inæstimabilem prædam abactam equorum, auri, argenti, gemmarum et pretiosarum vestium. *Si inter singulos* (inquit) *victoriam partiamur, quilibet ex* B *nostris non pauciores quam centum obsedit et vicit. Nobis non victoriam usurpamus* : « *A Domino est factum istud : et est mirabile in oculis nostris.* » Addit a certis delectis die Dominica *Misericordias Domini* imperatorem electum esse, sequentique Dominica *jubilate Deo* ingenti omnium applausu sublimatum. Ibidem hoc titulo usus, *Balduinus Dei gratia fidelissimus imperator Cpolitanus, a Deo coronatus, Romaniæ* (ita apud Arnoldum est legendum) *moderator et semper Augustus, Flandrensis et Hennegoriensis comes*. Has epistolas legere volenti in mundo est Arnoldus Lubecensis abbas, continuator Helmoldi Sclavorum chronographi, ipso lib. VI fine. Prior inscripta est *excellentissimo Dn. Othoni, Dei gratia Romanorum regi et semper Augusto* ; posterior inscribitur *universis Christi fidelibus, archiepiscopis, episcopis et abbatibus, primoribus præpositis, decanis, cæterisque ecclesiarum prælatis ecclesiasticisque personis baronibus, militibus, sarzantis omnique populo Christiano*. Atque eadem hæc repræsentatur etiam in Annalibus Godofridi monachi, ceu missa Adolfo Colonieusi archiepiscopo. Conferant quibus otium et lubido est, mutuaque opera eam restituant. Legitur ibidem et alia epistola, quam Henricus (qui aliis Hugo) Sancti Pauli comes Henrico duci de Lovanio, id est Brabantiæ, misit. Quam vide ; et plura si voles, adhibe Guntherum monachum cœnobii Parisiensis in Alsatia, qui historiam hanc captæ Cpoleos ex ore Martini abbatis sui, qui expugnationi et victoriæ interfuit, fuse descripsit, editam nuper ex membranis ab Henrico Canisio Noviomago I. C. antiquæ lectionis tomo V, part. II. Dousa.

(11) Φυγὴν τε μηχανησάμενος. Alexius obcæcati Isaacii filius, ab Alexio patruo a custodia eductus, libertate et licentia utens, quidquid aliter narret Blondus Decad. II, lib. II, Alexium contra protostratorem exiturum ad Democraniam sequitur. Is, nec abnuente patruo, cum Pisano quodam de fuga consilio inito, ubi navigandi opportunitatem captasset, ad Hellesponti Auloniam fertur, et Athyræ commorans per scapham navis ad navem grandem pervehitur. Conatus in eo capiendo Alexii patrui frustra omnes fuere : nam ille coma in orbem rasa et Latina veste induta, et in turba magna obversans, inquisitores latuit. Choniata in *Alexio Comneno*, lib. III, p. 710, 12, Alexii in custodiendo Isaacio fratre excæcato negligentiam non sine periculo notat. Quid ergo negatur Blondus Histor. decad. II, libro VI ? *Frater erat Alexius ætate minor, cum quo indulgentissime agebat, adeo ut nihil sibi ad summam administrationis præter imperatorium deesset nomen ; eumque a Turcis sua temeritate captum imperator magna vi pecuniæ impensa, redemerat. Qui pessimo vir ingenio piissimum indulgentissimumque fratrem dolo captum excæcatumque trusit in carcerem, eademque impietate Alexium nepotem, Isach genitum, annos duodecim agentem, nisi fuga elapsus fuisset, excæcare aut interficere quæsivit.* Perductus in Siciliam Alexius puer a sorore Irene recipitur et Philippo marito commendatur, ut patri suo pro virili opem ferat simul et imperio et oculis privato, et fratrem quoque juvet exsulem et extorrem. His ille præmunitus litteris ad summum pontificem et regem Alemaniæ Philippum progreditur, a quibus classium præfectis, qui ad Palæstinam contendebant, commendatur, ut eum, si fieri posset, in patrium imperium restituerent. Et exceptus humanissime pepigit et sacramento firmavit ea se præbiturum quæ vix ad exitum perduci poterant : nam præter pecuniarum acervos auxilium contra Saracenos cum Romanis militibus et quinquaginta triremibus promisit, et Latinorum religionem amplexus privilegiorum Romani pontificis ejusque in Orientali imperio auctoritatis restitutionem pollicetur, *promittens*, verba sunt Innocentii papæ epistola ad Alexium imperatorem Cpolitanum, puer nempe Alexius, *quod tam* C *in subsidium Terræ sanctæ quam in expensis et donativis eis magnifice responderet, paratus etiam in omnibus et per omnia nostris stare mandatis, eo quod sacrosanctam Romanam Ecclesiam vellet juxta posse suum modis omnibus honorare, ac ea efficere quæ nostræ forent placita voluntati.* Sic ille Cpolim conducitur. Id cum rescisset Alexius patruus, ipse quoque legatos ad pontificem misit, qui proponerent, Christianorum exercitum in subsidium Terræ sanctæ destinasse suas regiones invadere et contra Christianos arma movere ; sui muneris esse ut eos a tali proposito revocaret, ne eorum manus Christianorum sanguine fœdarentur et Dei offensam incurrerent, ne Alexio filio Isaacii, qui contra imperium lapidem omnem movebat, opem præstaret, cum imperium illud non successione, sed electione conferretur, et Alexius, prius quam pater ejus esset imperator, natus esset, nec poterat sibi in imperio ejus ali- D quod vindicare. Quid ad hæc responderit summus pontifex, ex ejusdem litteris ad eumdem Alexium, quas perperam nonulli ad Isaacium referunt videri potest.

(12) Ἐπὶ δὲ τῷ τότε. Classis Veneta ab Erico Dandulo Venetiarum duce, hominum omnium Græcis infensissimo, deducta. Ubretus Folita, *Genuens. Hist.* lib. IV : *Michael Palæologus sese navalibus opibus, quibus eo tempore omnino carebat, muniendum ratus adversus Venetos perpetuos Cæsarum Græcorum hostes, quorumquein Græcis expellendis magna pars operæ fuerat, quique complures urbes ac loca imperii tenebant, in opem Genuensem confugit.* Expeditionis socii adjunguntur Bonifacius marchio Montisferrati, Flandriæ comes Balduinus, comes Sancti Pauli Ericus, comes Pleæ Lodoicus, et alii complures, tradit Choniata, audaces bellatores et statura suis hastis propemodum pares. Navium toto triennio Venetiis fabricatarum, nec

τῆς τῶν Φράγκων [P. 3] ἀρχῆς, ἐκ δ' Ἐνετῶν ἕτεροι καὶ ἐξ ἄλλων ἄλλοι, καὶ ἡ πρόφασις εἰς ἐλευθερίαν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀπελθεῖν, ὅπου ὁ κυριακὸς τυγχάνει τάφος, ἣν δὲ ὁ τούτους συναθροίσας [9] (13) ὁ ἀρχιερατικῶς τῆς πρεσβυτέρας προϊστάμενος Ῥώμης, ὅν, ὡς προειρήκειν, ὑπὲρ τῆς πατρικῆς ἀρχῆς ὁ τοῦ Ἰσαακίου ἐξελιπάρει υἱός, ταῖς παρακλήσεσι τοῦ παιδὸς δυσωπηθεὶς ὁ πάππας, μάλιστα [10] δὲ ταῖς ὑποσχεσεσιν (ἐτύγχανον γὰρ ἀδραι, (14), παραδίδωσι τὸν παῖδα τοῖς ἡγεμόσι τῶν στρατευμάτων, ὡς ἂν αὐτὸν τῆς προκειμένης ἐκνεύσαντες τῷ πατρικῷ ἐγκαταστήσαιεν [11] θρόνῳ, ἀναλώματά τε παρ' αὐτοῦ λάβοιεν ὁπόσα ἂν καθ' ὁδὸν ἀναλώσαιεν καὶ ὁπόσα περὶ τὴν Κωνσταντίνου βραδύναντες. Ἀνήχθησαν οὖν οὗτοι τριήρεσι τε καὶ ναυσὶ κοίλαις. Ἐπεὶ δὲ τῇ Κωνσταντίνου προσώκειλαν εὐτυχῶς ἐν πνεύμασι φοροῖς (15) πεποιημένοι τὴν ἀνοδον [12], γνωρίζουσι τοῖς ἐκεῖ [13] τὸν παῖδα, τὴν ἀδικίαν, τὰ δεὰ ταῦτα τοῦ Ῥώμης ἐντάλματα. Μέχρι μὲν οὖν τινος λογοι τε ἐξ ἀμφοτέρων [14] ἐγεγονεισαν τῶν μερῶν καὶ μάχαι κατὰ χερσὸν (19) ἰσχυραὶ, ξυμβάσεις τε ἐκ πρεσβειῶν οὐδ' ὅλως συνέβαινον. Ἐπεὶ δέ ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος τοῖς τοιούτοις ἀπώκνησε πράγμασι μάλιστα δὲ ἀπείρηκε τοῖς ἐντὸς εἰς σύγχυσιν ἀποβλέπουσι καὶ νοσουσι τὸ ἄστατον, τὰ πάντα χαίρειν ἐάσας (19) φυγῇ ἐχρήσατο ἐκὼν ἀέκουτίγε θυμῷ [15], τοῦτο δὴ [16] προσειπων, ὡς οἱ ἀκηκοότες ἔφασκαν, τὸ « Δαβὶδ φυγὼν (18) ἐσωθη, » προσεπαγόμενός τε καὶ τὴν γυναῖκα (19) καὶ χρήμανα του βασιλικοῦ ταμιείου ἱκανά.

A gerat, qui tunc tantam summus sacerdos seniori Romæ præerat ; quem, uti dixeram, pro paterno imperio recuperando Isaacii filius supplici oratione exorabat. Adolescentis precibus, imo promissiorum (neque enim exigua pollicitus fuerat) expectatione motus copiarum ducibus juvenem committit, ut 7 eum de via decedentes paterno solio restituerent, sumptus sive in itinere sive apud Byzantios mora impenso ab ipso susciperent. Triremibus itaque et navibus conscensis: secundissime rapacibus ventis acti Cpolim perveniunt : ibi manifestant adolescentem, patrata scelera, unde enata jussa pontificis ante oculos omnium proponunt. Congressi sunt per breve tempus ; colloquia inter ambas partes processerunt ; præliis nec contemnendis ad urbem decernunt ; Sed legationibus irritis gravius dissident. His imperator Alexius animum despondens, quin imo tractationibus civium confusis illis quidem ac lubricis diffidens, contemptis neglectisque omnibus fugam arripuit, sponte quidem, sed illubenti animo, cum illud enuntiasset, ut auriti testes referunt, « David fuga salutem sibi peperit, » una secum et uxore et ingenti pecuniarum vi ex imperatorio ærario avecta.

B

[9] συναθροίσας — [10] μάλιστα] ἀθροίσας ὁ πάππας, ὃ ταῖς παρακλήσεσι τοῦ παιδὸς καταδυσωπηθεὶς, μᾶλλον D. [11] καταστήσαιεν. D. [12] πεποιημένον τὴν ἄνοδον om. D. [13] ἐκεῖσε D. [14] ἐξ ἀμφοτέρων post μάχαι, omissis τῶν μερῶν et κατὰ — συνέβαινον D. [15] ἐκὼν — θυμῷ om. D. [16] δὴ et mox ὡς τὸ et προσεπαγόμενός — Κωνσταντίνου om. D.

Theodori Dousæ et Leonis Allatii notæ.

non equitum, et militum numerum habes apud eumdem Choniatam, Andream Dandolum *Hist. Venet.* lib. x, cap. 3 et alios. Plura ducum nomina apud Jacobum Meyerum in *Annal. Flandricis* 1203. ALL.

(13) Ἦν δὲ ὁ τούτους συναθροίσας. Maligne admodum noster Acropolita causam Cpolitan expeditionis in Romanum pontificem, ut in eum Græcorum odia excitet, conjicit; quam magis ingenue in Venetos et eorum ducem Dandulum, Græcis, ut diximus, infensissimos, alii referunt. Danduli machinas et artes, quibus classem illam instruxit, Choniata minutatim narrat. Alienum pontificis Innocentii animum ab ea expeditione, quam summis conatibus procurabat marchio Montisferrati Bonifacius, satis nobis indicant ejusdem Innocentii ad Alexium litteræ et auctor alius actorum : *Ipse vero*, marchio, *de Francia per Alemanniam transitum fecit, ubi cum Philippo duce Sueviæ, qui se regem gerebat, dicebatur habuisse tractatum, ne Alexium sororium suum, filium videlicet Isaacii quondam Cpolitani imperatoris cujus sororem ipse Philippus duxerat in uxorem, a fœdo captivitatis ergastulo fugientem reduci faceret Cpolim ab exercitu Christiano ad obtinendum imperium Romaniæ. De quo cum idem marchio ad summum pontificem accessisset, cæpit agere a remotis. Sed cum intellexisset ipsius animum ad hoc non esse directum, expeditis negotiis ad crucis officium pertinentibus ad propria remeavit.* Vide de hac eadem re Annales doctissimos Oderici Raynaldi ad annum 1203, qui pluribus Romanum pontificem a Græcorum calumnia liberat. ALL.

C

D

(14) Ἐτύγχανον γὰρ ἀδραί Suntque in hanc maxime forman fœdera constituta : *Reductus in patriam Alexius, imperatorque aut solus aut cum patre si superstes inveniretur, constitutus, Græcanicam Ecclesiam et religionem Romanæ Ecclesiæ aut catholico ritui subjiceret. Pro damnis insuper, quædam Venetis quam Francis ubique constitutis Hemanuel imperator pridem intulerat, triginta milliaaurimarchas dissolveret. Principibus vero expeditionis navali impensæ satisfaceret, in qua erant Venetis obligati.* Blondus *decad.* II, lib. VI ; et Sabellicus. *Eunead.* IX, lib. V : *Moverunt ducum animos pueri lacrymæ et tenera ætas, cui facile favor conciliatur, sed magis præmia quæ promittebantur : nam præter cætera spes prætendebatur fore ut si Alexius cum patre imperium recuperasset, Cpolittana Ecclesia Romanæ subjiceretur.* ALL.

(15) Πνεύμασι φοροῖς. Choniata p. 717, 15 ALL.

(16) Μάχαι κατὰ χέρσοιν. Vide Choniatam, ibidem. ALL.

(17) Τὰ πάντα χαίρειν ἐάσας. Nam post pugnam detrectatam, et malo genio in fugam impellente, in palatium reversus cum Irene filia et decem auri centenariis, cum alio ornatu imperatorio ex pretiosis gemmis et perspicuis margaritis, sub primam noctis vigiliam Debeltum contendit. Choniata, p. 723, 24. ALL.

(18) Δαβὶδ φυγὼν Regum lib. cap. XXIII : καὶ ἀπηγγέλη τῷ Σαοὺλ ὅτι διασέσωσται Δαβὶδ ἐκ Κειλά : *Nuntiatumque est Sauli quod fugisset David de Ceila et salvatus esset.* Et lib. II, cap, XV, fugit ab facie Absalonis, omnesque suos, quos Hierosolymis habebat, ut fugiant hortatur ; quo spectat inscriptio Psalmi III. DOUSA.

(19) Τὴν γυναῖκα. De uxore ne verbum quidem

3. Eo itaque Cpoli egresso legationem cives ad Italos mittunt, ut Isaacii filius Alexius, cujus causa, ut videbatur, ad arma profectum erat, invectus imperator acclamaretur. Quare adolescens, quibus se devinxerat deducentibus Italis, conditionibus introducitur et uno omnium ore imperator **S** salutatur. Erant interium cives cum Italis imagine tantum pacis et amicitiæ specie concordes, cum Itali promissa impensasque acrius reposcerent, cives earum summam subducta ratione immanem esse existimarent, minimeque se eam persolvere posse contenderent. Interea novæ turbæ Byzantii concitæ sunt, Pater enim Alexii Angelus Isaacius, licet ex urbe declinasset, adhuc in vivis, paululum antequam Byzantium caperetur, sententiam tulerat ut ex donariis sacris in unum collectis divenditisque Italis debitum primum reponeretur ; si quod deesset, ex ærario, civiumque facultatibus persolveretur. Dum inter se dissident et hinc illinc que legati mittuntur, filius Isaacii Alexius ab Alexio Duca, ab hoc eodem Isaacii filio protovestiarii dignitate insignito, et a civibus nescio quid illi vitio vertentibus, Murtzuphlo dicto, obtruncatur. Murtzuphlus postea imperator non dissentiente populo eligitur. Hinc magis ac magis Itali in furorem acti graves ac sempiternas inimicitias in Byzantinos susceperunt. Per idem tempus laudabili consilio a civibus deliberatum est : nam qui præerant et dignitatibus præfulgebant, decrevere ut Latini, qui

γ'. Ἐπεὶ γοῦν οὗτος ἐξήει τῆς Κωνσταντίνου, πρεσβεύουσι πρὸς τοὺς Ἰταλοὺς οἱ οἰκήτορες, ὡς ἂν ὁ τοῦ Ἰσαακίου Ἀλέξιος [17], δι' οὗ, ὡς ἐδόκει, τὸ μάχιμον ἦν [18], ἐντὸς εἰσαχθείη καὶ βασιλεὺς ἀναγορευθείη. Εἰσάγεται γοῦν εἰς τὴν πόλιν ὁ παῖς [19] ἐπὶ ταῖς προτέραις σήνθήκαις, αἷς ὑπέσχετο τοῖς ἀναβιβάσασιν αὐτὸν Ἰταλοῖς, καὶ βασιλεὺς παρὰ πάντος ἀναγορεύεται τοῦ λαοῦ. Ἦσαν οὖν τὸ ἀπὸ τοῦδε οἵ τε πολῖται οἵ τε Ἰταλοὶ τῷ δοκεῖν εἰρηνεύοντες [20], τῶν μὲν Ἰταλῶν ἀπαιτούντων [21] (20) τὰς ὑποσχέσεις καὶ τὰ ἀναλώματα, τῶν δὲ οἰκητόρων τῆς πόλεως ὑπὲρ ἀριθμὸν ἡγουμένων τὸ χρῆμα, καὶ διεισχυριζομένων ὡς οὐκ ἂν ἔχοιεν τοσαῦτα τοῖς. Ἰταλοῖς ἐπιδοῦναι. Συνέβη δὲ τῷ τότε καὶ γογγυσμὸν ἐν τῇ πόλει τούτου χάριν γενέσθαι · ὁ γὰρ πατὴρ Ἀλεξίου ὁ Ἄγγελος Ἰσαάκιος (ἔτι γὰρ περιῆν τῷ βίῳ, κἂν ἀπῆρε μετὰ μικρὸν [22]) μήπω ἁλούσης τῆς Κωνσταντίνου γνώμην δέδωκεν ὡς τῶν ἱερῶν κειμηλίων (24) συνάθροισιν γεγονέναι τὰ πρῶτα, ἐκεῖθέν τε ἄρξασθαι τοῦ πρὸς τοὺς Ἰταλοὺς χρέους, τὸ δὲ ἐλλεῖπον ἐκ τῶν βατιλικῶν ταμιείων δοθῆναι καί τῶν οἰκητόρων τῆς πόλεως. Ἐν τῷ μεταξὺ δὲ τῆς ἀμφισβητήσεως οὔσης καὶ ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν ἀφικνουμένων [23] τῶν πρίσβεων, φονεύεται ὁ παῖς τοῦ Ἰσαακίου Ἀλέξιος παρ' Ἀλεξίου τοῦ Δουκα, ὃν πρωτοκεστιάριον (32) οὗτος τετιμηκεν, οἱ δὲ τῆς πόλεως εἴς τι τῶν αὐτοῦ ἐπιμεμφόμενοι Μούρτζουφλον ἐκάλουν. Ἀνηγορεύθη γοῦν παρὰ τῶν πολιτῶν ὁ ῥηθεὶς Ἀλέξιος Μούρτζουφλος (23) βασιλεύς. Τοῦ τοιούτου γοῦν

[17] Ἰσαακίου υἱὸς Ἀλέξιος D. [18] δι — ἦν om. D. [19] ὁ παῖς et mox προτέραις om. D. [20] Ἦσαν — εἰρηνεύοντες om. D. [21] τὰς ὑποσχέσεις ἀπαιτούντων D. [22] ἔτι — μικρὸν om. D. [23] πρίσβεων ἀφικνουμένων D.

Theodori Dousæ et Leonis Allatii notæ.

Choniata : tantum advectæ secum filiæ meminit, quam tacuit noster Acropolita. Unde vero hausit Blondus lib. VI, decad. II *Historiæ ? ad eum tumultum in urbe concitum Alexius patricida territus, nocte concubia fugiens, ingentem thesaurum, quod postea rescitum est, apud Hirenem filiam virginem in monasterio defossum reliquit.* Et Sabellicus, Ennead. IX lib. V : *Venetis in muros accedentibus et in urbem irrupturis adversa vi Græci resistunt. Ægre urbs prima die est defensa. Nocte, quæ deinceps secula est, Alexius imperator, desperatis, rebus, uxore et liberis relectis occulte fugam occupat, magno auri pondere apud Irenem filiam, unam ex sacris virginibus, humi defosso.* ALL.

(20) Ἰταλῶν ἀπαιτούντων. Postulabant enim auri centenarios quinquaginta statim numerandos, et adjiciebantur conditiones durissimæ, tolerabiles tamen nec omnium difficillimæ, quibus captivitatis periculum imminebat ac publicum exitium. ALL.

(12) Τῶν ἱερῶν κειμηλίων. Consilium Isaacii secutus est Alexius filius, sacrosancta profanans et templa invadens, ut nec sacris imaginibus parceret, quarum ornatum aberptum imaginibus ipsis humi projectis et sacra vasa ab iisdemmet templis rapta et conflata ut vulgare aurum et argentum hostibus dabat. Gentilium ea fuit opinio, ad conservandam rem publicam templa deorum nonnunquam denudare licere. Seneca, *Controv.* IV : *Pro re publica plerumque templa nudantur, et in usum stipendii dona conflantur.* Nerva ut impendia contraheret, sacrificia non pauca sustulit. Sed parum nobis quid gentiles senserint. Christiani Christianam, veram nempe doctrinam amplectimur, et denudationem templorum similem, si necessitas, quam leges præscribunt, defuerit, et auctoritas pontificis concedentis, detestamur. Græci licet suis semper et in omnibus supparasitarentur imperatoribus, rapinam hanc summis etiam maledictis, non sine indicatione lacessere. Nicetas de Isaacio Angelo et Alexio filio p. 729, 8. Quocum confere juvabit quæ Anna Comnena narrat lib. IV : Οὐκ ἔλαθε δὲ τοῦτον — προυφανεύεσθαι παρεκελεύσατο. ALL.

(22) Ὃν πρωτοβεστιάριον Choniata p. 745, 7. ALL. — De *protovestiarii* dignitate vide Glossarium Meursii in Βεστιάριον. Differebant autem dignitate et munere *protovestiarius et protovestiariles*, cujus infra auctor noster meminit. Vide ibi, Blondus *De gestis Venetorum* Alexium hunc non recte *protonotarium* facit. Quod tamen amanuensis aut librarii mendum videri potest, cum decad. II, lib. VI, altier sit, et *protovestiarium* diserte legamus. DOUSA.

(23) Alexius cognominatus *Murtsuphlus* Græco vocabulo ob conjuncta et veluti oculis imminenia supercilia. Nicetas in Isaacio Angelo et Alexio F : Μόνος δ' ἐκ πάντων ὁ Δούκας Ἀλέξιος, ὃς ἐκ τοῦ συνεσπάσθαι τὰς ὀφρῦς καὶ οἷον τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπικρέμασθαι πρὸς τῶν συνεφήβων ἐπωνόμαστο Μούρτζουφλος· Forte Μούρυφλος. Varie autem hoc

χάριν ἐπὶ πλέον μανέντες οἱ Ἰταλοὶ ἄσπονδον τὴν ἔχθραν κατὰ τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐποίησαν. Συνέβη δὲ καὶ ἕτερόν [P. 4] τι γενέσθαι τοῖς πολίταις βούλευμα ἐπαίνου ἄξιον (24). Τοὺς γὰρ Λατίνους, οὓς οἰκήτορας εἶχεν ἡ Κωνσταντίνου, οἱ προὔχοντες καὶ τῶν ἐν τέλει συνεβουλεύσαντο ἀποπέμψαι τῆς πόλεως, ὡς μὴ ἐπιβούλους αὐτοὺς ἐντὸς ἔχοιεν. Οἱ δὲ αὐτόμολοι πρὸς τοὺς πολεμίους χωροῦσι χιλιοστύες πολλαί, ὅρκοις ἀῤῥήκτοις τὸ [24] πρῶτον τοὺς πολίτας πληροφοροῦντες [25] μὴ ἄν ποτε μελετῆσαι κατ' αὐτῶν προδοσίαν, συναποθανεῖν δὲ εἰ συμβαίη αὐτοῖς ὡς ἰθαγενεῖς καὶ αὐτόχθονας. Καίτοι καὶ γυναῖκάς τε καὶ παιδία διδόντες ἐν ἀσφαλεστέροις ταῦτα [26] τόποις ἀπαγαγεῖν οὐκ ἔπεισαν. Ἐξελθόντες δὲ πολλὰ τοῖς ἐναντίοις συνήραντο ἅτε πλῆθος πολὺ ὄντες καὶ εἰδήμονες τῶν πραγμάτων.

A Cpoli veluti accolæ sedem posuerant, urbe 9 pellerentur, ne Byzantini internis insidiis appeterentur. Illorum multa millia in hostes transfugiunt, licet prius fidem suam solemni jurejurando obligarent nunquam se in cives proditionem meditaturos, commorituros potius, si opus fuerit veluti domesticos et indigenas : imo cum uxores ac filios traderent, ut securioribus locis custodirentur, non suasere. Hi urbe egressi, multi nimium rerumque periti, re et opera et consilio quam plurimum hostes juverunt.

δ'. Τεσσαράκοντα γοῦν παρῆλθον [27] ἡμέραι, καὶ ἑάλω (25) παρὰ τούτων ἡ Κωνσταντίνου, ἔτους μὲν ὄντος (26) ἀπὸ γενέσεως κόσμου ,ςψια' [28]. ιβ' τοῦ B 'Απριλίου ἄγοντος · τῷ γὰρ ι' ἔτει Μαΐου ὄντος τῇ πόλει προσώρμησαν, ἐν ἕνδεκα δὲ μησὶ συνέβη γενέσθαι τὴν πόρθησιν. Καὶ ἡ μεγίστη καὶ περιφανεστάτη [29] πόλις ἑάλω, ἐνὸς ὡς φασιν, ἢ καὶ δύο ἐπιπηδησάντων πρῶτον (27) τῷ τείχει ἀπὸ κλίμακος [30] εἰς ἱστὸν κειμένης μεγίστης κοίλης νηός, Ὅσα μὲν οὖν (28) συνέβη τῇ πόλει, μακροτέρων ἂν εἴη ταῦτα

4. Post quadraginta itaque dies exactos Cpolis ab istis expugnatur anno ab orbe condito 6711, duodecimo mensis Aprilis. Decimo namque anno mense Maio ad urbem applicant, et mense undecimo diripiunt. Sicque maxima urbium ac celeberrima capta est, uno aut altero, ut rumor increbuit, e scala malo navis maximæ adnexa in muros insilientibus. Quæ vero mala urbs subiit, prolixiorem poscunt orationem longeque sunt ab hoc argumento. Ad ea porro quisque animum defixerit

[24] οἱ — τὸ] καὶ τὸ D. [25] πληροφοροῦντας D. [26] διδόντες et ταῦτα om. D. [27] παρῆλθον γοῦν D. [28] ἔτους — ,ςψια' om. D. [29] καὶ περιφανεστάτη om. D. [30] πρῶτον add. D.

Theodori Dousæ et Leonis Allatii notæ.

nomen apud historicos vulgo concipitur. In epistola Balduini imp. apud Godefridum monachum *Morchuflus*, apud Vincentium Bellovacensem *Morculphus* et *Marculphus*, et sic in Chronico Altissiodorensi. Blondo, *De gestis Venetorum*, est *Murtilus* : eidemque decad. II, lib. VI *Murtilus, vel, ut aliqui habent scriptores, Morchulfus* ; Paulo Æmilio *Myrtius vel Murzuphlus*, Gunthero monacho in *Historia Cpolitana, Murtiphlo*, cum interpretamento *id est flos cordis*. DOUSA.

(24). Βούλευμα ἐπαίνου ἄξιον. Cum pro his in apographo ipso in contextu legeretur ἀτόπημα, quod nos in versione secuti sumus, additumque in margine esset βούλευμα ἐπαίνου ἄξιον, quod videtur Græculi cujusdam sive hominis otiosi commentum, id ipsum perperam in contextum ab operis receptum est. Quod monitum volui, lector nescius ne esses. DOUSA.

(25). Ἑάλω. Ne tantopere decantatam Byzantii oppugnationem, expugnationem et excidium non sine tædio concinamus, vide auctores qui de ea scripsere, inter alios Nicetam, qui fuse et non sine lacrymis oculatus ipse testis prosequitur. Dorotheus Monembasiensis in *Synpsi Historiarum* : Καὶ τότε ἔστειλεν ὁ βασιλεὺς ἤτοι ὁ ῥῆγας τῆς Φράντζας γράμματα νὰ πᾶσιν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ νὰ ἀφήσουν τὸ ταξίδι τῶν Ἱεροσολύμων. Καὶ ἔτζη ἐπῆγαν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν κὶτ ἐγάλαν τὰ φουσάτα τῆς στερεᾶς. καὶ τὰ κάτεργα τῶν Βενετίκων τοῦ πελάγου ἀπέξω ἀπὸ τὰ τοιχεῖα. Καὶ ἔδωκαν μέγαν πόλεμον καὶ φοβερόν, καὶ μὲ ταῖς λουμπάρδαις ἔκαμαν χιλιαστρίκις τὰ κάτεργα. καὶ ἐμπῆκαν οἱ Βενέτικοι εἰς τὴν πόλιν πρῶτα ἀπὸ τοὺς ἄλλους. Καὶ τότε ἐμπῆκαν τὰ φουσάτα τὰ ἄλλα, καὶ ἔβαλαν παντίρες ἤτοι φλάμπουρα εἰς τὰ τοιχεῖα, καὶ μὲ μεγάλαις χαραῖς ἐπαιξαν ταῖς τρουμπέτσαις καὶ τὰ ἄλλα παιγνίδια. Καὶ ὡς ἐκυρίευσαν οἱ Φράγκοι τὴν πόλιν, ἐγύρευσαν τὸν βασιλέα καὶ δὲν τὸν ηὗραν. Nullæ hic ad oppugnandam Cpolim summi pontificis litteræ. Totum hoc negotium regis Franciæ fuit. Quomodo vero Veneti primi ante alios ingressi Byzantium dicuntur ? Cum res civium apud summum patrem gereretur vitaque eorum in dubio esset, pactionibus sæpe confusis, Venetiarum dux Ericus Dandulus cum imperatore de pace acturus triremi juxta Cosmedium appellit. Eodem et imperator equo advehitur. Dum de pace et conditionibus disputatur, Latinorum equestres copiæ ex superiore loco subito erumpentes laxis habenis imperatorem petunt, ut vix equo converso periculum effugerit et comitum ejus aliqui caperentur. Exinde maximæ hostiles naves, in quibus paratæ erant scalæ cæteraque instrumenta ad oppugnandum necessaria recta ad mœnia accedunt et occupant. Ex Choniata. ALL.

(26) Ἔτους μὲν ὄντος. Acropolita noster facit annum 6711 : namque decimo mensis Maii in urbem appulere, continuarunt obsidionem menses undecim, quare 11 mensis Aprilis urbem ingressi sunt. Nam si 58 annos eam tenuere Latini, et anno 6769 recuperarunt Græci, si demas occupatæ numerum, qui remanent erunt anni 6711. Choniata in die mensis consinit, in anno non item, tanquam qui anno uno auctior sit ; ait enim eam captam anno 6712. Ex quibus corrigendus est idem Choniata in Balduino : Δεκὰς μὲν οὖν ἐπὶ δυσὶ τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς ἐνειστήκει, τῆς ἑβδόμης ἰνδικτιῶνος τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ἑπτακοσιοστοῦ (legitur ὀκτακοσιοστοῦ) δωδεκάτου ἔτους, καὶ ἡ βασιλὶς πόλις πρὸς Λατίνων κεχειρωται. Et alio quoque loco : Πέμπτην ἄγοντος καὶ εἰκοστὴν τοῦ Μαΐου μηνὸς τῆς τότε τρεχούσης ὀγδόης ἰνδικτιῶνος τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ἑπτακοσιοστοῦ (legitur ὀκτακοσιοστοῦ) τρίτου καὶ δεκάτου ἔτους. ALL.

(27) Ἀπὸ κλίμακος, Choniata, p. 721, 21, et 753, 14. ALL.

(28) Ὅσα μὲν οὖν. Malorum, infortuniorum ac cædium, quibus in clade illa Cpolitana ac Orientalis imperii humanum genus, sed Græcorum potissimum

quæ in excidio ac direptione urbium accidunt, cædes homium, mulierum captivitates, prædas, domorum effossiones, cætera omnia, quibus gladii scelere ac facinore in hostes desæviunt. Itali devicta urbe, veluti e loco superiori impetu facto occidentis **10** oram omnem et orientis partem non minimam excurrere. Primum occidentis partes fugientibus omnibus tanquam ira cœlitum invectum malum eos abigeret, in deditionem subigunt.

ταῦτα λογων καὶ οὐ πρὸς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν· πάντως δὲ νοεῖν ἔξεστι πᾶσιν ὁπόσα ταῖς αἰχμαλωτιζομέναις πόλεσιν ἐπιπέπτωκε πάθη, φονοι ἀνδρῶν, γυναικῶν ἀνδραποδισμοὶ σκυλεύσεις, οἰκιῶν κατασκάψεις, τἄλλά τε πάντα ὁπόσα μαχαίρας ἔργον (29) καθέστηκεν. Ἐπεὶ γουν ἐγκρατεῖς γεγόνασι τῆς πόλεως οἱ Ἰταλοὶ [31], ὡς ἐξ ὑπερδεξίων ὁρμώμενοι τὴν τε δυσμὴν πᾶσαν κατέδραμον, ἀλλὰ δὴ καὶ τῆς ἑῴας μέρος οὐκ ἔλαττον. Πρῶτα μὲν οὖν χειροῦνται τὰ τῆς δυσμῆς, πάντων ὑποφευγοντων αὐτοὺς ὡς ὑπό τινος θειοτέρου ἐλαυνομένων πληγῆς.

5. Imperator Alexius Angelus, quem antea Cpoli declinasse commemoraveram, Philippopolim ve-

ε'. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς (30) Ἀλέξιος ὁ Ἄγγελος, ὃν ἀποδρᾶναι ὁ λόγος εἰρήκει τῆς Κωνσταντίνου, ἐπὶ

[31] post Ἰταλοί D διὰ τὰς ἁμαρτίας, ὡς ἦσαν οἱ ἅγιοι τρεῖς παῖδες ποτε καὶ πάσα ἡ θεία Γραφή.

Theodori Dousæ et Leonis Allatii notæ.

afflictum est, post Dei omnia disponentis providentiam et in peccata hominum nunquam non sontium sævientis humanitatem, causam Græci Latinis, quorum sæpius alias furorem et immanitatem experti fuerant, attribuunt, Latini Græcorum perfidiæ et apostolici culminis odio. Latini-ne an Græcis fides in hoc negotio habenda est? Latini dicent sibi; nam Græci eloquentia omnia invertunt, homines fallaces et leves et ad nimiam assentationem eruditi, profitentes quemadmodum causa inferior dicendo fieri superior posset, otiosi, loquaces, contentionis cupidiores quam veritatis; quibus, ut finiam, jusjurandum jocus est et testimonium ludus. Græci sibi fidem præstandam esse contendunt. Quæ ipsi de Latinis dicunt, ut fidem elevent, non hic congeram. Græcis de Latinis loquentibus fidem nullam esse asseverabunt Latini: contra Græci nullam Latinis de Græci. Sic par pari redditur. Res itaque hæc in obscuro latebit, nec quisquam veritatem inveniet? minime vero. Recurrendum est ad communem judicem, qui momentis rationum ab utrisque auditis sine partium amore aut odio pronuntiat. Is fuerit summus pontifex Innocentius, qui in re gravissima rationibus ponderatis, addito etiam spectatissimorum hominum consilio ad marchionem Montisferrati datis litteris ita deliberavit: *Vos nullam in Græcos jurisdictionem aut potestatem habentes a puritate voti vestri temere declinasse videmini, dum non contra Saracenos arma movistis, non intendentes ad recuperandam Jerusalem, sed Cpolim occupandam, terrenas opes cœlestibus divitiis præferendo. Illud quoque longe gravius reputatur, quod quidam nec religioni nec ætati nec sexui pepercerunt, sed fornicationes, adulteria et incestus in oculis omnium exercentes, non solum maritatas et viduas, sed etiam matronas, virgines Deoque dicatas exposuerunt spurcitiis gartionum. Nec imperiales suffecit divitias exhaurire ac diripere spolia majorum pariter et minorum, nisi ad ecclesiarum, thesauros, et quod gravius est, ad ipsarum possessiones extendistis manus vestras, tabulas argenteas de altaribus rapientes, et violatis sacrariis cruces, icones et reliquias asportantes, ut Græcorum ecclesia quantumcunque persecutionibus affligatur, ad obedientiam apostolicæ sedis redire contemnat, quæ in Latinis non nisi perditionis exempla et opera tenebrarum aspexit, ut jam merito illos abhorreat plusquam canes. Tu vero contra jurisdictionem et potestatem indebitam, vel potius usurpatam, apostolicæ sedis legati consilium allegasti, tanquam ex eo vobis lucrari cum præfato adolescente ad instituendum sibi Cpoli tanum imperium proficisci*, etc. Ista vel similia ad alios eorum scribens summus pontifex repetit: *Ecce quod cum mœrore referimus et rubore, unde videbamur hactenus profecisse, deficimus, et angustamur. unde credebamus potissimum dilatari: quomodo enim Græcorum Ecclesia quantumque persecutionibus affligitur, ad unitatem ecclesiasticam et devotionem sedis apostolicæ revertetur, quæ in Latinis nonnisi perditionis exemplum et opera tenebrarum aspexit, ut jam merito illos abhorreat plusquam canes? Illi etenim qui non quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi quærere credebantur, gladio quos exterere debebant in paganos, Christianorum sanguine cruentantes, nec religioni nec ætati nec sexui pepercerunt incestus, adulteria et fornicationes in oculis omnium exercentes, et tam matronas quam virgines etiam Deo dicatas exponentes spurcitiis gartionum. Nec suffecit eisdem imperiales divitias exhaurire ac diripere spolia principum et majorum, nisi ad thesauros ecclesiarum, et quod gravius est, ad ipsarum possessiones extenderent manus suas, tabellas argenteas etiam de altaribus rapientes et inter se confringentes in frusta, violates sacraria et cruces et reliquias asportantes*, etc. Cum autem tabularum argenteorum mentionem fecerit Innocentius, non erit abs re, quod de tabula sive ara templi sanctæ Sophiæ comminiscitur Dorotheus Monembasiensis, ad posterorum memoriam recen-ere. Inter etiam alia sacra ac pretiosa donaria a Venetis aliisque erepta rem quoque commemorat hoc modo: Καὶ οὐ μόνον ταῦτα ἐπῆραν, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπερθαύμαστον καὶ ἐξάκουστον ἁγίαν τράπεζαν τῆς αὐτῆς ἁγίας Σοφίας, τὴν πολύτιμον καὶ ὡραιοτάτην ἐξαλαν ἀπὸ τὸν ναόν, καὶ τὴν ἔβαλαν εἰς τὸ καράβι. Καὶ καθὼς ἔκαμναν ἄρματα καὶ ἐπῆγαν εἰς τὴν Βενετίαν, ὡ τοῦ θαύματος, πλησίον τῆς νήσου τοῦ μαρμαρᾶ ἄνοιξε τὸ καράβι, καὶ ἐπῆγεν εἰς τὴν θάλασσαν ἡ ἁγία τράπεζα, καὶ ἐβούλησεν, καὶ εἶναι ἐκεῖ ἕως τὴν σήμερον. Καὶ τοῦτο εἶναι φανερόν, καὶ τὸ μαρτυροῦν οἱ πάντες, διότι ὅλο τὸ μέρος ἐκεῖνο, ὅταν κάμνῃ φουρτοῦνα, ἡ θάλασσα ὅλη κάμνῃ νύκτα ροβέρα, εἰς δὲ τὸν τόπον, ὅπου εἶναι ἡ ἁγία αὐτὴ τράπεζα, εἶναι γαλήνην, καὶ δὲν ταράσσεται ἡ θάλασσα, καὶ ὑπηγένουν τινὲς ἐκεῖ μὲ περάματα, καὶ λαμβάνουν ἀπὸ τὴν θάλασσαν ἐκείνην, ὁποῦ εἶναι ἡ ἁγία τράπεζα, καὶ μυρίζει θαυμαστώτατα, μυρωδία ἀπὸ τὸ ἅγιον μύρον ὁποῦ ἔχει, καὶ τὸν ἄλλον χρωμάτων. Sed de hoc fides sit penes auctorem ALL.

(29) Τἄλλα πάντα ὁπόσα μαχαίρας ἔργον. Unde ergo habuit sua Blondus? *Sed dante ingenium necessitate, cives convocatos in solemnem pompam sacerdotes secuti sunt inermes, et crucibus iconisque ad fidem comparandum præmissis, tenentes murum armatos, veniam supplices oraverunt, qua facillime impetrata, portis undique patentibus, Latini nominis multitudo undique est ingressa. Quiete urbi data proceres in consilio decreverunt* etc. ALL.

(30) Ὁ μὲν οὖν βασιλεύς. Debellum fugisse tradit Choniata. ALL.

τὴν Φιλιππούπολιν ἀφικόμενος καὶ μὴ πρὸς τῶν οἰκητόρων δεχθεὶς ἐπὶ τὴν Μοσυνούπολιν ἀφικνεῖται κἀκεῖσε τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. Ἀλέξιος δὲ ὁ Δούκας (31), ὃς τὸν υἱὸν τοῦ Ἰσαακίου ἀπέκτεινε (32), βουλόμενος ἐκ κήδους αὐτῷ προσαρμόσασθαι ἅμα τε τὸν τοῦ Ἰσαακίου υἱὸν πεφόνευκε καὶ ἅμα τὴν τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου θυγατέρα Εὐδοκιαν προσηγάγετο εἰς γυναῖκα, ὑστάτην οὖσαν τῶν θυγατέρων ἐκείνου. Τρεῖς γὰρ (33) ὑπῆρχον αὐτῷ, καὶ ἡ μὲν πρώτη Εἰρήνη κατωνόμαζετο, ἣ καὶ ἀνδρὶ συνέζευξεν Ἀλεξίῳ τῷ Παλαιολόγῳ, ὃν καὶ δεσπότην (34) τετίμηκεν· [P. 5] ἀλλὰ προφάσει οὗτος τῆς Κωνσταντίνου ἁλώσεως. Ἡ δὲ δευτέρα ἐκαλεῖτο Ἄννα, εἰς ἣν Θεόδωρον τὸν Λάσκαριν ἐπεγάμβρευσεν. Ἡ δὲ τρίτη Εὐδοκία κατωνομάζετο, ἣν πρὸ καιροῦ ὁ πάτηρ αὐτῆς τῷ κράλῃ (35) Σερβίας συνέζευξεν. Ἐπί τινι

A nieus nec ad accolis exceptus Mosynupolim coufugit, ubi moras trahebat. At Ducas Alexius. qui filium Isaacii peremerat,illius affinitatem ambiens, statim atque Alexium jugulavit, imperatoris Alexii filiam Eudociam, filiarum illius postremam, sibi in matrimonio junxit. Tres etenim filias succeperat, quarum prima Irene Palæologo, qui despotæ dignitate honestatus ante direptionem urbis vitam finierat, collocatur; secunda Anna Theodoro Lascari desponsa; Eudociam tertiam impuberem adhuc nec maturam viro crali Serviœ nuptam dederat, quam ille, ut aiebat, nescio in quo deprehensam patri remisit, cum quo ætatem degebat. Eam Ducas Alexius, exclusa propria, uxorem duxit. Sed potitis Italis Byzantio inde secum inter alia uxorem deferens excessit, certiorque factus

Theodori Dousæ et Leonis Allatii notæ.

(31) Ἀλέξιος δὲ ὁ Δούκας. Πολυομίλητος ἐκ πρώης τριχὸς, καὶ ῥυηφενὴς εἰς κοίτας δεικνύμενος, καὶ κουρισίους ἀλόχους παρὰ δίκην ἀποπεμψάμενος, Choniatæ. ALL.

(32) Cum Nicolaum Canebum adolescentem seditiose Byzantii inaugurassent et Isaacius animam ageret, Alexius Bonifacium marchionem accersit, quibus visum est Latinas cohortes in palatium admittendas, quibus Canebus submoveretur. Id cum nuntiassent Ducæ Murtzuphlo, cum multis suis cognatis, et spadone fisco præfecto sibi conciliato, defectionem, quam jam animo fovebat, exclusit: namque intempesta nocte Alexium puerum adit, aitque cognatos ejus, bipenniferos Barbaros, pluresque alios in foribus esse ad eum ob initam cum Latinis familiaritatem et amicitiam obtruncandum. Sic puerum territum complexus per portam plerisqueignotam in tentorium, quod in palatio habebat, quasi liberaturus perducit, et compedibus injectis in teterrimum carcerem conjicit, et sibi insignia imperii sumit, nec non ab aliis imperator de more consalutatur; nec multo post a satellitibus suis Canabum captum custodiæ tradit. Alexio deinceps puero bis venenum propinavit, quod cum ille tum ætatis robore tum antidotis, quibus utebatur, vicisset, eum laqueo tandem præfocat, mense imperii sexto, die octavo. Blondus, *De gestis Venetorum: Et puerum, Alexium, quem datum bis venenum non occiderat, eliso gutture manu propria necavit.* Sabellius, *Ennead.* IX libro quinto : Murtzuphlus *est itaque, quod maxime optabat, consecutus, ut pars una multitudinis eum præfectum urbis, altera belli ducem, tertia imperatorem declararit. Ipse ab ea declaratione confestim satellitum propinquorumque caterva stipatus esse ex publico proripuit in Alexii domum. ac puerum, quem antea veneno petitum necare non potuit, eliso gutture propria necavit manu. homo tam perfidus quam ingratus ; peperitque summum Isaacii beneficium summam ingratitudinem.* Hic, ut videtur, Sabellius Alexios confundit. Namque Alexius Murtzuphlus Alexium Isaacii filium neci tradidit. Beneficia tamen Isaacii collata Alexio non Murtzuphlo fuere, sed Alexio fratri, quod et ipse Sabellius supra viderat, de Alexio puero Isaacii filio sermonem habens: *Qui Isaachium patrem, cujus beneficio magno auri pondere fuisset olim a Turcis redemptus, atque ita humane tractatus ut quamvis multo minor natu esset, vixerit tamen semper cum eo imperante ex æquo, subita vi oppressum privasset luminibus, privatum artissime vinxisset, vinctum in fœdum ac tetrum carcerem conjecisset.* Addit Balduinus epist. ad Innocentium: *Nocte igitur insequenti dominum suum latenter laqueo suffocat in carcere cum quo ipso die*

B *prandium sumpserat Judæ, et clava ferrea, quam tenebat in manu latera morientis et costas inaudita crudelitate confringit. casuque vitam, quam laqueo extorserat, confingit ereptam, ac imperiali sepultura concessa propalatum omnibus, scelus funeris honore dissimulat.* Scias quoque, lector, præter historici fidem a nonnullis notari Guntherum appellare Murciphlum tyrannum, cujus consilio Alexii pater antea obcæcatus et in carcerem conjectus fuerat,cum eo temporis Murtzuphli nulla esset apud imperatorem auctoritas, et præcipui illius facinoris auctores censeantur Theodorus Brana, Georgius Palæologus, Joannes Petraliphas, Constantinus Raulus et Michael Cantacuzenus. ALL.

(33) Τρεῖς γάρ. Choniata, pag. 673, 17. Georgius C Phranza lib. I, cap. 1, præter historiæ fidem duas Alexium Comnenum imperatorem filias generasse scribit, *quarum natu grandiorem Irenem vocabulo purpurea induere sandalia jussit. quod illam, et cui desponderetur, successores et hæredes post obitum suum fore constituisset*, etc.; exscripsit ex Gregora, lib. IV. Volaterannus, lib. XXIII, non minora turbat ab aliis scriptoribus dissentiens: *Alexius Murtzuphlus cognomento, ut est auctor Acropolita, filiam Annam Theodoro Lascari locavit; fugatusque deinde, uti diximus, a Gallis una cum conjuge Euphrosyna et genero fuit.* Acropolites, quem ipse laudat, non ait Alexii Murtzuphli filiam Annam Theodoro Lascari locatam, sed Alexii imperatoris Isaacii fratri filiam: nam agens de filiabus hujus Alexii, ἡ δὲ δευτέρα, scribit, ἐκαλεῖτο Ἄννα, εἰς ἣν Θεόδωρον τὸν Λάσκαριν ἐπεγάμβρευσεν. Nullusque est inter scriptores Græcos qui in hoc ab Acropolita dissentiat. Quis porro æquo animo ferret, dummodo D in rebus Græcis omnino jejunus non sit, Euphrosynam uxorem ejusdem Alexii Angeli, Isaacii fratris, uxorem dici Murtzuphli, cujus Eudocia Alexii Angeli memoratur ? ALL.

(34) *Despotæ* nomine, quod in hoc libello sæpius occurrit, in aula Cpolitana vocabantur filii, fratres generi imperatoris, sebastocrator, Cæsar et patriarchæ. Sed κατὰ ἐξοχήν ita dictus fuit imperii successor, filiorum natu maximus. Nonnunquam et aliis principibus amicitiæ aut affinitatis ergo deferebant. Quæ omnia accuratissime Meursius observavit in Glossario. DOUSA.

(35) Κράλης *rex*. Idem quod Polonorum lingua *Crol*. Τὸν κράλην Σερβίας Nicephorus Gregoras non semel nominat; et ὁ κράλης Οὐγγρίας; in sancto quodam patriarchæ anonymi apud Leunclavium, in *Jure Græco-Romano*; κράλαινα *regina* Gregoræ, lib. VII, κραλίτζα in *Chronico Cpolitano* ms. apud Meursium. Niceta in Alexio Comneno, lib. III,

Mosynupoli **11** imperatorem Alexium socerum immorari alacri ad eum animo festinat: qui multis alis titulis, sed filiæ potissimum causa ab eodem abhorrebat: affinis nihilominus personam induens Alexium excipit, præparatoque lavacro ut una cum filia lavaret jussit, balneumque ingressum Alexium imperatoris Alexii administri impetu facto invadunt et luminibus spoliant. Traditum est ab oculatis testibus filiam ad balnei fores stantem patrem injuriis lacessere, contra eam a patre pro impudico atque flagitioso amore proscindi. Obcæcatus itaque Ducas Alexium apud Mosynupolim et loca vicina palans vagusque oberrabat: et imperator Alexius inde deflectens Thessalonicam contendit. Itali vero Cpoli excedentes, circaque Mosynupolim immorantes, compertum Alexium Murtzuphium Cpolim avexere, scelusque quod in imperatoris Isaacii filium ediderat ulciscentes auctores fuere ut præceps adigeretur: namque in columnam maximam, cui Tauro nomen est, sublatum egere præcipitem, et hic finis vitæ illius fuit. Sed imperator Alexius Thessalonicam venit.

A δὲ πάλει (36), ὡς ἔφασκον, ταύτην οὗτος φωράσας ἐπὶ τὸν πατέρα πάλιν ἐκπέμπει, καὶ ἔμενεν οὕτως. Ταύτην εἰλήφει ὁ εἰρημένος Δούκας Ἀλέξιος [32], τὴν οἰκείαν καταλιπὼν γαμετήν. Ὡς γοῦν παρὰ τῶν Ἰταλῶν ἐάλω ἡ Κωνσταντίνου, ἀπέδρα καὶ οὗτος ἐκεῖθεν (37), ἐπιφερόμενος καί τὴν σύζυγον Εὐδοκίαν. Μαθὼν δὲ ὡς ἐν Μοσυνοῦπόλει τὰς διατριβὰς ποιεῖται ὁ πενθερὸς αὐτοῦ βασιλεὺς Ἀλέξιος, θαρρούντως πρὸς αὐτὸν ἀπῄει. Ὁ δὲ τοῦτον πολλῶν τε ἄλλων χάριν καὶ οὐδὲν ἧττον τῆς θυγατρὸς ἐμυσάττετο. Κηδειστείας οὖν ὑποδὺς προσωπεῖον ὑποδέχεται τὸν Ἀλέξιον, λουτρόν τε εὐτρεπίσας ἅμα τῇ θυγατρὶ λουθῆναι τοῦτον προστέταχεν. Ἐντὸς οὖν τοῦ λουτῆρος (38) γενομένου τοῦ Ἀλεξίου ἐπεισπίπτουσιν ἀθρόως αὐτῷ οἱ τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου ὑπηρέται [3], κἀκεῖσε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐξορύττουσιν. Ἔφασκον δὲ οἱ ξυντυχόντες ὡς ἡ θυγάτηρ ἑστῶσα παρὰ τὴν θύραν τοῦ λουτροῦ τὸν πατέρα ὕβρισεν ἔπλυνε, κἀκεῖνος ταύτην τῆς ἀναιδείας καὶ τῆς ἀσελγοῦς ἀγαπήσεως ἐλοιδόρει. Τυφλὸς οὖν γεγονὼς ὁ ἀχλωθεὶς Δούκας Ἀλέξιος περὶ τὰ τῆς Μοσυνουπόλεως ἐπλανᾶτο μέρη, ἀλήτης διερχόμενος τὰ ἐκεῖσε. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀλέξιος ἀπάρας ἐκεῖθεν ἐπὶ τὰ μέρη τῆς Θεσσαλονίκης ἐχώρει. Ἐπεὶ δὲ ἐξώρμησεν τῆς Κωνσταντίνου οἱ Ἰταλοὶ καὶ ἀπῆλθον περὶ τὴν Μοσυνούπολιν, εὑρόντες ἐκεῖσε τὸν Μούρτζουφλον εἰς τὴν Κωνσταντίνου ἀπήγαγον (39), τοῦ δὲ δηλωθέντος αὐτοῦ μιάσματος ἀμυνόμενοι, ὅπερ εἰς τὸν υἱὸν

B

[32] ὁ Μούρτζουφλος D. [3] γενομένου τοῦ λουτῆρος οἱ τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου ἐπεισπιπτουσιν αὐτῷ ὑπηρέται D.

Theodori Dousæ et Leonis Allatii notæ.

tertiam ejus filiam nomine Eudociam, ipso adhuc Andronicum fugiente et Palæstina apud Ismaelitas oberrante, ab Isaacio patruo (non patre, uti logotheta) Stephano filio Neemani Triballorum principi desponsam scribit. *Triballi* igitur et *Servii* iidem *Serbi* Plinio sunt gentes circa Mæotim. Iidem cum *Sorabis* Ortelio videntur, *Serbi* Cedreno sunt circa Dalmatiam, quos dicit quoque *Scythas* vocari. *Serviam* Dardanos habitasse scribit Volaterranus et Cuspinianus. *Dardania* Ptolomæo, Orosio et aliis Europæ regio, quæ *Mysia mediterranea* vocatur in codice. Illyriæ pars est Æliano in *Variis* et Nicolao apud Stobæum. Σερβία habet Sophianus *Triballi* Mœsiæ inferioris, populi sunt Plinio, Ptolemæo et Straboni, qui eos dicit ad insulam Danubii Peucen pertingere. Hos et *Scythas* quidam vocant. *Servii* dicuntur a Niceta; sed *Bulgares* a Laonico Chalcondyla, Sophiano Lazio et aliis. De *serviis* adi *Pandectas Turcicas* Lunclavii, cap. 37. Dousa.

(36) Ἐπί τινι δὲ πάθει. Rem prosequitur accuratius Niceta, lib. III *De Alexio Comneno*, tertiam filiam Eudociam, cum adhuc Andronicum fugeret et apud Ismaelitas et in Palæstina oberraret Alexius, Isaacium fratrem Stephano Neomanis filio, Triballorum principi despondisse, qui post exiguum tempus in Papyrio monte monachus fit; filium illius eodem nomine Stephanum, paterni principatus domina Eudocia declarata, eam sibi junxisse ex eaque filios suscepisse; postmodum divulso querimoniis amore, cum alter alteri incestuosos amores objceret crescerat que in dies dissidium, Stephanum sive conficto sive vere objecto adulterii crimine, Eudociam sola tenui interula, eaque undique præcisa, ut vix pudendas partes tegeret, ignominiose, quo libitum esset abire concessisse; fratrem Stephani Volscum ejus inhumanitate objurgata orasse ut deposita iracundia, et generis Eudociæ habita ratione, clementius ageret et famæ suæ consuleret, sed cum ingentum illius implacabile movere non posset ipsam Eudociam, ut dignitas ejus postulabat, Dyrrhachium perducendam curasse, patrem Alexium certiorem redditum, filiam lectica aliisque ornamentis muliebribus missis, in ædem suam recepisse. Hæc Byzantium reversa post captam urbem Alexio Mnrszuphlo, qui duas uxores præter fas omne repudiarat, uteam sibi adjungeret, nupserat; sed Murtzuphlo demum luminibus orbato, Larissæ in Thessalia Leoni Sguro in matrimonium a patre Alexio datur. Nota Triballorum principem dici a Choniata quem noster Acropolita cralem Serviæ nuncupat. All.

D

(37) Ἀπέδρα καὶ αὐτὸς ἐκεῖθεν. Choniata præter Eudociam filiam imperatoris secum conductam Euphrosynam quoque Alexii Angeli uxorem lembo impositam secum duxisse narrat in Murtzuphlo, cum duos menses et dies sexdecim imperasset. Sabellius. *Ennead.* IX, lib. V: *Alexius ubi urbem una ex parte captam videt. cum uxore ac pellicibus magnaque vi auri intempesta nocte Byzantium reliqui.* All.

(38) Ἐντὸς οὖν τοῦ λουτῆρος. Choniata causam se nescire ingenue fatetur. All.

(39) Ἀλέξιον εἰς τὴν Κωνσταντίνου ἀπῆγαγόν. Namque non multo post excœcationem a Latinis Ducas comprehensus Byzantium reducitur, et in judicium adductus pro sui defensione afferebat se patriæ proditorem occidisse et pœnis commeritis afflixisse; neque se unum id fecisse, sed reliquos illius cognatos. Verumtamen Latini, repudiatis omnibus, capitis hominem condemnant novo et inusitato supplicii genere: nam in altissimam columnam, quæ in Tauro est, perductum præcipitant. Is aliquandiu in pedes descendens, deinde in caput subversus et humi allisus miserabiliter interiit. Sic Choniata a nostro non dissidens. Paulo aliter narrat Dorotheus Monembasiensis; Οἱ δὲ Φράγγοι ἔταξαν μεγάλα χαρίσματα, ὅποιος τὸν παραδώσει τὸν βασιλέα, καὶ μετὰ χαρίσματα τὰ πολλὰ τὸν προύδωκε

Ἰσαακίου τοῦ βασιλέως εἰργάσατο, κρημνώδει θανάτῳ τοῦτον καταδικάζουσιν · εἰς γὰρ τὸν μέγιστον ἀνάξαντες κίονα, οὗ Ταῦρος (40) ἡ κλῆσις, κάτω βάλλουσι. Καὶ τοιοῦτον μὲν τὸ τέλος αὐτοῦ, ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀλέξιος εἰς τὴν Θεσσαλονίκην ἀφίκετο [34] (41).

ς'. Τῆς οὖν πόλεως [35] κυριεύσαντες οἱ Ἰταλοὶ ἄδειαν A δεδώκασι (42) τοῖς ταύτης οἰκήτορσι τοὺς θέλοντας μένειν τε καὶ ὑπὸ χεῖρα εἶναι αὐτῶν, τοὺς δὲ μὴ ἀκωλύτως ἐκπέρχεσθαι ὅπῃ ἂν βούλοιντο. Ἐξήρχοντο τοίνυν οἱ μὲν φανερῶς, οἱ δὲ καὶ κρύφα, ὅσοι τῶν περιφανεστέρων ἐτύγχανον. Ὁ μὲν οὖν Λάσκαρις Θεόδωρος προεξελθεῖν πέφθακεν ἅμα τῇ γαμετῇ Ἄννῃ, ὃν γαμβρὸν ὁ λόγος (43) φθάσας ἐδήλωσε τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου τελεῖν, [καὶ δεσπότην ὑπ' ἐκείνου τετιμημένον [36]. Ἀπελθὼν οὖν οὗτος μετὰ τῆς σφετέρας γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων (ὑπῆρχον γὰρ αὐτῷ θυγάτρια τρία, ὧν ἡ μὲν πρώτη Εἰρήνη, ἡ δὲ δευτέρα Μαρία, ἡ δὲ τρίτη Εὐδοκία κατωνομάζοντο) καὶ ἐπὶ τὴν Νίκαιαν πόλιν γενόμενος παρεκάλει τοὺς Νικαεῖς ἔσω τοῦτον τῆς πόλεως δέξασθαι καὶ ὡς κυρίῳ προσανέχειν αὐτῷ. Οἱ δὲ οὐκ ἐδέχοντο. Λιπαρῶς γοῦν ὁ Λάσκαρις τούτοις προσκείμενος, καὶ κἂν τὴν γυναῖκα μόνην δέξασθαι B ἐκδυσωπῶν, μόλις ἐς τοῦτο πειθηνίους ἐγνώρισεν [37]. Ἀφεὶς οὖν τὴν γυναῖκα οὐτοσὶ κατὰ [P. 6] Νίκαιαν [38] διήρχετο τὰ πέριξ Προύσης (44) τε καὶ τὰ περὶ αὐτήν, ὅπως τε ὑπὸ χεῖρα ταῦτα ποιήσαιτο καὶ ὡς βασιλεὺς ἀντὶ τοῦ πενθεροῦ Ἀλεξίου τούτων κατάρξειεν. Οὗ δὴ καὶ τετύχηκε · καὶ γὰρ ἐν τῷ μεταξὺ καὶ ἐπὶ τὸν Περσάρχην (45) ἀφίκετο συνήθη τούτῳ τελοῦντα, καὶ συμμαχίαν προσείληφε, καὶ τὰ πρὸς σκοπὸν διεπράξατο. Δύο γοῦν παραδραμόντων ἐνιαυτῶν, καὶ ὡς δεσπότου παρὰ πάντων φημιζομένου τοῦ Λασκάριος, ἐπεὶ συνδρομὴ γέγονε κατὰ Νίκαιαν ἀπό τε περιφανῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν λογάδων τῆς ἐκκλησίας, σκέ-

12 6. Itali urbe potiti civibus potestatem fecere ut qui vellent manerent ac subditi essent ; qui nollent, libere quo vellent proficiscerentur ; jamque qui ante alios eminebant, hi clam, alii palam, sese surripiebant. Theodorus Lascaris, quem imperatoris Alexii generum fuisse ab eodemque despotam declaratum supra oratio nostra narraverat, una cum uxore Anna et filiis (tres namque filiæ illi erant, primo Irene, altera Maria, tertia Eudocia) ante direptionem abscedens et circa Nicæam profectus, Nicænos exorabat ut semet intus reciperent sibique veluti domino obtemperarent. Cum non proficeret, acrius incumbens, et vel uxorem solum admitterent impense deprecans, vix tandem obtinuit. Quare Nicææ uxore relicta circa Prusam loca omnia excurrebat ; eo animo ut illa sibi subjiceret et pro socero Alexio ipse veluti imperator res ageret ac ministraret. Nec spes eum fefellit : nam interim ad Persarum principem sibi amicitia devinctum profectus atque auxiliaribus copiis auctus, quæ jamdiu animo conceperat, perfecit. **13** Duobus itaque annis integris cum omnibus uti despota Lascaris agnosceretur, conventusque ex viris celeberrimis ac ecclesiæ primatibus Nicæam concurrentibus haberetur, illud inter eos agitatum est, qua ratione Theodorus, ad illa usque tempora despota imperator acclamaretur. Patriarcha non aderat :

[34] κρημν. — ἀφίκετο] ἐκ Ταύρου κρημνίζουσι τοῦ κίονος D. [35] Μοσυνουπόλεως D. [36] ἅμα τῇ γαμετῇ Ἄννῃ προεξελθεῖν πέφθακεν τῆς Κωνσταντίνου, δεσπότης ὑπ' ἐκείνου τετιμημένος D. [37] ἀπελθὼν τοίνυν μετὰ καὶ τῶν θυγατρίων Εἰρήνης Μαρίας καὶ Εὐδοκίας εἰς Νίκαιαν παρεκάλει τοὺς Νικαεῖς ἔσω τῆς πόλεως δέξασθαι τοῦτον. Οἱ δὲ οὐκ ἐδέχοντο · ὁ δὲ καὶ κἂν τὴν γυναῖκα δέξασθαι δυσωπῶν μόλις ἔπεισεν D [38] οὐτοσὶ κατὰ Νίκαιαν om. D.

Theodori Dousæ et Leonis Allatii notæ.

τῶν Φραγγῶν · καὶ αὐτοὶ ὡς κῦραν τὸν βασιλέα, ἐχώρησαν πολλά, καὶ ἐδιελογίζουνται τί θάνατον νὰ τὸν δώσουν, καὶ ἔτζη ἦσανε τοῦ Λέοντος τοῦ σοφοῦ οἱ χρησμοί, εἰς τὴν κολώναν τὴν γλυπτὴν, ὁποῦ εἶχε πολλὰς προφητείας περὶ τῆς βασιλείδος τῶν πόλεων, καὶ κατὰ τὸν χρησμὸν ἐκρέμασαν αὐτὸν εἰς τὴν καλώναν, καὶ καθὼς ἔκαμεν αὐτὸς Ἀλεξίου τοῦ βασιλέως, ἔτζη καὶ χειρότερα ἔπαθεν. Et qui ab et exscripsit Matthæus Cigala in *Synopsi historiæ*. Hunc imperasse Nicetas ait menses duos et dies sexdecim, ut verosimile est; Monembasiensis et Cigala annos duos et dies viginti ; Καὶ D ἐβασίλευσε χρόνους δύο ἡμέρας εἴκοσι. Nescio tamen undenum hauserint hi nebulones. ALL.

(40) De Tauri columna, qua regione urbis fuerit vide P. Gyllium, *De topographia Cpoleos*, lib. III, cap. 6. DOUSA.

(41) Εἰς Θεσσαλονίκην ἀφίκετο. Ex qua postea a marchione ad Halmyrum fortunæ suæ respondentem locum habitatum missus est. Choniata : Ὁ δὲ δὴ φυγὰς βασιλεὺς εἰς ὄψιν τῷ Μαρκησίῳ ἐλθών, ἄρτου μετρητοῦ καὶ κοτύλης κεράσματος, τά τῆς βασιλείας ἀνταλλάττεται σύμβολα, καὶ εἰς χῶρον τῇ τύχῃ φιρώνυμον, Ἅλμυρος ὁ χῶρος κικλήσκεται, τὰς διατριβὰς τελέσων ἐκπέμπεται διὰ Εὐφροσύνη τῇ ὁμευνέτιδι. Quod antea de Isancio illius fratre dixerat jussu Alexii : Βιον ἀγρότην ἀντλοῦντα, οἴνῳ τε καὶ σίτῳ μετρητῷ, ὡς τὸν τυχόντα ἰδιώτην διαζῶντα. Addit Gregoras lib. I eumdem, dum in Thracia vagaretur a Montisferrati marchione captum, et opibus quas secum ferebat spoliatum, nudumque dimissum, longo tempore circa Achaiam et Peloponnesum oberrasse : tandem Balduino a Bulgaris capto ab eodem marchione una cum conjuge ad Alemaniæ principem mittitur : Καὶ τὸν δυσπραγῆ ἐν βασιλοῦσιν Ἀλέξιον, καὶ τὴν τούτου σύνευνον Εὐφροσύνην διαποντίους τῷ τῶν Ἀλαμανῶν ἐξέπεμψεν ἄρχοντι. Φεῦ, φεῦ τοῦ καινοῦ τοῦδε καὶ ἀνηκούστου παρὰ Ῥωμαίοις ἀκούσματος, εἰπεῖν δὲ καὶ ἀθεάτου εἰς δεῦρο θεάματος. Vide quæ sequuntur de Alexio, cap. 8. Villarduinus ait una cum conjuge a marchione missum fuisse captivum ad Montemferratum ; in qua re narranda non omnes conveniunt. ALL.

(42) Ἄδειαν δεδώκασι. Non statim initio captivitatis urbis, sed post captum Balduinum, si Nicetæ credimus, p. 834. ALL.

(43) Ὁ λόγος. Cap. 5. ALL.

(44) Τὰ πέριξ Προύσης. Paruere nempe tum temporis Theodoro Prusæi, Nicæenses, Lydi, Philomolpi, Smyrnæi, Ephesii et interjecta oppida ; qui etiam longis navibus fabricatis plerasque insulas postea subegit. Gregoras, p. 13. 14. ALL.

(45) Τὸν Περσάρχην. Iconii nempe Chaichosroem, cum quo pacem facit, et socero illius Manueli Maurozomæ partem imperii concessit, Chonas scilicet Nicetæ historici patriam, et quæ in Phrygia est Laodiceam, et alia loca quæ fluvius Mæander amfractu suo amplectitur, donec in mare immergatur. ALL.

(28) Ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ῥομπέρτος. Quod auctor hic dicit Robertum Henrici fratrem fuisse, id vero falsissimum est. Imo nepos fuit ex Jolanta sive Yolanthide, sorore ipsius (filiam quoque perperam vocat Jo. Baptista Egnatius et Cuspinianus) nupta Petro Cortenæo comiti Auxerræ sive Antisiodorensi, qui et ipse imperator fuit et cui successit Robertus. Aliud egit itaque Logotheta, si ita scripsit. Nam supra disertis verbis dixit Petrum ex Jolanta Balduini sorore propagasse Philippum, Robertum et Balduinum, Robertumque ac Balduinum ipsi imperio successisse, cedente ultro Philippo maximo natu. Aberravit igitur hic ejus mens, an manus ? Visi culpa hæc rejicienda sit in librarios ; de quo me amicus meus sumus, antiquitatis illustrandæ et historiæ vindicandæ studiosissimus, Petrus Scriverius submonuit, nempe hic scribendum ὁ ἀδλφιδοῦς αὐτοῦ, id est nepos ex fratre vel sorore, vel forte ὁ ἀδελφόπαις pro eodem. Vide Eustathium Pollucem aliosque lexicographos. Constantinus Manasses in opere historico versibus politicis concepto vocat Justinum τὸν ἀδελφόπαιδα Justiniani ;

Ἔνθεν τοι μέλλων τελεύτᾳν καὶ γῆθεν με τακαίνειν]
Ἐπὶ τὸν ἀδελφόπαιδα βλέπει τὸν Ἰουστῖνον].

Elige utrum malis. Sane evidentissimus error (Scriverii verba sunt) in loco tam conspicuo tolerari non debet. DOUSA — Videtur Robertus hic in imperio administrando fuisse tenerior, amoribusque et otio indulsisse. Cui opinioni Paulus Æmilios subscribit, lib. VII, ubi verba ejus sic habent : *Robertus Altissiodorensis Græcorum Augustus virginem nobilitatis Byzantiæ formosissimam, sed quæ desponsa jam fuerat Burgundioni cuidam juveni florentissimo, sibi matrimonio consociavit, matre puellæ auctore, lætaque his multo splendidioribus nuptiis. Lætitia in necem vertit. Burgundio injuria magis irritatus quam Cæsaris nomine deterritus, manu coacta in domum socrus irruptione facta, novam nuptam auribus desectis, truncis naribus deformavit, anum mari proximo mersit*, etc. Tragicum hoc exemplum etiam Joan. Baptista Egnatius, Cuspinianus aliique commemorant, ita ut videatur Robertus fuisse Veneris quam Martis studiosior. Sane hoc loco noster paucis ejus indolem moresque denotat quasi degenerantis a virtute majorum. Balduinus I ita se gessit, ut ipsis ab hostibus Latini nominis præclarissime laudatus sit. Nam hunc Nicetas ita commendat : *Vir erat pius et modestus, ne impudico quidem aspectu mulierem intuitus, quamdiu ab sua conjuge abfuerat* (in hac parte vel ipsi Scipioni præferendus). *Vacabat divinis laudibus, necessitatibus conflictantes sublevabat. Suæ sententiæ adversantes æquo animo audiebat. Et quod maximum est, bis qualibet hebdomade vesperi proclamari jubebat ne quis in suo palatio cubaret, qui alienam mulierem attigisset.* Rebus humanis valedixisse perhibetur Robertus anno 1228, imperii annis 7 vixdum expletis. DOUSA.

(29) Nota Acropolitam unum filium masculum octennem Theodoro tribuere ex Armenia uxore susceptum, Gregoram p. 24 nullum illum habuisse asserere. ALL.

ὑπὲρ ὀκταετὲς ἦν ἡνίκα ὁ βασιλεὺς καὶ πατὴρ αὐτοῦ ἐτεθνήκει. Διὰ πο ἀμοιρεῖν γοῦν αὐτὸν ἄῤῥενος ἐνήβου γονῆς ὁ ἐπὶ τῇ θυγατρὶ γαμβρὸς αὐτοῦ τῆς βασιλείας κληρονομεῖ. Ἦν δὲ ὁ βασιλεὺς Θεόδωρος ὁ Λάσκαρις, ὁπότε τὸ τέλος ἔσχε τοῦ βίου, τῶν μὲν τεσσαράκοντα πέντε ἐτῶν ὑπερέκεινα, ἐλάττων δὲ τῶν πεντήκοντα, βασιλεύσας ἐκ τούτων ἔτη ιη΄ (30). Ἦν δὲ τὸ σῶμα μικρὸς, οὐκ ἄγαν δὲ, μελάγχρους ἐφ' ἱκανὸν, καθειμένον ἔχων τὸ γένειον καὶ περὶ τὸ ἄκρον σχιζόμενον, ἐπ' ὀλίγον ἑτερόφθαλμος, πρὸς τας μάχας ὀξὺς, θυμοῦ τε (31) καὶ ἀφροδισίων ἡττώμενος, ἐλευθεριώτερος ἐν ταῖς δωρεαῖς· οἷς γὰρ ἂν βούλοιτο, πολὺ τὸ χρυσίον ἐδίδοτο, ὡς ἐν ἀκαρεῖ τούτους πλουτεῖν. Τεταλαιπώρηκε δὲ πάμπολλα ἐν ταῖς μάχαις ταῖς τε πρὸς Ἰταλοὺς καὶ τοὺς Πέρσας. Ἀρχὴ γοῦν οὗτος ἐγεγόνει τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς, ᾧ καὶ πολλὴν χάριν ὄφλειν τοῖς Ῥωμαίοις πάνυ δέον καθέστηκεν. Κατετέθη δὲ ὁ νεκρὸς αὐτοῦ ἐν τῇ τοῦ Ὑακίνθου μονῇ, ἔνθα καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος τέθαπται καὶ ἡ βασιλὶς Ἄννα ἡ τούτου σύζυγος.

A Imperator Theodorus Lascaris annos quinque et quadraginta et amplius, minor quinquaginta natus excessit, e vita, decem et octo regnavit, corpore, sed non nimium, pusillus, moderate nigricante promissa barba, sed quæ in extremis scinderetur, variis, sed parumper, oculis, præceps in prœlia, iræ ac Veneris impatiens, in muneribus munificentior : quibus enim illi collubitum erat, ingens auri vis donabatur, ut statim opulenti evaderent. Pugnis adversus Italos et Persas quammaxime conflictatus, prima tamen Romani imperii ipse fundamenta jecit, cui a Romanis quammaxime **35** gratiæ habendæ sunt. Sepultus fuit in Hyacinthi monasterio, ubi et imperator Alexius positus fuerat et imperatrix Anna thalami consors.

ιθ΄. Καθὼς γοῦν εἰρήκειν, μετὰ τὴν τελευτήν αὐτοῦ ἐπιλαμβάνεται τῶν Ῥωμαϊκῶν σκήπτρων Ἰωάννης ὁ Δούκας ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ, στεφθεὶς παρὰ τοῦ πατριάρχου Μανουὴλ (32), ὃς τὸν Μάξιμον διεδέξατο. Μετὰ γὰρ τὴν τελευτὴν τοῦ πατριάρχου Μιχαὴλ ὁ Εἰρηνικος Θεόδωρος τῷ πατριαρχικῷ ἐνίδρυται θρόνῳ, ὃς καὶ Κωπᾶς (33) ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐκαλεῖτο, μετὰ δὲ ἐνιαυτοὺς ἓξ (34) ἐκείνου τὸν βίον ἀπολιπόντος ὁ μοναχὸς Μάξιμος (35) εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, θεραπεύων τὴν γυναικωνῖτιδα καὶ ὑπὸ ταύτης ἀντιθεραπευόμενος · οὐδὲν γάρ ἄλλο ἦν τὸ εἰς ταύτην ἀναβιβᾶσαν αὐτὸν τὴν περιωπήν. Ἐπιβιοὺς δὲ μῆνας ἓξ (36) τελευτᾷ, καὶ ὁ Μανουὴλ (37) εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, φιλόσοφος, ὡς ἐδόκει, ὢν καὶ ὑπὸ πολλῶν κατονομαζόμπος·

B 19. Quemadmodum ergo dixi, post illius obitum Romani imperii gubernacula Joannes Ducas gener illius suscipit, a Manuele patriarcha, qui Maximo successerat, coronatus. Namque post patriarchæ Michaelis excessum Irenicus Theodorus, cui a plerisque Copæ nomen inditum fuerat, in patriarcham eligitur; post annos sex eo demortuo Maximus monachus patriarchale solium ascendit, gynæceio palpans ac supparasitans, et vice versa ex eo assentationes et blanditias aucupans : neque enim aliud eum in tam sublime culmen evexerat. Sed post menses sex moritur, et Manuel in patriarchali solio collocatur, vere vir philosophus, ut apparebat, et a multis eo nomine honestatus.

κ΄ Ἐπ δὲ τὰ Βουλγάρων καὶ αὖθις ὁ λόγος ἀναχωρεῖ. Ὁ πρῶτος βασιλεὺς τῶν Βουλγάρων Ἀσὰν δύο ἔσχεν υἱούς, τὸν Ἰωάννην καὶ τὸν Ἀλέξανδρον. Τοῦ γοῦν εἰρημένου Βορίλα (38) βασιλικῶς τῶν Βουλγάρων κατάρχοντος (39), ὁ τοῦ Ἀσὰν υἱὸς Ἰωάννης φυγαδείᾳ χρησάμενος ἐπὶ τὰ τῶν Ῥώσων χωρεῖ, ἐκεῖσέ τε χρόνον ἐφ' ἱκανὸν διαμείνας, καί τινας τῶν συγκλύδων Ῥώσων σὺν ἑαυτῷ περιαγαγὼν, τὴν πατρικὴν ἀνακαλεῖται κληρονομίαν καὶ πολεμεῖ τῷ Βορίλᾳ καὶ νικᾷ τοῦτον, καὶ χώρας οὐκ ὀλίγης ἐγκρατὴς γίνεται. Ὁ δὲ Βορίλας ἔνδον εἰσέρχεται τοῦ Τρινόβου, καὶ ἐπὶ ἑπτὰ ἔτεσι τειχήρης πολιορκεῖται. Ἐπεὶ δὲ ἀπέκαμον οἱ συνόντες αὐτῷ, τῷ Ἀσὰν Ἰωάννῃ προσέρχονται. Φεύγων δὲ ἁλίσκεται ὁ Βορίλας καὶ παρὰ τοῦ Ἰωάννου τυφλοῦται, καὶ οὕτως

C

D

20. Sed ad res Bulgaricas redeamus. Primus Bulgarorum rex Asanus duos habuit filios, Joannem et Alexandrum. Itaque Borila, cujus supra mentionem fecimus, regie Bulgaris imperante, Asani filius Ioannes fuga se abripiens in Rusos confugit, ibique per tempus aliquod commoratus, et convenarum Rusorum nonnullis in unum congestis, paternam hæreditatem reposcit, **36** et in Borilam arma suscipit, et vincit, dominusque fit non exiguæ regionis Borilas Trinobum ingressus septem annos obsidionem sustinet ; et cum socii defatigati succumberent, ad Asani Joannem deficiunt. Borilas inde inter fugiendum deprehensus ab Joanne oculis læditur, sicque universa ditione Bulgarorum Joannes potitur. Et hæc quidem de Bulgaris.

Theodori Dousæ et Leonis Allatii notæ.

(30) Ἔτη ιη΄. Gregoras, p, 24, ALL.

(31) Περὶ τὰς μάχας ὀξὺς θυμοῦ τε. Gregoras lib. II, p. 24. ALL.

(32) De hisce patriarchis, Manuele, Maximo, Michaele, Theodoro, Cpolitanis, Nicææ tamen sedentibus, diximus nonnulla in opere nostro de perpetua utriusque Ecclesiæ, Occidentalis et Orientalis, consensione, ex quo lector petat, si libet. ALL.

(33) Κωπᾶς. In Notitia patriarcharum Κουπᾶς dicitur. DOUSA.

(34) Μετ' ἐνιαυτούς ἓξ. Notitia patriarcharum tradit vixisse tantum ann. 1 mens. 4 dies 5. DOUSA.

(35) Μάξιμος μοναχός. Hic antea præerat monasterio τῶν Ἀκοιμήτων, ut est in Notitia patriarcharum. DOUSA.

(36) Μῆνας ἓξ. Notitia patriarcharum tradit menses 8. DOUSA.

(37) Ὁ Μανουήλ. Hic est Manuel Charitopulus in Notitia patriarcharum. DOUSA.

(38) Βορίλα. Dixit supra ut occupaverit Bulgarorum imperium, c. 13. ALL.

(39) De fuga Joannis Asani filii supra agit Acropolita c. 12 et 13. ALL.

γκρατὴς τῆς τῶν [P, 18 Βουλγάρων ἁπάσης ὁ Ἰωάννης γεγένηται. Καὶ τὰ μὲν ἐν τοῖς Βουλγάροις τοσαῦτα [83]·

21. Comnenus interim Theodorus, cujus paulo ante meminimus, proprium ordinem dedignatus et quæ sunt imperii occupans, postquam Thessalonicam in potestatem recepit, non minimam Romanæ ditionis partem, ex ea quæ suberat Italis et a Bulgaris intercipiebatur, sibi vindicat, purpureaque chlamyde induitur, et rubris calceis convestitur, oblucante illi in hoc quam strenuissime Constantino Mesopotamita metropolita Thessalonicensi, quem diris malis et calamitosis exsiliis canonica statuta propugnantem insectatus misere afflixit. Sed Bulgariæ archiepiscopus Demetrius, tanquam qui, ut ipse

A κα. Ὁ δὲ Κομνηνὸς Θεόδωρος, ὃν πρὸ μικροῦ ὁ λόγος ἱστόρησεν, μὴ θέλων μένειν ἐν τῇ οἰκείᾳ τάξει, ἀλλὰ τὰ τῆς βασιλείας σφετερισάμενος, ἐπειδὴ τῆς Θεσσαλονίκης γέγονεν ἐγκρατὴς πολλήν τε χώραν τῆς Ῥωμαΐδος ἐκ τῆς κεκρασημένης παρὰ τῶν Ἰταλῶν ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο, ἔτι δὲ καὶ τῆς παρὰ τῶν Βουλγάρων κεχειρωμένης, πορφυρίδα τε ὑπενδύεται (40) καὶ ἐρυθρὰ περιβάλλεται πέδιλα, ἀντιστάντος αὐτῷ ἐπὶ τούτῳ στερρότατα τοῦ μητροπολίτου Θεσσαλονίκης Κωνσταντίνου τοῦ Μεσοποταμίτου (41), ὃν καὶ πολλαῖς κακουχίαις καὶ ἐξορίαις διὰ ταῦτα ὑπέβαλε τῶν κανονικῶν ἐθῶν ἀντεχόμενον. Ὁ δὲ

[83] Καὶ — τοσαῦτα om. D.

Theodori Dousæ et Leonis Allatii notæ.

(40). De purpureis imperatorum calceis vide quæ Meursius fuse in Glossario, in τζάγγαι. Meminerunt passim Nicetas et Cantacuzenus. Vide et Zonaram in Nicephoro Botaniata et Alexio Comneno. Ex Procopii loco, quem vir clarissimus in Glossario adducit, videmus eos ad genua usque pertigisse. Hinc Ville-Harduinus : *Morchuffes caucha les heuses vermoilles*. Et quemadmodum idem amicus ille noster ibidem docet ex Joanne Curopalate in Tzimisce, habebant quoque jus hujusmodi calceorum reges Bulgariæ, qui videntur imperatores appellati fuisse. Quo nomine ac titulo Asanum Bulgarum cohonestat Hungariæ rex Andreas 2, cognomento Hierosolymitanus, in epistola ad Honorium III pontif. Rom. : *Hujus intentionis studio, ut securum peregrinationis divino fulti consilio pararemus transitum, filiam* (Mariam) *Comnini Theodori Lascari filio nostro* (*Belæ* 2) *duximus in uxorem. Eodem etiam animo inter Azen Bulgariæ imperatorem, mediante nostra filia, matrimonium celebravimus.* Cujus loci me commonefecit Scriverius noster, ut et notæ sequentis, logothetam nempe nostrum Bulgarum semper, βασιλέα nominare, pari titulo cum imperatoribus Cpolitanis, cum abstineat in aliarum regionum dominis, nec alio nomine quam regis aut principis dignetur. Τῆς Οὐγγρίας ῥὴξ, Σικελίας ῥὴξ, Ἀχαΐας πρίγγιψ. Joannem etiam τὸν ῥῆγα vocat, cum Hierosolymorum, uti et nos eum vulgo vocamus, regem intelligeret. Quippe vocabulo βασιλεὺς quiddam amplius et majus significare voluit quam nos voce *rex* significare consuevimus. Et quanquam Græci regem βασιλέα dicunt, nihilominus eodem vocabulo imperatorem etiam Romanum et Augustum exprimunt : vix unus et alter veterum αὐτοκράτορα appellant. Quamobrem quoties in hac historia vox βασιλεύς de Bulgarorum rege et Græcorum principe occurrit (occurrit autem passim) non, *rex* sed *imperator* reddenda est. In quo (fatendum est) negligentiores quam par erat fuimus. Sane Bulgarus βασιλεύς appellatus jam ab antiquo et Nicephori Phocæ tempore : constat ex Luitprandi legatione ad illum ipsum imperatorem instituta circa annum 968 : *Cum*, inquit, *Christophori filiam Petrus Bulgarorum basileus conjugem duceret.* Notanda quoque quæ ibidem leguntur : *De imperiali vestro nomine magna sumus contentione fatigati : ipse enim vos non imperatorem, id est βασιλέα sua lingua sed ob indignationem ῥῆγα, id est regem nostra vocabat. Cui cum dicerem, quod significatur idem esse, quamvis quod significat diversum.* Vide præterea Glossarium Meursii in βασιλεύς et ῥὴξ Dousa.

(41) Κωνσταντίνου τοῦ Μεσοποταμίτου. Cui hujus apud Isaacium Angelum imperatorem summa familiaritas. Choniata p. 591. Alexio vero illius fratri et ante principatum invisus et post eum parum gratus, quod plurima in Romana re publica

B movisset et omnia conturbasset, artibus tamen Euphrosynes Alexii uxoris Alexio reconciliatus, summa rerum ad illam devoluta, cæterorum auctoritas et cognatorum quoque imperatoris potentia elanguit : et qui dudum ab imperatore pro nihilo putabatur, nunc omnia poterat, et erat unus instar omnium ; unus omnia recte statuere, unus omnium moribus se accommodare, omnia omnibus pro dignitate posse tribuere existimabatur, et ab imperatoris latere non discedebat. Qui vero potentia exciderant, ægre ferebant, tum cognati imperatricis, Andronicus Contostephanus, cui Irene illius filia nupserat, et frater illius Basilius Cameterus ; qui bilem suam contra imperatricem evomuerunt, et imperatori ad Occidentem abituro plura referunt : se plus Alexium diligere, e cujus salute propria quoque salus pendebat, quam Euphrosynem citra ullam verecundiam in turpissima facinora delabentem et adulteriis thalamum inquinantem. Nam cum quo impudenter

C concumbit, eum etiam ad imperium evectum velle. Quare potentia mulieris restringenda, amator e medio tollendus, ne posthac simile piaculum admittatur. Dictis indignatur graviter imperator, et post Batatzii adolescentis cædem, regiis spoliatam vestibus in Nemetarium, muliebre monasterium circa Ponti fauces situm, imperatricem adduci jubet. Post sex menses Euphrosyne delatorum novis conatibus et Constantini Mesopotamitæ artibus revocata, majorem quam antea potentiam obtinuit, et maritum a se abalienatum miris blanditiis reconciliavit. Constantinus vero Mesopotamita illius ætatis vertumnus et homo callidissimus et versutissimus ob dominæ reditum magis ac magis insolescebat, cum posset omnia apud imperatorem. Hinc caniclei officium, quod ab Isaacio obtinuerat ac rursus offerebatur, ut suo fastigio inferius

D renuit, sed ex lectore diaconum se creari voluit, ut dignitates etiam ecclesiasticas contrectaret. Simulat deinde se imperatori non amplius operam navaturum : neque enim permittere canones eumdem et Deo sacra facere et civilibus negotiis implicari. Quare cogitur patriarcha Xiphilinus ut Mesopotamitæ simul et Deo et imperatori, et templo et palatio sine fraude canonum inservire liceat, privilegio concedat. Nec multo post Thessalonicæ pontifex designatur. Verumtamen cum cupiditati suæ nullum modum statueret, sed vellet læva templum, dextera palatium tenere, fratres suos tanquam clavos et vectes inserebat, ac potius velut inaures de utraque imperatoris auricula suspendebat, ut si quando ecclesiasticis conventibus interesset, nullum dictum aut factum ignoraret, nec quisquam locum suum se imprudente occuparet Thessalonicam profectus et vix solio collocatus summa cum festinatione Byzantium rediit, et vix

Βουλγαρίας ἀρχιεπίσκοπος Δημήτριος (42), τὸ βασιλικὸν περιδιδύσκει τοῦτον διάδημα (43), ὡς ἔφασκεν, αὐτόνομος (41) ὢν καὶ μηδενὶ εὐθύνας ὀφείλων δοῦναι, καὶ διὰ ταῦτα ἐξουσίαν ἔχειν βασιλέας χρίειν [86], οὓς τε ἄν καὶ ὅπου καὶ ὅτε βούλοιτο. Βασιλεὺς οὖν ἀναγορευθεὶς ὁ Θεόδωρος βασιλικῶς ἐχρᾶτο τοῖς πράγμασι, δεσπότας τε προὐβάλλετο καὶ σεβαστοκράτορας μεγάλους τε δομεστίκους (45) καὶ πρωτοθεστιαρίους καὶ τὴν λοιπὴν πᾶσαν τάξεν βασιλικήν. Ἀφυὼς δὲ ἔχων περὶ τοὺς τῶς βασιλείας θεσμούς Βουλγαρικώτερον ἢ μᾶλλον βαρβαρικώτερον ταῖς ὑποθέσεσι προστφέρετο, οὐ τάξιν γινώσκων οὐδὲ κατάστασιν οὐδὲ ὅσα ἐν τοῖς βασιλείοις ἀρχαῖα ἔθιμα καθεστήκασιν [87]. Οὗτος οὐ μικρῶς τῷ βασιλεῖ ἀντεφέρετο Ἰωάννῃ. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἠξίου αὐτὸν τῶν δευτερείων μετέχειν τῆς βασιλείας καὶ τῆς χώρας αὐτοῦ ἐγκρατῆ εἶναι καὶ τατ' οὐδὲν ἄλλο ὑπείκειν αὐτῷ ὁ [88], δὲ ἀντέβαινε στερεώτερον.

κβ'. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς (46) Ἰωάννης ἄρτι τῶν σκήπτρων ἐπειλημμένος, καὶ κομιδῇ ἐν στενῷ οὖσαν τὴν τῶν Ῥωμαίων τεθεαμένος ἀρχήν, οὐκ ἀναστρόμενος ἐν πολλοστοῖς βασιλεύειν, δύο παραδραμόντων ἐνιαυτῶν [89] μάχην ποιεῖται μετὰ τῶν Ἰταλῶν. Καὶ συνάγεται στράτευμα Λατινικὸν ἀξιόμαχον, οὗ προὐμάχοντο οἱ τοῦ βασιλέως Θεοδώρου αὐτάδελφοι, οἱ σεβαστοκράτορες (47) Ἀλέξιός τε καὶ Ἰσαάκιος· οὗτοι καὶ γὰρ ἅμα τῷ τὸν βασιλέα αὐτῶν ἀδελφὸν θανεῖν τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Εὐδοκίαν λαβόντες ἀποδρᾶναι πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐβουλεύσαντο,

fatebatur, sui juris esset neminique sui facti rationem reddere teneretur, ideoque in ejus potestate esse, quoslibet et ubicunque et quandocunque illi libitum fuisset, reges ungere, regio eum diademate coronat. Theodorus ergo imperator acclamatus, uti imperatoribus moris est, res disponebat, despotas **37** sebastocratoras, magnos domesticos, protovestiarios creabat, et reliquum universum imperatorium ordinem pro nutu dispensabat. Cum vero inepte circa imperatoria jura stultus esset, Bulgarico magis sive potius barbarico more neque ordinem servans neque decorem, et si quæ alia sunt in imperatoria aula veneranda decreta negligens, negotiis incumbebat. Hic non parum Joanni imperatori adversabatur. Quare eum imperator, ut secundas imperii sibi haberet suoque uteretur dominatu, in nullo sibi obnoxius concedebat. Ipse firmius ac validius reluctari.

22. Joannes ergo imperator tum primum sceptris obtentis, et Romanorum imperium in angustum adductum conspiciens, nec sustinens cum multis aliis imperare, post elapsos duos annos bellum cum Italis suscipit, et exercitum ex Latinis fortissimum atque amplissimum conflat, quem Theodori imperatoris fratres germani sebastocratores Alexius atque Isaacius deducebant. Iis enim, statim atque imperator eorum frater mortem oppetiit, illius filia Eudocia surrepta Cpolim secedere in animo fuit. Sed spe frustrati fugiunt. Ergo apud Pœmanenum

[86] τοῦτο ἔχειν ἐξουσίαν βασιλέα στέφειν D, omissis οὓς — βούλοιτο. [87] οὐ — καθεστήκασιν om. D· [88] καὶ — αὐτῷ om. D. [89] οὐκ — ἐνιαυτῶν om· D.

Theodori Dousæ et Leonis Allatii notæ.

solio collocatus summa cum festinatione Byzantium rediit, et uno digito regebat omnia. Sed hic cum fieret omnibus exosus, aulicorum criminationibus apud imperatorem impetitus de fastigio illo rerum deturbatur; nec excutitur tantum palatio, sed pontificatu etiam dejicitur, et qui malis artibus ad primarias functiones ecclesiasticas usurpandas pervenerat, primariorum conatibus de solio dejicitur. Et hoc modo Mesopotamita Constantinus et duo ejus fratres ab administratione rei publicæ et Ecclesiæ removentur, et alii succedunt. ALL.

(42) Δημήτριος. Hunc archiepiscopum Jacobum vocat Pachymerius, *Histor.* lib. II. ALL.

(43) Τὸ βασιλικὸν περιτίθησι σχῆμα καὶ διάδημα. Præter honorem illum de quo jam verba fecimus, quod Bulgarorum princeps βασιλεὺς appelletur, legati quoque ejus omnium gentium legatis præponebantur; quod ex Luitprando liquet. Cujus totum ea de re locum hic ascribam: *Cumque indignans abire vellem, Leo europalates imperatoris frater et protoasecretis Simeon pone me sequuntur, hæc latrantes: cum Christophori filiam Petrum Bulgarorum basileus conjugem duceret, symphona, in est consonantia scripta juramento firmata sunt, ut omnium gentium apoostolis, id est nuntiis, penes nos Bulgarorum apostoli præponantur, honorentur, diligantur.* Præterea Bulgariæ archiepiscopus αὐτοκέφαλος supremum in ecclesias suas jus habebat, neque patriarchæ Cpolitano aut ulli alii subjectus erat. Fidem faciunt Theophylactus in epistol. Balsamon in Privileg. patriarch. Vide Meursii Glossarium in αὐτοκέφαλος. Hactenus de privilegiis Bulgarorum. DOUSA

(41) Αὐτόνομος. De auctonomia archiepiscopi Bulgariæ plura diximus tn syntagmate nostro de perpetua utriusque Ecclesiæ, Occidentalis et Orientalis, consensione, lib. I. ALL.

(45) Σεβαστοκράτορας μεγάλους τε δομεστίκους. De his dignitatibus cousule Glossarium Meursii in σεβαστοκράτωρ et δομέστικος. DOUSA.

(46) Ὁ μὲν οὖν βασιλεύς. Hinc pelluntur ineptiæ pene aniles Volaterrani, quas ille maximasagit lib. XXIII: Joannes Batatzes *apud Zacynthum imperii titulum extra patriam annos triginta quatuor tenuit. Huic filius Theodorus Lascaris nomen avi materni referens fuit. Quem Joannes e vita decedens Michaeli Palælogo, viro in armis strenuo, quo duce et administratore utebatur, commendavit, Ille expulsis Latinis, pupilloque luminibus orbato et in carcerem conjecto, imperium sibi per nefas vindicavit.* Batatzes Niceæ imperium tenuit et administravit, non Zacynthi, quem oculis suis, dum imperio potiretur, vidit, nec intueri licuit. Nunquam Batatzes Michaeli Palæologo Theodorum commendavit, neque Theodorus filium Joannem, sed Theodorus moriens filium suum Joannem Georgio Muzaloni et Arsenio patriarchæ. Obtruncato deinde Muzalone filius Theodori Joannes ab Arsenio et universo senatu Michaeli Palæologo commendatus est. Falsum est præterea Batatzem Michaele Palæologo duce et administratore usum fuisse, quod verissimum fuerit de Andronico Palæologo Michaelis patre. Qui tandem luminibus orbatus est a Palæologo, non fuit ipse Theodorus, sed filius Theodori Joannes, quo ille pupillo decesserat. Hunccine hominem tantis delectatum esse nugis in paucissimis verbis? ALL.

(47) Οἱ σεβαστοκράτορες. Historiam fuse prosequitur Gregoras, p. 25, ALL.

ubi et cælestium virtutum militiæ duci Michaeli templum positum est, commisso prœlio, viarmisque superat imperator marte ambiguo, primum quidem potiori Romanorum parte debellata, sed imperatore deinceps cum paucis admodum insignem victoriam adepto. Ipse etenim hastam contorsit, hostem confodit, et magnas cogitationes in bello, quod et antiquioribus minime ignotum fuerat, commonstravit. Victoria hæc mirum est quantum res Romanas sublevaverit, Italas imminuerit ac depresserit. Italorum enim prætantissimos quosque viros in eo conflictu cepit, fratres itidem Lascarides, quos criminis convictos luminibus spoliavit. Alii gladio internecati sunt; qui vero pugnæ non affuere timore perciti hæsere. Itali etiam eo temporis Serrarum castellum prementes, ubi suos debellatos esse agnoverunt, Serris liberis derelictis fuga sibi consuluerunt, cum parum abfuisset quin ab ipsis expugnarentur. Exinde res Itala hinc atque illinc per Orientem ac Occidentem divulsa, et valentiores nacta adversarios imperatorem Joannem et Theodorum Comnenum, ipsum etiam imperatorem vocitatum, cadere cœperat. Statim itaque Joannes imperator dicto in loco Italis expugnatis ab illis Romanorum oppida oppressa obsidione tentare, et auxilio opeque destituta expugnare: paululum enim qui in oppidis erant, obsistere; sed cum diuturnioribus et potissimum intempestivis (neque enim vere aut autumno aut ætate, sed hieme media irruptiones faciebat, admovebat machinas et propugnacula dejiciebat) obsidionibus urgeret, qui in illis erant, defatigati ea, jurejurando vitam redimentes, dedere, plerique etiam ex his pugna periclitantes oppressi, tanquam captivi mancipati. Sic ab imperatore Pœmanenum, Lentiana Charioros, Berbeniacum expugnata sunt. Joannes ergo imperator undique bellum in Latinos commovens triremes compegit, pregitque in Hellespontum, ubi Holco nomen est, quibus molestus erat atque negotiosus in occasum irrepens, fortunas uniuscujusque et bona depopulans. Inter ea et Madytarum urbem et Calliupolim et oram maritimam Italis tributariam deprædatur.

38 A ἀλλὰ τοῦ μὲν σκοποῦ αὐτῶν ἥμαρτον, ἐκεῖνοι δὲ ὁραπέται ὤχοντο. Τῆς μάχης οὖκ συρραγείσης ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Ποιμανηνοῦ, ὅπου καὶ ὁ ναὸς τοῦ ἀρχιστρατήγου τῶν ἄνω δυνάμεων ἐγκαθίδρυται Μιχαὴλ (48), νικᾷ κατὰ κράτος ὁ βασιλεύς, τῶν μὲν πλείστων Ῥωμαίων σχεδὸν ἐξηττημένων τὸ πρῶτον, αὐτοῦ δὲ τοῦ βασιλέως μετ' ὀλίγων πάνυ τὴν νίκην [P. 19] πᾶσαν ἐξεργασμένου· αὐτός τε γὰρ δόρατος ἥψατο καὶ πολέμιον ἔβαλε καὶ ἀνδρεῖον ἐν ἐκείνῳ τῷ πολέμῳ τὸ φρόνημα ἐνεδείξατο, οὐδὲ τοῖς πρὸ τοῦ ἀγνοούμενον. Ἡ τοιαύτη νίκη εἰς μεγίστην αὔξησιν ἐγεγόνει τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς, τῶν Ἰταλῶν δὲ συστολὴν καὶ κατάπτωσιν. Τοὺς μὲν γὰρ ζωγρίας τοὺς κρείττους αὐτῶν ἐν τῷ τοιούτῳ πολέμῳ ὁ βασιλεὺς κατέσχε, ἀλλὰ δὴ καὶ τοὺς αὐταδέλφους B Λασκάριας, οὓς τυφλοῖ ἐπαιτίους εὑρών· ἄλλοι δὲ ξίφους ἔργον ἐγένοντο· οἱ δὲ μὴ συνόντες τῷ πολέμῳ δειλίᾳ κάτοχοι ἐγεγόνεισαν. Καὶ μέρος δὲ τῶν Ἰταλῶν τὸ Σερρῶν κάστρον τῷ τότε πολιορκοῦν ὑπὸ τοῦ Κομνηνοῦ Θεοδώρου δεσποζόμενον, ἐπεὶ τὴν τῶν οἰκείων τοιαύτην ἐπέγνωκεν ἧτταν, ἀπέδρα ἐλευθέρας τὰς Σέρρας καταλιπών· ἐς μικρὸν γὰρ αὐτῷ κομιδῇ τοῦ ἁλῶναι ἦλθον [90]. Ἐντεῦθεν τὰ τῶν Ἰταλῶν ἐνθεν κἀκεῖθεν διαιρούμενα κατὰ τε τὴν ἕω καὶ τὴν ἑσπέραν, καὶ ἰσχυροῖς ἀντιπάλοις προσπταίοντα, τῷ τε βασιλεῖ Ἰωάννῃ καὶ τῷ Κομνηνῷ Θεοδώρῳ, βασιλεῖ φημιζομένῳ καὶ τουτῳί, ἀπῆρχοντο καταπίπτειν. Αὐτίκα γοῦν ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης ἐπειδὴ τοὺς Ἰταλοὺς ἐν τῷ εἰρημένῳ τόπῳ καταλελύκει [91], τὰ ὑπ' ἐκείνων κρατούμενα τῶν Ῥωμαίων ἐπολιόρκει φρούρια, καὶ ἤλισκε ταῦτα μηδενὸς τελοῦντος C τοῦ βοηθήσοντος. Μέχρι μὲν γάρ τινος οἱ ἐν τοῖς φρουρίοις ἀντείχοντο [92]· ὡς δὲ χρονιωτέρους ἐποίει τὰς πολιορκίας ὁ βασιλεύς, μάλιστα δὲ καὶ παρακαιρίους [93] (οὐ γὰρ ἐν ἔαρι ἢ θέρει ἢ μετοπώρῳ, ἀλλ' ἐν μέσῳ χειμῶνος τὰς ἐφόδους ἐποιεῖτο), ἐλεπόλεις τε συνίστα καὶ τὰς ἐπάλξεις κατέβαλλεν, ἀποκάμνοντες οἱ ἐντὸς τὰ μὲν προὐδίδουν ὅροις τὴν ζωὴν ἐξωνούμενοι, ἐκ δὲ τῶν ἔπιπτον μάχῃ καὶ καθείργυντο ὡς δεσμῶται. Ἑάλω γοῦν ὑπὸ τοῦ βασιλέως Ποιμανηνόν, Λεντιανά, Χαρίορος, Βερβενίακον. Ὁ γοῦν βασιλεὺς Ἰωάννης παντοίως τοῖς Λατίνοις μαχόμενος [94] τριήρεις τε κατεσκεύσε (49), καὶ περὶ τὸν

[90] ἐλευθέρας — ἦλθον om. D. [91] ἐπειδὴ — καταλελύκει om. D. [92] μηδενὸς — ἀντίχοντο om. D. [93] ὁ — παρακαιρίους om. D. [94] παντοίως — μαχόμενος om. D.

Theodori Dousæ et Leonis Allatii notæ.

(48) Michael hic archistrategus, cui in Pœmaneno a Joanne Batatze Græcorum imp templum exstructum dicit Logotheta, est Michael archangelus cujus apud Græcos multa veneratio est magnoque in honore ejus memoria. Hunc τοῦ ἀρχιστρατήγου nomine afficiunt Græci quasi principem angelorum et cœlestis militiæ ducem. Michael Glycas *Annal.* part VI *: Quoniam imp. Basilius Michaelem illum temulentum interfecerat, placandi Dei causa multis per urbem locis novas ædes Michaeli principi copiarum cœlestium duci exstruxit.* Emmanuel imp Novella de feriis : *Feriamur*, inquit, *sexta Septembris*, ὅτι ἐν αὐτῇ τὸ ἐν Χώναις τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ θαῦμα τερατουργεῖται, *quia illa die commemoratio agitur miraculi, quod a Michaele archistratego Chonis patratum est.* Vide *Menologia* Græcorum D hoc die et octavo Novembris. Hujus festivitatis cum alii tum Zonaras tom. III *Annal.* meminitin Isaacio Commeno. Templorum numini ejus dedicatorum et Michaelis nomine nuncupatorum cum alii multi tum Cedrenus in Basilio Macedone meminit, monasterii τοῦ ἀρχιστρατήγου ad Bosporum alicubi Nicephorus Gregoras, lib. V, cap. I. Videndus et Nicetas, lib. VII *De imp. Manuelis gestis*, item lib. III *Vitæ imp. Isaacii Angeli* aliique passim. Fuit et inter imperatoris flammeola, Codino curopalata teste, unum archistrategi nomine dictum, ab imagine videlicet τοῦ ἀρχιστρατήγου τῶν ἄνω τάξεων Μιχαὴλ. Vide, et interpretem corrige. Dousa.

(49) Τριήρεις τε κατεσκεύασε. Hæc fusius narrat Gregoras, p. 28. All.

Ἑλλήσποντον ταύτας ἔστησεν ἐν τόπῳ ὃς Ὁλκὸς ὀνομάζεται [93], καὶ ἦν πολλὰ παρέχων αὐτοῖς πράγματα, κατὰ δύσιν ὁρμώμενος καὶ λείαν τὰ ἐκείνων ποιούμενος, πορθῶν τε τὸ τῶν Μαδύτων ἄστυ καὶ τὴν Καλλιεύπολιν καὶ τὰ παραιγιάλια τάντα τοῖς Ἰταλοῖς ὑπόφορα ὄντα.

κγ'. Ἐν τουτοισὶ δὲ ὄντος τοῦ βασιλέως Ἰωάννου, καὶ ἀκρατῶς μαχομένου τοῖς Ἰταλοῖς κατά τε χέρσον καὶ θάλασσαν, σκευωρεῖται τούτῳ ἐπιβουλή. Ὁ δὲ ταύτην συστησάμενος πρωτεξάδελφος ἦν τοῦ βασιλέως ὁ Νεστόγγος Ἀνδρόνικος. Οὗτοσὶ δὲ καὶ τὴν τῆς συγγενείας σχέσιν παρ' οὐδὲν θέμενος καὶ τὸν τῆς φιλίας ἀπορρήξας δεσμὸν ἀνταρσίαν κατὰ τοῦ πρωτεξαδέλφου βασιλέως βεβούλευται [96], ἔχων συνεργὸν εἰς τοῦτο τὸν ἀδελφὸν Ἰσαάκιον καὶ ἑτέρους τῶν ἐπιφανῶν οὐκ ὀλίγους, τόν τε Φλαμούλιον, ὃν μέγαν ἑταιρειάρχην [P. 20] ὁ βασιλεὺς τετίμηκεν, τὸν Ταρχανειώτην Συναδηνόν, τὸν ἐπ' ἀδελφῇ τούτου γαμβρὸν Στασηνόν, τὸν Μακρηνὸν καὶ ἄλλους εἰς πλῆθος τὸν ἀριθμόν [97-98]. Ἐγένετο δὲ ἡ ἐπιβουλὴ πολυήμερος. Ἐν τῇ Λαμψάκῳ δὲ διάγων ὁ βασιλεὺς μανθάνει ταῦτα. Πυρὶ οὖν τὰς τριήρεις καταναλώσας, ἵνα μὴ τοῖς Ἰταλοῖς ὑπὸ χεῖρα γένοιντο, καὶ προὐργιαίτερον τὸν ἔσωθεν πόλεμον κρίνας τοῦ ἔξωθεν, ἀπάρας ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν Ἀχυράους ἀφίκετο. κἀκεῖθεν τὴν ἐξέτασιν τῆς ἐπιβουλῆς ἐποιήσατο. Καὶ ἦσαν οἱ συνωμόται πάντες ταῖς δίκαις ὑπεύθυνοι. Ἀλλ' ὁ βασιλεὺς φιλανθρωπότερον τοῖς νόμοις ἐχρήσατο, καὶ τὸν μὲν Νεστόγγου Ἰσαάκιον τυφλώσει καταδικάζει καὶ χειροκοπίᾳ, ὡσαύτως καὶ τὸν Μακρηνόν· ἐξελήλεγκτο γὰρ ὡς πολλάκις ἐφώρμησε, κατὰ νῶτον τυγχάνων τοῦ βασιλέως, ἐφελκύσαι τὴν σπάθην καὶ καταῤῥάξαι καιρίαν. Καὶ ἄλλους δέ τινας μικραῖς ποιναῖς καθυπέβαλεν, τοὺς δὲ πλείστους ἀφῆκεν εἱρκταῖς μέχρι τινὸς περικλείσας, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν πρωτουργὸν τῆς ἐπιβουλῆς, τὸν καὶ βασιλείας ἐφείμενον, τὸν Νεστόγγον Ἀνδρόνικον [99] ἐν τῷ φρουρίῳ τῆς Μαγνησίας συνέκλεισεν. Τοσοῦτον ἡ τῆς ἀγάπης σχέσις τὸν βασιλέα τοῦ κακοποιῆσαι τοῦτον ἐκώλυσεν [1]. Ὃς καὶ μετ' ὀλίγον ἀπέδρα, ὡς μέν τινες ἔφασκον, θελήσει τοῦ βασιλέως ἐλευθεριώτερον βαίνειν τοῦτον παρακελευσαμένου καὶ οἷον κλέψαι τοῦτον τὴν σωτηρίαν βουλευσαμένου. Ὃς καὶ νυκτὸς φυγὼν ἐπὶ τὰ τῶν Μουσουλμάνων ἐφώρμησε, καὶ διῆγεν ἐκεῖσε μέχρι [2] τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. Ἐντεῦθεν ὁ βασιλεὺς προσεκτικώτερον ἐχρᾶτο τοῖς πράγμασι, καὶ τῆς προτέρας ἐλευθεριότητος οὐκ ἀντεποιεῖτο [3], φύλακάς τε περὶ αὐτὸν ἔστησε καὶ φρουροὺς νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν τοὺς ἐκείνου προσέχοντας [4]. Μάλιστα δὲ περὶ ταῦτα συνέτεινεν ἡ βασιλὶς Εἰρήνη, ἀῤῥενωπότερον τὸ ἦθος ἔχουσα καὶ τοῖς πᾶσι βασιλικώτερον ἐντυγχάνουσα.

Εἰς συνθήκας δὲ θελήσαντες ἔλθεῖν οἱ Ἰταλοὶ ἀπέλυσαν [5] πρὸς τὸν βασιλέα καὶ τὸ τῶν Πηγῶν ἄστυ. Καὶ οὕτω δὴ μετ' αὐτῶν ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης εἰρήνευσεν, πάντων τῶν πρὸς νότον ὑποχωρησάντων αὐτῷ Λατίνων, ἔτι δὲ κρατούντων πρὸς Βοῤῥᾶν τὰ πλησίον ὄντα τῆς Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῇ τοῦ Νικομήδους πόλει ἐγγίζοντα.

A 23. Cum hæc ageret imperator Joannes, acribusque Italos præliis terra marique divexaret, insidiæ vitæ illius parantur. Facinoris auctor erat Nestongus Andronicus imperatoris consobrinus. Is artissimæ affinitatis conjunctione neglecta spretisque amicitiæ juribus in consobrinum suum imperatorem conjurat, conjurationis consorte fratre Isaacio et non paucis ex proceribus. **40** Nec deerant sceleris participes Phlamulius magni hetæriarchæ dignitate beneficio imperatoris condecoratus, Synadenus Tarchaniota, sororis illius maritus, Stasenus, Macrenus aliique quamplurimi. Cum vero per multos dies conjuratio protraheretur, Lampsaci degens imperator conatus conspirantium rescivit, et triremibus ne ab Italis occupa-
B rentur concrematis, bello domestico magis quam externo invigilandum ratus, inde digressus Achiraum proficiscitur, ibique questionem, ut consortes sceleris indicarentur, habet: et conjurati omnes convicti condemnatique sunt. Attamen imperator humaniorem se præbens Nestongum Isaacium lumine et manu mutilat, Macrenum quoque; sæpius enim cum a tergo imperatoris esset et gladium stringere et vulnus infligere letale tentasse deprehensus est. Alios itidem mitioribus pœnis multavit, plurimos ad tempus detrusit in carceres, et ipsum conspirationis auctorem et imperium affectantem Nestongum Andronicum Magnesiæ in arcem relegavit. Sic amoris illecebræ ab illis maleficiendo imperatorem abstraxere. Nestongus
C paulo post aufugit, ut quidam tradunt, annuente imperatore, qui illum liberius vagari posse præceperat, ut quodam modo salutem suffuratus esse videretur. Noctu ille in fugam conjectus Musulmanos convenit, inter **41** quos ad extremum vitæ exitum ætatem duxit. Hinc imperator attentius rebus advertere; omnibus ad se adeundi facultatem, qua prius utebantur liberiore, coercere; custodes ac vigiles, qui noctu interdiuque se ac rationes suas defenderent, addere. Sed omnium maxime imperatrix Irene, moribus ac ingenio mascula, et cum omnibus magis regie quam par erat conversans, ad conservandum eum incumbere.

D Itali interim cum imperatore concordiam confirmare volentes castro Pegarum cessere; sicque cum eis Joannes imperator pacem composuit, cum ad Austrum omnibus renuntiassent, sed adhuc, quæ circa Boream affinia Cpoli erant urbique Nicomediensi proxima, retinerent.

[93] ἐν — ὀνομάζεται om. D. [96] οὗτοσὶ — βεβούλευται om. D. [97-98] τόν τε — ἀριθμόν om. D. [99] τὸν Νεστόγγον Ἀνδρόνικον om. D. — [1] τοσοῦτον — ἐκώλυσεν om. D. [2] ὃς καὶ ὕστρον ἀπέδρα περὶ Μουσουλμάνους καὶ ἦν ἐκεῖ μέχρι D. [3] καὶ — ἀντεποιεῖτο om. D. [4] νύκτωρ — προσέχοντας om. D. [5] δ' ἐθελήσαντες οἱ Ἰταλοὶ συνελθεῖν D.

24. Contigit etiam illud prius. Adrianopolitani cives legationem ad imperatorem obeunt, ut exercitu ad eos convecto servitute Italica liberet. Ille Isem protostratora cum copiis misit; militiæ consors erat Joannes Camytzes. Hi Hellesponto adnavigato per Macedoniam iter facientes Adrianopolim veniunt, urbemque ingressi stativa habuere. Certo vero spes imperatori Joanni inhæserat reliquorum etiam adjacentium locorum dominatum habiturum. Verum Theodorus Comnenus, de quo nos supra diximus, vicinis **42** omnibus potitus præter Rhodopes montem, cui et Achrido nomen est, et in eo oppida, et Melenium, quibus Sthlavus Asani regis affinis et ab imperatore Cpolitano Erico, cujus filiam e pellice susceptam sibi matrimonio junxerat, despotæ munere decoratus dominabatur. Sthlavus hic, ut seriem orationis paulum abrumpam, castro Melenico potitus, valido illo quidem et hostibus inexpugnabili, suo ipse jure utebatur, nemini vicinorum principum obnoxius; quandoque enim Italis affinitate cum eis coactus, auxilio erat, quandoque Bulgaris generis fretus conjunctione, quandoque etiam Theodoro Comneno, nemini unquam se neque subdens, neque pacem conciliatam vere servans neque assensus sustinens. Illi, post elatam uxorem, Petraliphæ Theodori Comneni uxoris fratris filia nupserat, de qua infra dicetur. Præter itaque urbes Sthlavo tributarias, reliqua omnia Theodoro Comneno subdebantur. Et cum Mosynupolis, Xanthia, Gratianus sub eo essent, Stagiræ monte, quem Macrem vulgus nominat, decurso, Hebri ex ea parte omnia aperta atque incustodita nec castello ullo munita excurrens, et Didymotœchum **43** appellens, non multos post dies rex eorum acclamatur. Et Adrianopolim usque perveniens, in ea dictum Isem protostratora et Camytzen cum imperatoris copiis reperit, et fallicibus ac captiosis sermonibus cives

A κδ'. Συνέβη δέ τι πρὸ αὐτοῦ καὶ τοιοῦτον. Οἱ γὰρ τῆς Ἀδριανουπόλεως οἰκήτορες πρεσβείαν πρὸς τὸν βασιλέα ἐστείλαντο, ὅπως ἀποστείλῃ πρὸς αὐτοὺς στράτευμα καὶ τῆς Ἰταλῶν ἐλευθερώσῃ χειρός. Ὁ δὲ τὸν πρωτοστράτορα Ἴσῆν, στράτευμα δοὺς αὐτῷ, ἐξαπέστειλεν. Συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Καμύτζης Ἰωάννης. Οἱ καὶ διαπεράσαντες τὸν Ἑλλήσποντον καὶ διὰ τῆς Μακεδονίας διελθόντες εἰς Ἀδριανούπολιν ἀφίκοντο, ἐντὸς δὲ γενόμενοι τῆς πόλεως διῆγον ἐκεῖσε. Ἐλπὶς δὴ ἦν τῷ βασιλεῖ Ἰωάννῃ διὰ ταῦτα καὶ τῶν πέριξ ἐγκρατῆ γενέσθαι. Ἀλλ' ὁ Κομνηνὸς Θεόδωρος, [P. 21] ὃν φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσεν, τῶν ἐγγὺς πάντων γενόμενος ἐγκρατὴς, ἄνευ μέντοι τοῦ τῆς Ῥοδόπης ὄρους, ὅπερ καὶ Ἀρχιδὼς ὠνόμασται, καὶ τῶν ἐν τούτῳ ἄστεων καὶ τοῦ Μελενίκου· τούτων

B γὰρ ἦρχεν ὁ Σθλάβος, προσγενὴς ὢν τοῦ βασιλέως Ἀσὰν καὶ δεσπότης τετιμημένος ὑπὸ τοῦ βασιλέως Κωνσταντινουπολεως Ἐρῆ, οὗ καὶ τὴν θυγατέρα ἐκ παλλακῆς αὐτῷ γεγενημένην ἠγάγετο εἰς γυναῖκα. Οὗτος δὴ ὁ Σθλάβος, ἵνα μικρόν τι τὸν εἰρμὸν τοῦ λόγου διέλωμαι [6], ῥοῦριον τὸν Μελένικον εὑρὼν ἐχυρὸν καὶ σχεδὸν πᾶσιν ἐναντιουμένοις ἀνάλωτον [7] αὐτοκρατὴς ἦν, μηδενὶ τῶν πέριξ ἀρχόντων ὑποπεσών. Ἐνίοτε μὲν γὰρ Ἰταλοῖς ὑπῆρχε σύμμαχος ἐκ κήδους αὐτοῖς συναγόμενος, ἐνίοτε δὲ Βουλγάροις ἐκ συγγενείας ὁμοφρόνων, ἐνίοτε δὲ τῷ Κομνηνῷ Θεοδώρῳ· καὶ ἦν οὐδέποτέ τινι οὔτε ὑποτασσόμενος οὔτε εἰς ἀληθῆ πίστιν καὶ ὁμοφροσύνην ἐρχόμενος [8]. Τούτῳ συνεζύγη μετὰ θάνατον τῆς αὐτοῦ γαμετῆς ἡ τοῦ Πετραλίφα (50) θυγάτηρ τοῦ γυναικαδέλφου

C τοῦ Κομνηνοῦ Θεοδώρου, περὶ ἧς παρακατιὼν ὁ λόγος ἐρεῖ. Ἄνευ μέντοι, καθὼς εἰρήκειν, τῶν ὑποπιπτουσῶν τῷ τοιούτῳ Σθλάβῳ χωρῶν τὰ πάντα ὑπὸ τὸν Κομνηνὸν ἐγεγόνει Θεόδωρον [9]. Ἐπεὶ γοῦν Μοσυνούπολις καὶ Ξάνθεια καὶ ἡ Γρατζιανὰ [10] καὶ αὐτὴ ὑπὸ τοῦτον ἐτέλει, τὸ τῆς Σταγείρας (51) ὑπερδὲς ὄρος, ὃ δὴ Μάκρην ὀνομάζουσιν οἱ πολλοι, τὰ ἐκεῖ-

[6] ἵνα — διέλωμαι om. D. [7] καὶ — ἀνάλωτον om. D. [8] καὶ ἦν — ἐρχόμενος om. D. [9] περὶ — Θεόδωρον om. D. [10] Γρατζιάνους αὐτὴ D.

Theodori Dousæ et Leonis Allatii notæ.

(50) Πετραλίφα. Meminit quatuor fratrum Petralipharum, oriundorum ex Francorum gente, Nicetas sub Manuele Comneno libro II. Dousa.

(51) Σταγείρας. Choniata Isaacii Angeli lib. III. Urbium ac regionum nomina in alia mutata certum est et indubitatum apud omnes. Plurima alii suis notis vel commentariis adnotarunt. Nos in eruditorum gratiam, eorumque potissimum qui D recentiorum Græcorum historias legunt, exscribemus hic schedulam nobis Venetiis ex ms. Græco codice per virum fide, doctrina, officio et religione præstantissimum, Angelicum Aprosium Vintimilliam, transmissam, ut scias cui debeas hoc, qualecunque sit, eruditionis munusculum: Περὶ ἐπωνυμίας πόλεων καὶ τόπων. Ἀμαὶ πόλις ἡ νῦν Χρυσούπολις. Ἀπία ἡ νῦν Κορώνη. Ἀπολλωνία ἡ νῦν Ἱεριττός, ἥτις καὶ Ὄλυνθος ἐλέγετο. Ἄργος Θετταλικὸν ἡ νῦν Λάρισσα. Ἀσία ἡ Ἔφεσος, Πτολεμαΐς ἡ Φιλαδέλφεια. Ἀχαΐα ἡ νῦν Πάτρα. Βοιωτία ἡ νῦν Λιβαδία. Βερισύπολις ἡ νῦν Στρούμιτζα. Βελεντινούπολις τὸ νῦν Βελεβούσιον. Ἑλισσὸν ὁ Ἑλατσών. Ἐπίδαμνος τὸ νῦν Δυρράχιον. Εὐρώπη ἡ δύσις πᾶσα. Ἡράκλεια ἡ νυν Πελαγωνία. Θεούπολις ἡ νῦν Προῦσα. Θέρμη ἡ Θεσσαλονίκη, καὶ Ἠμαθία. Ἰλλυριοὶ οἱ Ἀλβανῖται. Ἰλλυρικὸν τὸ νῦν Κάνικον καὶ ἡ Σερβία. Κετταῖοι οἱ νῦν Μακεδόνες. Κιλικία ἡ Ἀρμενία. Κίλιξ ὁ Ἀρμένιος. Κολοσσαὶ αἱ Κῶναι. Ὀδρυσὸς καὶ Ὀρεστία ἡ νῦν Ἀδριανούπολις. Ὀρθαγορία ἡ νυν Μέκρη. Ὀλυμπία ἐν Ἀρκαδίᾳ. Πήδασος ἡ νῦν Μεθώνη, ἧς πλησίον Χερρόνησος, ἥτις καλεῖται Πύλος, ἡ παρὰ Νέστορος, νῦν Ἀβαρῖνος. Πύδνα τὸ Κίτρος. Ποτείδαια ἡ νῦν Κασσάνδρεια, ἤτοι ἡ Βέρροια. Ῥοδόπη ἡ Φιλιππούπολις. Σίρμιον ἡ νῦν Οὐγγρία, πρώην δὲ Γήπεδον. Φωτικὴ ἡ νῦν Βλαχ. Ἑλλὰς ἡ νυν ὀνομαζομένη Πελοποννησος. Εὔβοια ἡ Εὔριπος. Adde etiam ex Anna Comnena Μονόλυκος ποταμὸς ὁ νῦν Βαρδινος. Λιχνῖτις λίμνη ἡ νῦν Ἀχρίς. Τέμπη αἱ νῦν Κλεισούραι. Κρηνίδες ἡ νῦν Φιλιππούπολις. Τριβαλλοὶ οἱ νῦν Σέρβοι. Choniata Κολωνία ἡ νῦν Τάξαρα. Σαρδικὴ ἡ νῦν Τριαδίτζα. Ἰόππη ἡ νῦν Ἄκρι. Joanne Stauracio ὄρος τὸ Ἄθως τὸ νῦν Ἅγιον ὄρος. Joanne Tzetze Μαίονες οἱ νῦν Βούλγαροι. Pachymerio Τοχάροι οἱ νῦν Ἀτάροι. Joanne Lydo Ἀνακτορία ἡ νῦν Μίλητος. Ὑποπλάκιος Θῆβαι τὸ νῦν Ἀτραμύττιον. Georgio Acropolita Εὖρος ὁ νῦν Μαρίτζα Ναξιὸς ποταμὸς ὁ νῦν Βαρδάριος. Nicephoro Gregora Ταινάρια ἄκρα ἡ νῦν Μαίνη. ALL.

θεν τοῦ Ἕβρου κατέδραμον, ἄνετα εὑρὼν πάντα καὶ μηδενὶ φρουρίῳ περιφραγνύμενα. Ἔνθεν τοι [11] καὶ περὶ Διδυμότοιχον γεγονὼς ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ βασιλεὺς ἐπεφημίζετο τούτων. Ἀφικόμενος δὲ καὶ ἐπὶ τὴν Ἀδριανούπολιν εὗρεν ἐντὸς τὸν δηλωθέντα Ἰσῆν τὸν πρωτοστράτορα καὶ τὸν Καμύτζην μετὰ τοῦ στρατεύματος τοῦ βασιλέως Ἰωάννου. Ἀπατηλοῖς δὲ λόγοις [12] τοὺς οἰκήτορας ὑπελθών, ὡς πλουτίσειε τούτους ἄκρως καὶ τῶν ἄλλων Ῥωμαίων ὑπερυψώσειεν, πείθει τὸ μὲν τοῦ βασιλέως ἐξαγαγεῖν στράτευμα ἔξω, αὐτὸν δὲ εἰσαγαγεῖν. Ἐξάγεται οὖν ὁ πρωτοστράτωρ Ἰσῆς καὶ ὁ Καμύτζης μετὰ τοῦ συνόντος τούτοις στρατεύματος, ἐπὶ ὅρκοις τοῦ μή τινα παθεῖν τούτων δεινόν τι. Ἐξελθόντες οὖν ὁ μὲν πρωτοστράτωρ οὐδὲ ὅλως τὸν Κομνηνὸν Θεόδωρον τεθέαται (τοῦτο γὰρ δὴ αὐτοῖς συμπεφώνηται), ὁ δὲ Καμύτζης συντυχὼν αὐτῷ οὐκ ἀπέδη τοῦ ἵππου οὐδὲ ὡς βασιλεῖ προσεκύνησεν. Εἰς ὃ βαρυθυμήσας ὁ Κομνηνὸς Θεόδωρος (ἐβούλετο γὰρ ὡς βασιλέα ἐκεῖνον πάντας ἔχειν Ῥωμαίους, ἐπείπερ καὶ ὡς βασιλεὺς ἐφημίζετο) ὕβρεις τε κατέχεε τοῦ ἀνδρὸς καὶ [13] μικροῦ ἂν καὶ πληγὰς ἐπέθετο. Τοῦτο τῷ Καμύτζῃ ἀφορμὴ ἐγεγόνει πρὸς τὸν βασιλέα τιμῆς· ὡς γὰρ αὖθις τὸν Ἑλλήσποντον διεπέρασαν καὶ πρὸς τὸν βασιλέα ἀφίκοντο, μέγας ἑταιρειάρχης (52) διὰ ταῦτα ὁ Καμύτζης [14] τετίμηται. Ὁ Κομνηνὸς οὖν Θεόδωρος ἐγκρατὴς [15] καὶ τῆς Ἀδρεανουπόλεως γεγονὼς πολλὰ παρέσχε [P. 22] τοῖς Ἰταλοῖς πράγματα. Κατέδραμε γὰρ πάντα τὰ ὑπ' ἐκείνων κρατούμενα, καὶ μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς Βιζύης γενόμενος τὸ ἔξω κατέσχε τοῦ ἄστεως, καὶ λείαν πολλὴν ἐκεῖθεν ἐποιήσατο [16], καὶ μέχρι καὶ τῶν πυλῶν τῆς Κωνσταντίνου (53) κατήντησε, καὶ πτοίαν πολλὴν τοῖς Λατίνοις ἐνέβαλε [17]. Τότε δὴ καὶ ὁ Ἀσὶλ Δεκαὲ, ὃς τῇ θυγατρὶ τοῦ βασιλέως Θεοδώρου τοῦ Λασκάρεως συνεζύγη [18], ὑπό τινος τῶν τοῦ Κομνηνοῦ Θεοδώρου δόρατι ἐπλήγη τὸν τράχηλον. Καὶ ἦν ὡς ἔδοξε τὰ τῆς βολῆς ἐκείνῃ θανάσιμα, ἀλλ' ὑπό του τῶν ἰατρῶν τεθεράπευται. Ἦν δὲ τὸ ἀπὸ τοῦδε τραχυτέρα αὐτοῦ ἡ φωνὴ καὶ οὐκ εὐχερῶς οἱ τοῦ τραχήλου στρεφόμενοι σπόνδυλοι.

κε'. Οὕτως οὖν ἐπαυξήσας τοῖς πράγμασιν ὁ Κομνηνὸς Θεόδωρος ἐπειδὴ ὁμόρων ἐγεγόνει τοῖς Βουλγάροις [19], εἰς σπονδάς τε συνῆλθε τῷ τῶν Βουλγάρων βασιλεῖ Ἰωάννῃ τῷ Ἀσάν, ὃν φθάσας ὁ λόγος εἴρηκε μετὰ τὸν Βορίλαν βασιλεύσαι τῆς τῶν Βουλγάρων, καὶ συγγένειαν μετὰ τούτου πεποίηκε [20] προσλαβόμενος ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ τούτου Μανουὴλ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Μαρίαν, ἥτις ἐκ παλλακῆς ἐκείνῳ γενέννηται [21]. Ὁ μὲν οὖν Ἄγγελος (54) Θεόδωρος τὰς μετὰ τοῦ Ἀσὰν Ἰωάννου σπονδὰς διαλύσας, οἷα ἐκεῖνος ἀνὴρ θρασύτερος καὶ ἀτακτότερον φερόμενος οὐ μόνον ἐν βασιλείοις, ἀλλὰ καὶ ἐν πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς πολιτικοῖς, καὶ θαμὰ παραβαίνων τοὺς ὅρκους καὶ παρασπονδῶν τοῖς ἐν γειτόνων, κατὰ Βουλγάρων χωρεῖ, πολλὴν συναθροίσας τὴν στρατιὰν ἔκ τε Ῥω-

decipiens, opibus nempe, fortunis, dignitatibus aliisque Romanos cæteros quam maxime sui causa superaturos, persuadet imperatoris militem ejicere, suum admittere. Quare protostrator Ises atque Camytzes cum exercitu pelluntur, cum cives se prius jurejurando alligassent nemini damnum illaturos. Pulsi, protostrator Comnenum Theodorum ne vidit quidem (namque ita convenerunt), Camytzes cum illi occurrisset, neque equo descendit neque uti decet imperatorem adoravit. Quare ira incitatus Theodorus (volebat enim se ab omnibus Romanis imperatorem agnosci, cum et imperator diceretur) gravissimis injuriis virum cumulat, parumque abfuit quin etiam plagas infligeret. Hoc Camytzæ, ut ab imperatore honores consequeretur, in causa fuit: nam ut rursum Hellesponto prælerlapso ad imperatorem accessere, magnus hetæriarcha non aliam ob causam Camytzes efficitur. Comnenus itaque Theodorus Adrianopoli occupata non minimum res Italas turbavit: quæ **44** enim illi tenebant, omnia adortus et Byzantium ipsam usque profectus, quidquid extra urbem erat, pro arbitrio duxit, et opima præda auctus ad fores Byziæ, ingente Latinis timore injecto, pervenit. Tunc temporis et Aseldecae, filiæ imperatoris Theodori Lascaris maritus, ab iis qui cum Comneno Theodoro erant hasta jugulum feritur, vulnusque lethale indicatum a perito tandem medico sanatur. Exhinc postea erat vox asperior, nec colli vertebræ, ut antea, flexu faciles.

25. Sic ergo rebus prospere gestis Theodorus Comnenus, cum suo imperio fines iidem essent ac Bulgaris, fœdus cum Bulgarorum rege Joanne Asano, qui, ut dixi, post Borilam Bulgaris præerat, init; illiusque filia Maria ex pellice suscepta fratri suo Manueli desponsata affinitate conjungitur. Sed enim Angelus Theodorus cum Asano Joanne conditionibus ac pactionibus perturbatis, cum audacior esset, atque inordinatius non solum in regia, sed in aliis negotiis civilibus sese immisceret, sæpeque jusjurandum **45** negligeret fidemque violaret, in affines Bulgaros pedem movet, et ex Romanis atque Italis ingentem militem exaggerat, et Adrianopolim prætergressus in superiorem partem Hebri agmine ducto cum Bulgaris poscebat, sed exitium sibi

[11] καὶ — τοι om. D. [12] Ἀδριανοῦ, καὶ εὑρὼν τὸ στράτευμα τοῦ βασιλέως Ἰωάννου, καὶ ἀπατηλοῖς λόγοις D. [13] Θεοδώρος — ἀνδρὸς καὶ om. D. [14] ἐπέθετο τούτῳ. Διὸ ἐτιμήθη παρὰ τοῦ βασιλέως μέγας ἑταιρειάρχης ὁ Καμύτζης. D. [15] ὁ οὖν Κομνηνὸς γεγονὼς καὶ τῆς Ἀδριανοῦ ἐγκρατὴς D. [16] καὶ λείαν — ἐποιήσατο om. D. [17] καὶ — ἐνέβαλε om. D. [18] Δεκαὲ τῆς θυγατρὸς τοῦ Λασκάρεος Θεοδώρου σύζυγος D. [19] ἐπειδὴ — Βουλγάροις om. D. [20] ὃν — πεποίηκε om. D. [21] ἥτις — γεγέννηται om. D.

Theodori Dousæ et Leonis Allatii notæ.

(52) Μέγας ἑταιρειάρχης. De hac dignitate vide Glossarium Meursii in ἑταιρεία καὶ ἑταιρειάρχης. DOUSA.

(53) Μέχρι καὶ τῶν πυλῶν τῆῳ K. Gregoras, p. 27 et 28. ALL.

(54) Ὁ μὲν οὖν Ἄγγελος. Brevius Gregoras, p. 28. ALL.

quærens, acie confligere. Videbatur enim sibi Bulgaros timore percitos nequaquam vel solum sui exercitus impetum sustinere. At non sic Bulgari, sed Asanus Joannes perfidia ac fœdere ab Angelo Theodoro fracto potius quam propriis viribus fretus, parva sibi auxiliari manu e Scythis conducta, ne numero quidem millenis, confidentius in conflictum agebatur, signo etiam militari, ut a nonnullis memoriæ proditum est, jurejurando Theodori scripto appenso. Et forte circa locum Hebro proximum, quem Clocotinitzam appellant, milites adversis signis irruunt, et ut verbo singula exprimam, debellatur a Bulgaris et Scythis Theodorus, et ab hostibus una cum eo non pauci illius affines et dignitate conspicui et illustres viri, eorum supellectile a Bulgaris depopulata, capiuntur, Asanus cum multitudine capta humanius se gerens potiorem copiarum partem, et eos **46** præcipue qui humili loco nati convenerant, liberat inque eorum oppida ac urbes dimittit,seu ex humanitate id gereret, seu ut hac ratione utila sibi comparans et commodis suis apta disponeret : eorum namque dominium sibi defectionis tempus circumspectans moliebatur. Votique compos effectus est : quippe quos ipse persequebatur, Marte incruento colla omnes subdebant. Illi etiam se submisit Adrianopolis, non multo post Didymotœchum, Bolerum totum, deinceps Serræ, Pelagonia, Prilapus et loca contermina.Magnam item Blachiam excurrit Elbanumque occupat et usque Illyrium rapinis omnia vastat. Cum vero quæ sibi animo proposuerat majori ex parte complesset disposuissetque pro arbitrio, patrias repetiit sedes, et castellis nonnullis in custodiam ac dominium Romanorum relictis, plerisque sibi reservatis, milites in illis ac duces quæstoresque, qui vectigalia et tributa exigerent, constituit ; indicatusque est ab omnibus tunc temporis admirabilis et tuto fortunatus ; neque enim in domesticos gladio sæviit, neque Romanorum se cædibus polluit, ut qui ante eum Bulgaris dominabantur sueverant. Hinc non a Bulgaris modo sed Romanis aliisque gentibus charus ac intimus habebatur.

μαίων συγκεκροτημένην καὶ Ἰταλῶν [22]. Παραμείψας οὖν τὴν Ἀδριανοῦ ἐπὶ τὰ ἄνω τοῦ Ἔβρου τὴν πορείαν ἐποιεῖτο, ζητῶν μετὰ Βουλγάρων συρρῆξαι πόλεμον. Ἐξήτει δὲ ἄρα τὸν αὐτοῦ ὄλεθρον [23]. Ἐδόκει καὶ γὰρ ὡς οὐδ' ὅλως οἱ Βούλγαροι ὑποπτήξαντες τὴν ὁρμὴν καὶ μόνην τῆς [24] στρατιᾶς αὐτοῦ ὑποσταῖεν. Οὐχ οὕτω δὲ καὶ οἱ Βούλγαροι [25], ἀλλ' ὁ Ἀσὰν Ἰωάννης ταῖς ἐπιορκίαις καὶ ταῖς παρασκευήσεσι τοῦ Ἀγγέλου Θεοδώρου μᾶλλον τεθαρρηκὼς ἢ ταῖς σφετέραις δυνάμεσιν, ὀδέγον τι συμμαχικὸν ἀπὸ Σκυθῶν εἰληφὼς, οὐκ εἰς χιλίους μετρούμενον, θαρραλεώτερον εἰς τὴν μάχην ἐφέρετο, ὥς φασί τινες, καὶ τῇ σημαίᾳ τὸν ἔγγραφον ὅρκον (55) τοῦ Θεοδώρου ἀπαιωρήσας. Καὶ δὴ περὶ που τὸν παρέβριον τόπον (Κλοκοτινίτζαν αὐτὸν ὀνομάζουσι) ξυμβάλλουσι τὰ στρατεύματα, καὶ ὡς ἐν μικρῷ τὸ πᾶν παραστῆσαι, κατὰ κράτος [26] νικᾶται παρὰ τῶν Βουλγάρων καὶ τῶν Σκυθῶν ὁ [27] Θεόδωρος, καὶ συλλαμβάνεται μὲν παρὰ τῶν πολεμίων οὗτος, οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ τῶν προσγενῶν [28] αὐτοῦ καὶ τῶν ἐν τέλει τε καὶ λόγοις ἀνδρῶν, καὶ τὰ ἐκείνων πάντα λεία τοῖς Βουλγάροις ἐγένετο. Φιλανθρωποτέρως δὲ περὶ τὸ ἀλωθὲν πλῆθος [29] ὁ Ἀσὰν διατεθεὶς τοὺς πλείους τῶν στρατευμάτων, καὶ μάλιστα τοὺς χυδαιοτέρους καὶ σύγκλυδας [30], ἐλευθεροῖ καὶ πρὸς τὰς ἑαυτῶν ἀποπέμπει κώμας τε καὶ πόλεις [31], τάχα μὲν τὸ φιλάνθρωπον ἐνδεικνύμενος, τάχα δὲ καὶ τὸ συμφέρον [P. 23] τούτῳ πραγματευόμενος · ἐβούλετο καὶ γὰρ δεσπόσαι τῶν τοιούτων, τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ἀποσπάσας [32]. Οὗ καὶ τετύχηκεν · ἐπεὶ καὶ γὰρ κατ' αὐτῶν κατόπιν ἐχώρει, πάντα ἀναιμωτὶ τούτῳ ὑπίπτον, καὶ γίνεται μὲν ὑπ' αὐτὸν ἡ Ἀδριανοῦ, ἀπὸ τοῦ σχεδὸν δὲ καὶ τὸ Διδυμότοιχον, εἶτα Βολερὸν ἅπαν, Σέρραι, Πελαγονία καὶ Πρίλαπος καὶ πέριξ τούτων. Κατέδραμε δὲ καὶ τῆς μεγάλης Βλαχίας (56), ἀλλὰ καὶ τοῦ Ἐλβάνου κατακυριεύει, καὶ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ τὰς λεῖας ποιεῖ. Ἐπὶ δὲ τὸ πολὺ τοῦ βουλεύματος κατειργάσατο καὶ ὡς ἠγάπα τὰ καθ' αὐτὸν διέθετο, εἰς τοὺς οἰκείους ἐπανέζευξε τόπους, τινὰ μὲν τῶν φρουρίων καταλελοιπὼς ὑπὸ Ῥωμαίοις δεσπόζεσθαι, τὰ πλείω δὲ ὑφ' ἑαυτὸν ποιησάμενος, στρατιώτας ἐν τούτοις τάξας καὶ στρατηγοὺς καὶ τοὺς εἰσπραττομένους τὰ δημόσια φορολογήματα [33]. Ἔδοξε γοῦν τοῖς πᾶσι τότε καὶ θαυμαστὸς καὶ μακάριος · οὐ γὰρ ἐχράτο μαχαίραις ἐν τοῖς οἰκείοις, οὐδ' ἐχραίνετο φόνοις Ῥωμαϊκοῖς, ὡς οἱ πρό αὐτοῦ τῶν Βουλγάρων [34]. Ἔνθεν τοι καὶ οὐ μόνον παρὰ Βουλγάρων, ἀλλὰ καὶ [35] παρὰ Ῥωμαίων ἐφιλεῖτο (57) καὶ ἑτέρων ἐθνῶν [36].

[22] πολλὴν — Ἰταλῶν om. D. [23] ἐζήτει — ὄλεθρον om. D. [24] καὶ ἐδόκει ὡς οἱ Βούλγαροι ὑποπτήξαντες οὐδὲ τὴν ὁρμὴν τῆς D. [25] οὐχ — Βούλγαροι om. D. [26] ὡς — κράτος om. D. [27] παρὰ — ὁ] ὁ Ἄγγελος νέος D. [28] καὶ συλλ. — προσγενῶν] ὃς συλλαμβάνεται καὶ οὐκ ὀλίγοι τῶν συγγενῶν D. [29] περὶ — πλῆθος om. D. [30] καὶ μάλιστα — συγκλυδας om. D. [31] καὶ πρὸς — πόλεις om. D. [32] τῆς — ἀποσπάσας om. D. [33] καὶ τοὺς — φορολογήματα om. D. [34] Ῥωμαϊκοῖς — Βουλγάρων om. D. [35] οὐ — καὶ om. D. [36] καὶ ἑτέρων ἐθνῶν om. D.

Theodori Dousæ et Leonis Allatii notæ.

(55) Τῇ σημαίᾳ τὸν ἔγγραφον ὅρκον. Pleraque similia exempla apud alios historicos invenies, quibus cognoscitur rem male cessisse perjuris : neque enim fidem frangit homini, qui jurejurando fœdus et pacta constabilita amolitur, sed Deo, qui has injurias pulchre ulciscitur. Cf. Nicephorus patriarcha, in *Breviario historico*, p. 24 D ed. Lupar., de Justiniano filio Constantini. ALL.

(56) Τῆς μεγάλης Βλαχίας (*a*). Thessaliæ nempe montana, quæ magna Blachia dicebantur. Nicetas in Balduino, p. 841. Hinc illius regionis assecla Μεγαλοβλαχίτης vocantur a Pachymerio, lib. I, cap. 30. ALL.

(57) Παρὰ Ῥωμαίων ἐφιλεῖτο. Hinc plures ejusdem laudes et præconia apud Græcos posteriores. ALL.

(*a*) Cf. Bandur. animadvers. in Constantini Porphyrog. *De Them.* l. I, p. 10 in tomo nostro CXII.

A ὑπερφυῆ παντὶ τῷ βίῳ παρέσχετο πάντες εἰσὶν ἄνθρωποι σαφῶς εἰδότες, καὶ γνώμης εὖ εἰσι πάντες ἔχοντες ἀνομολογεῖν καὶ κηρύττειν · καὶ γε τῶν ἁπάντων ἔστιν οὐδείς, αἰσθήσεως γοῦν καὶ λογισμῶν μετέχων, μὴ τοῦτο σφόδρα βεβουλημένος. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντες εὖ εἰσι καὶ καλῶς εἰδότες, ὡς ἔστιν ἀληθῶς ὑπὲρ πᾶσαν λογου και δύναμιν καὶ φύσιν ἐφ' ἱκανὸν ταῦτα ἐξισχύσαι λαλῆσαι, ἢ τὴν ἀναλογον καὶ πάνυ τι προτεθυμημένους εὐχαριστίαν πρᾶξαι, μὴ ὅτι γε καθ' ἕνα φθεγγομένους καὶ κατὰ μίαν γλῶσσαν ἕκαστον ἐπιχειροῦντας ἀπονέμειν, ἀλλ' οὐδ' εἰ πάντες εἰς ταὐτὸν (1) συνιόντες, ὅσοι τε νῦν εἰσι καὶ ὅσοι πάλαι γεγόνασιν · οὐμενοῦν, οὐδ' εἰ χείλος ἓν καὶ ἓν στόμα πρὸς φωτὴν μίαν (2) γεγόμενοι, οὐδ' οὕτως ἂν οὐδὲ κατὰ B μικρὸν ἔσχον ἐγγὺς ἰέναι τοῦ τινα ταύτην συμφωνίαν παγκόσμιον πρὸς ἀνθομολόγησιν ἄραι, τοῦ τῶν θαυμάτων μεγαλείου μὴ κάτω πίπτουσαν καὶ τοῦ παντὸς ἀπολειπομένην. Ἀλλ' ἔστι μὲν ὄντως μικρὰ πᾶσα φύσις ἀνθρώπων καὶ ἀσθενὴς πρὸς τοῦτό γε δυνάμεως ἐξεταζομένη, ὥστ' ἔχειν ἄξιόν τι τῶν τοσούτων καὶ τοιούτων εὐεργετημάτων ἐρεῖν · ἔστι δὲ καὶ αὖθις ἀσθενὴς, εἰ καὶ τὰς ἀγγελικὰς αὐτὰς ἢ καὶ ἀρχαγγελικὰς, εἴ τινές εἰσιν ἀΰλων γλῶσσαι πρὸς διηνεκεῖς ὕμνους εἰθισμέναι Θεοῦ, βουληθείη προσλάβειν καὶ προσλάβοι, ἔπειτα συνεργάζοιτο τοὺς εὐχαριστηρίους ἀποπληροῦσα · οὐ γὰρ ἀνθρώποῦς μόνον καὶ τὴν καθ' ὑμᾶς πᾶσαν λογικὴν φύσιν ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπουρανίους δυνάμεις, ὑπερβαῖνον ἐκπλήττει τῶν θαυμασίων τῶνδε τὸ μέγεθος, ὑπὲρ ἡμῶν ἀπείρων ὅσων καταπραχθέντων καὶ νῦν ἐνεργουμένων.

Attamen quod hæc semper ordineque celebrari debeant pleni firmiterque censemus, atque confidimus. Ergo ut sermonem obiter opportuneque ordiamur ab hoc quod fuit in principio : homo plasmatus manu Dei divinæ consors effectus est imaginis, inde super omnes visibiles creaturas honore coronatus, tanto majore gloria et decore donatus, quanto formationis ejus verbum altius efferebatur, cum accepit unde imaginem quam gerebat conservaret, si custodiri præcepta curarit. Postquam autem per voluptatem nudatus est, et, præcepta parvipendens, decipientibus fidem adhibuit: statim decidit, in ipso loco ubi constitutus fuerat in voluptate et fruitione multorum maximorumque bonorum, simulque amisit meritum

C Οὐ μὲν ἀλλὰ καὶ καθεξῆς ἀεὶ ταῦτα τελεῖσθαι βεβαίας ἡμεῖς τὰς πίστεις καὶ ἀσφαλεῖς ἔχομεν τὰς ἐλπίδας. Καὶ, ἵν' ἡμῖν ὁ λόγος, ὥσπερ εἰς ἀρχὴν ἀνελθών, ἐκεῖθεν καθ' ὁδὸν προΐοι, ἐπλάσθη μὲν ἄνθρωπος χειρὶ Θεοῦ, καὶ μετέσχε θείας εἰκονος (3), καὶ τούτῳ πλείῳ τετίμηται πάντων τῶν ὁρωμένων · εἶχε δ' ἂν καὶ πλέον ἀπειληφέναι τιμῆς καὶ δόξης, πρὸς ὃ καὶ μᾶλλον ὁ τῆς κατ' αὐτὸν δημιουργίας ἔφερε λόγος, καὶ ἀπέλαβεν ἄν, εἰ, τὴν εἰκόνα περισώσας, μετὰ τῆς ἐντολῆς ἐφυλάχθη. Ἐπεὶ δ' ὑφ' ἡδονῆς ἐκλάπη, καὶ, τῶν προσταχθέντων ὀλιγωρώσας, ἐνεπίστευσε τοῖς ἀπατῶσι. πίπτει μὲν εὐθὺς ἐκεῖθεν ὅπη καὶ τρυφῆς (4) ἐτάχθη καὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀγαθῶν μετουσίας . ἀποπίπτει δ' ὁμοῦ καὶ ἧς ἀξίας ἔμελλεν ἀμείνονος πειραθῆναι,

D

integrum a θεσπισμα ad περαίνει fuisse serius lineola transversa inductum, ab ipso ut videtur librario, ab eo saltem homine qui opusculorum in codice contentorum indicem confecit. In eo igitur indice generali, quum primum hocce scripsisset lemma, τοῦ αὐτοῦ θέσπισμα ἐπὶ τῇ μεγάλῃ καὶ τελευταίᾳ ἑορτῇ τοῦ κατὰ Χριστον παντὸς μυστηρίου, eo deleto, novum substituit, hisce scilicet conceptum verbis : τοῦ αὐτοῦ λόγος ὅπως δεῖ ἑορτάζειν τὴν ἑορτὴν τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου ἀπὸ τῆς πρώτης τοῦ αὐγούστου μηνὸς μέχρι τῆς ἑσχάτης. Nova illa Andronici lex, an diu viguerit nescio ; nec Strozzæ lierum de Assumptione consulere potui, in quo forsan is antiquitatum liturgicarum locum tractatus fuit. — Apponam non intempestive e codice regio 1630, pag. 61, 63, 133, tria epigrammata, εἰς τὴν κοίμησιν τῆς Θεοτόκου. — α'. Ζῆς καὶ θανοῦσα · ζῶσα τίκτεις παρθένος. — β'. Σαῖς ἠγκαλίζου πρίν με χερσὶ, παρθένε, Θηλῆς δὲ σῆς ἔσπασα μητρικὸν γάλα. Τὸ πνεῦμά σου νῦν αὐτὸς ἠγκαλισμένος, Τὸ σῶμα πέμπω πρὸς τρυφῆς τὸ χωρίον. — γ'. Γῆν ἐκ πολου μοι, γῆς ἐγὼ σοι τὸν πόλον Ἰδοὺ τίθημι, μῆτερ παρθένε.

(1) Poterunt admoveri si tanti est, Joannis Diaconi similes hyperbolæ ex initio laudationis Joannis Palæologi (*Vide tom.* CLVIII).

(2) Genes. XI, 1 : ἦν πᾶσα ἡ γῆ χεῖλος ἓν καὶ φωνὴ μία πᾶσι.

(3) Genes. II, 7 ; ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον. Vide et I, 27.

(4) In Bibliis non semel paradisus dicitur ὁ παράδεισος τῆς τρυφῆς.

καὶ στρέφει πάλιν εἰς γῆν συντριβεὶς τῇ ἁμαρτίᾳ, μήθ' ὅπερ ἦν φυλάξας, μήτε γενόμενος πρὸς ὃ δὴ κρεῖττον καὶ ὑψηλότερον παιδαγωγούμενος ἐκαλεῖτο.

propter quod meliori bono potiri in proximum habebat : et rursum in terram conversus est attritus peccato ; neque quod erat custodiens neque ad hoc melius erectus ad quod instruebatur et vocabatur.

Καὶ ὁ μὲν οὕτως ὤλισθε, Θεοῦ καὶ τῆς θείας ἀποπεσὼν μοίρας · ὁ δ' αὖθις βούλεται πρὸς ἑαυτὸν ἑλκῦσαι. Βούλεται τοῦτο, καὶ σκοπεῖ τῆς φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος. Ἑαυτὸν ὅλον εἰς ἡμᾶς οὐκ ἀπαξιοῖ κενῶσαι (1), καί γε βαστάσαι πεπτωκότας καὶ προσλαβεῖν κειμένους, οὐκ εἰς ὅπερ ἦμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὃ παρήγαγε πλάσας αὖθις ἀνασώζων, μηκέτι μήτε παρὰ τοῦ φθονοῦντος ἐπιβουλευομένους, μήτε πίπτοντας, μήτ' αὖθις ἀχρειουμένους.

Ille vero sic titubavit ut a Deo et a divina felicitate excideret ; sed iterum ad Deum assurgere studet. Studet autem cum bonitatis altitudinem recogitat ejus qui seipsum omnino pro nobis exinaniens, ut sustineret lapsos et assumeret erigeretque ad se prolapsos, non solum reddens quod antea eramus, sed ad quod nos perduxit iterum salvando reformans, ut neque ab invidi hostis machinationibus caperemus, neque iterum peccaremus, neque denuo absque fructibus essemus.

Ταῦτα Θεὸς βούλεται, καὶ πρὸς αὐτὴν εὐθὺς βλέπει τὴν ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων ἑαυτοῦ Μητέρα, πρὶν ἢ καὶ τὸν ὅλον παραγαγεῖν κόσμον ἀπὸ πασῶν ἑαυτῷ γενεῶν ἐκλέξας. Καὶ γίνεται δὴ τοῦτο Θεοῦ μυστήριον πρὸ πάσης κτίσεως, εἰπεῖν, ἀποκεκρυμμένον · εἶτα, κατὰ γενεὰς τυπούμενον καὶ σκιὰς λαμβάνον, σώζει κἀνταῦθα, ὅποι δῆλονότι ὁ τύπος (2) αὐτοῦ ἢ σκιὰ παρεδείχθη. Καὶ δῆλον τοῦτο πανταχῇ σκοπουμένῳ.

Hæc eadem cupit Deus, et per antiqua tempora in suam Matrem directo respicit, eligens eam antequam ordinaret orbem universum ex omnibus a se creatis generationibus. Sicque apparuit hoc mysterium Dei ante omnem creationem decretum, sed, ut ita dicam, absconditum : deinde secumdum generationes figuratum et sub umbris positum ibi salutem operatur, ubi typus ejus vel umbra quædam demonstratur et accipitur. Et hoc evidenter novit qui rem attente considerat.

Δουλοῦται (3) μὲν γὰρ εἰς Αἴγυπτον Ἰσραὴλ καὶ ὑπὸ Φαραὼ τυραννεῖται πικροῖς ἐκπιεσμοῖς προσταλαιπωρῶν, καὶ καταπονούμενος ὑπὸ βαρύτητος ἔργων, καί γε πρὸς αὐτὰ δὴ ταῦτα κατασυρόμενος ὅσα καὶ βίβλοι φέρουσι καὶ ἱστορίαι παλαιῶν περὶ ἐκείνου διηγημάτων · ἐγείρεται δὲ Μωσῆς, ζηλῶν ὑπὲρ τῶν πασχόντων, καὶ φεύγει μὲν Αἴγυπτον, προσχωρεῖ δὲ Θεῷ. Κἀκεῖνο βλέπει τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν ὅραμα (4) πῦρ ἐν τῇ βάτῳ, πῦρ καῖον καὶ μηδαμῶς κατακαῖον (5), ὅτι μηδ' ὕστερον ὁ ἐκ ταύτης καλέσας αὐτὸν (6), εἰσιὼν τὴν παρθένον, οὔτε κατέφλεξεν, οὔτ' οὐδὲν οὐδαμῶς ἐλυμήνατο. Ταῦτα Μωσῆς τότε, καὶ πατεῖν γῆν ἁγίαν ἁγίαν εὐθὺς ἀκούει, καὶ τὰ ὑποδήματα τῶν ποδῶν λῦσαι (7) · καὶ λύει καὶ ἀποτίθεται. Τίνος χάριν ; Ὅτι μηδὲ θέμις ἴσως νεκρὸν οὐδὲν ἐκεῖ ψαύειν, ὅποι Θεοῦ παρουσία, καὶ τύπος Ἐδὲμ τῆς ἀφθάρτου, πρὸς ἣν ὁ τότε φανεὶς ἡμᾶς αὖθις εἰσοικίσαι προμηνύει, καὶ τὰ σύμβολα δίδωσιν · ἢ τάχα καὶ ἀπερρίφθαι προστάσσει πᾶς ὅσον ἐξ ἁμαρτίας βοήθημα τῇ ἀσθενοῦς σαρκὸς ἥρμοστε, καὶ τοὺς γυμνοὺς τοῦ λοιποῦ θαρρεῖν ἡμᾶς πόδας ἐπὶ τῶν ὄφεων βησομένους καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ δράκοντος (8), ὃς αὐτοὺς ἀπατήσας ὑπέδησεν. Εἶδε ταῦτα Μωσῆς καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἐντεῦθεν Ἰσραὴλ πιστοῦται, καὶ ἀπέρχεται θυρῶν τῇ δυνάμει τῆς ὄψεως, καταμαθὼν ἐκεῖθεν καὶ τὴν κοινὴν πάντων ἐλευθερίαν ἀνθρώπων, ὡς ἀπὸ Φαραὼ τυραννίδος τότε τὸν Ἰσραὴλ,

Servus factus Israel in Ægypto sub Pharaonis tyrannide premebatur ; acerbis pressuris misere lacessitus fessusque pondere et multitudine laborum, ad hæc extrema dejiciebatur quæ de illo narrant Biblia et veterum historiæ : surrexit autem Moses zelans super patientes, fugiensque Ægyptum sese Deo approximavit. Videtque visionem hanc magnam et stupendam, ignem in rubo, ignem urentem, minime vero consumentem, quia illc qu: Moysem ex rubo vocavit, postea descendens ad virginem, ejus virginitatem nec abstulit neque vel minimum obscuravit. Tuncque audivit Moyses se calcare terram sanctam, et jussus solvere calceamenta pedum suorum, solvit et accessit. Quarenam ? Quia non licet quidquam mortuum locum tangere ubi Deus præsens est. Typus quoque immaculatæ (Virginis) ut Edem, ad quem nos regressuros et inhabitaturos symbolis multis prænuntiavit ille qui in Virgine apparuit : et statim jubet nos rejicere quidquid in remedium et auxilium contra peccatum infirmæ carni coaptavit, et sic liberos ab omnibus confidenter pedibus calcare serpentes, et caput draconis qui nos decipiendo indumentis carere fecerat. Hæc vidit Moyses et credidit in libertatem Israel et abiit confisus in virtute visionis, ita docens communem omnium hominum libertatem, Deum quippe nasciturum propter nos ex Matre virgine, ut quemadmodum tunc

(1) Paul. Epist. ad Philipp. II, 7, de Christo ; Ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. Cf. p. 50.

(2) A sine articulo.

(3) B. δηλοῦται. Ad rem vide Exodum c. I.

(4) Exod. III, 3 : Εἶπε δὲ Μωϋσῆς · Παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα τὸ μέγα τοῦτο.

(5) Exod, III, 2 : ὅρα ὅτι ὁ βάτος καίεται πυρί · ὁ δὲ βάτος οὐ κατεκαίετο.

(6) Exod III, 4 : Ἐκάλεσεν αὐτὸν ὁ Κύριος ἐκ οὐ βάτου.

(7) Exod III, 5 : λῦσαι τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου · ὁ γὰρ τόπος, ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστί.

(8) Respectu ad Ps. XC, 13.

exemit Israel ex tyrannide Pharaonis, ita nos adumbrabat ex antiquis diebus ab acerbo tyranno, qui est Satan, liberandos esse. Igitur, ut dixi, solvit omnes malo servientes, et quod liberaverit e manu forti Ægyptiorum figura est mysterii salutis et symbolum salvandorum in finem.

Sed iterum Ægyptii tentant persequi eos qui servitutem fugiebant ; currebant post eos cum omnibus equis et curribus nitentes in eos irruere : citoque occupassent et redegissent in novam et acerbiorem servitutem, nisi subito circumfusa salvasset, nubes scilicet quæ obumbrabat per totam diem et abscondebat eos : nubes symbolum evidens est sicut et vellus Gedeonis. Vellus illud imbrem ostendit vivificantem de cœlo propter nos aridos et pene mortuos cadentem ; nubes autem Virginem significat quæ nobis præbetur ut umbraculum universa terra et omnibus cœlis immensius.

Sed propter quid aliud mare Rubrum in mirabilia elatum et Dei populum multum salvavit, submersit vero robur Pharaonis et principes Ægyptios, quomodo tanta potuit operari nisi quia ad Illam vere efferebatur quæ finis erat earum quas Abraham suscepit promissionum, et per quam facta est multiplicatio seminis Abrahæ, quod multiplicatur ex ipsa generatum, orbem universum regenerans, et in seipso adunans omnes dum ipse congregat veros Abrahæ liberos ?

Deinde petra producit aquam, maximum miraculum, et spargit undique fluenta quæ in continuos fluvios effluunt : et populus siti perustus in deserto bibit usque ad satietatem. Petra autem pars est montis qui typum habet Virginis ex qua prodiit Christus Lapis angularis et vitalis petra, sive cum a Deo longe essemus nos congregavit, et statuit in infrangibile vinculum secum ; sive quia nos potavit aqua ex seipso effluente et saliente in vitam quæ nunquam deficiet.

Quid amplius ? famem patiuntur in deserto, quæ est acerbissimus dolor : illi ergo iterum in Moysem concitantur ad iram, qui nullo modo exorto tumultu perterritus, dixit eis : « Si enim cum percussit petram fluxit aqua, nonne et panem poterit dare ? » Qui eis produxit cibum non ex terra, et qui patens est panes etiam ex lapidibus proferre, in novum miraculum mutata potentia ; unde ergo illos enutrivit ? de cœlis eos satiavit tunc ostendens perseverare

A οὕτως ἡμᾶς ἐφ' ἡμερῶν ἰσχάτων (1) τοῦ πικροῦ Σατὰν ῥύσασθαι τυράννου, Θεὸν ἐκ μητρὸς παρθένου καθ' ἡμᾶς γεγονότα. Καὶ γοῦν, ὅπερ ἔφην. σώζει κἀκεῖ τοὺς τυραννουμένους, καὶ τῆς βαρείας Αἰγυπτίων χειρὸς ἀπολύει ὁ τοῦ σωτηρίου τοῦδε μυστηρίου τύπος καὶ τὰ σύμβολα τῶν ὕστερον σωζομένων.

Οὐ μὴν ἀλλὰ πειρῶνται πάλιν Αἰγύπτιοι τῶν τὴν δουλείαν φευγόντων καταδιώκειν ὀπίσω (2), καὶ κατεδίωκον ἅρμασιν ὅλοις, ἵπποις, ἐλαύνοντες (3) ἐπ' αὐτούς. Καὶ τάχ' ἂν κατέλαβον καὶ εἶλον ἐν αὖθις ἄγοντες ἐπὶ πικρὰν δουλείαν, εἰ μὴ κἀντεῦθεν περιφανῶς ἡ τοῦ μέλλοντος σκιὰ περιέσωζε, νεφέλη τῆς ἡμέρας ὅλης ἐπισκιάζουσα (4) καὶ συγκρύπτουσα, νεφέλη σύμβολον ἐναργὲς, ὡς ὁ τοῦ Γεδεὼν B αὖθις πόκον (5). Τὸν γὰρ ζωτικὸν οὗτος ὄμβρον πρὸς ξηρούς ἡμᾶς ἄτε καὶ νεκροὺς ὅλους καταβάντα, ἡ δὲ νεφέλη τὴν παρθένον σαφῶς προγράφει, τοῦ κόσμου πάντως σκέπην καὶ πάντων φανεῖσαν οὐρανῶν πλατυτέραν.

Οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦτο μὲν δὴ τοσοῦτον. Ἐρυθρὰ δὲ τερατουργοῦσα καὶ διασώζουσα μὲν τῷ Θεῷ λαὸν περιούσιον, βυθίζουσα δὲ δύναμιν Φαραὼ καὶ τριστάτας Αἰγυπτίους (6), πόθεν ἄλλοθεν τὰ μεγάλα ταῦτα δεδύνηται, ἢ πρὸς αὐτὴν δὴ ταύτην καθαρῶς ἀναφέρουσα, πρὸς ἣν καὶ τὸ τέλος τῶν Ἀβραὰμ ἐπηγγελμένων, καὶ ὁ πληθυσμὸς τοῦ σπέρματος τοῦ ἐξ αὐτῆς γεννηθέντος (7), κόσμον ὅλον ἀναγεννήσαντος καὶ οἰκειωσαμένου μὲν ἑαυτῷ, οἰκειωσαμένου δὲ γνησίους τῷ Ἀβραάμ ;

C Εἶτα πέτρα πηγάζει (8) καὶ τὸ πλέον τοῦ θαύματος, ὅτι μεταφερομένη ῥεῖθρα προβάλλει [κατὰ ποταμοὺς ἀενάους (9) · οἱ δὲ πίνουσιν εἰς κόρον, δίψει κάμνοντες ἐν ἀνύδρῳ. Καὶ ἡ πέτρα πάντως ἐξ ὄρους τύπον ἔχοντος τὴν παρθένον, ἐξ ἧς Χριστὸς ἀκρόγωνος λίθος (10) καὶ ζωῆς πέτρα, τὸ μὲν συνάπτων ἡμᾶς ἀπὸ Θεοῦ μακρυνθέντας καὶ συνέχων εἰς ἀῤῥαγῆ σύνδεσμον, τὸ δὲ ποτίζων ὕδωρ ἀϊδίως ἐκβλύζον καὶ μή ποτε λήγουσαν ζωὴν ἐμπαρέχον.

Τί ἔτι : πεινῶσιν ἐν ἐρημίαις, καὶ πάθος τὸ χαλεπώτατον λιμὸ αὐτοὺς καταλαμβάνει · οἱ δὲ πάλιν φέρονται κατὰ Μωσέως, μηδεμιᾶς μηδαρῶς μηδ' ἐν ἐλπίσι μηχανῆς φαινομένης · « Εἰ γὰρ ἐπάταξε » φασὶ « πέτραν, καὶ ὕδωρ ἐῤῥύη, μὴ καὶ ἄρτον δύνεται δοῦναι (11) ; » Ὁ δ' ἀπὸ γῆς μὲν αὐτοῖς τροφὴν οὐκ ἤνεγκε, καὶ ταῦτ' ἐξὸν ἄρτους καὶ τοὺς λίθους γενέσθαι (12), τῆς αὐτῆς τῷ προτέρῳ θαύματι μεταποιούσης δυνάμεως · ψωμίζει δὲ πόθεν ἐζ οὐ-

(1) Phrasis est biblica ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν ; conf. pag. 110, 17.
(2) Exod. XII, 8 : κατεδίωξεν (Φαραὼ) ὀπίσω τῶν υἱῶν Ἰσραήλ.
(3) Forsan ἵππους, vel ἱππεῖς, ἐλαύνοντες.
(5) Ex. XIII, 21 : Num. X, 34.
(5) Vide Judic. VI, 37, sqq. — B sine articulo ὁ.
(6) Exod. XV, 4 : ἅρματα Φαραὼ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν, ἐπιλέκτους ἀναβάτας τριστάτας · κατεπόθησαν ἐν Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.
(7) Vide Genes. XV, 5.
(8) Exod. XVII, 6.
(9) Psal. LXXVII, 16 : ἐξήγαγεν ὕδωρ ἐκ πέτρας, καὶ κατήγαγεν ὡς ποταμοὺς ὕδατα.
(10) Christus ἀκρογωνιαῖος dictus fuit non semel in apostolicis epistolis. Fons locutionis est in Isaia XXVIII. 16.
(11) Psalm. LXXVII, 20 : ἐπεὶ ἐπάταξε πέτραν, καὶ ἐῤῥύησαν ὕδατα καὶ χείμαῤῥοι κατεκλύσθησαν· μὴ καὶ ἄρτον δυνήσεται δοῦναι ;
(12) Respectu ad verba Satanæ, Matth. IV, 3: εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται.

ρανιῶν τρέφει (1), ἐκεῖθεν εἶναι δεικνὺς καὶ τὰ πρώην τελούμενα. Καὶ οἱ τῶν ἄρτων ἀπεγνωκότες τρώγουσι μάννα, καινήν τινα τροφὴν καὶ πολλῷ τοῦ ζητουμένου τιμιωτέραν, ἅμα δὲ καὶ ἄφθονον, καὶ ῥᾳδίαν πᾶσι τοῖς κομίζεσθαι βουλομένοις. Ἀνεῖτο γὰρ ἀπολαμβάνειν, μὴ καθ' ὅσον μόνον ἐπαρκέσαι τῇ χρείᾳ ἀλλὰ καὶ περιττὸν ἔχειν κτᾶσθαι, εἰ καὶ ἄλλως ἦν τὸ περιττεῦον ἀνόνητον· ἕτερον δηλονότι θαῦμα καταργοῦν τὴν ἀπληστίαν, ἅμα δὲ καὶ τὴν ἀπιστίαν διορθούμενον, εἰ τούτου χάριν τὸ πλέον ἀπετίθουν, ὥστ' αὖθις ἔχειν, ἀπιλείποντος τοῦ διδομένου, τῷ προλαβόντι (2) χρῆσθαι, καὶ μὴ τῷ χορηγοῦντι θαῤῥοῦντες ἦσαν ἀεὶ καὶ πλουσίως παρέχειν δεδυνημένῳ· Τοῖς μὲν οὖν ἡ βρῶσις ἐπεστήριξε τὴν καρδίαν, μηκέτι διαπιστεῖν ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀπόρων, ὡς οὐχὶ γενήσεται τούτοις ἐπιστρέφουσι πρὸς Θεὸν καὶ γνησίως ἐπικαλουμένοις, καθὰ δηλονότι καὶ Μωσῆς (3) ὁ μέγας ἐκείνου θεράπων γνήσιος αὐτῷ γενόμενος μετὰ παῤῥησίας ἐπεκαλεῖτο, καὶ πάντ' εἶχεν εὐθὺς ἀπαντῶντα πρὸς τὰς αἰτήσεις· ἐπεστήριξε δ' ὁμοίως οὐ τοὺς (4) τότε μονούς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τοὺς καθεξῆς ἅπαντας μὴ, μὴ διαπιστεῖν οὐμενοῦν ὡς οὐ καταβήσεται πρὸς ἡμᾶς ἐξ οὐρανῶν ἄρτος ζωῆς (5) καὶ τρυφῆς τῶν αἰωνίων παρεκτικός.

Καὶ δὴ λοιπὸν ἡ χρυσῆ καθίσταται σταμνος καὶ δέχεται τὸ μάννα (6), καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ μέλλοντος ἐν ἑαυτῇ λάμπρως φέρει.

Σὺ δέ μοι καὶ τὰς πλάκας βλέπε καὶ τὸν ἐν αὐταῖς θεόγραφον νόμον (7) μὴ τοῖς ἐκτὸς μόνον βοηθοῦντα, σωμάτων ὡσανεὶ κινδυνευόντων σωστικὸν ὄντα, ἀλλά τοι καὶ ψυχῶν ἐφικνούμενον καὶ παιδαγωγοῦντα ταύτας, καί γε σφαλερᾶς πάσης ἐξαιρούμενον περὶ Θεοῦ δόξης. Βλέπε δὴ ταῦτα, καὶ, τὸν νοῦν τοῖς ὁρωμένοις καλῶς προσέχων μάνθανε τὸν ἐνυπόστατον λόγον δακτύλῳ Θεοῦ, πνεύματι θείῳ, τῇ παρθένῳ γραφέντα, καὶ τῶν πατρικῶν κόλπων κενωθέντα μὲν, οὐκ ἀποστόντα δὲ, μόνοντα δ' ἐν αὐτοῖς καὶ πληροῦντα πάντα, χωρητὸν γενέσθαι τοῖς μητρὸς κόλποις, καὶ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἐπανασῶσαι κόσμον ὅλον, καὶ ψυχὰς ῥύσασθαι, ἀγνοίας σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου (8) κατεχομένας.

Οὐ μὴν ἀλλὰ ταῦτα μὴν οὕτω· καὶ οὕτως ἀνωθεν τὰ κατὰ τὴν παρθένον Θεοῦ μητέρα διὰ πολλῶν καὶ μεγάλων ἥκοντα τῶν συμβόλων, πανταχῇ πάρεχοντα δύναμιν θαυμάτων ὑπερφυῶν εὑρήσεις, ἅμα δὲ καὶ σωτηρίαν των ἐσχάτως κινδυνευόντων. Καὶ τὰ πλείω διεξιέναι παρῆκεν ὁ λόγος, ὅτι μηδὲ πέφυκε μὴ ὅτι γε διὰ πάντων (τοῦτο γὰρ παντὸς μᾶλλον ἀδύνατον), ἀλλὰ μηδ' ἐφ' ἱκανὸν αὐτῶν ἱκέσθαι δυνηθῆναι· πῶς γὰρ; ὅπου γε καὶ ταῦτα ὧν ἀρ-

quæ prius effecta fuerant. Et qui panes non habebant manducaverunt manna, novum quoddam alimentum, multo quam postulabant pretiosius, simul abundans et lectu facile his qui illub requirebant. Licebat enim assumere non solum quantum necessitati sufficeret, sed etiam habere quod superfluum perderetur, inutileque ad quemcunque usum. Alterum certe sic habebatur miraculum, quod excludebatur insatiabilis appetentia, et simul corrigebatur incredulitas, dum si propter abundantiam plus quam satis erat colligeretur, ad servandum in futurum, sic, deficiente forsan donante, accipiens frueretur, non possibile foret, quia sic non confidedant duci suo quasi non valens esset ad dandum et semper et adundantius. Illis ergo cibus ille refocillavit cor, ne animo frangerentur in quacunque tribulatione, diffidentes a Deo exaudiri cum converterentur ad eum ut invocarent, sicut certo sciebant exauditum fuisse Moysem magnum et legitimum Dei servum cum fide postulantem et invocantem, qui et omnia statim obtinuit juxta petitiones. Sed et sic refocillavit non tantum corda hominum qui tunc erant, omnes autem simul eos qui postea facti sunt, ne omnino diffiderent quin propter nos de cœlo caderet panis vitæ et voluptatis præstans æterna bona.

Cæterum in tabernaculo positum fuit vas aureum includens manna, quod in se splendide profert imaginem futurorum.

Sed mecum considera sacras Tabulas et in illis scriptam legem Dei vivificantem, quæ non solum externe auxilium præstat, quasi corporibus in periculo versantibus salutem proferat, sed quæ etiam ad animas attingit et docet illas, et ab omni vana gloria revocat ad Deum. Hæc considera attentissimo spiritu, disceque sermonem digito Dei subsistentem Spiritu Dei in Virgine scriptum, e sinu Patris exeuntem quidem, sed non relinquentem, sed in eo manentem et replentem omnia, contentum simul in sinu Matris, ut ita salvaret universum mundum et animas liberaret mersas in tenebris erroris et ignorantiæ et in umbra mortis sedentes.

Hæc autem adeo sunt vera, ut si a principio quæras quæ de Mater Dei per multa et singularia symbola significantur, semper et ubique invenies inesse potestatem mirabilium supernaturalium simul atque salvationis eorum qui in extremis periculis versantur. Et sermo plerumque cum ista loquitur liquet aqtum non esse non modo ad omnia exprimendum, quod plane impossibile est, sed ne quidem ad quoddam exponendum quod conveniret earum

(1) Vide Exod. xvi.— Deuter. viii, 3 : ἐψώμισέ σε μάννα.
(2) B. προσλαβόντι.
(3) B, Νωϋσῆς.
(4) B, ὁμοίως αὐτούς.
(5) Respectu ad Joan. vi, 33 sq. : ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ Θῦ στιν ὁ καταβαίνων ἐκ τοτοῦ οὐρα οῦ, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ... Εἶπε δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς · ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς.
(6) Vide Exod. xvi, 33.
(7) Deuteron. v, 22.
(8) Frequens in Bibliis metaphora. Psal. cvi, 14 ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ σκότους καὶ σκιᾶς θανάτου.

rerum. Nec mirum. Cum ergo de istis modo diximus, non ut quædam seligentes inter multa delibare narrando confideremus, sed ut solummodo per strictiorem indicationem, dicta nuper demonstraremus, scilicet salutares esse semper et ubique figuras et umbras eorum quæ postea absque velo de Virgine revelata et ostensa fuerunt. Postquam enim adimpletæ sunt figuræ et umbræ depulsæ veritasque inter homines sincere illuxit, gloriam afferens Virgini quæ splendore suo cœlos omnes obscurat, cœlestesque cunctas claritates longe vincit atque ipsa Seraphim et Cherubim superat, quis sermo vel quæ lingua tot et tantorum mirabilium poterit exponere plenitudinem ? Ego igitur vereor ne pœna dignus inveniar, qui non jam manum sed impura labia ad arcam Deo plenam admoverim, veteris illius miraculi iteratione mihi proposita, quod monerer prohiberi eos qui non sunt absque macula, ne audeant accedere vel ad umbras arcæ : et hoc a Deo ipso mihi videbar audire : « Quare te cum sordes non expurgaveris salutari carbone, sicut fecit Isaias, neque linguam exemeris pondere malorum quæ ea irretiunt, mirabilia sustines enarrare quibus impar est etiam angelorum natura, quæ hæret præ ignorantia, intelligens celsitudinem ? »

His territus cogitationibus, non possum ultra accedere. Sed cum a te salvatus sim, o Mater Dei. a te dum ceciderim, erectus, dum frangor, refectus, numquid tandem virtutem sermonis adeptus, et quamdam emittere vocem permissus, non potero conari ut loquar ? Minime ergo tacebo mysterium salutis, sed ut licebit eructabo.

Nos sub jugo suo servos tenebat ille qui a principio erravit et apostatavit a Deo, nosque gloriæ ejus a qua decidit et avulsus est hæredes futuros tentationibus lacessebat, propter antiquam rebellionem in passiones nos præcipitans quasi compedibus vinciebat inextricabilibus, ne iterum ab ejus tyrannide liberati, possemus ad Dominum regredi, et, morte nobis pro custode constituta, in infernum includeret et custodiret sub portis tenebrarum. Nos vero ejus potestatis tyrannicæ triste servientes, neque tantis in quibus versabamur malis permoti, gaudebamus de ruina, gloriabamur in passionibus quæ nos ad mortem usque trahebant, propter errorem et tantam dejectionem misericordia digni. Et quales erant qui talia patiebantur ? imaginem Dei gerentes, miserrime jacentes in servitute et sub tyrannide inimici, miserrimique magis propter insensibilitatem, quia, factorem deserentes, seipsos hosti tradebant, qui manu dura tenens, sequentes

A τίως ἐμνήσθημεν, οὐχ ὥστε καὶ ὀλίγα ἐκ πολλῶν ἡμᾶς ἀπολεξαμένους ἐρεῖν, τούτου χάριν ἐμνήσθημεν, ἀλλ' ὥστε μόνον ἅψασθαι, καὶ τὸ λιχθὲν ὑποδεῖξαι, σώζοντας εἶναι δηλονότι πανταχοῦ τοὺς τύπους, καὶ τὰς σκιὰς τῶν ὕστερον ἐπὶ τῆς παρθένου δίχα παντὸς ἐπικαλύμματος λαμπρῶς ἐκφανθέντων. Ἐπεὶ δ' οἱ τύποι παρῆλθον καὶ ὑπεχώρησαν αἱ σκιαὶ, καὶ καθαρῶς ἡ ἀλήθεια γέγονεν ἐν ἀνθρώποις, δόξαν φέρουσα τῇ παρθένῳ πάντας οὐρανοὺς ἀποκρύπτουσαν καὶ ὑπεραναβαίνουσαν μὲν τὰς ἄνω λαμπρότητας, αὐτὰ δὲ (1) κάτωθεν ἑαυτῆς Σεραφὶμ καὶ Χερουβὶμ ἀφιεῖσαν, τίς ἂν λόγος ἢ ποία γλῶσσα τῶν τοσούτων καὶ τοιούτων ἀπείρων καὶ φρικτῶν θαυμάτων ἐκδιηγεῖσθαι κατισχύσοι τὰ πλήθη ; Ἐγὼ μὲν οὖν δέδοικα μή ποτέ μοι καὶ τοῦτο
B κατάκριμα γένοιτο φέρον εὐθύνην, εἰ, μὴ χερσὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ χείλεσιν ἀνάγνοις τῇ θεοδόχῳ πρόσειμι κιβωτῷ, πορρώθεν αὖθις ἑτέρου θαύματος ἀπειλοῦντος, ἅμα δὲ καὶ ἀπείργοντος τῶν μὴ καθαρῶν μηδένα τολμᾷν προσάπτεσθαι μηδὲ τῆς ἐν τρῖς σκιαῖς κιβωτοῦ (2) · κἀκεῖνο τοῦ Θεοῦ δικαίως ἀκούσαιμι λέγοντος · « Ἵνα τί σύ, μήτε καθαρσίῳ τῶν ῥύπων χρησάμενος ἄνθρακι, καθ' Ἡσαΐαν (3) ἴσως, μήτε τὴν γλῶτταν ἀνεὶς τοῦ ἐπικειμένου βάρους τῶν πεδούντων κακῶν, ἐκδιηγῇ θαυμάσια, πρὸς ἃ μηδ' ἀγγέλων ἐξαρκεῖ φύσις ; ἀπορεῖ καὶ γὰρ αὕτη κατανοοῦσα τὸ μέγεθος. »

Τούτων με φοβούντων τῶν λογισμῶν, οὐκ ἔχω προσθῆναι τοῖν ἐφεξῆς. Πλὴν, ὅτι διὰ σοῦ σέσωσμαι, μῆτερ Θεοῦ, καὶ πεσὼν ἀνωρθώθην, καὶ συντριβεὶς ἀναπέπλασμαι, πῶς ἂν ὅλως, λόγου δύναμιν ἔχων καὶ φωνήν τινα δυνάμενος ἀφιέναι, ἄλλο τι σπουδάσαιμι πρὸ τοῦ ταῦτα κηρύττειν ; οὐκουν οὐδὲ τὸν τῆς σωτηρίας σιωπήσομαι τρόπον, ἀλλ', ὡς ἐνὸν, ὑμνήσω.

Εἶχε μὲν ἡμᾶς δουλωσάμενος ὁ καὶ τὴν ἀρχὴν πλανήσας καὶ ἀποστήσας Θεοῦ, καὶ δόξης μὲν ἐκείνης ὅθεν αὐτὸς ἐκβληθεὶς ἀπερρίφη κληρονομεῖν μέλλοντας ἐν μηχαναῖς ἀπωσάμενος, πρὸς δ' ἐσχάτης ἀτιμίας πάθη κατενεγκών, καὶ εἶχεν ἀφύκτοις ὡσονεὶ πέδαις δεσμεύσας ὡς μηδ' ἔχειν αὖθις ἡμᾶς, ἐκλυθέντας τῆς αὐτου πυρανυίδος, πρὸς τὸν δεσπότην ἀναδραμεῖν, καὶ θάνατον ἡμῖν ἐπέστησε φύλακα, καὶ καθεῖρξεν ἐν ᾅδου καὶ πύλαις σκότους κατησφαλίσατο. Καὶ ἡμεῖς ἦμεν τῇ τούτου δυναστείᾳ καὶ τυραννίδι δουλεύοντες, μηδ' αὐτῶν δὴ
D τούτων ἐν οἷς ἐσμεν δηλονότι κακοῖ αἰσθανόμενοι, τῇ δ' ἀπωλείᾳ συνευφραινόμεναι, πάθη τιμῶντες ἦμεν ἐξ ὧν ἐπ' αὐτὸν ἐτρέχομεν θάνατον, ἐλλιποὶ τῆς ἀπάτης καὶ τῆς τοσαύτης ἀδοξίας· καὶ ταῦτε τίνες ; οἱ τῆς εἰκόνος Θεοῦ, ἐλεεινότεροι τῆς δουλείας καὶ τῆς του ἐχθροῦ τυραννίδος, πολλῷ δὲ πλέον ἄθλιοι τῆς ἀναισθησίας, ὅτι τὸν δημιουργὸν ἐγκαταλιπόντες, φέροντες ἑαυτοὺς τῷ πολεμίῳ πα-

(1) Codd. αὐτάδε. In A præsertim conjunctio δὲ passim ad encliticarum modum est scripta, accentu rejecto.

(2) Percussus est a Deo Oxa, quod arcam fœderis manu contrectasset, ut est in II Reg. 6. VI. Sunt et alia exempla similia.

(3) Vide Isai. VI, 6, 7.

ραδεδώκαμεν· ὁ δὲ χειρωσάμενος ὅλους εἵλκεν ἀκολουθοῦντας προθύμως εἰς βάραθρα τὸ ἑαυτοῦ καταγωγιον. A

trahebat gaudenter in infernum, quod ! est domus ejus.

Οὐ μὴν ἀλλὰ παρεῖδεν μέχρι παντὸς οὐκ ἦν τοῦ ταῖς χερσὶ πλάσαντος καὶ τῆς ἰδίας μεταδόντος εἰκόνος καὶ τῇ τιμῇ· οὐκουν οὐδὲ παρεῖδεν, οὐδ' ἀρῆκε τρόπον ὃν ἔφημεν δούλους ἀγομένους, οὓς μὴ μόνον ἐλευθέρους, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων ἄρχειν προκρίκρινε· χωρεῖ δ' ἐς αὐτοὺς, καὶ τοῦ κρατοῦντος ἐξαιρεῖται, καταλύσας τὴν δυναστείαν, ἅμα δὲ καὶ τὸ τῆς ἀγνοίας διαλύσας σκότος ὑφ' ᾧ κατεῖχε πλανωμένους ἡμᾶς· χωρεῖ δὲ πῶς; — Ἀλλ' ἐνταῦθά μοι καὶ ὁ πᾶς λόγος, ἐπειδὴ καὶ πάντες τύποι, καὶ σύμβολα, καὶ οἱ προκηρύττοντες πόρρωθεν, ἐνταῦθα πληροῦσι, τέλος ἔχοντες τὴν παρθένον. Αὐτὸς καὶ γὰρ ὁ προαιώνιος τοῦ Θεοῦ Λόγος B καταβὰς ἐν αὐτῇ, καθαρᾷ οὔσῃ καὶ ἀμωμῳ, καὶ τί δ' ἄλλο ἢ τοῦ κατελθοντος ἀξία, σὰρξ γίνεται δι' ἡμῶς, φορησας ταύτην ἐκ τῶν αὐτῆς ὑχραντων καὶ πανάγνων αἱμάτων, καὶ, τὴν κατ' εἰκόνα προσλαβών φύσιν ὅλην φθαρεῖσαν, μίγνυται ταύτῃ, καὶ ἀναπλάττει τῇ κοινωνίᾳ, τοὺς ἰδίους αὖθις ἐπανασώζων πρὸς ἑαυτὸν, καὶ οἰκειούμενος τοὺς ἀπωσθέντας τῇ ἁμαρτίᾳ.

Non poterat autem nos omnino deserere qui manibus nos plasmaverat, propriam imaginem et gloriam tribuens : igitur neque deseruit neque amovit creaturas quas dicebamus in servitutem mortis destinatas, dum eas non modo liberas fecerat, sed insuper ut essent super omnia quæ sunt in terra. Venit autem ad eos et ex potente eripit, ejus solvens potentiam, et dissipans umbram ignorantiæ qua nos involverat deceptos et errantes. Quomodo autem venit ? Huc enim tendebat totus meus sermo, sicut et omnes figuræ et omnia symbola, et omnes a retro prophetiæ huc adimplentur finem unum habentes Virginem. Ipsum enim æternum Dei Verbum descendens in Illa quæ erat pura et irreprehensibilis, et de cætero quodammodo digna. Eo qui veniebat, factum est pro nobis caro ; hanc carnem assumens ex innocente et immaculato Virginis sanguine, accipiens totam naturam vitiatam in imagine Dei, sese illi miscuit, et reformavit illam hac unione, suos iterum salvans et ad te erigens uniensque quos vastaverat et exinaniverat peccatum.

Οὗτος ὁ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας τρόπος· τοῦτο τὸ πάλαι καὶ προτυπούμενον καὶ προμηνυόμενον, καὶ τοῖς προφήταις λαλούμενον, φρικτὸν καὶ μέγα μυστήριον, Θεὸς μεγόγενος ἄνθρωπος, ἵνα σώσῃ τὸν ἄνθρωπον, Θεὸς ἐν μήτρᾳ Παρθένου καὶ σωματούμενος καὶ πλαττόμενος, καὶ χρονικὴν καταδεχόμενος γέννησιν, καὶ ὡς βρέφος ὁρώμενος καὶ βαστάζομενος ἀγκάλαις μητρὸς, ὁ τὰ πάντα πληρῶν καὶ μηδαμοῦ μηδόλως χωρούμενος. Πρὸς ταῦτα τίνες ἀγγέλων, τίνες ἀρχαγγέλων, οὐ κατεπλάγησαν ; ποῖα Σεραφὶμ, ποῖα Χερουβὶμ, οὐκ ἐθαύμασεν, ὁρῶντα τὴν τοσαύτην τοῦ Θεοῦ κένωσιν καὶ τὸς τοσοῦτον αὖθις ὄγκον τῆς περὶ ἡμᾶς φιλανθρωπίας καὶ τῆς ἐπέκεινα πάσης ὑπεβολῆς ἀγαθότητος. C

Talis est nostræ salutis ordo : tale est quod olim præfiguratum est, prænuntiatum et per prophetas prædictum, tremendum magumque mysterium : Deus nempe homo factus ut hominem salvaret, Deus in utero Virginis incorporatus et formatus, et temporalem accipiens generationem, visus et gestatus ut puer inter matris brachia, dum ipse omnia replet et nullibi omnino loco mutari potest. Ad hæc quinam angelorum et archangelorum non obstupuerunt ? Quæ seraphim, quæ cherubim non mirata sunt, tantam cum cernerent Dei exinanitionem, et simul tantam exuberantiam, amoris Dei, et super eminentiam excellentis bonitatis ?

Τοιγαροῦν καὶ πᾶσαι τῶν οὐρανῶν δυνάμεις εὐθὺς ἀνύμνησαν, καὶ μεθ' ἡμῶν δεῖν ἔγνωσαν στῆναι γενεαῖς ἁπάσαις τὴν Παρθένον μακαριζόντων, καὶ μακαριζόντων ὁμοῦ μὲν αὐτῶν δὴ τούτων ἕνεκεν τῶν οὕτως ὑπερφυῶν αὐτῇ μεγαλείων γεγενημένων, ὁμοῦ δ' ὅτι καὶ τὴν κοινὴν ἐλευθερίαν δι' αὐτῆς ἡμῖν ὑπῆρξεν ἀπολαβεῖν, ἅμα δὲ καὶ τῶν καθεξῆς εὐεργεσιῶν χάριν, ἃς οὐ διέλιπεν οὐδ' οὐ μήποτε λίπῃ διὰ παντὸς κατεργαζομένη. Παραλαβοῦσα καὶ γὰρ ἡμᾶς ἰδίαν ὡσανεὶ κληρονομίαν, τοῖς τοῦ Υἱοῦ αὐτῆς αἵμασιν ἀπὸ τῆς μοχθηρᾶς καὶ φαύλης δουλείας ἐξηγορασμένους, ἐκεῖνα καὶ πεποίηκεν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ποιεῖ, ὧν καὶ γέμει σύμπας ὁ βίος, ἐξαισίων ἀεὶ τελουμένων. D

Omnes itaque virtutes cœlorum propensius in hymnos eruperunt et nobiscum agnoverunt ab omnibus generationibus benedicendam esse Virginem tum propter ea quæ ipsi collata sunt magna et supernaturalia; tum quia per illam nobis datum est desuper accipere communem libertatem, simulque propter cætera beneficia quæ nunquam intermisit, quin in nos supra modum abunde perfecerit. Suscipit enim nos quasi propriam hæreditariam familiam proprii Filii sui sanguine redimendos ex miseranda vilissimaque servitute, propter nos ista fecit et nunc quoque facit, quibus omnis nostra repleatur vita bonis faustissimis et æternis.

Ἐπειδὴ γὰρ ὁ κατὰ τῆς πρώτης ἡμῶν ἐπιχειρήσας ἐλευθερίας, καὶ κακῶς αὐτὴν ἀφελόμενος, τὴν ὅλην ἡμῶν καθύβρισεν ἀξίαν, ἀπαλλάττεται δ' οὐδ' αὖθις καὶ κατὰ τῶν δευτέρων ἀεὶ μηχανώμενος ἀμεινόνων ἐπὶ πολλῷ πρὸς δόξαν γεγενημένων, οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἡμεῖς ἐξάντεις τῶν αὐτοῦ ποικίλων

Cum autem ille qui prius contra nostram libertatem insurrexit eamque nobis misere ademit, integram nostram fœdans dignitatem, non cesset posterioribus hisce et pretiosissimis semper insidiari bonis quæ proxime ad gloriam nos ornant, per nullum alium, o Virgo, ejus varias effugiemus se-

ductiones quam per te quam heroem ducem belli invenimus et potentem patronam, undique ipsius frangentem fervidos impetus. Ille enim duplex suscitat bellum, sive nostras saucians animas ipsisque occulte insidians, sive illas impellens ad res externas, ut sic manifeste suam compleat in illis invidiam et malitiam. Tu vero fortis contra utrumque bellum potens præstas omnibus auxilium nec solum succurrere desideras, sed et facile potes. Nobis idcirco succurris et præcedis, ut pugnes atque ut prius mala ingruentia corrigas et innoxia reddas quam ab eis omnino infirmemur. Neque hoc solum. Sed cum adversus ejus insidias, agentes nihil proficimus et difficillime impetum sustinemus, quasi voluntariis malis succumbentes (ille enim nos voluntarie corruptos impugnans libere agit in id quod desiderat : vult autem pessima et ad hæc impellit), et indignationem Dei contra nos provocamus, qui, justa concitus ira, statutam parat infligere pœnam, tu cito prævenis et apud illum facta mediatrix, hunc maternis precibus juribusque flectis; nam super propria jura preces protendens et illi commemoras quod similis tui ex natura tua participavit, et quod in tuis visceribus illum gestasti, ex uberibus tuis lac illi præbuisti, et quod passionis suæ finem cernere præstolata juxta erucem ubi moriebatur steteris, omnia et ipsa patiens quæ ipse pro nobis reis et damnatis subiit ut nos solveret a judicio. Illum ergo converti facis pia negotiatrix ; insuper donans ut Deum nedum iratum, imo diligentem et bonis cumulantem experiamur ; donans ut ab eo bona donaque suscipiamus pro malis quæ suscepturi ereamus et pœnis quas solvere debuissemus. Nihil enim est omnino quod tu desiderans pro nostra beneficentia a Deo non possis impetrare : imo potes omnia certe et donas multo magis et facilius quam forte nos in votis habere possumus. Propterea videris et petitiones prævenire et nos quasi dona jam accepta efflagitamus omnia quibus indigemus, et quæ ante postulationes per te nobis fiunt. Cum autem aliquando in rebus utilibus perperam desideramus, perperamque studemus et agimus, tu ipsa hæc optime dirigens et agens, in hoc maxime ostendis bonitatis thesaurum, quia circa quæ non cogitamus neque petimus, vel etiam cum desideramus et tendimus ad pejora, nos istis violenter eripis aut etiam facis ut multum proficiant, cum in ipsis vere potest inesse utilitas : quasi invitos benevolens in hanc nos trahis viam, et deinde sensum et scientiam adepti, vim diligamus qua in experientiam boni introivimus. Ita nos e vitiis eripis, illa longe depellens, ne primum in ista impingamus cum improviso periculum instat cadendi ; et si forte inciderimus ruinam et perniciem reformas : et si quid horum potenter prævaluerit, tu nostram experta fiduciam, et periculum evidenter aperis, et potissimum remedium præbes

μηχανημάτων, ἢ σὲ, Παρθένε, πρόμαχον καὶ προστάτιν κραταιὰν κεκτημένοι, πανταχόθεν αὐτῷ περιτρέπουσαν τὰς ὁρμάς. Ὁ μὲν γὰρ διπλοῦν ἐγείρει τὸν πόλεμον, τὸν μὲν, ψυχῶν αὐτῶν καθικνούμενος καὶ ἀφανῶς ταύταις ἐπιβουλεύων, τὸν δὲ, βάλλων πρὸς τὰ ἐκτὸς καὶ φανερὰν ἐν τούτοις πληρῶν τὴν ἀπέχθειαν · σὺ δ' ἀλλ' ἀπαντᾷς ἀμφοτέρωθεν ἐπίκουρος κραταιὰ, πάντα βοηθεῖν μὴ μόνον γε βουλομένη, ἀλλὰ καὶ ῥᾳδίως δεδυνημένη. Ταύτῃ τοι καὶ βοηθεῖς προϊσταμένη καὶ προμαχοῦσα, καὶ, πρὶν ἢ καθαρῶς ἡμᾶς αἰσθέσθαι τῶν ἐπιόντων κακῶν, τρέπεις ταῦτα καὶ καταργεῖς. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς ἐπιβουλὰς ἐκείνου εἴ γε μηδὲν ἡμεῖς ἀντιπράττομεν, συμμαχοῦμεν δὲ μᾶλλον, αὐθαιρέτοις ὡσανεὶ κακοῖς περιπίπτοντες (ὁ δὲ παρειληφὼς ἑκόντας φθειρομένους ἄγει κατ' ἐξουσίαν πρὸς ὅ τι καὶ βούλοιτο · βούλεται δὲ καὶ ἄγει πάντως ἐπὶ τὰ χείριστα), νεμεσᾷ μὲν Θεὸς ἡμῖν, καὶ πρὸς ὀργὴν δικαίαν κεκινημένος, βούλεται τὰς εὐθύνας ἐνδίκους εἰσπράττεσθαι · σὺ δὲ φθάνεις κἀνταῦθα γιγνομένη μήστις, ταῖς μητρικαῖς καταδυσωποῦσα παῤῥησίαις, καὶ ὡς ὑπὲρ ἰδίων κατατείνεις τοὺς ἱκετηρίους, τὸ τῆς φύσεως συγγενὲς προβαλλομένη, ἅμα δ' ἴσως κἀκεῖνα προβαλλομένη, ὡς αὐτὸν σπλάγχνοις ἐνεδέξω καὶ μαζοῖς ἔθρεψας καὶ γάλα ἐπότισας καὶ πάθος αὐτοῦ τὸ τελευταῖον κατιδεῖν καὶ σταυρὸν ἠνέσχου (1) καὶ θάνατον, καὶ πάνθ' ὅσα ἑκὼν ἐκεῖνος δι' ἡμᾶς τοὺς κατακρίτους ὑπέμεινε, τῆς καταδίκης. ἀπολυτρούμενος. Τοίνυν καὶ κάμπτεις πρεσβεύουσα · εἶτα δίδως ἡμῖν, ἐπ' ὀργιζομένου, φιλανθρωπευομένου πειρᾶσθαι Θεοῦ · δίδως καὶ πάσχειν εὖ παρ' αὐτοῦ καὶ δωρεὰς λαμβάνειν ἀνθ' ὧν ἐμέλλομεν κακῶς πάσχειν καὶ δίκας δικαίας ἀποτινύναι. Οὐδὲ γάρ ἐστιν οὐδὲ οὐμενοῦν, ὅ γε σὺ βουλομένη μή τι καὶ δεδύνησαι πρὸς εὐεργεσίαν ἡμῶν ἐκ Θεοῦ κατατίθεσθαι · ἀλλ' ἰσχύεις πάντα πάνταπασι, καὶ νέμεις πολλῷ μᾶλλον καὶ ῥᾷον ἢ ὡς ἂν ἡμεῖς ἐπευξαίμεθα. Διὰ τοῦτο καὶ χορηγεῖς προκαταλαμβάνουσα τὰς αἰτήσεις, καὶ ἡμεῖς οἱονεὶ κατόπιν τῶν δωρεῶν ἥκομεν αἰτοῦντες, πάντων, ὧν ἂν ἐν χρείᾳ γενοίμεθα, καὶ πρὸ τῶν αἰτήσεων ἡμῖν διὰ σοῦ γιγνομένων. Καὶ τοίνυν περὶ τῶν συμφερόντων ἔστιν ὅτε κακῶς ἡμῶν βουλευομένων, ἅτε καὶ κακῶς ἐπεγνωκότων καὶ πραγματευομένων, αὐτὴ ταῦτα πράττεις ἀρίστως οἰκονομοῦσα, καί γε τὸν πλοῦτον τῆς φιλανθρωπίας ἐν τούτῳ πλέον ἀποφαίνεις, ὅτι περὶ ὧν ἡμεῖς οὔτ' οἴδαμεν, οὔτ' οὐδὲν αἰτοῦμεν, ἔστι μὲν οὖν ὅτε καὶ βουλόμεθα τὰ χείρω, οὐ τούτοις ἡμᾶς βιάζῃ καὶ πάνυ τι ποιεῖς κεχρῆσθαι, λυσιτελέσιν οὖσιν ὡς ὀληθῶς κεχρῆσθαι, ἄκοντας ὥσπερεὶ τὸν τρόπον τοῦτον ἐνεργετοῦσα, εἰ καὶ μετὰ τὴν αἴσθησιν ἡμεῖς ἀγαπῶμεν ἐν πείρᾳ τοῦ καλοῦ γεγόντες. Καὶ νοσημάτων τοίνυν ἀπαλλάττεις, τὰ μὲν πόῤῥωθεν ἀναιροῦσα, ὡς μηδ' ἐν αὐτοῖς ἡμᾶς μηδή γε τὴν ἀρχὴν ὀλῶναι, μέλλοντας ἤδη ἀπροόπτως ἁλῶναι · τῶν δὲ καὶ συμπεσόντων τὸ βλαβερὸν ἐκτρέπεις ·

(1) Stabat enim juxta crucem : vid. Joann, xix, 25.

εἰ δέ τινα τούτων καὶ κατίσχυσεν ἐν δυναστείᾳ, σοῦ τάχα τὴν πίστιν ἡμῶν δοκιμαζούσης, καὶ ὁ κίνδυνος καταφανὴς ἦκε, πάσης ἐπινοίας καὶ ἰατρῶν τέχνης κρείττων καὶ τῶν δοκούντων ἰσχύρως ἐν τοῖς τοιούτοις βοηθεῖν δύνασθαι, ἀλλ' ἡμεῖς ὡς ἐπί σὲ μόνην ὅλαις ἐλπίσιν, ὅλοις ὀφθαλμοῖς καθαρῶς εἴδομεν, εὐθὺς (ὦ πολλῆς καὶ μεγάλης καὶ πάντα δυναμένης ἰσχύος ! ὦ θερμῆς ἐπικουρίας ! ὦ ταχίστης τῶν κακούντων ἀπαλλαγῆς !) ἀνιστᾷς μὲν ἡμᾶς νεκροὺς κειμένους, καὶ, πλὴν ἀναπνοῶν ὀλίγων, ἀμυδρῶν τινων καὶ τούτων, τὸ ζῆν ὅλον ἐκλέλοιπότας, φυγαδεύεις δὲ νόσους ἀνηκέστους, καὶ πάθη κραταιὰ διελύσεις, μηδενί τινι τῶν ἄλλων μηδαμῶς εἴκοντα. Ὅθεν καὶ οἱ τῆς ἑσπέρας ἐν κλαυθμῶνος ἡμεῖς σκηνοῦντες πρωϊνοί τινες αὖθις ἤκομεν, ἐν ἀγαλλιάσει τρυφῶντες (1), καὶ διπλᾶ χαίρομεν, ὅτι τε μηδὲν οἷον ἐκ τῶν συνεισχθέντων εἰκὸς ἐπί τέλους κεκράτηκε, καὶ ὅτι διὰ σοῦ τὴν σωτηρίαν οὐδὲν ἡμᾶς οὐδ' αὖθις οὐδαμῶς βλάψει, σοὶ διὰ παντὸς προσανέχοντας.

A præstantiusque omni scientia omnique arte medicorum et omnibus iis qui videntur posse in talibus auxiliari, si nempe in te solam omnem reponamus spem, statim (o immensa et maxima et omnipotens virtus ! o fervidum remedium ! o celerrima malorum evacuatio !) erigis nos morte affectos, et debiles, ultimum quasi vitæ flatum exhalantes ; fugas autem morbos insanabiles, et potens dolores solvis omnibus cæteris impares. Unde et nos qui vespere in domo luctus plorantes sedebamus, mane iterum procedimus in lætitia exsultantes, et duplici gaudio lætamur et quia ne unum quidem ex malis ingruentibus vere in finem nobis dominari potuit, et quia per te salutem accipientes indubitanter confidere posuimus quod nullum ex exterioribus vel minime nobis denuo nocere possit, dum in te plenam fidem habuerimus.

Καὶ μὴν ταῦτα μὲν κοινὰ πᾶσι καθ' ἕνα καὶ κατὰ καιρὸν, ὡς εἰπεῖν, ἐνεργούμενα · ἃ δ' ἐν ἐμοὶ διαφερόντως, πῶς ἂν εἰπὼν ἀποχρώντως ἂν εἴποιμι ; Ἐπιλείψει με διηγούμενον ὁ χρόνος, καὶ μὴ ὅτι γε κατὰ μίαν γλῶσσαν, ἀλλ' οὐδ' ἂν μυρίαις ὅσαις ἀπομεριζαμην, ὥστ' ἄλλην ἔχειν ἄλλα διεξιέναι. Πλὴν ὅτι καὶ τὰ πρὸς ἕκαστον ἐμοί σαφῶς διαφέρει, ἔστιν, οἶμαι, τῶν ἁπάντων οὐδεὶς ὃς ἐπί τούτῳ διπλῆν ἔχει γνώμην. Καί γὰρ τό τε σχῆμα καὶ ὁ τῆς ἀρχῆς λόγος εἰσποιεῖται πάντας, ὅ τ' ἐμὸς τρόπος, καὶ ὑμεῖς ἴστε πάντως ὡς ἐπί παντί κάμπτομαι συμφοραῖς κεχρημένῳ, καὶ τούναντίον αὖθις εἰσποιοῦμαι τὴν χάριν, εἴ τις εὖ ἔχων ἀπαλλάττοιτο, θείας προμηθείας ἠξιωμένος. Διὰ τοι τοῦτο καὶ πλέον τῶν ἄλλων ἁπάντων αὐτὸς ἀνθομολογεῖσθαι τῇ Μητρί τοῦ Θεοῦ δίκαιος, ἢ μᾶλλον, ὅσον εὐχαριστίας ἀνθ' ὧν ἔφημεν καὶ πολλῶν ἑτέρων (οὐμενοῦν εἴποι τις ἂν ἡλίκων καὶ ὅσων) κοινῇ πᾶσιν εἰς ἀναγκαίαν ὀφειλὴν ἔρχεται, τοῦτ' ἔμοιγε μὴ τὸ πᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείονος ἐν προσθήκῃ προσόντος κατὰ τὸν ἴσον ἔρχεται λόγον, καὶ εἰ μὴ πρὸς ἀξίαν, ἀλλ' οὖν ἀποτεινύναι τα δυνατά, τοῦτ' αὐτὸς οὐκ ἂν ἀγνωμονήσαιμι. Πλατυνομένῳ μοι δὲ τὴν καρδίαν εἰκότως πλατυνθήσεται καὶ τὸ στόμα, τοῖς εὐχαριστηρίοις, ὡς γοῦν ἐρικτόν, ἐπιθέμενον, ἐπεί καὶ τοῦτο πόσον ἐν ὁπόσοις εὗρον ἐγὼ στενοῦσιν ἀνιαροῖς, εὐρυχωρίαν ἠλωνότι ψυχῆς καὶ παρδίας πλατυσμόν (2).

Sed hæc omnibus communiter et singulis pro tempore contigerunt : quæ vero mihi excellentius facta sunt quomodo sufficere possim ad dicendum? Deficiet tempus narranti ; non quod unam tantum habeam linguam, sed et quamvis illam in mille possem dividere, ut alia aliud proclamaret. Et insuper si mecum mature recogitem quid unusquisque valeat, nullus est, ut opinor, qui in illo negotio duplicem habeat scientiam. Etenim auctoritatis forma ratioque semper vigent, et hæc mea regula; nam ipsi probe scitis quantum totus efficiar pro eo qui graviora patitur, et contra in gratiarum actionis erumpam cum aliquis moritur bonus miseratione divina dignus habendus. Propterea magis quam cæteri omnes Matri Dei me confiteri justum est, præsertim cum gratias referre quam maximas propter ea quæ dixi et alia permulta, (quis enim dicere possit quot et quanta sint?) officium exsistat solemne et necessarium communeque omnibus, illud sacrum munus non modo totum mihi incumbit, sed et multo magis pro multitudine bonorum de quibus sermo est, et si non attingere potero ejus meritum, at saltem non inficiabor pro posse confiteri. Dilatabo ergo cor meum et simul dilatabitur os meum vocibus gratiarum juxta id quod possum et quod statui ; cum ita invenerim in quantiscunque curis coarctatus et latitudinem mentis et cordis dilatationem.

Ἐμεγάλυνας μὲν ἡμᾶς, καὶ εἰς θρόνον τοῦτον, καὶ μοῖραν ταύτην τὴν ὑψηλὴν καὶ πασῶν τῶν ἄλλων κρατοῦσαν, ἐξ αὐτῶν σπαργάνων ἐνεβίβασας φέρουσα, καὶ γε διὰ τῶν εὐθυμοτέρων ἀεί τὸν βίον ἰθύνειν, τοῦτο σὸν ἐξ ἀρχῆς βούλημα, καὶ εἴχομεν ἂν οὕτω τοις δεξιοῖς συνόντες καὶ τῶν ἀριστερῶν

Magnificasti enim nos, eripiens ex istis pannis miseriæ et extollens usque ad thronum istum et sortem hanc sublimem et cæteris omnibus excellentiorem, a principio volens et curans ut fortissime semper vitam rexerimus, unde possemus ita in bonis et perfectioribus consistere, ut a nullo

(1) Respicit Psalm. XXIX, 6 : Τὸ ἑσπέρας αὐλισθήσεται κλαυθμός, καὶ εἰς τὸ πρωΐ ἀγαλλίασις. Est ἐν κλαυθμῶνός dictum pro ἐν δόμῳ κλαυθμῶνος. Ellipsis est bene græca, phrasis ipsa orientalis.

(2) Orationis color est biblicus. Psalm. CXVIII, 32 : ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου. Isa. V, 14 ; ἐπλάτυνεν ὁ ᾅδης τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Atque sic alibi.

vel minime unquam dimoveremur, dummodo voluntati tuæ obsequentes cordis nostri desideria fugeremus. Postquam autem, a recta bonorum via deflectentes, ad ea quæ non oportet convertimus, juste immisit cruciantes dolores. Conclusi igitur quasi quibusdam seris propriis desperationibus, adversis contriti, et dolentes, nullam undique spem redemptionis habentes, te ipsam suscipimus in omnes difficultates pugnantem, et infortunia confringentem, cum habeas universum harum rerum regimen, et nobis donas in secundis negotiis proficere, et eadem quæ prius adversa erant feliciora deinde experiri.

Nunc autem eo devenit conceptus sermo ut optime singula proferrentur clarissima miracula adimpleta in nostrum auxilium et in profligationem innumerabilium impugnantium undique inimicorum (quomodo eos numerarem?). Surgunt enim agminibus pressis ex universa terra ; surgunt autem alii, ex propria nostra impietate occasionem sumentes, alii vero nos impugnant propter quamdam in nostris rebus utilitatem (quæ res tamen omnino sunt dona elargita nobis gratia tua) ; etenim illos triste movent bona et felicitas nostra. Si igitur separatim impugnant, parum turbantes, et minus insidiantes, forte non erit negotium nobis insurgentibus resistere. Sed aliquando omnes circumfusi contra aliquem irruunt, et vim faciunt ex omnibus partibus et simul, cum nulla sit potior ad istas pugnas præparatio quam vigilantia et meditatio, subvertunt præsertim voluntates et cogitationes corrumpunt. Quis in istis extremis pro nobis aget et omnia vertet in melius ? quis inter varias et multiplices gravissimasque pugnas quas sustinemus pro nostra pace decertans, hostes ut aiebamus. vere dissipabit ? Quis nobis etiam dormientibus se constituit custos semper vigilans, qui perseverantibus curis supervenientia mala præveniat ? Quis ut murus ferreus circa nos positus et arcus intentos et gladios districtos cum feriunt confringit ? et omnes insidias a nobis avertit ? Quis iterum flagellat Ægyptum percutiens primogenitos, plagas inducens statutas numero, Pharaonem submergens, gentium superbiam dejiciens, et ita salvat Israel electum suum? Quis (ne longius protraham sermonem) has multas magnasque operatur virtutes ? Et qui sumus nos pro quibus tot et tanta patrata sunt miracula ? Hæc autem mente revolvens aiebam : « Aversus es a nobis, nec iterum nos respicies in misericordiam.» Tu vero dixisti : « Absit ut vos dimittam vel ut unquam vos derelinquam : neque auferam misericordiam a vobis propter Virginem Matrem quæ fervidis suis precibus compassionem meam implo-

A ὑπ' οὐδενὸς ἂν οὐδ' ὁπωσοῦν ἠνωχλήθημεν, εἴ γε τοῦ σοῦ θελήματος ὀπίσω καὶ μὴ τῶν καρδιῶν ἡμῶν ἐπορεύθημεν (1) · ἐπεὶ δὲ, τῆς τῶν καλῶν εὐθείας ἐκτραπέντες, πρὸς ἃ μὴ προσῆκον ἐστράφημεν, ἦκεν εἰκότως ἐνοχλοῦντα τὰ λυπηρά · καὶ γοῦν ἡμεῖς ἐν ἀθυμίαις ὑπὸ τῶν ἰδίων ὡσανεὶ συρῶν συσφιγγόμενοι, καὶ ταῖς δυσχερείαις ἐπιστυγνάζοντες, ὧν τῆς λύσεως οὐδ' ἐν ἐλπίσιν οὐδαμοῦ φαινομένης, αὐτὴ πρὸς τὰς δυσκολίας ἀπαντᾷς, καὶ, διωσαμένη τὰς ἀνάγκας, ἐπειδὴ καὶ πᾶς εἶναι σοι τῶν τοιούτων θεσμὸς, ῥᾴστην ἡμᾶς ποιεῖς μεχρῆσθαι τοῖς πράγμασι, καί γε βελτιόνων αὐτῶν δὴ τούτων ἀποπειρᾶσθαι τῶν πρότου δυσχερῶν.

B Οὐ μὴν ἀλλ' ὁ λόγος ἐνταυθοῖ γενόμενος ἐπ' αὐτὸ σαφῶς ἦκε τὰ καθ' ἑκάστην ἐναργῆ τελούμενα θαύματα, πρὸς ἐπικουρίαν μὲν ἡμῶν, θραῦσιν δὲ τῶν ἐπιόντων (πόσων ἂν εἴποιμι ;) πάνυ μὲν οὖν πλείστων, καὶ πανταχόθεν βαλλόντων ἐχθρῶν. Κινοῦνται μὲν γὰρ ἀπὸ πάσης σχεδὸν ἀνιστάμενοι γῆς · καὶ κινοῦνται, οἱ μὲν τὴν ἰδίαν ἀσέβειαν πρόφασιν ἔχοντες, οἱ δὲ μηδὲν ἕτερον ἐγκαλοῦντες ἢ ὅτι χρηστά τινα τὰ ἡμέτερα (χορηγίαι ταῦτα πάντως καὶ δῶρα σῶν χαρίτων), καὶ πλήττει τούτους ἡ τῶν ἀγαθῶν εὐθηνία. Εἰ μὴν οὖν ἀπὸ μέρους ἡμῖν ἐπῆσαν, τὰ μὲν ὡσανεὶ διενοχλοῦντες, τοῖς δ' ἔπειτα ἐπιβουλεύοντες, τάχ' ἂν καὶ μικρὸν ἢ οὐδὲν ἐμὸ ἦσαν πρᾶγμα πρὸς ἄμυναν ἀντεπιοῦσι · νῦν δ' ὅτι πάντες κύκλῳ κατὰ ταὐτὸν περιῤῥέουσι, καὶ πᾶσι προσπαλαίουσι μέρεσι καὶ δεινὰ μελετῶσιν, ἅμα δὲ καὶ πρὸς ταυτὶ παρεσκευασμένοις οὐδὲν ἐστὶ C αὐτοῖς πλέον τῆς παρασκευῆς καὶ μελέτης, περιῤῥίπτονται δὲ μᾶλλον αὐτοῖς βουλεύμασι καὶ ταῖς παρασκευαῖς (2) συμφθειρόμενοι, τίς ἐστιν ὁ ταῦτα ὁρῶν καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον ἡμῖν μετασκευάζων ; τίς ὁ τὴν ἡσυχίαν ἡμῶν ἐν τοῖς πλείστοις ἀγώνων προπολεμῶν, καὶ πρόπον τὸν εἰρημένον τοὺς ἐχθροὺς ἀμυνόμενος ; τίς ὁ καὶ καθεύδουσιν ἡμῖν ἐθιστάμενος φύλαξ διά παντὸς ἄγρυπνος, καὶ ταῖς ἐμμόνοις ἐπιστασίαις τὰς ἐπερχομένας βλάβας ἀπείργων ; τίς ὁ σιδηροῦν περιτιθεὶς τεῖχος, καὶ τόξα τεινόμενα καὶ ῥομφαίαν ἐρχομένην ἐν αὐτῷ συντίβων (3), καὶ πάσας μηχανὰς ἀπωθούμενος ; τίς ὁ πάλιν Αἴγυπτον μαστίζων, καὶ πατάσσων πρωτότοκα (4), καὶ πληγὰς ἐπάγων (5) ἀριθμουμένας, καὶ βυθίζων Φαραὼ, καὶ καθαιρῶν ἔθνῶν ἵπαρσιν, καὶ περισῴζων Ἰσραὴλ κλῆρον ἴδιον ; τίς (ἵνα μὴ μακρὸν καθ' ἕκαστον λέγων) ὁ τὰς πολλὰς ταύτας καὶ μεγάλας ἐνεργῶν δυνάμεις ; καὶ τίνες ἡμεῖς, ὅτι τὰ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα δ' ἡμᾶς θσύματα ; Ἐγὼ μὲν εἶπον εἰς ἐμαυτὸν βλέψας · « ἀπέστρεψας ἐξ ἡμῶν (6), καὶ οὐκ ἔτι οὐ μὴ προσθῇς εἰς οἰκτιρμοὺς βλέψαι (7) · » Σὺ δ' εἶπας · « Οὐ μὴ ἀνῶ, οὐδ'

(1) Et hoc est biblice dictum. Ezechiel xx, 16 : Ὀπίσω τῶν ἐνθυμμάτων καρδίας αὐτῶν ἐπορεύοντο.

2) A. κατασκευαῖ,

(3) Psalm. xxxvi, 19, 16

(4) Exod. xii, 29 ; Κύριος ἐπάταξε πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγύπτῳ.

(5) Exod xi, 1 : Ἔτι μίαν πληγὴν ἐγὼ ἐπάξω.

(6) Isa. lxiv, 7 : Ἀπέστρεψαν τὸ πρόσωπόν σου ἀφ' ἡμῶν.

(7) Phrasis biblica Lament. iv, 16 : Οὐ προσθήσει ἐπιβλέψαι αὐτοῖς.

οὐ μή ποτε ὑμᾶς ἐγκαταλίπω (1), οὐδ' ἀποστήσω τὸ ἔλεός μου ἀφ' ὑμῶν (2), διὰ Μητέρα καὶ Παρθένον ἐν ἱκεσίαις ἀεὶ τὸ συμπαθὲς θερμως ἐκκαλουμένην. » Τοίνυν οὐδ' ἀφιστᾷς · ἀλλ' ἐκεῖνα κάνταῦθα πάντα σχεδὸν ὁμοῦ τὰ πάλαι θρυλλούμενα· ὧν καὶ ὁ λόγος προλαβὼν ἐμνήσθη καὶ καθεξῆς πλείω προστίθης, ὡς καὶ μηδὲν ἧττον ἐκ τῶν νῦν ἢ τῶν πάλαι, πολλῷ δὲ μᾶλλον, τὴν σὴν θαυμάζεσθαι κραταιὰν χεῖρα. Καὶ γοῦν ἐσμεν ὡμεῖ λαός ἠλημένος, χορηγὸν τῶν οἰκτιρμῶν αὐτὴν ὀχοντες τὴν Παρθένον.

rat. » Itaque non elongas, sed hæc quæ innumerabilia antiquitus celebrata sunt et modo commemoravit sermo meus etiamnunc labentibus sæculis renovas et multiplicas, ut nihil minus, verum etiam magis nunc quam olim, potens glorificetur manus tua. Nos ergo sumus populus misericordiæ, pro pietate patronam et advocatam habentes Virginem.

Ἐπεὶ δὲ τοῦτ' ἐσμὲν, ἔδει μὲν ὑμᾶς, ὦ νῦν τε παρόντες καὶ τοῖς χρόνοις ὕστερον συνεσόμενοι τῷ λόγῳ (πάντως γὰρ οὐδ' ὑμᾶς τοὺς μεθ' ἡμᾶς ἀνθρώπους ἐπιλείψει τὰ θαύματα), καὶ χρήματα πάντα προσφέρειν καὶ καρποφορεῖν πάντα πράγματα, φειδομένους μηδενὸς ὧν ἔχομεν, ὅτι μηδ' ἡμῶν οὐδὲν ἴδιον, ἀλλ' ὅσον ἂν προσενέγκωμεν ἀπειλημφότες κομίζομεν. Καὶ ἀπόδοτε πᾶς, εἰ καὶ μὴ τὸ πᾶν, ἀλλ' ὅσον μὴ τῆς προσηκούσης εὐγνωμοσύνης δοκεῖν καθάπαξ ἀπολελεῖφθαι. Ὁ δὲ παρὼν οὐ τοῦτο βούλεται λόγος, ἀλλ' ἕτερον τρόπον τὴν προσαγωγὴν εἶναι · τίνα δὴ τοῦτον ; ὕμνους, εὐχαριστίαν, τὰ δυνατὰ πᾶσι, πάντας ἀποτινύναι, λέλιστα μὲν καὶ κατὰ πάντα χρόνον, ἅτε καὶ τὰς εὐεργεσίας κατὰ πάντα τούτον κομιζομένους · εἰ δ' οὖν (ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰς γνώμην ὑμῶν ἀνεῖται), ἀλλ' ὅ γε νῦν ἡμεῖς θεσπίσαι δεῖς ἔγνωμεν.

Tales cum simus, oportet vos, sive qui nunc vivitis, sive qui subsequentibus temporibus in finem futuri sunt (nullis enim hominibus vobis non magis ac nobis miracula deerunt) res omnes offerre Deo et fructus universos operum, ne uno quidem de iis quæ possidemus reservato, cum nihil nobis proprium sit, sed quantum offerimus omnia receperimus. Totum ergo date, et si non totum, at certe tantum ut non videamini debitæ gratitudinis immemores. Præsens autem sermo non hoc solum sibi vult, sed alterum intendit modum accedendi ad Deum. Sed quis est ille modus ? scilicet quod omnes solvant hymnos, gratiarum actiones, singuli omnia quæ possunt, præsertim per omne spatium temporis, cum in singulis vitæ momentis beneficia accipimus indesinenter. Et nunc cum istud omne ad vestram doctrinam dedicatum sit, optime novimus et intelligimus decretum festi a nobis tradendum esse.

Μὴν μὲν οὗτος ἤδη προσάγει, καθ' ὃν τὸ τῆς κοιμήσεως, εἴτουν μεταστάσεως (3), ἢ πρὸς τὸν Υἱὸν ἐν οὐρανοῖς ἐνδημίας (4), ἢ ὅ τι τοιοῦτό τις ἕτερον τὴν ἑορτὴν βούλοιτο λέγειν, ἐνεργηθὲν φαίνεται τῇ Παρθένῳ · καὶ ἡμεῖς, κατ' ἔθος πάλαι κρατῆσαν, ἐν μιᾷ δή τινι τῶν ἡμερῶν, μέσῃ τοῦ μηνὸς, πανηγυρίζομεν, νηστείᾳ τὰς πρὸ αὐτῆς (5) πρότερον ἁγνισθέντες. Κἀγὼ τὸν τῆς νηστείας ἐπαινῶν νόμον, οὐ πάνυ τι τὸ λοιπὸν ἀποδέχομαι, μίαν μόνην ἀποκεκληρῶσθαι τῇ πανηγύρει πρὸς τὰς πανϋχους ὑμνῳδίας ἡμέραν. Ἀλλά τοι μίαν εἶναι τὴν ἑορτὴν, ἐφ' ὅλας μεριζομένην τὰς ἀπ' ἀρχῆς τοῦ μηνὸς μέχρι τῆς νῦν διαφερόντως γε τιμωμένης, καὶ δὴ νῆς τελευταίας, τοῦτο δεῖν οἶμαι, κἂν τῷ παρόντι βούλομαι νομοθετῆσαι. Καὶ πᾶς τις πάντως τὸν νόμον ἐρεῖ δίκαιον, ὁ καὶ ποσῶς γοῦν

Equidem jam instat mensis ille in quo divinitus patratum in Virgine declaratur mysterium mortis, seu transmigrationis, seu habitationis in cœlis apud Filium, seu festi hujus alio nescio quo adhuc nomine, si quis velit, nuncupati : et nos juxta morem antiquitus constitutum, in una dierum medii hujus mensis festum celebramus jejunio prius sanctificatis diebus quæ præcedunt. Ego vero, jejunii legem laudans et approbans, non magnum quid judico unam diem fuisse ad festum constitutam pro nocturnis psalmodiis. Sed credo unam esse observandam festivitatis diem, medium tenentem inter omnes quæ sunt a principio mensis usque ad hanc quæ ultimo excellentius est celebranda et in præsenti hujus legem statuere volo. Et hanc legem justam habebit quicunque vel minimum intelliget

(1) Deuteron. XXXI, 6 : Οὔτε μή σε ἀνῇ, (ὁ Κύριος), οὔτε μή σε ἐγκαταλίπῃ. Cf. Paral. I, XXVIII, 20. — Supra p. 119, n.

(2) Paral. I, XVII, 13 : το ἔλεός μου οὐκ ἀποστήσω ἀπ' αὐτοῦ.

(3) Utrumque nomen reperitur de Assumptione Mariæ usurpatum : cf. Morcelli Calendarum ad d. XV ag. — Vide Addenda.

(4) Sic codices. Cogitabam de rescribendo ἐκδημιας, quod sæpius de morte fuit metaphorice dictum ; sed me retraxit, non Clementis Alexandrini locus quem exhibuit inter alios hanc significationem illustraturus vir doctiss. Anal. t. XIII, p. 625, sed Pauli potius Epist. II ad Cor. v, 8 : θαρροῦμεν δὲ καὶ εὐδοκοῦμεν μᾶλλον ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος : καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον. In epigrammate (Anth. Pal. III, 5) de Cresphonte displicet metaphoricum id nomen ἐκδημία, quod in lemmate legitur· ὁ ε' (κίων) ἔχει Κρησφόντην ἀναιροῦντα Πολυφόντην τοῦ Πατρὸς τὸν φονέα· ἔστι δὲ καὶ Μερόπη βάκτρον κατέχουσα, καὶ συνεργοῦσα τῷ υἱῷ πρὸς τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐκδημίαν. Languet ninium vel in lemmatis oratione et improprium quid sonat vox ἐκδημία. Quæ fuit olim proposita a critico excellentissimo, correctio ζημίαν, mentem scriptoris assecuta est, non ejus ipsam manum. Dederat, opineor, ἐκδικίαν

(5) Anastasius Sinaita *De tribus quadragesimis*, in ipso fine : Ἐτυπώθη .. Ἀπ' ἀρχῆς αὐγούστου νηστεύειν ἄχρι τῆς Κοιμήσεως τῆς Θεοτόκου, καὶ πάλιν διαλυειν. Sancitum est id jejunium in Nomocanone ap. Cotel. Monum. t. I. p. 138. Τὰς δέ ἀπό πρώτης αὐγούστου πάλιν (νηστεύομεν), τοῦ Σωτῆρος διὰ τῆς Θεοτόκου κοίμησιν, ὥσπερ μέγα δῶρον. Quo tamen de jejunio non consentiebant vel orthodoxi.

quantum Virgini debitores sumus ut incessanter illi decantemus hymnos ; quicunque, inquam, hujus festi sublimitatem sentiet.

Itaque, ut dixi, non aliud initium mensis aliudque erit festi, neque jejunio magis affligemur quam hymnis delectabimur : sed simul utrumque et sic certe magis augebitur et protrahetur festivitas : atque requiescent incolæ nec non viatores omnes, ut universum omnibus, inquam, fiat solemne festum diei unius ejusdemque. Et simul primam diem mensis et duas alias, festi scilicet et jejunii primam intelligimus diem, nihil ex sequentibus nec minimum excludentem, nihil interum ex hac in qua exprimitur mysterium, nihil certe quoque ex ultima, hymnorum gratia et cæterorum quæ ad festivitatem pertinent, quia hæc in quacunque omnia pari cultu observantur. Quod autem dico de prima die hoc de reliquis intelligetur juxta eum ritum assignatum. Non enim multas et diversas hasce dies, festum separantes, sed unam esse festivitatis unius rationem statuit lex mea quam hæc princeps civitas, cæteras longe antecellens maxima cura servabit semper suæ patronæ et custodi : et secundum choros festum dividens pro monachis et sacerdotibus, non vero pro cæteris ex omni conditione (nam pro beneficiis communibus communem omnino oportet esse gratiarum actionem). Festum igitur agetur pernoctando inter preces et hymnos in uno templorum, primo quidem ante alia in illo templo miraculis frequentibus conspicuo, quod ex prodigio altero, Ex Hodegon nuncupatur ; secundoque in altero templo, et ordine in aliis : quam autem vocamus mediam mensis et mysterii certe plenitudinem significantem novimus, ibi celebrabitur, ubi velut in terrestri firmamento seu cœlo altero, in templo, inquam, quod, si quem juvaret vocare sublime, magnum, maximum inter omnia, non alienum foret a veritate, cum in ipso habitat Dei sapientia : solemnitatem vero quæ in finem servatur mensis et ultima futura est splendide recipiet clarissismum quod est in Blachernis templum.

A ᾐσθημένος ὧν αὐτοὶ ἀκαταπαύστων ὕμνων διὰ παντὸς ὀφείλομεν τῇ Παρθένῳ, ἅμα δὲ καὶ τοῦ μεγέθους τῆς ἑορτῆς ᾐσθημένος.

Τοιγαροῦν, ὅπερ ἔφην, οὐκ ἄλλη μὲ ἀρχὴ τοῦ μηνὸς, ἄλλη δ' ἔσται τῆς πανηγύρεως, οὐδὲ νηστεύσομεν πλέον ἢ τοῖς ὕμνοις τρυφήσομεν · ἀλλ' ὁμοῦ ταῦτα, καί γ' ἐπὶ πλέον τὰ τῆς ἑορτῆς ἔσται καὶ παῤῥωτέρω, κἀκεῖ δήπου καὶ παύσεται ὅπου καὶ μὴν ὁ πᾶς ἰῶς παύσεται, ὡς εἶναι δὴ τοῦτον, εἰπεῖν, ὅλον ἱερομηνίαν, καὶ μίαν δῆτα καὶ τὴν αὐτήν. Ἅμα τε πρώτην τοῦ μηνὸς, καὶ δυοῖν τῶν ἄλλων, τῆς ἑορτῆς, τῆς νηστείας, πρώτην εἰσόμεθα, οὐδὲν ἀποφερομένην τῶν ἐφεξῆς ἔλαττον, οὐδ' αὖ τῆς ἐν ᾗ τὸ μυστήριον, οὐδέ γε τῆς ἐσχάτης, ὕμνων χάριν καὶ τῶν ἄλλων τῶν προσηκόντων τῇ
B πανηγύρει, ἀλλ' ὁμοτίμως ταύτῃ πάντα τετελεσμένην· Ὃ δέ φημι περὶ τῆς πρώτης τοῦτ' ἐσεῖται καὶ ταῖς λοιπαῖς κατ' ἴσον τρόπον ἀπονενεμημένον, μηδὲν τῶν γιγνομένων μηδ' αὐτῶν ἐλλειπουσῶν, μήμε τῆς μέσης καὶ κυρίας, μήτε τῆς ἧς εἰρηκότες ἐσμὲν, ἐσχάτης, τῶν ἑορταζόντων. Οὐδὲ γὰρ μᾶλλον πολλάς τινας ταύτας τὴν ἑορτὴν διαιρούσας, ἢ μίαν εἶναι τῆς ἑορτῆς συναπτούσης ὁ ἐμὸς βούλεται νόμος, ὃν ἡ βασιλὶς αὕτη, καὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν κρατοῦσα, τιμήσασα πόλις τῇ πολιούχῳ κράτιστον ἐν χρόνῳ τῷ παντὶ φυλάξει, καί γε κατὰ χορείας τὴν ἑορτὴν διελομένη, τῶν μὲν μοναστῶν, τῶν δ' ἱερέων, μηδὲ τῶν λοιπῶν τῶν ἐξ ἁπάσης μοίρας ἀπολιμπανομένων (ὑπὲρ γὰρ κοινῶν τῶν εὐεργετημάτων κοινὴν
C εἶναι δεῖ πάντως καὶ τὴν εὐχαριστίαν), τὴν μὲν ἐν τῷδε τῶν νεῶν διανυκτερεύουσα ταῖς προσευχαῖς καὶ τοῖς ὕμνοις, πρώτῳ δὴ τῶν ἄλλων, ὅποι καὶ ἡ τῶν θαυμάτων αὐτουργὸς ἀφ' ἑτέρου πάλιν θαύματος Ἐξ οδηγῶν καλεῖται (1), τὴν δ' ἐν ἑτέρῳ, καὶ καθεξῆς ἐν ἄλλοις · ἣν δὲ μέσην ἔφημεν καὶ τοῦ γε μυστηρίου ἐνταῦθα δὴ τελέσει, ἔνθα δὴ καὶ ὡς ἐν ἐπιγείῳ δή τινι στερεώματι ἢ οὐρανῷ δευτέρῳ, ὅ τι τις τοιοῦτον ὑψηλὸν καὶ μέγα καὶ μέγιστον ἀγαπᾷ λέγειν, οὐκ ἔξω που τῆς ἀληθείας λέγων, ἢ ἔνοικός ἐστιν ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία (2) · τὴν δ' εἰς τέλος ἰοῦσαν καὶ τελευταίαν τοῦ μηνὸς ὁ ἐν Βλαχέρναις φαιδρὸς φαιδρῶν ὑποδέξεται νεώς (3).

(1) Ædes intelligenda Virginis Hodegeteriæ, de qua multus est Cangius in Const. Christiana ; dictæ Ἐξ ὁδηγῶν, quia hic loci Virgo duobus cæcis apparuerat, eosque ad ecclesiam duxerat. Sed variatur in narranda nominis origine. Verba ἐν τῷδε τῶν νεῶν indicare videntur, in hac ecclesia edictum Andronici fuisse lectum.

(2) Ecclesia S. Sophiæ significatur, quam hyperbole oratoria terrestre firmamentum aut alterum cœlum vocat. Non aliter Phranzes III, 8, p. 64 : Τὸν παμμέγιστον ἐκεῖνον ναὸν καὶ θειότατον τῆς Θεοῦ Σοφίας, τὸν οὐρανὸν τὸν ἐπίγειον ... καὶ στερέωμα δεύτερον. Similes hyperbolæ poetastri anonymi in cod. 1630, p. 133, 2, εἰς χρυσῆν ἄντυγα ναοῦ τοῦ Σωτῆρος. α'. Πόλου μὲν αἰθὴρ, ἄστρα, μήνη, φωσφόρος· Δόμου δὲ Σωτὴρ, ἄγγελοι, μήτηρ φίλοι. Τις ἰσότης πρὸς ταῦτα ποία σύγκρισις ; Τὴν ἧτταν εὗρες) οὐρανὲ, πλὴν προσκύνει. β'. Ὦ τοῦ πόλου κάτεισι Χριστὸς εἰς δόμον, Ἢ καὶ πόλον τέθεικε τόνδε τὸν δόμον · Ἄμφω δὲ μᾶλλον · καὶ κατ-
D ῆλθε σὺν φίλοις. Καὶ τὸν δόμον τέθεικον οὐρανὸν νέον. — γ'. Κάλλεος ἦν ἔρις · οὐρανὸς ἄστρασιν ηὔχεε νικᾶν · Αἰθὴρ ἀστράπτων ᾔτεε πρὸς τὰ γέρα · Ὡς δὲ δόμος προὐβάλλετο δεσπότ, κὴν μόνον αἴγλην Ἔσβετο οἷα λύχνος κάλλεα οὐμάνια. — δ'. Ἄστρα μὲν αἰγλήεντα καὶ ἀστέρας ἠδὲ σελήνην, Οὐρανὲ, καὶ σὺ φέρεις, οἶδα, φαεινότατε. Ἀλλ' ὅτε τόνδε χορὸν καὶ χρυσῆν ἄντυγ' ἀθρήσω, « Μικρὰ » λέγω « φαίνεις, καὶ σύ καὶ ἠέλιος. » Similis color alius epigrammatis ibid. p. 56. εἰς ναὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου · Παρθένε παμβασίλεια, τεὸς δόμος οὐρανός ἐστιν, Ἔμπης τῶν χθονίων πρῶτα φέρων θαλάμων. Οὗτος ἐκεῖσ' ἀνάγει · σὺ δὲ θῆκας, Παρθένε, γῆθεν Ἄντυγος οὐρανίης εὐερίην κλίμακα.

(3) Frequens mentio in Byzantinis auctoribus Blachernarum ; quo in Constantinopoleos suburbio ecclesia sita fuit Deiparæ.

Ἀλλα μὴν ἡμῶν οὕτως ἐπεγνωκότων τὴν ἑορ- A τὴν τιμῆσαι, ἢ μᾶλλον τὸν τροπον τοῦτον ἐν πλείοσι τῶν ἡμερῶν ἡμᾶς καθαγιάσαι, ἔστιν ὅστις οὐκ ἀσπάζεται τὸ δεδογμένον, οὐδέ γε κράτιστον εἶναι βούλεται, καὶ πρὸς τὴν ἀκοὴν εὐθὺς ἀνίσταται τὴν ψυχὴν, προθυμος ὢν τρέχειν καὶ συντελεῖν πᾶν τῇ πανηγύρει, τό γε αὐτῷ προσῆκον; Ἐγὼ μέν οὐκ οιμαι· ἀλλά τοι καὶ τοὐναντίον ὑπὲρ πολλῶν δηλονότι τῶν ὀφλημάτων μικρὰν ἢ οὐδεμίαν εἶναι τὴν ἔκτισιν ὅ γε φιλέορτος ἐρεῖ καὶ περὶ τοῦ παρόντος εὖ ἐσκεμμένος· ἅμα δὲ καὶ οὐδὲ προσάγειν μᾶλλον ἡμᾶς εἶναι φήσει τόνδε τὸν τρόπον ἢ μεγάλων δὴ τινων ἀξιουμένους εἶναι. ποίων δὴ τούτων; ὁμιλίας Θεοῦ, κοινωνίας ἀγγέλων σὺν ἡμῖν ὑμνούντων, ἀποστόλων συρῳωνίας μεθ' ἡμῶν ἑορταζόντων, πάντων τῶν καλλίστων, ὅσα δὴ τοῖς τοιούτοις εἰς B ταὐτὸν ἥκειν ὁ πνευματικὸς οἶδε λόγος.

Nobis autem ita de reverenti celebratione festi edoctis, vel potius de modo quo plures has dies sanctificandas habemus, si quis male ferens hoc decretum illudque maximi momenti judicans statim temereque ad obedientia retrahat animam suam, zeloque præcipiti concitatus finem solemnitatis ambiat et festinet in celebrando, illud numquid ipsi profectui erit? Ego non opinor: sed e contra certum eet parum vel nihil multorum debitorum suorum ipsum esse soluturum, quod faciet fecta diligens et imprimis ac præsentem solemnitatem bene dispositus: simul autem testari poterit ille quod nos qui accedemus juxta ritum huncce statutum, majorum quorumdam bonorum erimus digni. Quorumnam? Conversationis Dei, societatis angelorum nobiscum canentium, concentus apostolorum hujus nostræ festivitatis partem ambientium; uno verbo optimorum quorumque charismatum quæ in talibus contingere novit mens spiritualium studiosa.

Καὶ ἵνα τί μὴ μακρότερον, ἴσως ἂν εἴποι τις, καὶ διὰ παντός, εἴπερ ἐφικτὸν ἦν, τοῦ βίου τῶν καλῶν τῶνδε μεθέξομεν, στενοχωρήσομεν δ' ἐν οὕτω βραχεῖ χρόνῳ τὸν τῆς ἑορτῆς χρόνον, φθονοῦντες ὥσπερ ἑαυτοῖς τῆς πλείονος ἀπολαύσεως; Τοῦτ' οἴδαμεν καὶ ἡμεῖς, καὶ γε τὴν πανήγυριν εἰς μῆκιστον ἀποτεῖναι πολὺς ἡμῖν ἐγένετο λογισμός, καθυφήκαμεν δ' αὖθις τῶν πολλῶν χάριν, ὡς ἂν δὴ πάντες, ἴσης ὡσανεὶ τῆς προθυμίας ἐξημμένοι, καὶ εἰσοίσουσι κατ' ἴσον, τοῦ ῥᾴστου πᾶσι νενομοθετημένου. Εἰ μὲν γὰρ χρημάτων θησαυροὺς κενοῦν ἔδει ἢ πόνους ἀνᾴρῆσθαι, μεγάλης δή τινος ἰσχύος ἔργα, τῆς ἐνούσης μικρᾶς οὔσης, ἐξέκλινεν ἂν τις ἴσως, τὸ μὴ δεδυνῆσθαι πρόφασιν ἔχων· νῦν δ' οὐδὲν τῶν τοιούτων· ἀλλ' ὅπερ ἔφημεν, ἁγιασμοῦ καὶ τρυφῆς μετουσία καὶ φαιδρᾶς πανηγύρεως, ἧς ἀπολειφθῆναι μὴ ὅτι γε ῥᾳθυμίας, ἀλλ' οὐδ' αἰσθήσεως ὑγιοῦς οὐδ' αὖ εἰδότος ἐν οἷς ἐστιν ἀπόνως μετὰ τοῦ καλοῦ γίγνεσθαι. Καίτοι γε καὶ, πόνων εἴπερ ἔδει καὶ συχνῶν καμάτων, ὑπέρ τίνος ἂν μᾶλλον δικαιότερον ἢ καὶ λυσιτελίστερόν τις ἐνίδρωσεν, ἢ ἐν τῷδε καὶ ὑπὲρ ὃ πέφυκε προθύμως ἐπεκτεινόμενος; Εἰ γὰρ καὶ μικρῶν ἕνεκεν καὶ φαύλων ἔστιν ὅτέ πραγμάτων ὑπερμοχεύοντας κατιδεῖν ἐστιν ἐνίους, καὶ κλέπτει τὸ δοκοῦν κέρδος τῆς ταλαιπωρίας τὴν αἴσθησιν ποίας οὐχὶ μέμψεως ἄξιοι, οὓς τὸ μὴ θελῆσαι μόνον τὸ τῆς πανηγύρεως λαμπρὸν ἔζημίωσε;

Sed forte quis adhuc quærat quare non diutius, non semper, hisce vitæ bonis gaudebimus, coarctabimus autem brevius festivitatis tempus, quasi nosmetipsos fraudantes uberrima voluptate. Ita et nos sentiebamus, et sæpe solemnitatem in longiores protrahere moras cogitavimus; pepercimus autem in gratiam multorum, ut scilicet omnes quasi uno eodemque zeli fervore inflammentur et idipsum sentiant et sic facilius una lege dirigantur. Si enim oporteret thesauros exhaurire aut subire labores quibus magnæ vires adhibendæ forent ab eo qui ad hoc impar exsisteret. se non posse juste ille quereretur. Nihil autem horum accidit; sed, ut diximus, benedictionis, sanctæque lætitiæ et refulgentis solemnitatis uno proponitur, quæ si negligantur, signum est non modo segnitiæ, sed etiam sensus minus recti, et ignorantiæ eorum quibus ad perfectionem absque labore pervenitur. Quod si, ut certe apparet, laborum suscipienda est multitudo, ad quid potiori jure et quæstuosius quis insudabit, quam ad hoc in quo summe proficiet secundum quod nisus fuerit zelo et contentione. Etenim si quosdam videmus in minimis vilioribusque negotiis supra modum voluntarie patientes, quibus spes lucri sensum mœstitiæ et pœnam laboris quasi omnino lenit, qua non erunt vituperatione digni, quos avertit sola voluntas repugnans festivæ solemnitati!

C

D

Καὶ οὐ τοῦτο λέγω μηδένα μὴ δεῖν ἀπὸ πάσης τῆς ἑορτῆς ἐκ πάνυ τι πίπτειν ῥᾳθύμου ψυχῆς, ὅτι μηδ' οἶμαί τινα τῶν ἁπάντων εἰς τοσοῦτον ἀγνωμοσύνης ἐλθεῖν, οὐδ' αὖ ὥσπερ ἐν νεκρότητι ζῆν αἱρεῖσθαι καὶ ἀναισθήτως ἔχειν πρὸς ἅπας καλὸν, ὥσθ' ὅλην ἀπὸ νάρκης καὶ παντελοῦς ἀκινησίας φυγεῖν τὴν πανήγυριν· ἀλλά τὸ μὴ διὰ πάσης ἦ, τό γε δεύτερον, μὴ διὰ τῆς πλείονος ἱκέσθαι σπουδάσαι, τοῦτ' ἐν αἰτίᾳ καὶ, ὡς ἐγκλημα τοῦ λοιποῦ τοῖς κατοκνήσασι γίγνεσθαι τὸ παρὸν βούλεται ψήφισμα. Τάχα δὲ καὶ ἀγανάκτησιν ἐπανατείνεται, οὐχ ἥττω δὴ τοῦτοις, ἢ τοῖς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐν εὐαγγελιοι

Et non possum quin dicam quemcunque crassissimæ ignaviæ notam animæ suæ inurere, qui totum festivitatis cursum non celebraret; neminem enim judicarem omnium vestrum tantæ esse insulsitatis, tanta vitali fortitudine carere qua ad omne bonum vivide movemur, ut propter torporem et nimiam quietis insaniam omnem festivitatem negligeret: præsens itaque decretum huc tendit ut noscant ignavi, quod si non toti studeant interesse festo vel saltem ejus majori parti, hoc illis in crimen et in accusationem cæterorum vertetur. Eo ipso enim divinam incurrunt indignationem non minus

quam illi qui, ad cœnam evangelicam vocati, sese diversis de causis excusarunt, villæ visitandæ, uxoris ducendæ, jugorum quinque boum recens emptorum experientiæ faciendæ. Etenim, sicut illis non erat æqua excusatio, ita nec istis, et nullus unquam adducere poterit sufficientem, cum nihil sit utilius, neque aptius nedum ad retrahendum, verum etiam ad fortius impellendum, quam invitari et suaderi sensu ad festivitatem celebrandam. Quid enim hac fiet honorabilius? quid majorem utilitatem proferet? Et quandonam in omnibus erit simul et quod utile est et quod jucundum? Te ergo afficiat omnium eorum ad quæ te studeres applicare lucrum majus et multo præstantius, etiamsi non valeas ea quæ sunt invisibilia introspicere et eorum quæ parent solummodo consideres voluptatem et pulchritudinem, choros scilicet sacerdotum cœtus monachorum, aliorumque permultas turmas Virginis laudes canentium : horum omnium legitimum ordinem, gravitatem et cum cœlestibus similitudinem. Quantam vero lætitiam et voluptatis abundantiam infundunt pia sacraque carmina Dei laudibus plena et solemnitatem addentia! Et quis est qui se avertat ab his omnibus quæ audiet et contemplabitur, ut rebuscæteris libentius inhæreat quam festo huic? Nemo omnium prorsus!

A κληθεῖσιν, εἶτα παραιτησαμένοις (1) ἐπὶ προφάσεσιν, ἀγροῦ θεωρίᾳ, καὶ γάμῳ γυναικὸς, καὶ ζευγῶν πέντε νεωνήτων δοκιμασίᾳ. Καὶ γὰρ, ὥσπερ ὐκείνοις οὐκ εὔλογος ἡ παραίτησις, οὐδ' ἐντεῦθεν εὔλογος, κἂν ὁποίαν τις ὡς ἐξαρκοῦσαν ἐξαιρεῖσθαι προβάλλοιτο, οὐδενὸς ὄντος μήτε λυσιτελεστέρου, μήθ' οἵου μεθέλκειν ἰσχυροτέρου καὶ πρὸς ἑαυτὸ στρέφειν τὸν γοῦν μετ' αἰσθήσεως εἰς τὴν ἑορτὴν ἐπειγόμενον. Τί γὰρ ἂν ταύτης; καὶ γένοιτό ποτε τιμιώτερον; ἢ τί πλεῖω τὴν ὄνησιν φέρων; ἢ τῷ τῶν ὅλων κατ' ἴσον μετὰ τοῦ λυσιτελοῦντος ἅμα προσέσται πολὺ καὶ τὸ χαρίεν; ὥστ' ἢ τὸ κέρδος ἕλκετω σε πάντων ὂν μεῖζον καὶ πολλῷ μεῖζον τῶν ἐφ' ἃ σπουδάσεις ἀνασχολούμενος, ἤ, μὴ δυνάμενος πρὸς τοῦτο καθαρῶς βλέψαι ἀοράτως ἐρχόμενον, B γενοῦ τῆς τρυφῆς καὶ τοῦ κάλλους τῶν ὁρωμένων, χοροὺς ἱερέων βλέπων, χοροὺς μοναστῶν, ὁμηγύρεις ἄλλας τὴν Παρθένον ὑμνούντων, πάντων τὴν εὐταξίαν, τὸ σεμνὸν πάντων, καὶ τὴν πρὸς τὰ οὐράνια μίμησιν. Ἃ δὲ καὶ θεῖα καὶ ἱερὰ μέλη καὶ ᾄσματα τὰς αἰνέσεις πληροῦντα, κοσμοῦσι τὴν ἑορτὴν, ποίαν ἡδονῆς ὑπερβολὴν ἀπολείπει; ἢ τίς, ἀπὸ τῶν τοιούτων ἀκουσμάτων ἅμα καὶ θεαμάτων στραφείς, ἑτέροις ἀγαπήσει μᾶλλον, ὡς δή τισι λαμπροῖς, ἡδέως προσανέχειν, ἢ τούτῳ; τῶν ἁπάντων (2) οὐδείς.

De cætero quid amplius dicam? age continuo festi societatem insume ut ea quæ ipsi sunt apta adimpleas; expiare jejunio, temperantia mundare, et sanctificare precibus : in gaudio spirituali omnia tibi sint pariter spiritualia, Si velis, Davidem imitare choros saltantium ducentem; subsilientem ante arcam et saltantem in jubilatione. Et si fores in extremis terræ cum apostolis accurre; pro certo enim mihi est, eos invisibiliter adesse, hymnosque profundere abundantes, sicut olim subito omnes adfuerunt ex finibus terræ accurentes ad solvendos Virgini funebrium cantus. Sequere coryphæos, neque chorum derelinque, ne accedas ad nuptialem domum jam reclusam, et ne, dum intus celebrantur sancta mysteria, stes exterius pulsans et conquerens quod excludaris a lætitia. Age igitur; certa bonum certamen, ante cæteros præcurre, et jacturam probe edoctus, ad Matrem Dei iterum accede videndam.

Καὶ δή μοι λοιπὸν δεῦρο πᾶς τὴς ἑορτῆς μετέχων ἐν αὐτῇ τὰ εἰκότα τελέσθητι, ἁγνισθητι τῇ νηστείᾳ, δι' ἐγκρατείας καθάρθητι, ταῖς προσευχαῖς ἁγιασθητι· πάντ' ἔστω σοι πνευματικὰ, πνευματικὴς C οὔσης τῆς πανηγύρεως. Εἰ βούλει δὲ, καὶ προσίρτησον τῆς κιδωτοῦ, καὶ χόρευσον ἐν ἀγαλλιάσει, καθηγεμόνι τῶν ἁλμάτων τῷ Δαυὶδ (3) χρώμενος. Κἂν τελῇς εἰς, ἐσχατογῆς μετὰ τῶν ἀποστόλων δράμε· πείθομαι γὰρ αὐτοὺς καὶ πάλιν, μόνον μὴ φαινομένους, ἀθρόους ἀφῖχθαι καὶ συνεργάζεσθαι τοὺς ὕμνους, ὡς πάλαι ποτ' αἴφνης ἐκ περάτων γῆς συνελθόντες ἦσαν τοὺς ἐξοδίους (4). Μὴ γοῦν ἀπολειφθῇς τῶν κορυφαίων, μηδὲ κατόπιν τῆς χορείας, μηδὲ κλεισθέντος τοῦ νυμφῶνος (5) ἔλθῃς, ἐν ᾧ δειλονότι ταῦτα τῶν ἱερῶν τελεῖται, μὴ μείνῃς ἔξωθεν κρούων, εἶτα σεαυτὸν ταλανίζων ὅτι τῆς χαρᾶς ἀπεκλείσθης. Ἴθι σπουδαῖος τὴν καλὴν ἀμιλλαν ἀμιλλώμενος, καὶ προτρέχων τῶν ἄλλων, καὶ ζημιαν εὖ εἰδὼς τῇ τοῦ Θεοῦ Μητρὶ δεύτερος ὀφθῆναι. D

Si, cum aliquid ex his quæ aliter relucent, licet non vere ulilia sint, sed e contra brevi corrumpantur, sub quadam specie honoris et bonitatis proponitur participandum. non potes quin ante

Εἴ τι τῶν ἑτέρως λαμπρῶν, μηδὲν δ' οἷων ἀπονασθαι χρησίμων, ἅ τε καὶ ταχὺ φθειρομένων, ἁπτῶντων δ' ὅμως δή τινων τιμίων, προὑκείτο μεταλαγχάνειν, οὐ ἂν ἠνέσχου μὴ πρότερος τῶν

(1) Vide Lucam XVI, 16 seqq.

(2) A, προσανέχειν· ἢ τοῦτο τῶν ... B, προσανέχειν, ἢ τοῦτο τῶν... Quam feci correcto sententiam probabilem parit. Puto tamen aliud quid latere.

(3) Respicitur narratio biblica (II Reg. VI) de Davide ante arcem saltante.

(4) Puto hic innui ab auctore piam de Mariæ dormitione fabulum. Narrat enim Germanus, apostolos Mariæ morituræ, imo dormituræ, et cœlos assumendæ, subito nec exspectatos, nec sine fulminis ac turbinum fragore, adstisse, ac feretrum in humeros sustulisse, ὕμνοις καὶ φωτισμῷ τὸ σῶμα τῆς Παρθένου πρὸς τὸ μνῆμα τιμίως καὶ εὐλαβῶς ἐξάγοντας.

(5) Respicitur parabola de virginibus fatui apud Matth. XXV, 10, καὶ ἐκλείσθη ἡ θύρα.

ἄλλοι δοκεῖν μεναλαγχάνειν · νῦν δὲ τοσοῦτον ὄντος πολλῷ τιμιωτέρου τοῦ γιγνομένου κέρδους, ἄλλῳ τινὶ παραχωρήσεις ἔμπροσθεν καταλαμβάνειν ; Μὴ σύ γε πάντως, ὁ φιλόθεος καὶ φιλέορτος, καὶ τῶν καλῶν ἐπιγνώμων · ἀλλ', ἐν αἰσθήσει τῶν παρόντων γενόμενος, ταχυς σύνεσο τοῖς τελουμενοις.

Νῦν κοινὴ πανήγυρις ἐπουρανίων καὶ τῶν ἐπιγείων. Νῦν ἄνωθεν ἄγγελοι κατιόντες μεθ' ἡμῶν μίγνυνται των ἀνθρώπων · νῦν ἄνθρωποι προσιόντες εἰς ταυτὸν ἠκούσι τοῖς ἀγγέλοις, καὶ μιᾶς δὴ τινος ὡς ἐπὶ χορείας ἐν ᾄδουσι μέλος, τὴν Παρθένον ὑμνοῦντες. Νῦν καὶ Χριστὸς, μέσον τῶν ἑορταζόντων γενόμενος, ὧν οὐδὲν οὐκ ἔστιν οὐμενοῦν εἰπεῖν μεῖζον, εὐλογίαις ἀμείβεται τὴν Παρθένον. Νῦν αὐτὸς ὁ Θεὸς ἐπιστὰς τὴν μητέρα μεταλαλεῖται, καὶ τὴν παναγίαν ταύτης ψυχὴν ἐν τοῖς κόλποις ὑποδεξάμενος, εἰς οὐρανοὺς ἀναφέρει, προπεμπόντων ἀγγέλων καὶ τὰς αἰνέσεις πληρούντων. Νῦν ἡ Παρθένος καὶ τῷ σώματι μεθίσταται μὲν ἡμῶν, οὐκ ἀφίσταται δὲ, φρουρεῖ δ' ἄνωθεν ἐποπτεύουσα διὰ αἰῶνος. Νῦν δεῖ καὶ ἡμᾶς, τῶν ἄλλων πάντων ἀφειμένους, αὐτῆς ὅλους τῆς ἑορτῆς γενέσθαι, εὐφημοῦντας, ψάλλοντας, εὐχαριστοῦντας, πάνθ' ὅσα πρὸς χρέος ἡμῖν ἥκει κατὰ το δυνατὸν πληροῦντας. Καὶ γοῦν οὕτως ἔσται.

Σὺ δ', ὦ Θεοῦ μῆτερ, εὐμένῶς δέχου, καὶ τοῖς ἐξ ἔθους οἰκτιρμοῖς χρωμένη, τρέπε μὲν ἐχθροὺς ἀφανῶς βάλλοντας, ὥστε μηδὲν ἡμᾶς ἐξ ἐπιβουλῆς αὐτῶν μηδαμῶς βλάπτεσθαι · τρέπε δὲ τοὺς ἐν τῷ φανερῷ πολεμοῦντας, καὶ διὰ παντὸς δείκνυε κενὰ σκευάζοντας καὶ μελετῶντας πάνθ' ὅσα δηλονότι καθ' ἡμῶν σκευάζουσι καὶ μελετῶσι. Σύντριβε και τόξον πᾶν καθ' ἡμῶν ἐντεινόμενον, (1) και ῥομφαίαν κινουμένην ἐπὶ τοὺς κινοῦντας στρέφε. Πρόστηθι δυνεκὴς πρόμαχος, τὴν σὴν ἐκτείνασα κραταιὰν χεῖρα, και βάλλε κάτω κεφαλὰς ὑσμενῶν, μεθ' ὅσης τῆς ὕβρεως ὁρᾷς ὁπόσον ἐπαιρομίνας· Ἰδού σοι πρόσιμεν ἡμεῖς οὐκ ἐφ' ἅρμασιν, οὐδ' ἵπποις, οὐδ' ἐπὶ ῥομφαίᾳ και τόξοις, ἐπ' οὐδενί τῶν τοιούτων ἥκιστα θαῤῥοῦντες · ἐπεὶ καὶ μικρὰ πάντα και φαῦλα, κἂν ὁποῖά τις, κἂν ὁπόσα τις εἴπῃ, και εἰς οὐδὲν οὐδαμῶς ὄφελος τοῖς μὴ ταῖς πρὸς σὲ μᾶλλον στερρᾶις ἐλπίσι καθωπλισμένοις, ἂν ἡμεῖς πάσας ἐπὶ σὲ καλῶς θέμενοι, μὴ πέσοιμεν ἐξ αὐτῶν, μηδὲ φανείημεν κατησχυμμένοι · δίδου δὲ κρατοῦντας ἐν παντὶ χρόνῳ φαιδρῶς πανηγυρίζειν, και τήνδε τὴν ἑορτὴν ἀκατάλυτον εἶναι δίδου διὰ παντὸς αἰῶνος.

(1) Respicitur Ps. XXXVI, 14, 15, Ῥομφαίαν ἐσπάσαντ, οἱ ἁμαρτωλοίο ἐνέτειναν τόξον αὐτῶν ... Η ῥομφαία αὐτῶν εἰσέλθοι εις τὴν καρδίαν αὐτῶν και τὰ τόξα αὐτῶν συντριβείη.

A alios primus gestias in partem ejus venire, numquid nunc aliis dimittes tantum fructum omnibus longe præstantiorem, negligens illum imprimis lucrari ? Nequaquam ita sit, o philothee, qui festis delectaris et bonorum probus es arbiter ; sed cum sensum habeas præsentium, bonorum impigre assistas solemnitatibus.

Nunc enim festivitas adest communis cœlitibus et terrestribus. Nunc angeli cives superni de cœlis descendentes miscentur nobis hominibus : nunc homines ascendentes angelis occurrunt, ut in unum chorum adunati, melodis vocibus canentes, laudes dicant Virginis. Nunc etiam Christus medius inter festum celebrantes laudibus quibus nihil magnificentius dici potest, vicem Virgini reddit. Nunc B ipse Deus e cœlo superveniens Matrem revocat et ejus purissimam suscipiens animam in cœlum elevat, angelis deducentibus eam in multitudine laudum. Nunc Virgo etiam corpori nostro proxima constituitur ; nunquam enim nos oblita, de cœlo despicit et custodit in sæcula. Nunc ergo oportet ut nos, cæteris omnibus prætermissis, omni festivitati interesse acclamantes, psallentes, gratias agentes, officio nostro sic pro posse satisfacientes, fungentes. Et certe sic erit.

Tu vero, o Mater Dei, benigne nos suscipe, et solitæ memor pietatis, hostes profliga qui nos latenter lacessunt, ne unquam ex eorum insidiis malum feramus et damnum ; dissipa quoque eos C cum manifeste pugnant, in omnibus ostendens vana esse quæ parant et moliuntur contra nos continuo et undique insurgentes. Arcum confringe contra nos intentum, et gladium quo petimur contra vibrantes ipsos converte. Nobis adesto constans propugnatrix et patrona, extendens potentem manum tuam ut conteras capita insolentium hostium, quos vides malitia sua et superbia supra modum inflatos. Ecce tibi occurrimus non in curribus, neque in equis, neque in gladio, neque in sagittis et arcubus, in nullo eorum vel minimum confidimus, adeo sunt parva et debilia quot et quantacunque quis dicat, et ipsa sunt plane inutilia illis qui non firmissima spe in tuum auxilium præcinguntur. Et nos, plenissime in te confisi, nunquam dejiciemur ab eis, D neque victi apparebimus. Dona ergo ut constanter per omne tempus statutum splendide celebremus hoc festum, et per ipsum in festum æternum transire per omnia sæcula.

ANNO DOMINI MCCLXIV.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΚΥΠΡΙΑ

ΤΟΥ

ΑΛΕΧΑΝΔΡΟΥ ΠΑΠΑ

ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ

—

CONSTITUTIO CYPRIA

ALEXANDRI PAPÆ IV

GRÆCE PRIMUS EDIDIT, LATINE REDDIDIT AC NOTIS ILLUSTRAVIT

VINCENTIUS RICCARDUS

CLER. REG.

—

(Romæ excudebat Stephanus Paulinus MDCXXXVI)

—

EMINENTISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO BARBERINO, S. R. E. CARDINALI VICECANCELLARIO.

Incredibili, ut par erat, Eminentissime Princeps, ad vestigandum sagacitate, te auctore perlustrabam in Altempsiana bibliotheca Græcorum Euchologia, ut quæ in impressa irrepserunt, ex ipsis exemplaribus percipi possent errata ; cum ecce, dum alacri promptoque vultu huc illucque omnia pervolvens, emissitiis circumspectans oculis intuerer, se offert in Cyprio quodam vetusto Euchologio Διάταξις, *Constitutio Alexandri Pontificis, ejus nominis quarti. Eam mira alacritate perlegens, sentio nec Latine nec Græce hucusque editam, imo nec in Pontificum quidem notatam actis, quæ tamen summam Romanæ sedis in Græcos et Cypri insulam auctoritatem locupleti testimonio prodat, ac pleraque ecclesiasticis incognita scriptoribus pandat. Ne autem alto diutius obtecta silentio interiret prorsus, a perpetua oblivione vindicans, Latinam e Græco exemplari reddere statui, pristinæque Latinæ integritati pro viribus restituere. Ut vero venatici canis partes agerem, quo nomine a sanctissimo patruo tuo Urbano VII me olim cohonestatum recolo, ad tuos pedes unici domini mei et singularis patroni, cui cuncta ex animo et polliceor et profiteor, prædam tuo nomine partam et auctam ultro defero illæsam et offero; quam non modo suo ipsius velum pondere pendas, verum etiam novitatis momento eoque maximo. Constitutio ista lucifugæ Latium natale solum, in quo fuerat edita, verterat lateque spatiata abditis in silvis sinuosisque in antris, immutata eloquii forma, se receperat, sensim Latinis pariter ac Græcis invisa. Perscrutabundus oberrans, prælucescente E. T., in Altempsiana agresti illa Græcorum codicum inculta silva, introspicio peregrino eam latitantem habitu reperio, Cyprio velut in saltu, senticoso illo Cypriis familiari eoque asperrimo ejus temporis Græco exaratam eloquio ; rapio illico, describo, Latine reddo, integramque prædam, observantiæ meæ indicem, benevolentiæ tuæ illicem, E T. protinus trado, ut postliminio ex te universus eam excipiat orbis, et ex tuo pariter admiretur*

suscipiatque nomine, fausto utique felicique. Aspiret Deus ! Interim demittat se paululum E. T., laxamentum capiat curarum, et blandis litterarum lenociniis animitus blandienti plaudat catulo ac longo jam labore fesso, deciduoque sudore gravato et anhelanti occurrat benigne, ipsumque pariter ac prædam ejus ex ore pendentem gratulabundo vultu passisque ulnis amplectere.

E domo S. Andreæ de Urbe. Kalend. Febr., anno 1636.

E. T. humillimus servus

VINC. RICCARDUS, *Cler. Reg.*

CONSTITUTIONIS CYPRIÆ

HISTORIA

AVINCENTIO RICCARDO, CLERICO REGULARI, ADORNATA.

—

Cyprus, Pamphylii maris insula, procul a continenti discreta, ad ortum occasumque Ciliciæ ac Syriæ objecta, portubus distincta, loci amœnitate summa, feracitate multiplici, opum copiarumque ubertate adeo referta, ut jure Macaria sit vocata : seipsa nimirum, caducarum opulentia ; rerum, felix ac beata ; novem quodam regnorum sedes, Romani olim populi tributaria ; ab apostolis ipsis Christianæ fidei sanctissimis formata institutis : Græco ut eloquio, sic ritu pie orthodoxoque fere semper culta ; Agarenorum crebrius pressa tyrannide, pluries a Græcis quibus parebat imperatoribus in libertatem asserta ; duodecimo tandem a Christo sæculo, Græcis, ob sævam eorum in Anglos inhumanitatem, quos quassata classe in Cypria littora exanimes impactos exturbantibus ac protrudentibus, Anglica illa martia virtute Helladum oppressis abactisque ducibus a Richardo Anglorum rege ultro temereque lacessito, insula subacta universa, in Latinorum ditionem potestatemque cessit : Richardum enim invictum, quem amicum rejecerat hospitem, violatis hospitii juribus infensum postea sub malo sustinuit sensitque hostem. Deinde Lusianinis paruit Gallis, qui regio eam nomine a Romanis pontificibus auctam locupletarunt. Sed cædibus, dissidiis, seditionibus distracta ac fœdata, in superos contumax, in pares fastuosa, in Romanam sedem ingrata, ecclesiasticis fulminibus icta, pugnaci procerum ac præsulum vastatur dissidio. Quocira perduellibus Romanæ sedi pontificibus extrusis, Græcanica eliminata perfidia, abstractisque quatuordecim Græcorum episcoporum sedibus, ecclesiastica contracta provincia, quatuor tantum totius insulæ a Cœlestino hujus nominis tertio antistitum sedes, duobus cuilibet urbi datis præsulibus, Latino nimirum et Græco, singulis suo cujusque patrio ritu pontificia munia in una eademque obeuntibus urbe. Horum primas cum olim ad quartum fere usque sæculum metropolitano acius jure Paphensis esset archiepiscopus, deinde Constantiensis, duodecimo demum a Christo sæculo Leucosiensis, exstitit, reddita Leucosia, regia olim urbe, totius insulæ metropoli. Defuncto autem Leucosiæ præsule Græco, elegerunt Græci gentilem suum Germanum, qui, ut urbanæ gentis, ita et urbis insulæque universæ integro se plenoque jure antistem factum ratus, nomen et jus assumit archiepiscopi, et metropolitico jure Græcos omnes totius insulæ suæ ditionis esse contendit. Quo pontificio jure et munere perfungente, Hugo, Latinus Leucosiæ archiepiscopus, insurgit ; Germanum non rite electum nec canonice ordinatum criminatur, incusat, injuste jus dare oblatrat ; unum duntaxat eumque Latinum esse archiepiscopum in universa insula metropolitico constitutum jure, ex summorum pontificum decretis, contentioso pugnacique tumultu instat, urget, probat ; Græcum Germanum, ut aliena jura invadentem, deturbaturus e solio ad suum provocat tribunal eumque insectatur moleste exagitatque graviter. Quæ omnia acerbo ferens animo Germanus, facta ad Alexandrum IV Rom. Pont. appellatione, Hugonis eludit judicium. Ad Romanam convolat urbem, gentilium suorum episcoporum frequentia stipatus ; illatam sibi expostulat injuriam ; indigna et intoleranda se inique perpessum conqueritur ; pontificiam implorat opem, qua Cyprios, quibus universa agitabatur insula, sedaret fluctus. Mittit etiam et Hugo Leucosiæ archiepiscopus suos oratores, accessurus potius ipse nisi veritus insulam sine ulla relinquere antistite, rectore pastoreque destitutam prorsus omni. Viros præficit legatque Romam, alieno quidem nomine, revera tamen jura Latini metropolitæ propugnaturos apud acerrimum juris propugnaculum, in summa æquitatis arce, apostolica

nimirum sede, præsidia defensionis suæ constituens. Excepit omnes Alexander benigne audivitque amice. Diversis tamen pugnantium episcoporum studiis commotus graviter, pacis provinciam suscipiens, Anagniæ, Latii urbe patria, in publico consessu, ipso astante Germano tribusque aliis Græcis Cypri episcopis, Nicolao Soliæ, Ioacim Carpasii et Matthæo Leucarum, ac Hugonis Latini Leucosiæ archiepiscopi, oratoribus, plurimisque considentibus S. R. E. cardinalibus, pacis assertor Pontifex, auditis matureque expensis utriusque dissidentis partis rationibus, ex fratrum consilio pacifica constitutione sanxit, Germanum quoad viveret archiepiscopi jure, nomine, munere potiundum ; neve unius Leucosiæ civitatis duo forent archiepiscopi, et jura cum daret Germanus, jura eripere videretur Hugoni, Neucosiæ sedem Hugoni, Soliæ vero Germano tribuit, Nicolio ad Arsinoem vacantem Ecclesiam a Solæensi translato ; et omnia metropolitica Græcorum jura Græco impertiens Germano, cunctis deinceps ademit Græcis : siquidem defuncto Germano nullum alium Græcum metropolitam eligendum statuit, ne contra sacros canones duo essent in una provincia metropolitæ, nomeve, jus, munus archiepiscopi, unius tantum postea futurum, Latini nimirum Leucosiæ pontificis ; cæteros vero Germani posteros episcopos, Soliæ tatum nomine et sede cohonestandos, ac Latino Leucosiæ metropolitæ metropolitico jure, ut et reliquos Græcos pontifices esse subjiciendos pronuntiat ; Græcorum item præsulum sedes in Latinorum urbibus, locat, expressis utrorumque juribus, sua unicuique plane tribuens, Græcos episcopos in Latinorum imperio ac ditione concordi animo quam pacatissimos constituit.

Edita primùm hæc Constitutio est anno Domini 1260, ab Alexandro pontifice summo, Romano eloquio, Romanorum pontificum more ; deinde a Græcis, gentilibus suis consulentibus, Græce reddita, et Leoni Solæensi novo episcopo suffecto anno Domini 1297 ex Leucosiæ tabulario exhibita, germanaque locupletium testium assertione publicitus comprobata. Verum qua bellorum incursione, qua Latinorum incuria, Latina excidit editio, et Græca tantum, e Græcis librariis nunquam calamo parcentibus exarata, in vetusto quodam ms. Cyprio Euchologio Altempsianæ bibliothecæ reperitur ; eam, ne, ut hucusque alto silentio præteritam, sic etiam oblitescentem, ipsa prorsus oblitteraretur, e Græco germano exemplari Latinitati rursum restituere, et Latine ac Græce nunc primum publico Ecclesiæ bono edere visum est.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΚΥΠΡΙΑ
ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΠΑΠΑ

ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ.

CONSTITUTIO CYPRIA
ALEXANDRI PAPÆ IV.

Τὰ παρὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου πάπα τοῦ τετάρτου ἐνορδίνως (1) καὶ κανονικῶς ὁρισθέντα ταῖς ἀμφινόοις ἐν τῇ νήσῳ Κύπρου Ἐκκλησίαις, καὶ τοῖς ἐν ταύταις ἀρχιερατεύουσιν, Ἰταλοῖς τε καὶ Γραικοῖς.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ἐπίσκοπος, δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν τοῦ πράγματος μνήμην.

Εἰς τὸ διηνεκὲς τὸ τῆς δίκης σέβας (2) ἐκτείνεται ἀριδήλως ἐν τῷ τοὺς ἐν τῶν ἀμφιλογιῶν διαπληκτισμοὺς, οὔποτε παρασκευάζοντας τὴν ἀγάπην, ἀλλὰ τραυματίζοντας τὴν ἀγάπην · τῇ τῆς εἰρήνης σιγῇ κατευνάζεσθαι ἔνθεν τοι εἰς τὰς ἀντιστάσεις αἷς ἄνδρες διαφωνοῦσιν ἐκκλησιαστικοὶ, οὐκ διὰ τοῦτο πρὸς ἀλλήλους χρὴ εἶναι εἰρηναίους, ὅτι ἐν τοῖς ἄλλοις ὀφείλουσιν εἶναι εἰρηνικοί · τῇ τῆς κριτικῆς συνέσεως ἐπιμελείᾳ, καὶ πρὸς τὴν διαλλαγὴν τῆς διχονοίας, ἐν ἀγάπης δεσμῷ ἐξόχως χρεὼν ἐπαγρυπνεῖν · οὐ γὰρ ἐν βιαίου πνεύματος ζάλῃ, ὃ πολλάκις τὴν τῶν πραγμάτων ἀνατρέπει κατάστασιν, καὶ τὴν στερρότητα θλᾷ, οὐτ' ἐν τοῖς τῶν θορύβων κλόνοις, τοῖς πλειστάκις ἐκ τῶν διχονοιῶν ὁρμωμένοις τὸ τῆς καθολικῆς ἑνώσεως προκόπτει αἰδέσιμον · πλὴν ἠχοῖ λεπτῆς αὔρας, τουτέστιν εὐμενεῖ πραότητι κούφου πνεύματος, ᾗ τῶν ἀμφιλογούντων πραΰνονται ζέοντες οἱ θυμοί.

(2) Ἐπεὶ δὲ ὁ εὐλαβὴς ἀδελφὸς ἡμῶν Γερμανὸς, ὁ τῶν ἐκ Κύπρου Γραικῶν ἀρχιεπίσκοπος, μετὰ τῶν τοῦ εὐλαβοῦς ἀδελφοῦ ἡμῶν ἀρχιεπισκόπου · Λευκοσίας ἐπιτρόπων, τῷ καθ' ἡμᾶς ἐνεδήμησαν δικαστηρίῳ · ὁ αὐτὸς τῶν Γραικῶν ἀρχιεπίσκοπος

A *Decreta Alexandri papæ IV rite et canonice constituta in controversia Ecclesiarum insulæ Cypri earumque præsulum tum Italorum, tum Græcorum.*

ALEXANDER episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Cum justitiæ cultus perpetuo longe lateque explicetur manifeste quando contentiosæ litigantium concertationes, quæ charitatem nullatenus conciliant, sed perimunt, pacis silentio supprimuntur ; idcirco in obortis controversiis, quibus discordes inter se ecclesiastici contendunt viri, qui hoc ipso quod aliorum pacis assertores esse convenit, inter se deberent esse pacati, accurato judicialis cognitionis examine charitatisque vinculo ad dissensiones reconciliandas summo necesse est studio invigilare : non quidem in vehementi procellarum strepitu, qui sæpe sæpius tranquillum perturbat rerum statum ; neque turbarum tumultu, qui crebrius acri dissensionum impulsu catholicam unionis convellit observantiam ; sed potius in sonitu auræ lenis, placida nimirum mansuetudine sedati spiritus, qua ardentes dissidentium mitigantur animi.

Postquan reverendus frater noster Germanus, archiepiscopus Græcorum qui sunt in Cypro, et procuratores reverendi fratris nostri archiepiscopi Leucosiæ ad tribunal nostrum devenerunt, tum ipse Græcorum archipiscopus, tum alii cum ipso

B

C

(1) In exemplari Altempsiano a librario nota quædam ad latus ipsius Constitutionis additur, Πρόλογος καὶ προδιάλεξις δ' ἣν αἰτίαν γέγονεν ὁ παρὼν Ὁρδινιασμὸς κανονικῶς ἐκτεθεὶς μέσον Λατίνων καὶ Γραικῶν Ἐκκλησιῶν καὶ ἀρχιερέων ἐπὶ Οὔγγου, τοῦ ἐν γένους Πρασίνου, Ἰταλοῦ, καὶ Γερμανου Πησιμάνδρου, Γραικοῦ, ἀμφοτέρων ἀρχιεπισκόπων νήσου Κύπρου. *Prologus et præfatio enarrans causam ob quam præsens Constitutio canonice edita sit inter Latinorum et Græcorum Ecclesias et archiepiscopos, Hugonem nimirum ex genere Præsini, Italum, et Germanum Pesimandrum, Græcum, utrumque archiepiscopum insulæ Cypri.*

(2) Pacem longo et obscuro interpretis hyperbato præclare commendat pacis studiosus pontifex, ducto exordio a verbis Isaiæ (XXXII, 17) : *Et erit opus justitiæ pax, et cultus justitiæ silentium, et securitas usque in sempiternum ;* licet Græcus interpres verba detorserit tenebrasque, Latini sermonis fortasse parum gnarus, effuderit, adeo ut Œdipo pene opus fuerit ad ænigmata Græcanicæ dictionis intelligenda.

retulerunt ad nos : defuncto nimirum jam dudum archiepiscopo Græcorum præfatæ insulæ, cum eorum vacaret metropolis, demandatum iisdem ipsis fuisse, ejusmodi Germanum potius quam alium quempiam huic muneri præficiendum, utpote quem archiepiscopatu dignum beatæ memoriæ Innocentius papa, prædecessor noster, suis litteris existimaverit ; non repugnasse universam synodum et ordinem neque bonæ memoriæ Petrum Albani episcopum, olim in partibus illis apostolicæ sedis legatum cum potestatem fecerit eumdem Germanum in suum ipsorum episcopum promovendi ; ac venerabilem fratrem nostrum episcopum Tusculanum, tunc temporis in iisdem partibus dictæ sedis legatum, cui prædecessor noster mandaverat ut quem præfati episcopi sibi ipsis canonice elegissent, modo dignus foret, confirmaret ; cum vero de ordinando ejusmodi Germano a suis fautoribus ageretur, ejus electionem, utpote liberam ingenueque factam, confirmasse, et egisse ut ipsi ejus suffraganei episcopum consecrarent ; recepto deinde, Romanæ Ecclesiæ nomine, ab ipso Germano ejusque suffraganeis obedientiæ juramento, dictos suffraganeos tanquam suo metropolitæ canonicam ei spopondisse obedientiam ; at cum ipse Germanus in possessione esset muneris archiepiscopatus, et jura metropolitica clero et populo Græcorum qui in ea degebant insula pacifice daret, præmemoratum Leucosiæ archiepiscopum suis non contentum finibus, cum neque in Germanum, qui non alium sibi superiorem nisi unum Romanum agnoscit pontificem, nec etiam in eos qui sub illius sunt imperio Græcos, ulla jus dicendi facul-

μετὰ τῶν ἄλλων προέθετο ἐνώπιον ἡμῶν, ὅτι ἐν τῷ πάλαι τοῦ τῶν Γραικῶν ἀρχιεπισκόπου τῆς προληφθείσης νήσου τεθνηκότος, σχολαζούσης τῆς αὐτῶν μητροπόλεως, ἐπιτραπῆναι αὐτοῖς τὸν τοιοῦτον Γερμανὸν ἢ ἄλλον τινὰ εἰς τοῦτο κεχαρισμένον, ὡς ἄξιον νομίζεσθαι τῆς ἀρχιεπισκοπῆς ἀπὸ τῆς εὐαγοῦς μνείας τοῦ πάπα Ἰννοκεντίου (3), τοῦ ἡμῶν προκατόχου διὰ τῶν αὐτοῦ γραμμάτων · μὴ ἀντίδικουσης τῆς καθόλου συνόδου καὶ καταστάσεως, ἐ τῶν τῆς ἀγαθῆς μνήμης Πέτρου τῶν Ἀλβανῶν (4) ἐπισκόπου πάλαι ἐν τοῖς μέρεσιν ἐκείνοις τοποτηρητοῦ τῆς ἀποστολικῆς ἕδρας, ἀδείας ἐπιτυχεῖν ὡς τὸν αὐτὸν Γερμανὸν εἰς ἴδιον ἐπίσκοπον προβάλλεσθαι · καὶ ὁ εὐλαβὴς ἀδελφὸς (5) ἡμῶν, ὁ τῆς Τουσκούλας ἐπίσκοπος τότε ἐν τοῖς αὐτοῖς μέρεσι τῆς ῥηθείσης ἕδρας τοποτηρητὴς, ᾧ αὐτὸς ὁ προκάτοχος ἐνετείλατο · ὡς ὃν κανονικῶς οἱ προῤῥηθέντες ἐπίσκοποι ἐκλέξωνται ἑαυτοῖς, εἰ ἔστιν ἄξιος, παρασχεῖν ἐπικυρώσεως δῶρον. Ἐν δὲ τῷ ποιεῖσθαι τοῦτον χειροτονηθῆναι παρὰ τῶν αὐτοῦ σπουδαστῶν, ἐπιβεβαιῶν τὴν παῤῥησιασθεῖσαν αὐτῷ ἐκλογὴν, πεποίηκεν ἐξ αὐτῶν τοῦ αὐτοῦ βοηθῶν παρασχεθῆναι χειροτονείας εὐεργεσίαν. Ἀναληφθείσης μετέπειτα τῷ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ὀνόματι ἐξ αὐτοῦ τι καὶ τῶν αὐτοῦ σπουδαστῶν τῆς τῆς ὑπακοῆς διλησεως, οἱ ῥηθέντες τε αὐτῷ σπουδασταὶ ὡς οἰκείῳ μητροπολίτῃ κανονικὴν καθυπέσχοντο τὴν ὑπακοήν. Ὄντος δὲ τοῦ αὐτοῦ Γερμανοῦ ἐγκρατοῦς τῆς ἀρχιεπισκοπικῆς ἀξίας, εἰρεναί τε δίκαια μητροπολιτικὰ τῷ κλήρῳ καὶ τῷ λαῷ τῶν Γραικῶν τῶν ἐν τῇ νήσῳ διέποντος, ὁ προμνημονευθεὶς τῆς Λευκοσίας ἀρχιεπίσκοπος, οὐκ ἀρκούμενος τοῖς ἰδίοις ὅροις, ὃς οὔτε (6) εἰς αὐτὸν, ὡς αὐτοῦ εἶναι μείζονα ἄλλον ἐ

(3) Πάπα Ἰννοκεντίου. Hujus nominis IV, nam tertius creatus fuit anno 1198 et mortuus est anno 1216 ; quocirca Germanus plus quam quinquaginta annos rexisset Ecclesiam Nicosiensem, et incongrue archiepiscopus Hugo anno 1260 post quinquaginta annos litem Germano intentasset de metropolitico jure et electione, qui præscriptionis jure post tringinta annos ex can. 17 conc. Chalced. metropolitica jura jure daret. Nec Germanus, senio confectus, vigens et vegetus Romam petiisset, et ætatem potius quam paupertatem causasset ne longius variis allatis rationibus lis protraheretur. Petrus item Albani episcopus, et Otho Tusculanus sub Innocentio IV exstitere.

